

D-2
878

Signt.ª Top.ª
Est. 75
Tab. 2
Núm. 302

BIBLIOT
INSTITUTO
SORIA

HUGO GROTIUS
Michaelis
BOUSQU
numeribus mari

A-5176

HUGONIS GROTII
DE JURE
BELLI AC PACIS
LIBRI TRES,

Cum Annotatis Auctoris, nec non J. F. Gronovii Notis, & J. Barbeyracii Animadversionibus;

COMMENTARIIS
INSUPER LOCUPLETISSIMIS

HENR. L. B. DE COCCEII
SACRÆ REGIÆ MAJESTATI BORUSSICÆ QUONDAM A CONSILIIS SECRETIORIBUS,

Sub Titulo Grotii Illustrati antea editis, nunc ad calcem cujusque Capitis adjectis:

INSERTIS QUOQUE OBSERVATIONIBUS

SAMUELIS L. B. DE COCCEII
HENRICI FILII, REGNI BORUSSICI CANCELLARII, Ministri Status intimi, & Aquilæ Borussicæ Equitis, Hæreditarii in Wusseken, Repko, Kleist, Laas, cet.

Adduntur tandem ipsius Grotii

DISSERTATIO DE MARI LIBERO,

Ac Libellus singularis

DE ÆQUITATE, INDULGENTIA ET FACILITATE.

TOMUS PRIMUS.

BIBLIOTECA DEL INSTITUTO PROVINCIAL SORIA

DONACION

LAUSANNÆ,
Sumptibus Marci-Michaelis Bousquet, & Sociorum.

MDCCLI.

EMINENTISSIMIS,

ILLUSTRISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,

REVERENDISSIMIS,

AMPLISSIMIS, GENEROSISSIMIS,

CLARISSIMIS,

ATQUE

ORNATISSIMIS

Dn. Dn. Dn.

PRÆNUMERATORIBUS ITALIS,

S. P. D.

MARCUS-MICHAEL BOUSQUET.

Augustos, Mæcenatesve sibi quærant obscuriorum librorum editores : ingens *Grotii* nomen suapte luce splendens, alieno quid indiget patrocinio ? Securus id animo reputans, opus inclytum magni illius viri jurium belli, atque pacis fontes

referans, ornatu novo, & comitatu interpretum illustrissimorum factum splendidius emittere, præstite, patronove nullo advocato, constitueram; cum subiit recordatio virorum, quorum adjutus ope tanto cum adparatu inceptum persequi, atque tantillum intra tempus perficere valeo. Argumento itaque sumto a gratiæ acceptæ, cui referendæ sum impar, commemoratione, liceat mihi per vos *Eminentissimi* &c. &c. &c., sacrum Vobis dicare id, quo vobis opitulantibus Respublica litteraria ditior futura est.

Ubinam, quæso, cæterarum quotquot sunt cultissimarum gentium contigisset, quod mihi anno proxime elapso in Italia peregre agenti? Ea enim fuit comitas vestra in me excipiendo; is assensus in probando specimine meo moliendæ novæ *Grotii* editionis, is concursus, ea fiducia in prænumerando; ut vel ignaviissimo, ac tardissimo cuique tam liberalis agendi ratio talium, tantorumque virorum, ad strenue opus arduum exequendum addidisset animum.

En igitur Vobis *Eminentissimi* &c. &c. &c. dimidium Grotiani operis de Jure Belli, ac Pacis, vestris

Nomini-

Nominibus inſcripti, quorum, ſi mihi id faciendi a Vobis facultas detur, Tomi IV. pagina ultima ſeriem exhibebit, veſtri in eruditum orbem meriti, meique grati animi memoriam æternam ſervaturam.

Quod ſi paullulum tardior fui in præſtandis hiſce voluminibus, quam eram pollicitus, id, obſecro, ne negligentiæ, quin potius editoris noſtri conſilio tribuatis, qui corrigendis tot millibus mendorum, quibus adulterati ſunt a Typographo Wratiſlavienſi Commentarii Cocceiani, imparem ſe faſſus eſt, niſi trium menſium tempus præter illud, quod ſtipulatus eram, ei concederem; quo cunctando rem melius poſſet reſtituere, atque ex contaminatiſſima emendatiſſimam præſtare. Fidem vero ſuam quam adcurate liberaverit, ipſius Præfatio docet. Neque me, quod reliquum erat, partibus meis defuiſſe, elegantia typorum, chartæ, atque totius libri diſpoſitione nitidiſſima, ut artis noſtræ intelligentiſſimi, ſtatuatis, quicquam vereor. Valete, & favete!

LUDOVICO

LUDOVICO XIII.

CHRISTIANISSIMO

FRANCORUM ET NAVARRÆ

REGI

HUGO GROTIUS.

Udet hic liber, Regum eminentiſſime, Tuum ſibi auguſtum nomen inſcribere, non ſui, non Auctoris, ſed argumenti fiducia, pro Juſtitia *quippe ſcriptus: quæ virtus adeo Tua eſt, ut inde tuis meritis, & humani generis ſuffragio digniſſimum tanto*

Rege cognomen tum acceperis, ut jam ubique JUSTI *appellatione non minus, quam* LUDOVICI *noſcaris. Specioſi Romanis Ducibus videbantur ex Creta, Numidia, Africa, Aſia, aliisque devictis gentibus tituli. At quanto Tuum illuſtrius, quo ſignificaris nullius populi, nullius hominis, ſed ejus, quod injuſtum eſt, & hoſtis ubique, & victor ſemper? Magnum putarunt Ægyptii reges, ſi patris hic, matris ille, fratrum amans alius dicerentur. At quantulæ hæ partes ſunt Tui nominis, quod non iſta tantum, ſed quicquid pulchrum & honeſtum excogitari poteſt, ambitu ſuo complectitur:* JUSTUS *es, cum Magni ſupra omne id quod dici poteſt Regis Patris Tui memoriam honoras ipſum imitando:* JUSTUS, *cum Fratrem modis omnibus, ſed nulla re magis, quam exemplo tuo inſtruis:* JUSTUS, *cum Sorores ſummis matrimoniis ornas:* JUSTUS, *cum ſepultas prope leges revocas, &, quantum potes,*

ruenti in pejus ſeculo temet opponis: JUSTUS, *ſed ſimul clemens, cum ſubditis, quos tuæ bonitatis ignorantia ab officii limite transverſos egerat, præter peccandi licentiam nihil adimis, nec vim adfers animis circa divina diverſum à te ſentientibus:* JUSTUS, *ſimulque miſericors, cum oppreſſos populos, afflictos Principes tua auctoritate relevas, nec fortunæ nimium licere permittis. Quæ tua ſingularis beneficentia, & in tantum Deo ſimilis, quantum humana natura patitur, me cogit, ut hac quoque publica allocutione gratias tibi pro me privatim habeam. Nam quemadmodum cæleſtia ſidera non tantum magnis mundi partibus ſe infundunt, ſed ad ſingula animantia vim ſuam patiuntur deſcendere; ita Tu, in terris benigniſſimum ſidus, non contentus erigere Principes, ſublevare populos, mihi quoque in patria male habito & præſidium voluiſti eſſe, & ſolatium.*

Accedit ad implendum Juſtitiæ orbem poſt actiones publicas etiam privatæ vitæ tuæ innocentia, & puritas, digna, quam non homines tantum, ſed & ætheriæ mentes admirentur. Nam quotuſquiſque de plebe infima, imo de ipſis illis, qui a mundi conſortio ſe abſciderunt, ita ſe ab omnibus culpis immunem præſtat, ut Tu in ea poſitus fortuna, quæ innumeris peccandi illecebris undique obſidetur? Quantum vero hoc eſt, inter negotia, in turba, in aula, inter tot tam diverſa peccantium exempla id conſequi, quod aliis ſolitudo vix, ſæpe ne vix quidem, præſtat? Hoc vero eſt non Juſti tantum, ſed & Sancti nomen in hac ipſa vita mereri, quod majoribus tuis Carolo Magno, & Ludovico piorum conſenſus poſt obitum tribuit: hoc eſt eſſe non gentilitio, ſed ſuo proprio jure Chriſtianiſſimum. Sed Juſtitiæ cum pars nulla a te aliena ſit, illa tamen, quæ circa libri hujus materiam, id eſt, circa belli, paciſque conſilia verſatur, eo pro-

prie tua est, quo Rex es, & quidem Rex Francorum. Ingens hoc regnum tuum, quod per tanta, tam felicium terrarum spatia in utrumque mare procurrit; sed majus hoc regno regnum est, quod regna aliena non concupiscis. Dignum hoc tua pietate, dignum isto fastigio, non cujusquam jus armis attentare, non veteres turbare fines; sed in bello pacis gerere negotium, nec incipere nisi hoc voto, ut quamprimum desinas. Quam vero pulchrum hoc, quam glorioſum, quam ipsi conscientiæ lætum, ut si quando Te Deus ad suum regnum, quod solum tuo melius est, vocaverit, audacter possis dicere: Hunc ego a Te gladium pro Justitiæ tutela accepi, hunc tibi nullius temere fusi sanguinis reum, purum, insontemque reddo. Ita fiet, ut quas nos nunc regulas ex libris petimus, in posterum ex Tuis actionibus tanquam ex perfectissimo exemplari petantur. Quod ipsum cum sit maximum, plus tamen

aliquid a te exigere audent Chriſtianorum populi: ut ſcilicet exſtinctis ubique armis pax ſua non imperiis tantum, ſed & Eccleſiis Te Auctore redeat, diſcatque noſtra ætas arbitrium ſubire ejus ætatis, quam vera ſinceraque fide Chriſtianam fuiſſe Chriſtiani omnes profitemur. Pertæſos diſcordiarum animos excitat in hanc ſpem recens contracta inter Te, & ſapientiſſimum paciſque illius ſanctæ amantiſſimum Magnæ Britanniæ Regem amicitia, & auſpicatiſſimo Sororis Tuæ matrimonio fœderata. Difficile negotium, propter ſtudia partium gliſcentibus in dies odiis inflammata: ſed tantis Regibus nihil dignum, niſi quod difficile, niſi quod aliis omnibus deſperatum. Deus pacis, Deus juſtitiæ, Rex juſte, Rex pacifice, cum aliis bonis omnibus, tum hac etiam laude cumulet Tuam Suæ proximam Majeſtatem. CIↃ IC CXXV.

LECTU-

LECTURIS*

Editionem ſuam novam †

S. P. D.

JOHANNES BARBEYRACIUS.

QUUM in eo eſſent Bibliopolæ ſolertiſſimi, ut eximium iſtud Opus, ſæpius recuſum, & recudendum, typis ſuis iterum committerent; ac in eo emaculando, & interpretando non parum operæ a me poſitum eſſe inaudiviſſent: mecum ultro egerunt, ut ſuppeditare vellem, ſi quid ad novam Editionem ornandam conferre commodum eſſet. Lubens amplexus ſum occaſionem oblatam de illis bene merendi, qui jus Naturæ, & Gentium, pro merito ejus, ſuâque ipſorum utilitate, amplectuntur, adeoque non poſſunt non maximi facere Auctorem noſtrum, nobiliſſimæ artis quaſi parentem. Et quamquam paullo plus temporis mihi relinqui, quam ferebant rationes Typographorum, valde optaſſem: tamen vel ſic ea præſtare me poſſe exiſtimavi, de quibus ſuſcipiendis nemo hactenus, quod ſciam, ſerio cogitaverat. Rem omnem paucis accipe. Dum ab aliquot annis, *Lauſannæ* adhuc degens, in eo totus eram, ut Libros hoſce *de Jure Belli ac Pacis*, in Gallicam linguam verterem, & Notis perpetuis illuſtrarem, ad eum fere modum, quo adfine Opus SAMUELIS PUFENDORFII *de Jure Naturæ & Gentium*, plus ſimplici vice, jam in publicum emiſi: neceſſarium mihi aliquatenus viſum eſt, utiliſſimum ſaltem inſtituto meo felicius perficiendo, veteres Editiones Grotiani ſcripti, quæ præſertim vivo Auctore lucem viderunt, mihi comparare, & cum noviſſimis, quæ ſolæ omnium manibus teruntur, adcurate conferre. Nimirum ſæpius obſervaveram, ejuſmodi Librorum, quorum uſus, & pretium poſtulat, ut identidem repetis vicibus præla exerceant, Editiones ultimas minus, ac minus terſas, purgataſque prodire ut plurimum: tantum abeſt ut

* Præfatio Editoris in priorem Editionem Anni 1720., cui ſubjicitur monitum de hac poſteriore.

† Quæ prodiit Amſtelodami anno 1735.

ut sint emendatiores, quemadmodum titulus vulgo ementitur. Neque heic aliter sese rem habuisse deprehendi. Immo priores illas, & optimas, quæ ad recentiores emendandas plurimum juvabant, ipsas haud raro manu medica egere, certissimis argumentis comperi.

Usui mihi maxime fuit, quod attinet ad ipsum Opus, sine Notis Auctoris, quæ postea accesserunt, prima omnium Editio, quæ sub ipsius Auctoris oculis prodiit *Lutetiæ Parisiorum*, anno Æræ vulgaris MDCXXV. Magnum deinde adjumentum adtulit illa anni MDCXXXII. minore forma, typisque nitidissimis *Amstelodami* excusa, apud *Gulielmum Blaeu*, & *expressa ad exemplar ab ipso Auctore recognitum, atque emendatum*, ut idem præsens *Amstelodami, die* 8. *Aprilis* ejusdem anni, testatur, in pagina post titulum aversa. Ex illis duabus Editionibus, aut ex alterutra, plurima loca emendavimus, quæ in omnibus, vel plerisque posterioribus vitiosa erant. De talibus autem emendationibus aliquando occasione data, vel ubi consultum videbatur, monuimus: sed omnes indicare, superfluæ cujusdam fuisset diligentiæ; nec patiebatur Lectorum commoditas, ut his, & aliis hujusmodi moles voluminis augeretur. Ut tamen, quid hac in parte præstiterimus, Lectori manifestum fiat, aliquod heic specimen exhibere placuit locorum, quæ tacitus, optimis Editionibus præeuntibus, correxi.

Non diu quærenda erunt exempla. Offert se statim *Lib. I. Cap. III.* §. 17. *num.* 2. *init. Multi adversus talem statum quasi bicipitem incommoda multa* ADFERUNT. Ita reposuimus ex prima Editione, quum in aliis omnibus perperam legatur *deferunt*. *Lib. II. Cap.* 5. §. 9. *num.* 4. *Quod si* QUI *populi continentius egerunt, ut Romani* &c. Vox *qui*, manifesto necessaria, ex omnibus Editionibus, post illam primam, hactenus abfuerat. Eodem Cap. §. 13. *num.* 1. eamdem ducem sequutus, verba sequentia ita edi jussi: *Colligi videtur ex illis Dei verbis* APUD *Mosem* &c. quum in aliis omnibus antea scriptum fuisset, *ad Mosem*. Similiter *Lib. II. Cap. XI.* §. 18. *num.* 1. *pag.* 367. in fine: *Naturaliter videtur mihi* ACCEPTANTI *jus dari efficiendi, ut* &c. Illud *acceptanti* ex Editione prima restitutum est, ultimæ *acceptando* fecerant ex *acceptandi*, quod in Editionem anni 1632. prave irrepserat. Ejusdem Lib. *Cap. XX.*

§. 40.

§. 40. *num.* 1. *ſub init. Sed & ob eas, quæ ipſos peculiariter non tangunt, ſed in quibuſvis perſonis jus naturæ, aut gentium immaniter* VIOLANT. Sic edidimus, ex Editione prima, & altera anni 1632; reliquæ enim omnes illud *violant* in *violantibus* auxerant, contra id, quod ſeries orationis, & ſententia manifeſto poſtulant. Aliquando etiam plures exciderant voces, ſenſum plenum efficientes; cujus παραδείγματα exempla videre poteris paullo poſt locum jam jam adlatum, ubi monuimus, in Nota *qq* & *Cap. XXIII. Lib. II.* §. 13. *num.* 1. ut oſtendit Nota *kk* ibi ſubjecta. Neque enim Auctori ulla erat ratio tales ſententias poſtea ejiciendi: in quod ante omnia adcuratiſſime inquiſivimus heic, & alibi, quotieſcunque aliquid quacumque de cauſſa mutandum, aut ſupplendum videbatur.

Hoc primum. Quod, quamvis in ſe ſpectatum non leve ſit, & ſolum ad commendandam Editionem noſtram ſic ſatisfacturum erat: parum tamen eſt, ſi cum iis conferatur, quæ ſine ullo auxilio, & ex proprio noſtro Marte, exſequuti ſumus, tum in contextu, tum in Notis Auctoris recenſendis, & expendendis. Præcipua breviter enumerabimus: unde Lector æquus, & benignus facile judicare poterit, an operam noſtram ultra modum venditemus.

Igitur non pauca loca immutavimus, aut ſupplevimus; quæ in omnibus Editionibus mendoſa, aut manca erant, & adtendenti non poſſunt non talia videri: ſive error, aut defectus a calamo Auctoris ipſius orti ſint, ſive ab Exſcriptorum, aut Typographorum incuria, oculos Auctoris, dum raptim verba perluſtrat, in repetitis etiam operis ſui recenſionibus, poſtea fallente. Exempla indicavimus *Lib. I. Cap. I.* §. 16. *num.* 7. *Nota* (dd) & *Cap. II.* §. 10. *num.* 4. *Nota* (tt): *Cap. III.* §. 11. *num.* 1. *Nota* (mm) & §. 16. *num.* 5. *Nota* (aa). *Lib. II. Cap. XII.* §. 10. *Nota* (dd) & *Cap. XX.* §. 40. *num.* 4. *Nota* (tt) *Lib. III. Cap. XIII.* §. 1. *Nota* (bb). Sed non minus neceſſaria erat emendatio, aut additio in aliis locis; ubi non monuimus. En heic etiam ſpecimina nonnulla. *Lib. I. Cap. II.* §. 8. *num.* 4. περὶ χρυσίου διαφέρεσθαι. Ita edidimus, ut habet PHILOSTRATUS, cujus hæc ſunt verba, & ipſius Auctoris verſio poſtulat: antea legebatur διαλέγεσθαι, quod mendum ab Editione anni 1632. ubi locus additus

fuerat, ad omnes postea Editiones propagatum. *Lib. II. Cap. V.* §. 22. bis emendavimus *Cibyra*, ex STRABONE, unde narratio facti petita est, pro *Libyca*, quod omnes Editiones infederat, ab ipsa usque anni 1632. cujus etiam hoc erat additamentum. Sequenti §. 23. prima Editio, & omnes aliæ hactenus habuerant: τὰς νόμας ἀπαγορεύειν &c. ubi ex ARISTOTELE reposuimus ἀγορεύειν, ut res ipsa requirit, & Auctoris interpretatio, alias contrarium sensum voci Græcæ habitura. *Lib. II. Cap. IV.* §. 3. circa initium: *Non fuerat congruum naturæ humanæ, quæ nisi ex signis* ANIMI *actus cognoscere non potest.* Vocem *animi* addidi, quæ in præcedentibus legitur, nec sine damno sententiæ hinc abesse potest; aberat tamen jam in prima Editione. Ejusdem Lib. *Cap.* IX. §. 7. in fine: *contra eos à communi sociorum* CONCILIO *res judicata est.* Vox *concilio*, omnino necessaria, in Editione anni 1632. ubi exemplum additum, exciderat: unde nil mirum, si in nulla sequentium hactenus suppleta fuerit. Sic *Cap.* X. sequenti §. 6. *Quarto non teneri eum ad* RESTITUENDOS *fructus* &c. omissionem vocis *restituendos*, adeo manifestam, quum in primam Editionem irrepsisset, omnes deinceps religiose servaverant. Non ita obvia, sed tamen adtendenti ad seriem orationis facile patere poterat ea, quæ reperiebatur ejusdem Libri *Cap.* XII. §. 12. *num.* 1. *Ut etiamsi nec celatum quidquam sit* &c. SI *in re tamen deprehendatur inæqualitas* &c. Particula *si* in omnibus Editionibus deerat, quæ tamen ad ratiocinationis nexum omnino est necessaria. *Cap.* XXI. §. 11. *init. occasione quidem alicujus peccati* ALIENI &c. Illud *alieni* in nulla hactenus Editione comparuerat; quod tamen sententia manifesto postulat. Aliquando verba supervacanea relicta fuerant, quæ sensum turbabant: cujus rei exemplum luculentum videre poteris *Lib.* II. *Cap.* VII. §. 2. *num.* 1. *Nota* (a a). Sensui etiam nonnunquam nocuerat prava interpunctio, constanter servata: adeo ut, propter tale vitium, *Lib.* III. *Cap.* XI. §. 6. *num.* 1. *Phocenses*, in *Græciâ*, *consanguinei* statuantur *Cæritum* in *Etruriâ*, ac propterea Auctor noster à GRONOVIO carpatur, & hic se ipsum inanibus conjecturis, ad detegendum fontem erroris, torqueat; ut ex iis, quæ *Notæ* illius 47. subjeci, cuivis intelligere licet. Sed hæc abunde sufficiunt, ad ostendendum quam necessaria fuerit opera nostra

in

in emaculandis, & reſtituendis locis non paucis poſita, ubi nullum erat à prioribus, & emendatiſſimis Editionibus ſubſidium. Præterea rem prope immenſi laboris adgreſſus ſum, ad quam nullus horum Librorum Interpres, & ne quidem Eruditiſſimus J. Fridericus Gronovius, umquam data opera animum intenderant, ſed tantum prout memoria ſuggerebat, aut aliud agendo dabatur occaſio: ut nimirum omnia loca Scriptorum, Veterum præſertim, quæ ab Auctore noſtro adferuntur aut indicantur, in ipſis fontibus, quantum fieri poſſet, quærerem, & plerumque adcurate expenderem. Hoc autem, ut utiliſſimum, aliquando etiam valde neceſſarium erat ad mentem Auctoris intelligendam: ita ad infinitos errores animadvertendos, tum in numeris Librorum, Capitum, Verſuum, tum in deſignatione Scriptorum laudatorum, tum in verbis eorum referendis, tum in rebus ipſis, plurimum mihi profuit, & lectoribus, ſpero, commodum erit. Qui Editionem noſtram cum quibuſvis aliis conferre voluerit, is ſtatim deprehendet innumera ejuſmodi paſſim emendata, & in ipſo contextu, & in margine, & in Notis, etiam ubi Auctori propoſitum erat quam adcuratiſſime loca in teſtimonium, aut illuſtrationem adducta referre, & facillima quærentibus reddere. Aliquando mendum erat in numero Libri, nonnumquam in numero Capitis, aut Verſus, haud raro in utroque. Interdum etiam unum Opus Auctoris cujuſdam pro alio indicabatur: exempli gratia, Plutarchi *Themiſtoclis* Vita, pro *Artaxerxis*; *Lib.* I. *Cap.* III. §. 16. *num.* 3. Herodoti *Urania*, ſeu *Lib.* VIII. pro *Calliope*, ſeu *Lib.* IX. laudabatur *Lib.* III. *Cap.* XI. §. 3. *num.* 2. Ubi, quod obiter obſervo, error inde manaſſe videtur, quod Editio Herodotea Henrici Stephani, pure Græca, qua Auctor noſter utebatur, ſic mendoſa ſit in titulo paginæ, unde locus adlatus depromtus fuit: quo modo potuit alibi nonnumquam Auctor deceptus in errorem Lectores conjicere: plerique tamen ex ipſius feſtionatione, aut incogitantia nati videntur. Sic ab ipſius manu omnino eſt, quod *Lib.* II. *Cap.* XXI. §. 13. *num.* 2. *Nota* (n) Philonis ſcriptum laudetur *De Pietate*, quod nullum exſtat, pro libro *De Nobilitate*; ut ibidem obſervavi. Ejuſdem Libri *Cap.* præcedenti XX. §. 30. Nota (r) remittimur ad *verba* Lucæ

apud Xiphilinum; quæ verba ſunt *Marci Antonini* Imp. ut in ſubjecta Nota noſtra oſtendimus. Sed eſt etiam ubi Scriptor unus pro alio certiſſimè indicatur: ut ISOCRATES, pro DIONYSIO HALICARNASSENSI, *Lib.* II. *Cap.* IV. §. 2. ubi vide *Notam* (aa); alibi, pro ÆSCHINE, *Cap.* XXIII. §. 8. *num.* 1. ut patet ex *Nota* (ee) Viciſſim DEMOSTHENES pro ISOCRATE, *Lib.* II. *Cap.* XV. §. 6. *num.* 1. Alias HIPPODAMUS, pro HIPPARCHO, *Lib.* II. *Cap.* V. §. 12. *num.* 3. LYSIAS, pro ANDOCIDE, *ibid.* §. 13. *num.* 2. SENECA, pro PLINIO, *Lib.* II. *Cap.* II. §. 2. *num.* 2. *Nota* (o) JUSTINUS, pro CURTIO, ejuſdem Libri *Cap.* VII. §. 9. *num.* 3. ubi vide, quæ ſubjecimus *Notæ* 62. Immo EUTROPIUS, Auctor *Breviarii* Latini, pro DIONE CASSIO, Hiſtorico Græco, teſtis indicatur vocis Ἀντίψυχοι, de Vadibus uſurpatæ, *Lib.* II. *Cap.* XXI. §. 11. *Nota* (k). Aliquando duo loca diverſorum Scriptorum in unum compinguntur, ut SERVII, & SENECÆ, *Lib.* II. *Cap.* II. §. 13. *num.* 5. *Nota* (p).

Sæpiſſime autem Auctor, unde aliquid petitur, ſimpliciter nomine ſuo indicabatur, nulla mentione facta Operis, Libri, nedum Capitis, aut Verſus; adeo ut ſi quis locum quærere voluerit, quem numquam legerat, aut cujus non meminerat, omnia Opera laudati Scriptoris ei pervolvenda fuerint: quod ita moleſtum eſt, præſertim ſi magnæ molis ſit collectio, qualis haud raro occurrit, ut plerique Lectores malint Auctori, forte perperam alios in teſtimonium vocanti, fidem habere, aut rem, de qua agitur, non ſatis intelligere, quam tantum laborem quærendi in ſe ſuſcipere, cum periculo etiam operæ fruſtra impenſæ. Aliquando equidem, vel ex Indicibus, vel ex memoria noſtra, vel ex re ipſa, loca quædam haud ita difficulter potuimus invenire. Sed plerumque inde nihil nobis erat ſubſidii, ut ex propria experientia quivis, ſi velit, facile poterit intelligere. Hoc tamen non obſtitit, quominus loca fere omnia, quæ alicujus erant momenti, citius, aut ſerius invenerimus: adeo ut quæ adhuc invenienda ſuperſunt, aut a nobis inveſtigari non potuerunt, quod Libri, unde adducuntur, non eſſent ad manum, pauciſſima ſint, præ maximo numero repertorum, & adcuratiſſimè à nobis vel in ipſo contextu, vel in margine, vel

vel in Notis, deſignatorum. Nonnumquam ipſum nomen Scriptoris, ex quo verba quædam Auctor noſter exſcripſerat, incuria neſcio cujus, omiſſum fuerat, ut DIODORI SICULI, *Lib.* II. *Cap.* XX. §. 30. *Nota* (s). Sunt etiam loca, quæ diu fruſtra quæſita, quantumvis pertinaci labore, numquam reperire potuiſſemus, niſi forte aliud agendo ſeſe nobis ex improviſo obtuliſſent. Et tamen talia interdum peſſime adlata, aut aptata, deprehendimus: cujus rei ſpecimen ſuppeditabit fragmentum *Dionyſii Mileſii* apud PHILOSTRATUM, unde Auctor noſter tacitus illud retulerat, *Lib.* II. *Cap.* XXV. §. 9. *num.* 1. ubi vide *Notam* (99).

Sed & alibi, ſive facile, ſive difficulter loca laudata inventa a nobis fuerint, errores bene multos obſervavimus, tum in locis Auctorum exſcribendis, aut vertendis, tum in eorum ad rem ipſam, de qua agitur, adcommodatione. Horum omnium exempla volumen aperienti ſtatim ſeſe offerent. Loci ſimul perperam deſcripti, & verſi, unum indicare ſuffecerit: is eſt JOSEPHI, cujus verba referuntur *Lib.* 1. *Cap.* IV. §. 7. *Nota* (y). Auctor noſter ut probet, ſecundum quoſdam, ſpem reſurrectionis cauſſam fuiſſe introducti moris ſepeliendorum corporum, *Lib.* II. *Cap.* XIX. §. 2. *num.* 3. locum adfert PLINII, qui tamen nil habet, quod ad rem faciat. Eodem Capite, §. 3. *num.* 2. Sepulturam deberi mortuis, inter alia, probatur ex juramento *Græcorum* adverſus *Perſas* militantium, ubi tamen de ſociis ſolis agitur, ut patet ex loco DIODORI SICULI, quem Auctor noſter in animo habuit, & ego adtuli in *Nota* (hh). Unde etiam exemplum petere potes curæ non pœnitendæ in toto iſto Opere paſſim adhibitæ, ut ſcilicet multa ex Hiſtoriis, & Antiquitate, ſine teſte, ſine auctore, prolata, ubinam reperirentur, indicarem, quotieſcunque res alicujus erat momenti, nec omnibus obvia. Aliquando facta, vel dicta diverſorum, aut diverſa, inter ſe confunduntur. Sic *Lib.* II. *Cap.* XXII. §. 1. *num.* 2. ex LIVIO dicitur, *Antiochum*, falſo aliquo prætextu, in *Romanos* bella ſuſcepiſſe; ubi tamen de *Ætolis* agitur, non de illo Rege. *Braſidæ* Lacedemonio tribuitur cavillatio, quæ Præconis eſt ab *Athenienſibus* miſſi, *Lib.* II. *Cap.* XVI. §. 6. Ubi de bello *C. Jul. Cæſaris* cum *Germanis* ſermo fit, *Lib.* I. *Cap.* III §. 5. *num* 4. confunditur

funditur prœlium adverſus *Uſipetes*, & *Tenchteros* commiſſum; antequam *Cæſar* primum ponte *Rhenum* trajiceret, cum victoria fere biennio poſt de *Trevirîs* ab ipſo relata: ſimulque cauſſa, propter quam *Cæſarem* dedi *Germanis* cenſuerat *Cato*, pervertitur. Nonnunquam una, eademque res, bis, tamquam diverſa, narratur, ut judicium *Arriani* de vindicta *Alexandri* in *Perſas*, *Lib.* II. *Cap.* XXI. §. 8. *num.* 2. ubi vide *Notam* (ii). Immo eſt ubi Auctor noſter contrarium plane adſerit ejus, quod dicitur in loco, unde palam, vel tacite hauſit id, quod ſtatuit. Exempli gratia, *Lib.* II. *Cap.* VII. §. 4. *num.* 3. vult, *Solonem* legibus ſuis caviſſe, ne Parentes tenerentur Liberis naturalibus aliquid relinquere; quum tamen Legiſlator ille tales Liberos contra ſolverit neceſſitate alendorum Parentum, ut patet ex PLUTARCHO, cujus locum adduxi in *Nota* (ee). Nam & aliquid de facultatibus paternis Nothis relinqui debuiſſe, conſtat ex iis, quæ habet JOHANNES MEURSIUS, *Themid. Attic. Lib.* II. *Cap.* XII. Talia παροράματα, aut ἁμαρτήματα μνημονικὰ, aliquando plura intra paucas lineas occurrunt, ut *Lib.* I. *Cap.* III. §. 8. *num.* 7. *Nota* (x). Et illis ſcatent *Capp.* XVIII. & XIX. *Lib.* II. quemadmodum ex ſpeciminibus ibi adlatis adparet, & Notæ noſtræ Gallicæ copioſius oſtendent.

In iis omnibus aliquid humani paſſum eſſe Virum Summum, ſi quis miretur, ego viciſſim mirabor, quod ei in mentem non venerit, hoc eſſe vitium commune omnium hominum, etiam Eruditiſſimorum; ut non ſemper ad omnia ſatis adtendant. Præterea id noſtro accidit, quod iis ſolenne eſt, qui magna memoria pollent, ut ſcilicet illi nimis ſecure confidant. Adde quod variis diſtractus negotiis, & ſtudiis, eo tempore ſic ſatis brevi, quod in hoc opere elaborando conſumſit, forte etiam non paucis eorum Librorum, quos tanto numero laudavit, deſtitutus; non potuit ſemper adcurate omnia expendere. Hinc licet infinita ejus eſſet lectio, & vix ullum, puto, Auctorem indicaverit, cujus ſcripta non perlegiſſet, aut ſaltem perluſtraſſet; aliquando loca quædam ex aliis, tunc minime inſpecta, tacitus exſcripſit, & ſic in errorem delapſus eſt, ut ex certiſſimis indiciis deprehendi. Exemplum manifeſtum habes *Lib.* II. *Cap.* XVIII. §. 1. *Nota* (a). Ubi verba CUJACII pro verbis VARRONIS

RONIS adfert, errantem ſequutus DIONYSIUM GOTHOFREDUM in *L.* 17. *D. De Legationib.* ut alibi eodem feſtinanter lecto, etymologiam vocis *Territorium*, a *terra* petitam, FRONTINO tribuit, quæ CUJACII etiam eſt, *Lib.* III. *Cap.* VI. §. 4. *num.* 2. Sic *Lib.* I. *Cap.* II. §. 3. *num.* 2. verba tanquam PLINII refert, quorum pars tantum apud illum ſcriptorem legitur, ut in *Nota* (ee) ibi monui. Poſt Notam illam autem typis mandatam, caſu reperi fontem erroris, in MARCI LYCLAMA, Juriſconſulti Friſii, *Membranis*, quæ anno 1608. prodierant, *Lib.* VII. *Eclog.* XLII. *pag.* 394. ubi conjunctio illa duorum locorum perperam facta eodem plane modo legitur.

Neque talia, aut etiam graviora peccata, ad res ipſas ſpectantia, ſine exprobratione notari, Auctor ipſe, ſi in vivis eſſet, ægre ferret. Quin potius, quo erat ingenio, monentibus gratias habiturum, & acturum fuiſſe, mihi perſuaſum eſt. Nonnulla ipſe, poſtquam animadvertit, ſtatim emendavit, ut ex comparatione priorum Editionum aliquoties obſervavi. Exempli gratia, *Lib.* II. *Cap.* XXIV. §. 3. *num.* 1. in primâ Editione JOSEPHO verba tribuebat, quæ PHILONI poſtea reſtituit. *Lib.* II. *Cap.* XVIIII. §. 7. in eadem Editione, ubi dictum quoddam *Scipionis* ex LIVIO narraverat, à VALERIO MAXIMO *hanc ei tributam vocem* addebat: *Iſto te metu, Hanno, fides civitatis noſtræ liberat.* Diſtinxit deinde ſic, quæ male confuderat: *Valerius Maximus Conſulibus Romanis in facto ſimili, ſed antiquiore, hanc tribuit vocem; Iſto te metu &c. Lib.* II. *Cap.* XV. §. 3. *num.* 1. de loco SENECÆ Patris ita habet prima Editio: *Non ad antiquos illos Imperatores pertinet, id eſt, belli duces, ſed ad Cæſares, qui jus omne Populi in ſe transferebant.* At nunc ibi contra legimus: *Ad antiquos eos pertinet, qui ſpeciale ejus rei mandatum acceperant.*

Libere igitur, ſed modeſte, ejuſmodi *maculas*, à nobis obſervatas, *quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura*, ad utilitatem Lectorum, indicare nos poſſe putavimus, ſalvo honore Viri Magni, cujus eruditionem, ingenium, judicium, virtutes, nemo eſt qui pluris faciat, quam nos. Neque heic ſubſtitimus: ſed etiam, ſicubi nobis haud ſatis recte ratiocinari viſus eſt, aut principia parum firma ponere (quod non potuit non aliquando evenire illi, qui in vaſtiſſima diſciplina, arte, & via,

via tradenda, glaciem frangebat,) id ſimpliciter, & candide monuimus in *Notulis* noſtris; de quibus jam aliquid dicendum, ut, quales illæ ſint, & quid in illis quæri debeat, quiſque ſcire poſſit.

Et primo quidem, ut ipſa adpellatio ſtatim innuit, in eis quam breviſſime, quæ dicenda erant, exprimere mihi propoſitum fuit, ne moles voluminis, jam ſatis ſpiſſi, nimis augeretur: qua de cauſſa etiam nonnulla, quæ in contextu jam poſita, noſter immemor in Notis ſuis, totidem verbis, aut eodem plane ſenſu, repetierat, audacter expunximus.

Duplicis autem generis ſunt *Notulæ* noſtræ, in univerſum ſpectatæ. Aliæ enim, quas *criticas* vocare licet, in eo poſitæ ſunt, ut vel rationem emendationum, aut ſupplementorum, ubi id conſultum viſum eſt, reddant; vel Auctoris παροράματα in male referendis, aut aptandis verbis Scriptorum laudatorum, quando etiam utile exiſtimavi, indicent; vel originem errorum ejus oſtendant; vel ſine teſte prolata idoneis auctoritatibus firment, aut alia ejuſmodi doceant. Interdum etiam, ſed raro, & obiter, natas mihi conjecturas propoſui, de emendandis locis Veterum quibuſdam, quæ in ipſis fontibus vitioſa videbantur. Alterius vero generis Notulæ noſtræ *ad res ipſas pertinent*, & in eis modo Auctoris mentem, ubi obſcurior, etiam adtendentibus, eſſe poteſt, breviter expoſui; modo ejus errores, circa principia, aut ratiocinationes, indicavi, in præcipuis ſaltem argumentis. Neque enim ratio brevitatis, jam adlata, patiebatur ut omnia expenderem, aut quidquam fuſius deducerem. Hinc ſæpiſſime ſatis facere me poſſe putavi, Lectorem tantum remittendo, vel ad Opus eximium PUFENDORFII *de Jure Nat. & Gent.* ac noſtras in eum Gallice verſum *Notas*, jam plus ſemel editas; vel ad ejuſdem Libri Compendium, cui titulus, *de Officio Hominis, & Civis*, noſtris etiam Notis Gallice illuſtratum, & ſæpius recuſum; vel ad Notas noſtras in hos ipſos Libros *de Jure Belli, ac Pacis*, qui Gallice verſi, haud ita poſt longum tempus, Deo dante, publici juris fient. Ex illis Verſionibus noſtris, ita adornatis, peti poterit, ut ſperamus, juſtus in utrumque Auctorem Commentarius, qui & ad intelligendos duos illos Juris Naturalis, & Gentium Interpretes palmarios, & ad intima

intima nobiliſſimæ, utiliſſimæque diſciplinæ adyta penetranda, niſi fallor, ſatis erit; viam certe facilem ſternet. Commentatores autem, quos ſatis multos, nonnullos molis haud exiguæ, noſter hic habuit, quam parum nobis adjumenti in toto iſto negotio adtulerint, ex collatione patebit; & de eo aliquid forte dicemus in Præfatione ad Verſionem jam memoratam. Neceſſaria tamen fuiſſe ea omnia, quæ præſtitimus, præſtare ſaltem conati ſumus, vel ex eo intelligi poteſt, quod ſtylus Auctoris breviſſimus per ſe ſatis negotii faceſſat Lectoribus, & adtentos quam maxime poſtulet: ut minimus error ſive in rebus ipſis, ſive in verbis, difficultates inextricabiles nonnumquam parere queat.

Habes heic etiam, LECTOR, V. C. JOANNIS FRIDERICI GRONOVII Notas, quæ, ex quo lucem primum viderunt, Editionibus omnibus ſequentibus comites datæ ſunt, & propter famam viri, ſequuturis adhuc, ut conjicere licet, porro dabuntur. In illis expendendis, & emendandis, aut notandis erroribus, quibus ſcatent, ampliſſimus ſe nobis obtuliſſet campus, ſed & ingratiſſimus labor ſubeundus fuiſſet: id vero nec tempus, nec animus ſinebat. Abſit ut meritis Viri Celeberrimi quidquam detrahamus. Sua manet, & manebit illi laus in perpetuum, eruditionis profundæ, lectionis diffuſæ, & acuminis miri in rebus Grammaticis, & Criticis, quæ in ſcriptis ejus, cedro dignis, ubique micant. Sed ſi verum dicere volumus, huic noſtræ diſciplinæ Juris Naturalis, & Gentium, ne de aliis dicam, non eam operam dederat; ut in Auctore noſtro interpretando talem ſe præſtare poſſet, qualem, exempli gratia, in LIVIO recenſendo, & explicando omnes mirantur. Perpauca heic ſunt bonæ frugis: plurima ſupervacua, & quæ vel aliis tantum verbis ſenſum Auctoris ſatis clarum exhibent, vel uſui eſſe poſſunt ſolis tyronibus in Lingua Latina, quales certe eſſe non debent, qui hoc Opus legere adgrediuntur. Sed & a mente Auctoris noſtri, cujus principia non ſatis intelligebat, Vir Doctiſſimmus haud raro aberrat. Et ne putes nos id gratis adſerere, ſpecimina quædam Tibi dedimus, dum obiter Notas illius, inter recenſendum Opus iſtud, perluſtraremus. Vide exempli gratiâ, *Lib.* I. *Cap.* II. §. 10. *num.* 11.

Not. 77. & *Cap.* III. §. 8. *num.* 6. *Not.* 84. *Lib.* II. *Cap.* I. §. 3. *Not.* 34. & *Cap.* III. §. 4. *Not.* 12. *Cap.* IX. §. 11. *Not.* 67. *Cap.* XI. §. 7. *Not.* 60. *Cap.* XII. §. 18. *Not.* 89. &c. Immo in iis, quæ occurrunt, ad Antiquitates, & Artem Criticam ſpectantia, aliquando videtur plane alius, ac ubi in veteribus Græcis, aut Latinis exponendis verſabatur? ut *Lib.* I. *Cap.* III. §. 15. *Not.* 65, *Lib.* II. *Cap.* XXII. §. 1. *Not.* 7. & §. 5. *Not.* 16. *Lib.* III, *Cap.* XX. §. 7. *Not.* 21. & alibi. Talia, ut jam dixi, aliud agendo tantum notavimus: ne quis putet, nos probare ea, de quibus ſiluimus. Tantum abeſt enim, ut de omnibus Notis Viri Eruditiſſimi excutiendis cogitaverimus, ut contra in oculos incurrentes falſas explicationes aliquando data opera indicare noluerimus, quod verba Auctoris ſatis clara nobis viderentur, ut nemini adtendenti fraudi eſſe poſſet error interpretis. Neque etiam id negotii nobis datum putavimus, ut loca Veterum ab illo laudata in ipſis fontibus quæreremus, ſatis, ſuperque habentes, ſi errores in numeris ſponte ſeſe offerentes tolleremus, ut & menda ſive typographica, ſive orta e vitioſo codice, unde Notæ Viri Doctiſſimi primum editæ ſunt; neque enim ad manum fuit prima illa Editio. Vel ſic tamen longe emendatiores nunc prodeunt, ut ex collatione præcedentium Editionum cum hac noſtra cuivis manifeſtum erit.

Supereſt ut doceamus, quomodo Lector dignoſcere queat ea, quæ noſtræ induſtriæ debentur, ubi ſcilicet id egimus ut diſtingui poſſent, nulla comparatione cum aliis Editionibus inſtituta. Nam ut ex jam dictis intelligitur, plurima ſunt loca, vel ex veteribus Editionibus, vel ſine illarum ope, ex certiſſimis rationibus tacite emendata: tum errores in deſignatione Librorum, Capitum, verſuum &c. fere ſemper expunximus, nulla mentione facta, nullo indicio dato correctionis; quod molem voluminis inutiliter auxiſſet, & ſpeciem paginarum deformem aliquatenus reddidiſſet. Qua de cauſa etiam in margine, ubi addidimus titulum, numerum Libri, Capitis, Verſus, paginæ, nullam diſtinctionis notam ullibi adpoſuimus. Sed in ipſo contextu, aut in Notis, tales additiones ſignavimus duobus uncis, ſæpius hoc modo ( ), rarius iſto [ ]. *Notulæ* autem noſtræ vel ſeparatæ omnino ſunt, & tunc a Grotianis, vel

Gro-

Gronovianis distinguuntur litteris duplicibus ab initio positis, hac ratione (*aa*): primis autem nominis nostri in fine sic subjectis *J. B.* Vel Grotianis, aut Gronovianis permiscentur, & tunc plerumque illis subjiciuntur, duobus uncis formæ posterioris inclusæ, & nominis nostri primis litteris in fine additis: aliquando autem, ubi nimirum res ferebat, & illæ breviſſimæ erant, intra ipsam Notam Auctoris, aut Interpretis, eodem adposito signo, collocantur; nisi quod heic haud raro nomen nostrum non adparet, sive quod res tanti non erat, seu quod omissum fuerit a Typographis, qui etiam uncos, vel alterutrum, alibi nonnumquam omiserunt, ubi tamen facile hoc a Lectore poterit animadverti.

Est & aliud, quo hanc nostram Editionem ornare, & faciliorem, ac utiliorem reddere lectionem Operis, ut magna rerum varietate, & copia referti, ita stylo breviſſimo conscripti, plurimum voluissem, lubens etiam hunc in me laborem susceturus: ut scilicet numeros, in quos singuli paragraphi distincti sunt, haud raro mutarem. Subdivisio illa non est a manu Auctoris, neque primarum post mortem ejus Editionum, & nescio a quo facta fuerit. Sed, quisquis ille sit, negligenter admodum in eo negotio se gessit, & aut parum intellexit seriem, ac discrimen rerum, & argumentorum, aut ad ea parum adtendit. Sæpissime ea distingui numeris videas, quæ manifesto conjungi debent: & vicissim in unum numerum conjecta, quæ distinguenda omnino erant. Hoc certe non potest non morari Lectorem nondum brevitati Auctoris nostri adsuetum: cui ex sola rectiori distinctione singulorum capitum statim lux orta fuisset. Sed tamen quum jam subdivisio illa, utut perperam concinnata, usu recepta quasi fuerit, & eam omnes in laudando Auctore nostro passim sequantur: dandum id mori putavi, ut ne illam immutarem. At vero in Versione mea Gallica, ubi plus juris hac in parte, & aliis, mihi sumere potui, singula quæque, prout res ipsa, & Lectorum commoda mihi postulare visa sunt, ubique separabuntur.

Nil aliud est, quod in limine heic Te moneam, LECTOR BENEVOLE, nisi ut ante omnia perlegere velis, & suis locis aptare EMENDANDA, & ADDENDA, quæ subjeci. Neque ideo

putes, negligenter curatam esse hanc Editionem, nec talem esse, qualem titulus profitetur. Vix fieri potest, ut in Opere praesertim tam longo, numquam remittatur diligentia, aut Editoris, aut Typographorum, aut eorum, qui speciminibus emendandis praesunt. Quodcunque peccatum tantilli momenti mihi visum est, dum folia transmissa perlustro, in commodum tuum notare non piguit: & si quae supersint errata, a me non animadversa, ea facile a Te deprehensum iri confido. Quae qualiacumque sint, hoc possum Tibi liquido adserere, nullam Editionem Grotiani Operis ita emendatam, & utentium utilitati adcommadatam hactenus prodiisse, Vale. Scribebam *Groningae*, ipsis Kalendis Novembr. Anni Æræ Christianae vulgaris M. DCC. XIX.

Ita praefabar ante annos quindecim, & quod excurrit. Quum autem de Opere recudendo cogitare necessum esset, omnia iterum recensui, & non pauca heic illic Notulis meis, ut fert earum modus, addidi. Plurima loca Auctorum laudatorum, ex iis, quae nondum repereram, aut deficientibus tunc Libris, unde petita erant, quaerere non licuerat, inventa postea signavi, ut jam in ipsis fontibus ea quoque inspiciendi cuivis sit facultas data: aliquando etiam indicavi, unde haberet Noster, quae non suis auctoribus adscripserat, & quaenam causa erroris ei fuerit. Ad summam in omnibus eandem rationem, ac antea, tenui, ut, quantum fieri posset, ornatior adhuc nova prodiret Editio. Vellem ut omnibus mendis typographicis vacua haec esset: sed quum id vix sperari queat in ullo Libro typis describendo, nedum tali, quale est Opus istud Grotianum: quaecumque errata, aut omissa animadverti, quae tantilli momenti essent, notavi; ut, postquam ex indice quis ea correxerit, nihil, puto, superfuturum sit, quod eum moretur. Ceterum e Versione mea, & Notis Gallice scriptis, ad quas, nondum editas, in priori recensione, remittebam, plenior eorum explicatio, quae in Notulis meis dixi, & multa alia, quae heic dici non erat mei consilii, peti jam possunt. Scribebam *Groningae*, Nonis *Februarii*, Ann. M. DCC. XXXV.

VITA

VITA
HUGONIS GROTII.

FUisse *ante secula aliquot plures in agro Delphensi, vulgò* Delphlandia, *illustrium familiarum arces, seu domos gentiles, quæ per injurias bellorum, tam finitimorum, quàm civilium, partim incendiis, partim devastationibus periêre, apud eos constat, qui illorum temporum res scriptis suis complexi sunt. Neque dubium illis est, fuisse inter eas, & arcem* Crayenburgiam, *cognomini genti propriam,* Delphos *inter, & Hagam sitam ad orientem illius fossæ, quæ* Corbulonis *creditur, &* Lugdunum Batavorum *ducit, eodemque, vel non longè ab illo loco, ubi hodie ea conspicitur domus, quæ* Crayenesta *vulgò dicitur, & à viro amplissimo* Herberto Beaumontio, *Proceribus Hollandiæ, & Westfrisiæ à Secretis, possidetur. Ut & hanc domum, Crayenburgicam puta, illam fuisse, ex qua originem suam traxit, vel potiùs una, eademque cum illa fuit ea familia, quæ hodie Grotiana dicitur, ex non obscuris indiciis colligitur, desumto* GROTII *nomine ex Belgico* DE GROOT, *quod propriè Magnum significat, & jam quadringentis abhinc annis illi familiæ inditum fuit ob eximium aliquod, uti credibile est, in patriam meritum: nam fuisse eos jampridem, qui ex eo stemmate nati sunt, ut patriæ suæ amantissimos, ita & juris publici strenuissimos, vel cum periculo suo assertores, ex publicis monumentis satis constat. Hi, destructâ cum pluribus aliis arce* Cra-

yenburgiâ, *cùm tutiores sibi sedes quærerent, in proximam tandem urbem,* Delphos *dictam, se recepere, ibique honorificè excepti, & ad primarias urbis dignitates admissi, perceptos honores, sub eodem Magni cognomento in posteris suis ad ætatem usque nostram continuavere, retentis semper Crayenburgicæ gentis insignibus, quæ etiamnum familiæ Grotianæ, & quidem ei soli propria sunt, tanquam certissimis originis suæ documentis. Ex hac progenie ortus* HUGO GROTIUS, *apud Belgas* DE GROOT, *natus est in urbe* Delphis *Batavorum, quæ inter primas est earum civitatum, penes quas esse jus supremæ in Hollandia potestatis, extra controversiam est. Natalis ei fuit dies decimus mensis Aprilis anni millesimi quingentesimi octuagesimi tertii, resurrectioni Dominicæ eo tempore sacer. Patrem habuit* JOANNEM DE GROOT, *ejusdem urbis Consulem, & Academiæ Lugduno-Batavæ Curatorem, ad quem exstant* LIPSII *epistolæ, illustris Viri* JANI DOUSÆ *versus, & non pauca aliorum monumenta ejus nomini inscripta. Matrem habuit* ALITAM AB OVERSCHIE, *ex primoribus ejusdem civitatis ortam. Avus ei fuit ille* HUGO DE GROOT, *qui ex illustri Cornetziorum gente prognatus, primus Grotianum nomen in familiam suam transtulit. Quippe cùm circa annum trigesimum seculi decimi quinti in* DIDERICO DE GROOT *ejusdem itidem civitatis Consule, & non paucis deputationibus satis claro, defecisset stirps masculina, filia ejus* ERMGARDA DE GROOT, *domûs satis opulentæ hæres, viro Nobilissimo* CORNELIO CORNETZIO,

qui

qui genus ſuum ex ea Cornetzſiorum proſapia ducebat, qui ſub Ducibus Burgundiæ ex Gallia in Belgium migraverant, nuptura, matrimonium non iniit, niſi factâ conditione, ne qui ex eo naſcerentur maſculini ſexûs liberi, alio, quàm Grotiano nomine nuncuparentur; ita natus Hugo de Groot, *ejus* Hugonis, *de quo loquimur, avus, vir ſupra, quam ea tempora ferebant, Latinarum, Græcarum, & Hebræarum quoque literarum ſciens. Utriusque familiæ, Grotianæ ſcilicet, & Cornetzianæ, nomina, inſignia, facultates, & honores conjunxit, redintegratisque in eo priſtinis Grotianæ domus dignitatibus, quæ jam ante tria ſecula in ea familia velut hæreditaria fuerant, & in parentem ejus, extra Hollandiam natum, conferri non potuerant, Senatoria, & Conſularia munia magno cum populi applauſu accepit, & geſſit. Uxorem duxit* Elselingam Heemskerkiam, *ex ea Heemskerkiorum domo ortam, quæ antiquitus inter nobiliſſimas Hollandiæ habita, præter alios eminentes viros &* Jacobum Heemskerkium *patriæ dedit, qui rem ſtrenue gerendo ad Calpem occubuit. Per liberorum ſuorum matrimonia nobiliſſimis etiam domibus, ut ſunt* Almundana, *veniens è Toparchis Stridenis in Hollandia,* Reneſſia, *atque* Utenengia *apud Trajectinos ſe innexit. Sed ut ab avo ad nepotem, id eſt,* Hugonem *noſtrum redeamus; vix credi poteſt, quàm ingentia à prima infantia ſua liberalis indolis, eminentis ſpiritûs, & indefeſſæ induſtriæ ſpecimina dederit: neque à parente viro literatiſſimo in tanta ſpe neglectus, ſed ante ſeptimum ætatis annum præceptoribus eru-*

erudiendus datus, tantos apud eos profectus fecit, ut ante nonum vitæ suæ annum versus fundere inceperit, ante duodecimum in Academiam Lugduno-Batavam deductus fuerit, ubi non tantùm Philosophiæ, Astrologiæ, & Matheseos, sed & Theologiæ, & Jurisprudentiæ tam fidelem navavit operam, ut tribus annis ibidem transactis, omnibusque, quibus se applicuerat, studiis absolutis, vix quindecennis in comitatum illustrissimi viri JOANNIS OLDENBARNEVELDII *Reipublicæ Hollandiæ Assessoris, & ad invictissimum tunc Principem* HENRICUM *Magnum Legati in Galliam proficiscentis se dedit. Ibi gradum in Jure consecutus, & ab Augustissimo Rege non torque tantùm aureâ, sed & effigie regiâ, ob incomparabilem in ista ætate eruditionem donatus, ingentem sui, & profuturam aliquando existimationem reliquit; in patriam reversus forensibus se rebus admovit. Ante decimum septimum ætatis annum causas publicè egit, & ante vigesimum quartum ad Fisci advocationem ab Hollandiæ, Zelandiæque Ordinibus vocatus est. Eo in munere tantâ se prudentiâ, curâ, atque integritate gessit, ut non tantùm auctum ei à proceribus Hollandiæ salarium, sed & ultrò in superiore Judicum consessu locus promissus sit. Sed ad altiora natus, & Majorum uti apparuit exemplo, rebus publicis destinatus, vacantem per obitum* ELIÆ OLDENBARNEVELDII, *qui fratri* JOANNI OLDENBARNEVELDIO *tunc Procerum Hollandiæ Assessori in hoc munus successerat, adsessuram Civitatis Rotterodamensis à Rectoribus ejusdem urbis, quæ secundum Amstelodamum plurimum in ærarium publicum confert,*

confert, oblatam ex amicorum consilio, & assentientibus Hollandiæ Proceribus, accepit anno post mille sexcentos decimo tertio, & ætatis suæ trigesimo. Diviserat jam tunc temporis, non plebis tantùm, sed & Magistratuum, Procerumque animos, orta ante annos aliquot de prædestinatione, & annexis ei quæstionibus controversia; aliis absolutam ex Joannis Calvini, *aliis conditione subnixam ex* Erasmi, Castalionis, Philippi Melanchthonis, *& aliorum sententia amplectentibus. Fovebaturque non Pastorum tantùm, sed & aliorum hominum res novas molientium artibus ea dissensio: adeò ut non obscurè pateret, magni aliquid per discrepantias illas tentari, & non minùs Reipublicæ, quàm Ecclesiæ vim intendi; quibus perpensis, & collatis cum iis, quæ in casu non absimili Lycestrianis temporibus agitata erant, oblati sibi ministerii functionem exercere recusavit vir perspicacissimus, nisi sub conditione, ne in potestate Magistratûs Rotterodamensis foret, eum unquam invitum ab eodem removere. Hac lege initam adsessuram tantâ diligentiâ, tantâque fidelitate exercuit, ut neque legitimi, id est, veteres, neque novi Magistratus quidquam in ministerio ejus invenerint, quod carpere, aut accusare possent. Per eam functionem non in conventum tantùm Ordinum Hollandiæ introductus, sed & pars factus est consessûs Curatorum Reipublicæ, qui velut vicariam Ordinum Hollandiæ potestatem exercent, eorumque nomine & fœderatorum Conventum frequentare solent. Cùmque jam ante annos aliquot in gratiam navigationis Indicanæ de jure istius commercii libellum scripsisset, maximæque super ea re con-*

tentiones Anglos inter, & Batavos mercatores ortæ essent,
1613. *componendis eorum controversiis, in Britanniam missus est; ubi & ab ipso Rege* JACOBO *sapientissimo sui seculi Principe, & ab eruditis ejus insulæ viris non exigua benevolentiæ signa accepit, propioremque amicitiam contraxit cum viro doctissimo* ISAACO CASAUBONO, *quem hactenus non nisi per literas suas coluerat. Gliscebant interim, crescebantque indies super diversitate dogmatum discrepantiæ. Jam pervenerant factiosæ dissensiones à Pastoribus ad plebem, à plebe ad Magistratum, à Magistratu ad Ordines Hollandiæ veros, & summos Reipublicæ Rectores, ab Ordinibus ad Principem* MAURITIUM, (*cujus parens* GUILHELMUS *Arausionensium Princeps in eadem præfectura constitutus, quoties ad eum similes de Religione quæstiones delatæ erant, semper testatus erat, earum cognitionem non ad se, sed ad Ordines cujusque Provinciæ pertinere;*) *à* MAURITIO *ad Delegatos fœderatorum, quibus nihil juris esse in singularum nationum subditos, jam sæpe demonstratum erat, & demonstratum est apertiùs, nemine postea contra nitente. Neque deerant inter ipsos Magistratus, ipsosque Reipublicæ proceres, qui inconteſtabile in res Ecclesiasticas Ordinum Hollandiæ arbitrium ad eosdem Delegatos deferrent. Illi auctoritate Principis* MAURITII *nixi, omnia jura in se trahere, Proceres Hollandiæ, qui plus quàm dimidiam partem subsidiorum in ærarium publicum conferebant, quorumque opibus nonnulli eorum ad commune fœdus perducti erant, subditorum instar habere, optimum, & fidissimum quemque è sede Magistratûs depellere,*

lere, OLDENBARNEVELDIUM, HOGERBETIUM & GROTIUM *hunc noſtrum, illum univerſæ Hollandiæ, horum alterum civitatis Lugdunenſis, alterum Rotterodamenſis Aſſeſſores in cuſtodias trahere, delegatos illis judices dare, illegitimo modo accuſare, indefenſos damnare:* OLDENBARNEVELDIUM *ſeptuageſimum ſecundum ætàtis annum agentem capitali ſupplicio plectere, reliquos duos ad perpetuos carceres mittere, & omnia eorum bona publicare: nitentibus contra, & vim auctoritati ſuæ inferri fruſtra clamantibus ipſis Hollandiæ Ordinibus, donec optimis quibusque à muneribus ſuis dimotis, novisque in eorum loca contra leges impoſitis, omnia pro libidine eorum agi cœpêre, qui iſtius novitatis auctores erant. Ita captus* HUGO GROTIUS, *vir innocentiſſimus, & patriæ ſuæ, libertatisque publicæ amantiſſimus, poſtquam novem per menſes detentus* Hagæ *fuiſſet, eorumque ſex elapſi eſſent in conquirendo infenſiſſimos quosque, quibus judicum munus tutò committerent, tresque reliqui in formandis accuſationum capitibus eſſent conjuncti, interdicto interim uxori, liberis, parentibus, conſanguineis, & amicis, ne adire, alloqui, aut ullam operam præſtare captivo, quamvis periculosè ægrotanti, ne quidem coram ipſis judicibus liceret. Damnatus tandem ad carceres perpetuos, bonaque ejus publicata ſunt. Quod cùm oſtenſum judicibus eſſet per leges patriæ nòn licere, niſi in damatos Majeſtatis, anno poſt latam ſententiam pronuntiatum ab iis eſt, ſibi, dum ferrent ſententiam, nullam aliam mentem fuiſſe, quàm* GROTIUM, *aliosque, Majeſtatis fuiſſe reos. Inde* Lupeſteynium

29. Aug. 1618.

18. Maji 1619.

6. Jun. 1620.

6. Jun. 1619. *landicæ ditionis caſtellum in confinio Geldriæ inter flumina Moſam, & Vahalim ſitum, finiendæ in pedore carceris vitæ transportatur. Ubi poſtquam ultra ſesquiannum ſuſtentatus bonis uxoris, aſpernantis judicum largitionem, qui vicenos, & quatuor in diem aſſes alendo captivo, totique ipſius familiæ aſſignaverant, ſtudiis præcipuè impendiſſet, plurimasque ab iis, qui cuſtodiæ ejus præerant injurias perpeſſus fuiſſet, tandem Dei Opt. Max. indignam viri ſortem miſerantis beneficio, & uxoris* MARIÆ REYGERSBERGIÆ, *ex primariis Zelandiæ familiis ortæ*, Petrique REYGERSBERGII *Veriani Conſulis, qui non inutilem Patriæ, & Naſſaviæ domui navaverat operam, eamque ob cauſam Lyceſtrianis temporibus ab inimica factione ejectus oppido exulaverat, filiæ, virilis animi, & ſupra ſexum ſapientis Matronæ, operâ, priſtinæ libertati redditus eſt; incluſus quippe ciſtæ, quæ transportandis libris jam aliquoties inſervierat, & à cuſtodibus ipſis in navem dedu-*

22. Mar. 1621. *ctus* Gornichemum *proximum caſtello oppidum vectus, & in domum delatus eſt optimi ibidem civis* Davidis DAETZELARII, *digniſſimi vel ob hoc unum in perditiſſimis temporibus factum, cujus nomen omnibus bonis innoteſcat. Ibi ſumtis cœmentarii cujusdam veſtibus, primùm* Antverpiam, *inde* Lutetiam *ſe recepit, ubi per abſentiam Regis ab ipſius Miniſtris, poſtea & à Rege ipſo benigniſſimè exceptus, & annuo donativo honeſtatus, ſedem quieti, & ſtudiis ſuis poſuit, ſemper intentus patriæ, & popularibus ſuis, ubi quid negotii illis apud aulam eam eſſet, conſilio, operâ, & quâ pollebat apud nonnullos Miniſtros regios*

gratiâ

gratiâ inſervire, ac prodeſſe; quamvis non ignoraret, eos, qui ibi res Fœderatorum curabant, nihil intentatum relinquere, quo Regis animum ipſi infeſtum redderent: ſed fruſtra laborabant apud Principem nihil ignorantem eorum, quæ annis CIↃ IↃC XVIII & CIↃ IↃC XIX *in Hollandia acta erant: quin dixiſſe non ſemel fertur, mirari ſe virtutem hominis, qui tam malè in patria habitus, non deſineret tamen ei, ſubditisque ejus benevelle, imo quocunque etiam poſſet modo benefacere. Primum operum, quod poſt receptam libertatem edidit, fuit* Apologeticus, *ſive defenſio, non tam ſua, qui non potuerat peccare in exſequendis iis, quæ ſibi à Superioribus ſuis mandata erant, quàm eorum, qui legitimo modo creati, legitimo jure Reip. Hollandicæ annis decimo octavo, & nono præfuerant. Quo comperto Federatorum Delegati, neque ignorantes ſuas in eo libro artes, illatamque Hollandiæ vim detegi, cùm nihil haberent, quo expreſſam in eo veritatem redarguere, aut refutare poſſent, uſitatâ jam diu violentiâ utentes, proſcriptionibus eum perſecuti ſunt: quod brutum fulmen, cùm per Chriſtianiſſimi Regis tutelam, qui eum in fidem ſuam receperat, evanuiſſet, nihil aliud eo actum eſt, quàm quod* Grotio *vita ſecurior reddita, typographorum eos libros vendentium duplicatum lucrum, & aucta adeò ſit legentium curioſitas, ut defæcatis multorum regentium oculis, eorum auctoritas non tantum publica, ſed & in conventu ipſorum Procerum, imo & contra ipſos fœderatos poſtea valuerit. Manſit ibi per annos undecim, amatus univerſim, conſultusque ſæpe à Prioribus regni ſuper rebus maximi*

maximi momenti. Donec pertæsus vitæ nimis otiosæ, postquam plus semel ad ministeria publica, non à Serenissimo tantùm Daniæ Rege CHRISTIANO Quarto, *sed & à* GUSTAVO *Magno vocatus esset : certus sedes mutare, primùm in patriam redire constituit, ubi mortuo* MAURITIO *Arausionensium Principe, frater ejus* FREDERICUS HENRICUS *ad gubernaculum Reipublicæ admotus, non mitioris tantùm regiminis, sed & pristinæ in administranda Republica libertatis spem dederat, ipsique jam pridem* GROTIO *animi sui affectum per literas testatus erat, credebaturque à non paucis, quæsiturus sibi gloriam ex tanti viri tam injustè damnati in integrum restitutione ; sed ut plerumque apud animos eorum, qui Principum consiliis præsunt, utilia honestis prævalent, neque deessent, qui ipsi ante oculos ponerent, quàm periculosum rebus suis foret, hominem, tam pertinaciter libertatis, ac patriæ suæ amantem, iterum ad Rempublicam admittere, potentiæ suæ, quàm existimationi consulere maluit, & Proceribus super mansione* GROTII, *in Hollandiam reversi circa finem ani* CIↃ IↃC XXXII *deliberantibus, iis accessit, qui interdicendam illi in patria habitationem opinabantur : ita coactus iterum patriâ suâ excedere illustris exul* Hamburgum *Hanseaticarum urbium præcipuam se contulit, mansitque ibi, captus amœnitate loci, & affluentium undique eruditorum virorum allocutionibus, donec, post multas diversorum Germanici Imperii Principum requisitiones honestis modis excusatas, tandem, sed mortuo jam* GUSTAVO *Magno, Reginæ, regnoque Suecia operam suam sub nomine*

mine Consiliarii Regis, & ad Christianissimum Galliarum 1634.
Regem LUDOVICUM decimum tertium *Legati obstrinxit. Sic iterum in Galliam reversus est, non tam dignitate legationis, quàm eruditionis, & virtutum famâ conspicuus. Invitis quidem, & contra nitentibus, quos in patria habebat, adversariis, qui omnes vires apud Regem,* 1635.
ejusque Ministros intendebant, ne damnati apud se hominis actiones per admissionem in eam dignitatem justificarentur; sed frustra, ut jam dictum est. Laborabant apud aulam, non ignaram eorum, quæ super hac re contra ipsius Regis consilia, toties per Legatos suos patefacta, apud Batavos acta erant. Neque adeò obscurè scriptus erat ipsius GROTII Apologeticus, *ut quenquam vel mediocriter humanarum rerum gnarum, latere posset, quàm iniqua in eum sententia lata esset. Et tunc quidem officii sui credidit Rotterodamensis urbis Rectores acceptæ à se Legationis certiores reddere, quò scilicet liberati ab iis, quas cum eo pepigerant conditionibus, vacanti ab eo demum tempore urbis suæ adsessuræ providere possent: uti fecere, eligendo in ejus locum amplissimum, ac disertissimum virum* Simonem BEAUMONTIUM, Herperti BEAUMONTII, *de quo supra locuti sumus, patrem. Mansit itaque ibi, & iis, à quibus, & ad quos missus erat, pariter gratus, præcipuum tempus suum impendebat partim ministerio Legationis, partim studiis, partim allocutionibus eorum, qui videndi eum, & consilia sua cum eo sociandi gratia ab omnibus Europæ partibus confluebant. Omnibus fores, omnibus mensa, omnibus officia ipsius patebant, ne iis qui-*

dem exceptis, quorum parentes, post multas illatas ipsi injurias, & carceris, & exsilii auctores fuerant. Ibat in annum undecimum ejus Legatio, cùm Majorenni jam, & ad Regni administrationem vocatæ Christinæ Gustavi Magni filiæ ministerii sui rationem redditurus in Suediam proficiscens GROTIUS *per Hollandiam iter carpsit; jamque* Rotterodamum *veterem habitationis suæ sedem pervenerat, magno ibi civium applausu, & favore exceptus, cùm inimici non contenti iis, quibus eum tamdiu persecuti opprobriis, & injuriis erant, obire suarum partium domos, quos poterant ad se trahere, omnem lapidem movere, ne Ordines Hollandiæ, tunc fortè congregati, per terras, & urbes suas transire Grotium impunè paterentur: sed mutata erat rerum facies. Plurimi eorum, qui anno* CIↃ IↃC XVIII *statum Reip. concussérant, jam è vivis decesserant, nonnulli eorum, qui eodem anno à dignitatibus suis dimoti fuerant, moderatione Principis* FREDERICI HENRICI *revocati ad pristina ministeria erant, quique novi ad Remp. accesserant, ut factionibus non interfuerant, discernendæ veritati magis capaces erant. Ita factum est, ut referenti in conventu Procerum Hollandiæ* Jacobo CATSIO, *eorum tunc adsessori, quid sibi super ea re dictitatum esset, responsum à Proceribus sit, vano timore liberaret homines nimiùm meticulosos: ipsis curæ fore, ne quid Respublica detrimenti caperet.* Amstelodamum *interea pervenerat Grotius, inde* Hamburgum *petiturus, neque enim affectabat ullis se civitatibus videndum præbere, nisi quarum transitum evitare non poterat. Consulatum in ea civitate*

eo

eo tempore obtinebant viri ſapientes, & moderati, Petrus Hasselarius, Andreas Bickerus, Gerbrandus Pancratius, & Guilhelmus Backerus, *qui de adventu in urbem ſuam* Grotii *certiores facti, neque diſſimulare cupientes quanti facerent virum tam ſolidè eruditum, tam bene de Patria meritum, tamque illuſtri per totum terrarum orbem famâ celebrem, ſine cunctatione eum adiere, optima quæque officia ei obtulere, publico convivio excepere, & navem itineri ipſius aptari curavere: ita rurſum patriâ nunquam ſibi poſtea videndâ exceſſit vir excellentiſſimus.* Hamburgum *maritimo, terreſtri itinere* Lubecam *petens, honorificè à Magiſtratibus utriusque civitatis exceptus fuit. Inde* Wiſmariam *Pomerani Ducatûs oppidum, Suedicis præſidiis occupatum, pervenit. Erat eo tempore non longè ab ejus portu cum ingenti claſſe* Wrangelius *Comes, Regni Suedici Architalaſſus, qui de adventu tendentis in Suediam* Grotii *certior factus, continuò navem bellicam, promovendo ipſius itineri, ad eum miſit, eâ* Calmariam Grotius *venit, inde* Holmiam *petiturus; quo comperto Regina, quæ tunc forte* Upſaliæ *erat, magnoque jam diu videndi* Grotii *deſiderio tenebatur, reditum ſuum in eandem urbem, Imperii ſui ſedem, properavit. Poſterâ die ad alloquium Reginæ admiſſus* Grotius, *poſtquam multa rebus, ac tempori convenientia diſſeruiſſet, Legationis ſuæ partes expoſuit, actionum ſuarum rationem reddidit, pro favore tamdiu percepto gratias egit, dimiſſionemque à miniſterio ſuo petiit. At* Christina *ut erat omnium rerum cognitionem*

ſuam merentium gnara, literarumque, & literatorum amantiſſima, ipſiusque Grotii, *editorumque ab eo operum perſpicaciſſima æſtimatrix, ad reliquæ orationis ipſius capita benigniter, ad ultimum, ubi de dimiſſione ſua locutus erat, non niſi per ambages reſpondit. Adeò ut non obſcurè pateret circumſtantibus, mentem Reginæ eſſe,* Grotium *apud ſe detinere, propiusque conſiliis ſuis admovere: ſenſit hoc & ipſe* Grotius, *neque dubitavit, hoc unum ſufficere ad irritandam invidiam illam, quam à principio adventûs ſui in nonnullis regni Proceribus animadverterat. Quare cùm nihil minùs propoſitum ei eſſet, quàm in ea terrarum parte habitationis ſuæ ſedem figere, ubi non minùs cum ingeniis hominum tam malè ſibi volentium, quàm cum aëris inclementia luctandum quotidie foret, non deſtitit coram Regina, quoties ad eam accederet, dimiſſionem ſuam, & veniam ad ſuos revertendi efflagitare. Illa, quæ neque diverſas terrarum regiones, neque diſcrepantes hominum mores ignorabat, eoque minùs dubitare poterat, quàm difficile eſſet, animum non avaritiâ, non ambitione diſtractum, ſed ſolis ſtudiis, & virorum eruditorum collocutionibus contentum, ex eo, ſub quo tamdiu reſpiraverat cœlo, in eam mundi plagam trahere, quæ vix ipſi, ibi natæ, ibi educatæ, ibi regnanti, imo ne vix quidem placeret, ſtatuit tandem deſiderio ipſius morem gerere, virumque non malè de ſe meritum, laudibus, muneribus, ſingularisque affectûs demonſtrationibus cumulatum dimittere: ita quamvis ægrè conſentiente Reginâ* Holmiâ *deceſſit* Grotius, *corpore jam minùs validus, contractâ,*

uti

uti credebatur, infirmiore valetudine, partim ex tædio tardati tamdiu itineris, partim ex rigore aëris minùs naturæ ſuæ convenientis: ſed ſperabant qui ei aderant, tam validam in eo futuram ſpem reviſendæ propediem conjugis, & familiæ ſuæ, ut præcipuam partem doloris, quam ex eorum abſentia contraxerat, diſſipare poſſet. Cœlo ſereno, ventisque ſatis faventibus è portu Dalerenſi ſolvit navis, quæ transvehendum Lubecam GROTIUM *ſuſceperat; ſed brevis fuit illa aëris ſerenitas, ſequenti quippe die vehemens tempeſtas contrahere vela juſſit, ingraveſcensque magis, magisque circa veſperam majorem malum disjecit, ejusque pondere ſubmerſum penè navigium adeo contrariis undique ventis concuſſit, ut fracto, & altero malo tandem ad oram Caſſubiæ lacerum, & perfluum littori impegerit. Octavo, poſtquam è portu ſolverat, die, deſcendit in arenam cum comitatu ſuo* GROTIUS, *non longè à vico* Lyba *dicto, decem, & quatuor milliaribus Germanicis à* Dantiſco *ſito, non minùs animo, quàm corpore æger: cùmque ne unum quidem diem curando, ac reficiendo corpori à feſtinante ad ſuos redire animo obtinere poſſet, ruſtico, quod ægrè ibi nactus erat, vectabulo, iter per medios imbres, & ventos continuavit per aliud octiduum, donec conſumtis per nimias agitationes, & laſſitudinem viribus, tandem* Roſtochium *pervenit, & lecto non reſurrecturus incubuit. Poſtero die accerſitus ad eum venit Medicinæ Doctor* STOCKMANNUS, *qui pulſu venæ obſervato, ejusque debilitatem ſoli laſſitudini imputavit, ac requie, & nutrientibus cibis reficiendum eum judicavit; aſt ubi idem ſe-*

quenti die rediit, auctamque debilitatem, sudoremque lethalem, & reliqua deficientis naturæ signa agnovit, actum esse de ejus vita, jamque in agone mortis versari, pronunciavit. In eo cùm esset statu, circa nonam vespertinam vocatus ad eum accessit Theologiæ Doctor, ac Professor, nec non Verbi Divini ibidem Minister Joannes QUISTORPIUS, *qui post habitos aliquos cum eo sermones super fragilitate humana, multifariis mortalium peccatis, necessariâ eorum pœnitentiâ, Deique Opt. Max. in iisdem condonandis propter merita Christi immensâ clementiâ, quæque his similia morientibus proponi solent, ad preces se convertit; quarum verba complicatis manibus submissâ voce secutus* GROTIUS, *paulatim deficere, auditumque primò, mox & visum perdere incepit, nec multò post sub ipso puncto mediæ noctis placidè exspiravit. Intestina ejus æneo vasi inclusa ibidem in loco honoratissimo Ecclesiæ cathedralis sepulta sunt. Corpus ipsum balsamo conditum in urbem patriam* Delphos *Batavorum transportatum, ibique non sine ingenti exsequiarum pompâ proavûm sepulchro, quod in choro ædis novæ à dexteris celeberrimi Arausionensium principum monumenti reperitur, impositum est. Erat formâ corporis vulgarem non multùm excedente, facie satis pulchrâ, colore nitido, naso in aquilinum verso, oculis splendidis, vultu sereno, membris compactis, & robustis adeò, ut in ambulando, currendo, saltando, in eâ quâ erat ætate, vix quemquam sibi parem reperiret. In rebus agendis serius, apud amicos hilaris, apud omnes affabilis erat: quâ verò industriâ, quo ingenio, quo judicio,*

judicio, quâ pietate in Deum, amore in proximum, charitate in patriam præditus fuerit, apertiùs ex ipsius scriptis, quàm ex aliorum testimoniis colligetur. Liberos discedens reliquit quatuor, filios tres, & filiam unicam, quorum Cornelius, *ac* Didericus, *ille natu maximus, hic minimus post obitos in militiâ Tribunatus, aliasque cum laude dignitates ambo jam olim cœlibes obiere. Filia* Cornelia, *etiamnum superstes post obitum patris nupsit* Joanni Barthoni *Vicecomiti de* Mombas, *primariæ apud Pictones nobilitatis, & illustrissimis Galliæ familiis insito. Hic à primâ adolescentiâ, more Gallicæ nobilitatis, nomen suum militiæ dedit, & post varios gestos in patriâ honores, ac dignitates, tandem ad Tribunatum equestrem evectus, in gratiam uxoris aërem Gallicum non ferentis, in Hollandiam migravit. Ubi vir ingenio pollens, manu strenuus, rei militaris longâ experientiâ subactus, inter primos equitum Magistros adscitus ad majores dignitates assurgebat: sed incertùm, suo, an ejus, cui se per matrimonium innexerat, familiæ fato, captus, damnatus,* 1672. *vix difficili fugâ capitali se periculo subduxit.* Petrus de Groot *ejusdem* Hugonis *filius secundus, patriæ suæ luctuoso funere nuper admodum ereptus, apud bonos triste sui desiderium reliquit. Hunc parens à teneris patriæ suæ, ac togæ dicaverat, idcirco ut gentis suæ moribus, ac genio imbueretur, eum in Hollandiam anno* cIↃ Ↄc xxix *misit, illic sub* Theodoro Schrevelio, *Scholæ Lugdunensis Rectore, studiorum suorum fundamenta jecit, deinde adultior in Philosophia* Casparum Barlæum, *in*

Historiis, & Politica Gerardum VOSSIUM, *& in Jurisprudentia* Joannem CORVINUM *audivit. Posthæc anno* CIↃ IↃC XXXVII *omnigenâ eruditione instructus in Galliam ad patrem reversus est; ubi non tam annis, quàm præcoci ingenio, ac judicio rebus agendis maturior, non inutilem parenti sæpe præstitit operam, tam in visitandis amicis, & expiscandis aulæ arcanis, quàm componendis legationis literis, cum temporis angustia, aut absentia patris id exigerent. Anno sequenti in patriam reversus, aliquamdiu rebus forensibus animum admovit, publicis tamen commodis, quàm privatis inservire propensiorem. Sed nulla spes erat, ut ad Reipublicæ clavum tantorum stemmatum patritius juvenis admitteretur ab iis, qui parentem virum integerrimum ad perpetuos carceres damnaverant. Idcirco vitam privatam egit, donec pace Monasterienſi restitutus in Palatinatum suum Serenissimus, & Sapientissimus Princeps* CAROLUS LUDOVICUS *Sacri Romani Imperii Elector hoc nostro uti voluerit, qui res suas apud Præpotentes Fœderati Belgii Proceres administraret. Cùm paulatim in patriâ verteretur rerum facies, tandem anno* CIↃ IↃC LX *oblatam sibi adsessuram civitatis Amstelodamensis septem annos summa fide, ac industria gessit. Anno* LXVIII *à Fœderatis Ordinibus Legatus ad Reges Septentrionales missus, primùm* Hafniam *appulit. Postquam Ordinum mandata esset exsecutus, à Daniæ Rege* FREDERICO Tertio, *benignissimè exceptus, & dimissus,* Holmiam *pervenit. Hîc à* CAROLO XI, *& universo regni Senatu, magno honore habitus ultra annum permansit, cùm mortuo in Galliâ Legato* Guilielmo BOREEL

REEL *ad Christianissimum Regem ab Ordinibus Delegatus domum evocaretur, ubi Adsessuram Civitatis Rotterodamensis, paternam olim provinciam, à Rectoribus ejus oblatam, suscepit. Legationes omnes, præcipuè Gallicam, summo labore, summâ industriâ, & mirificâ vigilantiâ, non sine magno Fœderatorum Procerum applausu obivit, quibus utpote spectata erat ejus fides, & sedulitas, hostium arcana, & insidias, vimque, quam in patriam molirentur, indagare sagax, ac patriæ Rectoribus significare prompta. Tandem in patriam reversus, & in Conventum Fœderatorum Delegatus, ex eo honorum culmine à fatali illo Bataviæ turbine, quem rabida, & tumultuans plebs conciverat, deturbatus, & cum optimis, & sapientissimis patriæ Rectoribus dignitatibus suis est exutus. Nec sic satiatus est furor; nam vix eluctatus manibus sicariorum, qui pugiones in necem ejus acuerant, amicorum consilio, & circumstrepentibus undique periculis persuasus est tempori cedere, & aliquamdiu, donec istæ consilescerent turbæ, patriam relinquere. Primùm* Antverpiam *celeberrimam Brabantiæ Civitatem se contulit, & non sine ingenti vitæ discrimine vixit sub præsidio Illustrissimi Comitis* MONTERÆI, *Regis Hispani Gubernatoris, qui non semel ipsum monebat, ne manendo diutius in urbe Hollandiæ tam vicinâ, irritaret animos eorum, qui in cædem ejus conjuraverant; itaque ne se diutius adversariorum telis exponeret, primò* Leodium, *inde* Aquisgranum, *postremò* Coloniam Agrippinam, *urbem non tantùm naturâ, sed & propter Legatos pacis ibi negotia tractantes, tutissimam profectus est; ubi partium ar-*

cana expiſcando, & perferendo ad Legatos Fœderatorum, non inutilem patriæ ſuæ operam præbuit. Poſt exactum biennium reverſus eſt, cùm non pauci paulatim furore defœcati, ac ſedatiores, rectæ rationi, ac veritati oculos aperirent. Jam innocentia ejus gaudebat vultum erectum, & pectus nullius flagitii conſcium adverſariis offerre; pertæſa etiam more maleficiorum diutiùs extorris à patrio ſolo, de quo tam præclarè meruerat, fugitivam vitam trahere. Primò tranquillè, nemine obſtante, in villâ ætatem agebat; ſed cùm ſe Hagam *conferret, à Fiſci procuratore accuſatus, quod cum* Abrahamo Vicquefortio, *Sereniſſimi Ducis Brunsvicenſis ad Fœderatos Proceres publico miniſtro, literarum commercia habuiſſet, quodque detecta hoſtilium Legatorum ſecreta de pacis negotio ad Legatos Fœderatorum detuliſſet, ſolâ judicum integritate, vitam, famam, facultates, quibus ſimul inhiabant inimici, conſervavit. Sic tandem bona cauſa triumphavit, muſſante plebe. Poſthæc ne adverſarios adſpectu ſuo ureret, migravit cum familiâ in villam, quam non procul* Harlemo *ſitam habebat; ubi liberos ſuos educando, auctores bonos terendo, & amicos excipiendo,* Scipionis Africani, *& illuſtrium aliquot virorum exemplo, vitam nemini gravem, ſibique nec injucundam, nec indecoram coluit. Cùm ſic privatus quietè, ac tranquillè ætatem ageret, morbo correptus, annum agens ſeptuageſimum, mortem conſtanti, ac hilari vultu excepit, utpote quæ in tutam ſtationem deduceret à teneris jam plurimis vitæ procellis agitatum. Ubi livor, qui paſcitur in vivis, ſeſe conſumſerit, & partium*

tium ſtudia deferbuerint, honoribus intaminatis fulgebit hujus viri decus, ejus virtutes, ac geſta, quæ ſummatim attingimus, poſterorum annales loquentur, idcirco pauca quædam de corporis habitu, & mentis dotibus delibare animus eſt. Corpore erat procero, & obæſo. Papulæ, quas parens ejus ad Benj. MAURERIUM *de noſtro ſcribens, ait, fuiſſe velut abortivum partum effœtæ peſtilitatis, faciem ejus deformaverant, & alterum pedem ita contraxerant, ut totam vitam claudicaret.* Ulyſſem, *ferunt, non formoſum, ſed facundum fuiſſe, & in* Periclis *labris Suadæ Deam ſeſſitaviſſe, quæ verè in noſtrum competebant. Animo autem erat candido, & niveis moribus: in proſperis ejus comitas, in adverſis conſtantia, in omnibus vitæ actionibus intemerata fides elucebat. Poſt divinam ſuprema illi lex erat ſalus patriæ. De Republica bene mereri, amicos colere, inimicos beneficiis ſibi devincire, illi ſumma voluptas, & ſtudium fuit.*

De Illuſtriſſimo viro HUGONE GROTIO, Petro GROTIO *filio, & reliqua ejus familia, hæc ſummatim attigimus; ut autem quæ de* HUGONE GROTIO, *de quo præcipuus hic ſermo, diximus, majorem habeant fidem, adjunximus literas* FREDERICI HENRICI *Arauſionenſis, Fœderati Belgii Gubernatoris, ac Reginæ Chriſtinæ, quorum ampliſſima teſtimonia effœta jam ſenio, & lumine veritatis præſtrictæ maledicentiæ prævalebunt.*

COPIE de la Lettre escrite le 4. d'Aouſt 1622. par F. HENRY Prince d'Orange, au Sr. HUGO DE GROOT.

MONSIEUR,

JE vous remercie des bons offices que vous m'avez rendus par delà vers quelques-uns du Conseil du Roy: ce que je vous supplie de continuer tant vers les susdits, que autres que vous jugerez à propos; vous asseurant que je recognoistray cette bonne volonté en toutes occasions, où j'auray le moyen de vous servir. Je vous supplie aussi de faire estat de mon affection: & vous asseurer, que je vous la continueray tousiours, y estant obligé par celle que m'avez tesmoignée de tout temps. J'ai prié vostre beau-frere le Sieur Reigersberg de vous escrire particulierement sur quelque sujet, sur lequel je seray fort aise d'entendre vostre advis: vous m'obligerez fort de me l'envoyer, comme vous avez desja faict par le memoire que vous m'avez envoyé, dont je vous remercie bien fort. Je souhaiterois de pouvoir estre utile en vos affaires par de çà, & m'y employerois de tout mon cœur; mais vous sçavez la constitution des affaires estre telle, que ny moy, ny vos autres amys, ne pouvons vous y servir, comme nous desirerions bien. Je veux esperer que le temps y pourra apporter du changement, & que je vous pourray revoir en ce pays estimé & honoré comme vos rares qualitez le meritent: dequoy je ne recevray pas moins de contentement que j'ay fait de vostre liberté. Cependant je vous souhaite en vostre éloignement de vostre patrie tout le contentement, heur & prosperité que vous sçauriez desirer. Ce que je prie à Dieu de vous donner, & à moy l'occasion de vous faire paroistre par effect que je suis.

MONSIEUR,

De la Haye le IV. d'Aouſt 1622.

Votre tres-affectionné à vous faire service

FR. HENRY DE NASSAU.

DOMINE,

AGO gratias pro bonis iis officiis, quæ mihi apud quosdam præstitisti, qui regi sunt à consiliis, rogoque ut sic pergas tam apud eosdem, quàm alios, quos non inidoneos judicabis: meam dans fidem, me non immemorem futurum hujus benevolentiæ, sed qualiscunque se occasio offerat, operam tibi daturum. Oro etiam, ut persuasum habeas meum erga te favorem, quo te semper prosequar, inductus eo affectu, quem mihi omni tempore fecisti testatissimum. Rogavi affinem tuum D. Reygersbergium, ut ad te definitè & distinctè de rebus quibusdam scriberet, ad quas intelligere sententiam tuam gestio: hanc si miseris, magno beneficio me tenebis obligatum, sicut nuper, cùm memoriale ad me mitteres, pro quo gratias ago maximas. Utinam hic

possem

possem rebus tuis utilem operam afferre, eam sane ex animo impenderem; sed nihil te fallit eum nunc esse rerum statum, ut aut ego, aut reliqui amici commodis tuis ex voto inservire nequeamus. Spero tamen, quòd tempus mutationem hisce inferet, quodque te brevi videbo existimatione, & honoribus iis florentem, quos eximiæ dotes tuæ requirant. Unde non minor mihi voluptas suborietur, quàm olim ex tua libertate. Interim dum extorris à patria vivis, exopto tibi omnia grata, fausta, prospera, ipsi tibi quæ optare possis. Precor Deum, hoc ut tibi donet, mihique occasionem, ut tibi queam reipsa ostendere, quòd sim

Omni affectu tibi inservire pronus

F. HENRICUS à NASSAU.

RESPONSE de la Reyne CHRISTINE à feu Madame GROTIUS.

MADAME,

J'Ay appris de vostre lettre du 16. Juillet, comme quoy mon Ambassadeur a executé les ordres, que je luy avois donnés touchant les livres de feu Monsieur Grotius vostre Mary; & que nonobstant les offres, que des autres avoyent faictes, pour s'en rendre possesseurs, vous avez eu plus de consideration pour mes desirs, que pour les avantages, que l'on vous faisoit esperer de ce costé-là. J'advoüe, que dans le plaisir, que je prens à la lecture des bons autheurs, je suis tellement amoureuse des escrits de Monsieur Grotius, que je ne m'estimerois pas contente, si je me voyois déscheüe de l'esperance de les associer à ma Bibliotheque. Mon Ambassadeur vous peut avoir dict une partie de la haute estime que je fais de son admirable intelligence, & des bons services qu'il m'a rendus: mais il ne sçauroit vous exprimer parfaictement à quel point son souvenir m'est cher, & les effects de ses travaux considerables. Que si l'or & l'argent pouvoyent contribuer quelque chose à rachepter une si belle vie, il n'y auroit rien en mon pouvoir, que je n'employasse de bon cœur pour cet effect. Jugez de là, que vous ne sçauriez mettre ces beaux monumens & reliques entre des mains, dont ils soyent mieux receus & traictez, que les miennes: & puisque la vie de leur autheur m'a esté si utile; ne souffrez pas, que sa mort me prive entierement des fruicts de ses illustres peines. J'entens, qu'avec les livres, que d'autres ont faicts, vous me fassiez tenir tous ses memoires manuscripts & extraicts, suivant la promesse que vous m'en faites dans vostre lettre. Vous ne me sçauriez jamais mieux tesmoigner vostre bonne volonté, qu'en ce rencontre; & j'ai, Dieu mercy, dequoy le recognoistre, & vous en recompenser, ainsi que mon Ambassadeur vous donnera à entendre plus particulierement, auquel me remettant, je prie Dieu, qu'il vous maintienne en sa saincte grace.

à Stockholme ce *d'Aoust*, 1648.

CHRISTINE.

RESPONSIO Reginæ CHRISTINÆ ad MARIAM REYGERSBERGIAM piæ memoriæ, H. GROTII uxorem.

EX litteris tuis decimo septimo Kal. Aug. ad me datis, intellexi quo pacto Legatus meus jussa mea sit executus in conciliandis mihi mariti tui Domini Grotii p. m. libris, quodque neglectis aliorum, qui eorum possessores esse ambiebant, oblatis, majorem hubueris rationem, meis desideriis ut morem gereres, quàm propriis commodis, quorum spes ab altera parte affulgebat. Equidem inter voluptates istas, quas ex bonorum authorum lectione capio, D. Grotii scripta ita depereo, ut si spe mea frustrata nequeam ista Bibliothecæ meæ adjungere, nunquam me voti compotem arbitratura sim. Legatus meus fortasse tibi retulit partem summæ illius existimationis, qua vigent apud me ejus admirabile ingenium, & egregia, quæ mihi præstitit, officia; sed perfectè non potuit exprimere, ejus memoria mihi quàm sit cara, & scriptorum monumenta quàm suspicienda. Sane, si in auro, & argento aliquid esset momenti ad redimendam vitam tam claram, quidquid esset in manu mea animo lubenti in hunc finem conferrem. Ex hisce colligas, quòd egregia hæc monumenta, & reliquias non possis committere manibus, à quibus meliùs excipiantur, & habeantur, quàm meis. Cùm horum auctor vivus mihi fuerit adeo utilis, ne patiare, ut ejus morte illustrium ejus laborum fructu planissimè priver. Sic intelligo, ut unà cum aliorum libris mihi omnium memorialium manuscriptorum, & breviariorum facias copiam, secundùm promissa per literas tuas mihi facta. Nunquam mihi posses testatiorem facere tuam benevolentiam, quàm hac occasione; ne deest mihi, gratia Deo, unde hanc gratiam rependere, teque remunerari queam, quorum Legatus meus te certiorem faciet, cui acquiescens Deum rogo, ut te sanctissimâ suâ gratiâ protegat.

Holmiæ prid. Idus Augusti 1648.

CHRISTINA.

HUGONIS GROTII

ALLOQUIUM

ad Arcam, quâ è carcere elatus est.

DUlces latebræ, temporis domus parvi
Angusta, laxo quæ viam facis cœlo,
Clausum parumper spiritum manumittens;
Onus quod ægrè congregum manu multâ
Interquiescens pertulit ferus miles,
Tandemque cœcum tradidit rati pignus,
Lati vehendum Vahalis impetu prono;

Quas

Quas Arca grates, quas tibi feram laudes?
Tibi fugata victa servitus cessit,
Tolerata septem post biennium menses.
Quod celsa tueor ostia libero vultu,
Quod durus aures non ferit feræ stridor,
Obicesque multi, barbarique custodes:
Sed læta turba comiter salutantium,
Blandique amici, tincta litteris corda,
(Quales Thuanus, quo probatior nemo,
Puteanus, & mens erudita Tileni)
Fastidiosas ire non sinunt luces:
Tibi hæc, & aliud si quid est boni nobis,
Et si quid ultra restat, Arca, debemus.
Quæ merita verbis si liberet æquare,
Opus tot esset, ferre quot soles, libris.

Ejusdem Scazontes Albo cujusdam inscripti.

QUos matris alvus Carcer edit in lucem,
Queis corpus animum more Carceris vincit,
Quos morte functos terra Carcer expectat,
Nunquam nimis timere Carcerem debent.
27. *Martii* 1621.

Idem in SYLVA ad

FRANSCISCUM AUGUSTUM THUANUM.

JAC. AUGUSTI F.

cIↃ IↃC XXI scripta.

NOs quoque, si quisquam multum debere fatemur
Conjugio, memini, post tot tua vota, precesque,
Cynthia cum nonum capto mihi volveret orbem,
Qualem te primum, conjunx fidissima, vidi
Carceris in tenebris: lachrymas absorpserat ingens
Vis animi, neque vel gemitu te luctus adegit
Consentire malis. rursus nova vincula, sed quæ
Te socia leviora tuli, dum milite clausos
Nos Mosa, & tristi Vahalis circumstrepit unda.

Heic patriam toties, & inania jura vocanti,
Et proculcatas in noſtro corpore leges,
Tu ſolamen eras, heic jam te viderat alter,
Et poſt ſe media plus parte reliquerat annus,
Cum mihi jura mei per te, ſolerte reperto,
Reddita. tu, poſtquam jam cæca acceperat alvus
Dulce onnus, oppoſitis libabas oſcula clauſtris:
Atque ita ſemoto foribus cuſtode locuta es.
Summe pater, rigido ſi non adamante futurum
Stat tibi, ſed precibus potis es, gaudesque moveri,
Hoc quod noſtra fides lucem ſervavit in iſtam
Accipe depoſitum, tantisque exſolve periclis.
Conjugii teſtor ſanctiſſima jura, meæque
Spem ſobolis, non huc venio pertæſa malorum,
Sed miſerata virum: poſſum ſine conjuge, poſſum
Quamvis dura pati. ſi poſt exempla ferocis
Ultima ſævitiæ nondum deferbuit ira,
In me tota ruat: vivam crudele ſepulchrum
Me premat, & triplicis cingat cuſtodia valli,
Dum meus ætheriæ ſatietur paſtibus auræ
Grotius, & caſus narret, patriæque, ſuosque.
Dixerat, atque oculis fugientia vela ſecutis
Addit: Abi conjunx, neque te niſi libera cernam.
Quod mea ſi auderet famam ſpondere Comœna,
Acciperet quantis virtutem laudibus iſtam
Poſteritas? nomen non clarius illa teneret,
Admeto regina ſuos quæ tradidit annos,
Quæque ſuper cineres jecit ſe arſura mariti,
Dignaque tam Bruti thalamis, quàm patre Catone
Porcia, & in letum magno comes Arria Pæto.

LIBERATO GROTIO.

HActenus invisâ detentus carceris umbrâ
Ereptum ulterius non tulit Hugo diem.
Fata viam inveniunt. tabulis concluditur arctis,
Quemque capax mundus non capit, arca capit.
Navigat, & liber ſimul, & captivus, & inter
Spemque, metumque ſuum laudat, & odit opus.
Aut Solem mihi reddet, ait, fraus iſta priorem,
Aut iterum ingenio ſum miſer ipſe meo.
Quid fortuna ſtupes? toti mirabilis orbi
Non niſi vult miris liber abire modis.

LIBERATRICI GROTIÆ.

DIscite jam Belgæ Pietas quid possit, & uxor,
Quam faciat gratas docta virago vices.
Fœmina capta manet dimisso læta marito,
Miraturque suos ingeniosa dolos.
Non humeris fert illa virum. fraus vilior ista est.
Asseribus tantas mancipat uxor opes.
Devehit impositum fatalis machina pondus,
Jamque minor parvâ Grotius æde latet.
Non audita canam. ignaro portatur ab hoste,
Ipsaque custodum dextera præbet opem,
Capta fuit ligno fallacis Breda carinæ;
Liberat hic captum lignea cista virum.
Secula magnanimas sileant antiqua maritas,
Omnibus his majus Grotia nomen habet.

Raptim, C. BARLÆUS.

JOHANNIS RUTGERSII *EPIGRAMMATA DE* HUGONE GROTIO.

Dies 29. Augusti mensis Grotiano carcere nefastus.

HÆc est illa dies, quæ tanti conscia luctûs
Grotiacas vidit vincula ferre manus:
Nec flevit scelerata nefas, sed lumine sicco
Admisit radios, aurëe Phœbe, tuos.
Desine felices inter, Lux impia, luces
Formoso nebulam spargere velle die,
Sed qualis Latiis damnata est Allia fastis,
Invisum populis tu quoque nomen habe.

In Liberationem
G R O T I I.

QUam bene conveniunt ſimili duo numina fato,
Iſacidum ductor, Grotiadesque meus?
Evaſit latitans anguſtâ Grotius arcâ:
Servatus texto viminis ille fuit.
Huic Vahalis placidas ſubſtravit fluminis undas:
Hoc Nilus, Moſe, fecerat ante tibi.
Excipit hunc Celtes; illum regina Canopi:
Et reus hic patriæ eſt; & fuit ille ſuæ.
Par quoque principium ſimilis fortuna ſequetur:
Nam populo leges hic dabit, ille dedit.

A R C A.

HÆc ea, quæ Domini ſolita eſt portare libellos,
Grotiadæ fuerat pondere facta gravis:
Mutatum neque ſenſit onus. Quod enim illa ferebat,
Id quoque, ſed ſpirans, bibliotheca fuit.

JOH. RUTGERSIUS.

DAN. HEINSIUS
DE
H U G O N E G R O T I O,

ab uxore carceri, in quo ad vitam damnatus erat, erepto.

COnjugis auſpicio ſuperas effertur in auras
Grotius, & geminum munus amantis habet.
Pro tenebris lucem, cum lucis munere vitam;
Quæ cum luce ſimul penè negata fuit.
At vos, ô Proceres, jam pœnam mittite, & iras,
Sub vobis pereat ne pietatis amor.
Æneæ licuit medios geſtare per ignes
Intactum Grajis dulce parentis onus.
Eripuit tenebris proſcriptum caſta maritum
Thuria: nec fraudi res fuit illa viro.

Jam

Jam mortem, morti modo non vicinus, & ipſo
In tenebris letho non leviora tulit.
Poſt vitam ſuus eſt. è morte renaſcitur ipſa.
Naſcenti legem dicere nemo ſolet.

NIC. HEINSIUS in ELEGIA ſua ad J. AUG. THUANUM de

HUGONE GROTIO.

TU quoque dura minus, mea patria, vatibus eſſes.
Fallor? an admonitâ ſtat tibi fronte rubor?
Quis color excuſet, quæ dedecus eluat unda?
Sit precor hac faſtis ne ſua parte fides.
Ille tui plauſus, certæque, Batavia, laudes
Grotius, ille lyrâ maximus, ille togâ:
Cui nil poſt æquale dabis, nil ante dediſti,
Actus ab auſterâ tene parente reus?
Nec ſtetit hoc in fine nefas. non digna jubentur
Tam tibi devotæ vincula ferre manus.
Unde novercalis labem tibi, patria, noxæ?
Heu oblita tui, nunc pia mater ubi eſt?
Mater ubi eſt? ad te fugitiva revertere mater;
Pectora ſi nomen ferrea mite trahit.
Ne ſciat hoc infenſus Iber. odioſior hoſte es.
Cæca ſubis partes illius, ille tuas.
Materno elapſum vix carcere fovit, & ultro
Obtulit hoſpitium come cruentus Iber.
Nobile fers noſtri ſpolium, gens victa, pudoris:
Maxima de ſalvo gloria vate tibi eſt.
Sed melius domui mox creditur ille Thuanæ,
Qua patet adflictis jam vetus ara reis.
Exſulis hæc cœpere fugam penetralia magni;
Totque ſacrum meritis detinuere caput.

N OBITUM

HUGONIS GROTII.

SIſtite cantandi rabiem, celeberrima, Muſæ,
Numina, & afflictam dilacerate chelyn.
Pegaſeos ſubverte apices, & culmina, & omnes,
Queis paſſim coleris, ſubrue, Phœbe, domos,

Et Claron, & Pataram, Tenedonque, & quicquid amœnum
Et toto ſacrum Vatibus orbe fuit.
Vile poëtarum eſt, proſtrato Principe, nomen,
Et tuus Illuſtri funere marcet honos.
Diva Themis, ſileant leges, & roſtra, feroxque
Damnet, & attonitos negligat hora reos.
Jam Minöe carent. juſtique interpres, & æqui
Vult tibi, vult profugis legibus ire comes.
Gallia, quæ Gothicis miſces tua tela fariſſis
Jam cauſſas, Gothico cum Jove, litis habes.
Cur, Tethys maleſana, furis? tibi nexa refringens
Vincula, liberius per Mare ſtravit iter.
Nunc jus omne tuum, Mavors, reſcinde. furori
Do veniam. tanti deſtina juris obit.
Optima Pax, terris nimium crudelibus exi.
Ille tuus, læſo Numine, doctor abit.
Belgica, Hyperboreis iraſcere fluctibus. & tu
Æole, flagranti crimine, conde caput.
Barbarus es. docto claram Pharon eripis orbi.
Sceptraque præcelſæ mentis egere facis.
Infelix Europa, tuo pars iſta dolori
Additur, & decori deficis ipſa tuo.
Nec laudum jam vecta tubâ per regna, per urbes,
Gentibus hunc monſtras, DELFA ſuperba, virum.
Doctrinæque facem cunctis oſtendis Athenis,
Et noſtro exortum grande ſub axe jubar.
Exequias comitatur Arabs, Chaldæus, & Aſſur,
Hebræuſque ſuum ſuſpicit auctor opus.
Cunctorum vox hujus erat. tot ſcripſerat annis,
Et puer hæc dixit, quæ ſtupuere ſenes.
Quod quondam latuit tenebroſo carcere, fulgens
Et celebris captæ Palladis Aula fuit.
Hic ſecura ſuas mens exſpatiata per artes,
Tot veterum ſecum ſola recoxit opes.
Reddita libertas. anguſtis finibus, ingens
Quem Famæ ſpatium non capit, arca capit.
Tunc Batavûm ſpiſſis Solem latuiſſe tenebris
Vidit, & obſtupit Sol pater iſta geri.
Tunc Vahalis, tunc Moſa ipſi juraſſe ſalutem
Creditur, & ventos increpuiſſe truces;
„ Et dixiſſe: vehis contractum capſula Magnum,
„ Qui mox, in Sueonum commoda, major erit.
Et fuit, & tantæ motus, ac pondera cauſſæ,
A ſera voluit poſteritate legi.
Poſthuma naſcentes ibunt in ſecula libri.

Et tua præluſtris prælia, Belga, leges,
Excuſſumque Tagi Dominum, partosque triumphos,
Aſſertamque inter buſta, necesque Fidem.
Lux Priſci, lux ille Novi, ſe ſubtrahit Ævo.
Scriptoremque necant tempora ſcripta ſuum.
En, Moſes ſine nube patet, ſine tegmine Chriſti
Pagina, & hoc totus diſcitur ore Deus.
Non, GROTI, me teſte, viges. te purpura dudum
Extulit, & Regum crevit honore tuus.
In te Borbonius noſtræ miracula terræ,
Et Patriæ potuit fata notare tuæ.
Docta Caledoniæ tetigiſti ſceptra coronæ,
Parrhaſiumque tibi, Maxime, favit ebur.
Quem venerata fuit totis Sapientia caſtris,
Undique tot mundi Regibus horror eras,
Et ſacrum caput Auguſtis. quo ſoſpite forſan
Bella ſuum poterant dedidiciſſe nefas.
Indoluit ſors læva tuisque aſperrima rebus,
Invidiam in partes traxit iniqua ſuas.
Subductumque ſuis, non jam ſubduxit Olympo.
Unius ſpolium ſed ſinit eſſe Dei.

C. BARLÆUS.

SAMUELIS L. B. DE COCCEII

PRÆFATIO.

NOn immerito HEMMINGIUS asseruit, leges naturæ æque, ac Euclidis demonstrationes, certis, indubitatis, ac æternis rationibus constare. Sane, cum una saltem naturâ cognita sit ratio, unaque ratiocinandi facultas, eaque omnibus hominibus communis; conclusiones quoque, quæ ex illa facultate necessario inferuntur, communes sint necesse est: quæ conclusiones, quoties *de jure suo cuique tribuendo* agitur, *Leges naturæ* dicuntur.

Mirum autem videtur, disciplinam, cujus principia nobiscum nata, ac animis hominum inscripta sunt, conclusiones, inquam, rationis, tam difficiles esse demonstratu, ut non tantum in disciplinæ principio, modisque probandi in varias partes eant doctores: sed & in ipsis præceptis pauciſſimi conveniant. Negari enim nequit, talia sæpius principia proponi, talesque modos demonstrandi suppeditari, quæ justitiam naturalem omnem si non evertunt, suspectam saltem, atque dubiam reddunt.

Hujus diversitatis rationes varias deprehendi. Quidam enim, in quorum numero est Auctor noster, intrinsecam bonitatem juri naturæ inesse, statuunt: & principium juris naturæ in *socialitate*, (remoto Deo), quærunt; quo principio posito, non possunt non pauciſſima naturæ præcepta inde inferri. *Vid. Dissert. proœm. I.* §. 16. Alii, qui principium in *voluntate divina* constituunt, in modis cognoscendæ illius voluntatis admodum differunt: talesque plerumque proponunt modos, ex quibus nulla agendi necessitas deduci potest; quod præcipue illis contingit, qui modum cognoscendi non nisi unum, verum, & adæquatum constituere voluerunt. *Vid. Dissert. proœm. XI.* §. 26. Sed & plerique, qui in indagando juris naturæ principio desudant, non in *justitiæ naturalis*, quæ homines inter se communi vinculo jungit, sed in *philosophiæ moralis* principia inquirunt; adeoque jus, quod soli Deo quæsitum est, cum jure, quod inter solos homines obtinet, confundunt, ac homines inter se quoque ex perfectionum regulis obligari volunt. Accedit, quod ingenium aliis refragetur, qui justa ratioci-

ratiocinandi facultate deſtituti, cauſſas antecedentes, & ſubſequentes male nectunt, indeque non poſſunt non in concluſionibus errare.

Cæterum, diſciplina hæc centum, & triginta abhinc annis vix nomine in Germania, vicinisque regnis, cognita fuit. Etſi enim NICOLAUS HEMMINGIUS anno 1526. lineamenta juris naturæ divulgaverit; alibi tamen notavimus, non immerito vocari lineamenta, utpote quæ pauciſſimis paginis continentur: ſed & generalia nimis, atque conciſa, immo obſcura admodum eſſe, nec concluſiones, quas inde deducit, ſatis cohærere, diximus. *Vid. Diſſ. proœm. XI.* §. 12. Magis placet BENEDICTUS WINCKLERUS, qui anno 1615. ſyſtema juris naturalis ſub titulo *principiorum juris libri V.* publici juris fecit. Hic in opere doctiſſimo exiſtentiam juris naturæ eleganter demonſtravit: Deum ejus auctorem conſtituit: principium cognoſcendi in amore Dei, ac hominis poſuit; atque ex hoc principio ſingula naturæ jura juſto ordine deduxit. *Vid. Diſſ. Proœm. XI.* §. 13.

Hunc ſecutus eſt HUGO GROTIUS, vir omni elogio major, cujus tractatus *de Jure Belli, & Pacis*, primum prodiit anno 1625. Hic jus, quod inter plures populos, populorumque rectores intercedit, univerſum, ac certo ordine tractavit: Principium omnis obligationis *ſocialitatem* conſtituit: modos probandi tum a priori, tum a poſteriori propoſuit: concluſiones juris naturalis, i. e. ſingula naturæ jura operoſe admodum demonſtravit: & quod maximum eſt, pleraque auctoritate ſapientum, & exemplis gentium corroboravit, ac illuſtravit. *Vid. Diſſ. proœm. I. uſque ad Diſſ. X.*

Quod vero omnibus fere noviter inventis contingere ſolet, id ipſum quoque vir ſummus expertus eſt: multa, ſcilicet, eum ad perficiendam illam diſciplinam aliorum diligentiæ reliquiſſe. Sane, hypotheſes Auctoris 1. de Bonitate Juris Naturæ intrinſeca, quæ ſupponit, Deum a jure naturæ abeſſe poſſe; 2. de quatuor Juribus univerſalibus; 3. de Communione rerum primæva; 4. de origine Dominiorum; 5. de modis acquirendi; 6. de origine Obligationum; 7. de diſtinctione Bellorum in ſolemnia, ſeu publica jure gentium, & minus ſolemnia; atque infinita alia, ſuos nacta ſunt adverſarios.

Præterea cum 8. ipſe (*Prolegom.* §. 30.) fateatur, ſe ſimul *jurisprudentiam* privatæ diligentiæ ſtudio adjuvare voluiſſe; fateri neceſſe eſt, nulla in re eum magis hallucinatum eſſe, tantumque abeſſe, ut juriſprudentiam ſuo ſtudio adjuverit, ut potius præcipua jura, quæ

JCti ex jure gentium, seu naturæ, orta dixere, ficto juri gentium voluntario tribuat, eoque ipso naturalis æquitatis rationem legibus Romanis deneget: quod præcipue in *Libro II. cap.* 5. usque ad *cap.* 21. demonstrabimus.

Cæterum difficile intellectu hoc opus esse, alibi observavi, causasque difficultatis exposui. *Vid. præfat. ad Diss. proœm.* §. 2. Unde tot commentatores nactus est liber, qui varias ingressi sunt vias, ut divinum hoc opus illustrarent. Alii methodo magis perspicua principia Grotiana exposuerunt; quo nomine maxime commendandi sunt PUFENDORFIUS, & *van der* MUELEN: prior in tractatu *de jure naturæ, ac gentium*: alter vero in *notis*, quas ad dictum Grotii librum publici juris fecit. GRONOVIUS verba saltem, & phrases Auctoris, difficiliores maxime, nec non terminos novos, ac inusitatos, quibus totum abundat opus, explicavit. Alii loca parallela ex auctoribus classicis, & historicis, sæpius absque judicio, & selectu, collegerunt: ut TESMARUS. Alii observationibus quibusdam, iisdemque pauciſſimis, quæstiones, quæ ad disciplinam moralem, maxime vero ad theologiam, & controversias sacras pertinent, illustraverunt: ut OSIANDER, ZIEGLERUS, JÆGERUS. Alii sparsim notas quasdam operi adjecerunt: ut OBRECHTUS, HENNIGES, & SIMON. Doctissimus BECMANNUS variorum notas congessit; omissis tamen plerumque iis, quæ quam maxime ad interpretationem Grotii pertinere videbantur. VITRIARIUS egregio ausu systema Grotii in quæstiones redegit. KULPISIUS compendio, quod *Collegium Grotianum* vocat, principia Grotii proposuit. Nemo autem notis perpetuis integrum illustravit opus: nemo principia Grotii rite examinavit, aut eorum indagavit defectus: nemo, denique, rationes naturæ, quibus jus Romanum, quod præcipuam ejus partem attinet, nititur, explicavit.

B. Parens in lectionibus Grotianis defectus illos exposuit, principia Grotii confutavit, nova principia, novosque demonstrandi modos proposuit, & (in quo omnibus palmam præripuit) jus Romanum ex principiis juris naturæ illustravit: atque hac ratione gravissimas difficultates, & antinomias, quæ hactenus inextricabiles visæ sunt, solvit, ac plurimas leges ab injustitiæ labe, quam eis aspergere nonnulli voluerunt, vindicavit.

Has lectiones Grotianas, succinctas admodum, & tanto tempore

re desideratas, tibi, B. L., offero, in quibus nullam invenies quæstionem, quæ pondus suum non habeat, & naturæ rationibus non adstruatur.

Cum vero B. Parens in id saltem intentus fuerit, ut ad ductum Grotii quæstiones generales, singulis paragraphis propositas, formaret, ac dijudicaret; parum sollicitus fuit in explicando textu, & in examinandis iis, quæ in ipso textu monenda fuerunt: quod ex ipso commentario apparebit.

Has igitur lacunas supplevi, & singula fere verba, quæ interpretatione indigere videbantur, examinavi, ac Grotium ex ipso Grotio explicavi. Sed & principia B. Parentis ex illius dissertationibus illustravi: præterea meas quoque animadversiones passim adjeci, easque a notis B. Parentis hisce asteriscis („ „ „) distinxi.

Maxime autem curæ mihi fuit, ut jus Romanum ex naturæ fontibus deducerem, ac rationes naturæ cum rationibus juris Romani componerem: simulque supposita Grotii, quem in nulla disciplinæ naturalis parte magis, quam in hac, a vero aberrasse constat, corrigerem. Quæ vero sparsim in hoc commentario notavi, justo, & naturali ordine exposui in Dissertatione proœmiali XII; ubi id egi, ut universum jus Romanum ad artem redigerem, & rationibus demonstrarem, quam belle principia juris Romani, & naturæ, conveniant.

Ultimam igitur divino huic operi limam me adhibuisse, tuto asserere ausim: atque diligentiæ meæ studio, & opera, id perfeciisse existimo, ut nihil, quod ad intellectum libri hujus, & institutionem jurisprudentiæ naturalis pertineat, supersesse videatur.

Maxime autem doleo, editionem celeberrimi BARBEYRACII non ad manus fuisse, cum prælo subjicerem hoc opus; quæ causa est, cur *Libro* demum *II. cap.* 8. ejus vestigia sim secutus. Sane, hanc editionem omnium absolutissimam esse, negari nequit: nec commendari satis potest opera viri rerum divinarum, atque humanarum peritissimi, in recensendo hoc opere adhibita. Non tantum enim plurima immutavit, ac supplevit loca, quæ in omnibus editionibus mendose allegata fuerunt, (quod pluribus exemplis in præfatione operis probat); sed, quod maximum est, singulos Auctores, quos Grotius in textu, in margine, & in notis allegat, ipse evolvit, loco congruo collocavit: capita, & paginas addidit, eoque lectori evolu-

tionem

DON COSME DAMIAN PADRO
DONACIÓN
LIBRERIA DEL CONG. SENADO

tionem eorum locorum reddidit facillimam. Ipsa verba viri celeberrimi hic afferre liceat. *Præterea*, ait, *rem prope immensi laboris adgressus sum, ad quam nullus horum librorum interpres, & ne quidem eruditissimus* JO. FRID. GRONOVIUS, *unquam data opera animum intenderant: sed tantum prout memoria suggerebat, aut aliud agendo dabatur occasio; ut nimirum omnia loca Scriptorum, veterum præsertim, quæ ab Auctore nostro adferuntur, aut indicantur, in ipsis fontibus, quantum fieri posset, quærerem, & plerumque adcurate expenderem. Hoc autem, ut utilissimum, aliquando etiam valde necessarium erat ad mentem Auctoris intelligendam: ita ad infinitos errores animadvertendos, tum in numeris librorum, capitum, versuum, tum in designatione Scriptorum laudatorum, tum in verbis eorum referendis, tum in rebus ipsis, plurimum mihi profuit, & lectoribus, spero, commodum erit.* Et mox: *Sæpissime Auctor, unde aliquid petitur, simpliciter nomine suo indicabatur, nulla mentione facta operis, libri, nedum capitis, aut versus: adeo ut si quis locum quærere voluerit, quem nunquam legerat, aut cujus non meminerat, omnia Opera laudati Scriptoris ei pervolvenda fuerint &c.*

Cæterum, hoc maxime caveri velim, ne quis opinetur B. Parentem, vel me quoque, refutando Grotium gloriæ ejus aliquid detrahere voluisse: absit hæc jactantia. Nunquam non satis laudari potest conatus illustris Viri, cujus judicium, solidam eruditionem, multifariam lectionem, & styli elegantiam mirari satis non possum. Sane, facile est inventis aliquid addere.

PRIVI-

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

OS FRANCISCUS, Divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, & Hieroſolimarum Rex, Dux Lotharingiæ, & Barri, Magnus Hetruriæ Dux, Princeps Carolopolis, Marchio Nomenei, Comes Falckenſteinei &c.

Agnoſcimus, & notum facimus, tenore præſentium, univerſis, quod cum Nobis Marcus Michael Bouſquet ejuſque ſocii humillimè exponi curarint, quem in modùm *Hugonis Grotii de Jure Belli ac Pacis libros tres cum annotatis auctoris, nec non J. F. Gronovii notis, & J. Barbeyracii animadverſionibus; Commentariis inſuper locupletiſſimis Henr. L. B. De Cocceii ſub titulo Grotii illuſtrati antea editis, nunc ad calcem cujuſque Capitis adjectis; inſertis quoque Sam: L. B. de Cocceii Henrici filii obſervationibus &c. & ipſius Grotii Diſſertatione de mari libero ac Libello de æquitate &c. &c. in quinque voluminibus in quarto* prælo comittere reſolverint, vereantur autem ne, æmulorum invidia hanc editionem imitantium, impendii & laboris ſui fructu fruſtrentur; ideoque Nobis demisè ſupplicarint, quatenus eorum indemnitati, Privilegio Noſtro Cæſareo ſuccurrere clementiſſimè dignaremur; Nos ſubmiſſæ pariter ac æquæ eorum petitioni annuendum cenſuerimus: Ac proinde Authoritate Noſtra Cæſarea, omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis & aliis quibuscunque rem Librariam ſeu negociationem exercentibus, firmiter inhibemus, vetamus & interdicimus, ne quis ſupra nominatum Opus, ſub hoc aliove titulo, aut hac aliave formæ ſeu, ut aiunt, formato, per quinque annorum ſpatium, ab hodierno dio computandum, intra ſacri Romani Imperii Fines, recudere, vel aliis recudendum dare, aliorſumve impreſſum apportare, vendere & diſtrahere, citra præfatorum impetrantium eorumdemque hæredum ac ſucceſſorum voluntatem & aſſenſum, in ſcriptis obtentum, auſit vel præſumat. Si quis vero ſecus faciendo Privilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare, comtemnereque præſumpſerit, eum, non ſolum ejuſmodi exemplaribus, ubicunque locorum repertis, perperam recuſis ſeu apportatis, quæ dictus Marcus Michael Bouſquet ejuſque ſocii, ſive propropria authoritate, ſive Magiſtratus illius loci auxilio, ſibi vindicare poterunt

terunt, de facto privandum, ſed & decem marcarum auri puri pœna ærario ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo & Parti læſæ ex æquo pendenda, omni ſpe veniæ ſublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Noſtri Privilegii in fronte libri impreſſus reperiatur & conſueta quinque exemplaria Conſilio noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris ſacri Romani Imperii ſubditis & fidelibus dilectis tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, cujuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis aut ordinis fuerint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu exiſtentes, vel ſuo vel ſuperiorum ſuorum loco aut nomine Jus Juſtitiamque adminiſtrant, ne quemquam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum violare, ſpernere aut tranſgredi patiantur: ſed ſi quos contumaces compererint, conſtituta a Nobis mulcta eos puniri, & quibuſcunque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi graviſſimam Noſtram Indignationem prædictamque pœnam evitare voluerint. Harum teſtimonio Literarum, Manu Noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur, Viennæ die undecima Auguſti, Anno milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo Regni Noſtri quinto.

FRANCISCUS. L. S.

ut A. Comes COLOREDO.

Ad Mandatum ſacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium

J. J. HAYECK de WALDSTAETEN.

BIBLIO-

BIBLIOPOLÆ
LECTORI
S.

Ugonis Grotii Opus immortale *de Jure Belli, ac Pacis* vix amplius reperiri venale in plerarumque Europæ partium Bibliopoliis, ut fruſtra omnino abs Studioſis, & Negociatoribus Librariis requireretur, dudum animadvertebamus. Eò etiam rem deventuram conſtituere profectò oportebat, ut neceſſariò brevi carendum penitùs eſſet inſigni hoc Libro plurimis eum deſiderantibus, niſi nova quadam editione parabilior fieret. Hinc de juvandis hoc officio ſtudiis cogitavimus. At cum illuſtrato Adnotationibus, vel Commentariis Grotio uti huc uſque conſueverint Juvenes, & Litterati; unde formâ quoque aliâ atque aliâ typis emiſſus fuit; quo habitu, quibuſve luminibus auctum eum nunc exhibere maximè conduceret, deliberandum erat, nec ſine peritorum ſententia ſtatuendum. Illi autem velut ex condicto reſponderunt, gratiſſimam nos rem facturos omnibus, atque perutilem Juris cultoribus, dummodò non ſolùm quæ ad intelligendum Grotium ipſum adnotata inſerviunt, ſubminiſtraremus omnia, ſed & ea quoque, queis Commentatores ejus præſtantiores Principiis, Regulis, & Definitionibus ſummi illius Viri, lucem fœnerarunt, ponduſve novis argumentis addiderunt aliquod, vel auctoritatem exemplis;

deindè quæ admoverunt ipſi, vel depulerunt dubia; poſtremò ſin aliquem ei jungeremus, quò utendi Juris Univerſalis Regulis, ad Civilem Juriſprudentiam promtiùs penitiùſque percipiendam, & Factorum ſpeciebus applicandam ſollerter, veram rationem ſimul condiſcere Juvenes poſſent, vel ex hac una Grotii editione.

His acceptis monitis ad publicam, atque utriusque ſcientiæ ſtudii utilitatem evidenter compoſitis, longa, ancepſve non poterat eſſe diſquiſitio de Comitibus Grotio ſociandis. JOANNEM FRIDERICUM GRONOVIUM, & JOANNEM BARBEYRACIUM, ei jam factos penè neceſſarios, ablegare piaculum fuiſſet. At ex reliquorum turba, inſignibus licet quibuſdam eruditis nobili, quos HENRICO à COCCEII, filioque ejus SAMUELI, tanti Patris digniſſimo, Viris cùm dignitate, tùm præcellenti doctrina illuſtriſſimis, anteponere ſine injuria, damnoque ſtudioſorum ingenti licuiſſet? Nullum utique: quod fatebuntur haud dubiè omnes, qui Duumvirûm illorum Commentarios oculis uſurparunt, vel fama celebrari ſolùm audiverunt. Immò & aliûs cujuſpiam labores Grotio illuſtrando impenſos, illis adjungere ſupervacaneum prorſus futurum fuiſſe, videbitur certiſſimè Lectori illic reperturo quicquid heic ei conjunctim ſuppeditare optabamus; in ſpecie verò quod nullibi adhuc ne tentatum quidem deprehenderat, nimirum, Principia Grotii accuratè inveſtigata, atque enucleata, & expenſa ſollicitè, ac conſequenter, confirmatis quæ bene ſe habent, & propoſitis certioribus ubi quid humani paſſus eſt vir magnus, veros Juris Univerſalis fontes reſeratos, redditoſque faciles aditu. Planè ut optimo jure ſcribere potuerit Illuſtris *Samuel* à COCCEII*, ſe *ultimam divino operi limam adhibuiſſe, atque diligentiæ ſtudio, & opera, id perfeciſſe, ut nihil, quod ad intellectum Grotii, & inſtructionem Juriſprudentiæ Naturalis pertineat, ſupereſſe videatur.*

Hoc unum nos abſterrebat, nempè ab incurioſiſſimo Typotheta, &, ut videtur, Correctore nullo adhibito, peſſimè habitos, tot fere typographicis mendis, quot lineas habent, deturpatos eſſe exquiſitos Commentarios Cocceianos Wratiſlaviæ impreſſos. Quos emaculare nullus poſſet vulgaris vel diligentiæ, vel peritiæ reſtitutor. Quippe non id duntaxat ei præſtandum, ut evidenter depravata vocabula, reſtitueret, ſed & ex eo ipſo mendo nata, haud minus latina, at diverſæ notionis, ſenſum phraſeos, aut periodi totius immutantis, ità, ut ad præcedentia ſubſequentiave, aut ad rem, qua de agitur, minimè faciant, dignoſceret; tùm verba omiſſa, vel mota ſuo loco, revocaret; Auctorum, Librorumve allegatorum vera

* In Præfatione ſua, quam vid. ſupra.

vera nomina pro corruptis prælo Wratiſlavienſi repræſentaret; horum item loca rarò curatè indicata, ſæpiùſque mutilata, aut aliquo modo fœdata, ex ipſis fontibus repeteret. Quæ quantam animi, oculorumque contentionem, diligentiamve requirant, & Librorum notitiam, experti ſciunt. Neque tamen id genus labore penſum Editionem curantis abſolvi conſtituimus. Emendanda, addendave ab ipſo Illuſtr. *Samuele* à Cocceii ſubjecta Commentariis, ſuo quæque loco inſeri prætereà oportere; denique Grotii ipſius, Gronovii, & Barbeyracii Notas, ſic diſponere, ut & in quærentis oculos facilè incurrerent, & ſignorum diverſitate, cùm à ſe invicem, tùm à Cocceiorum Commentariis diſtinguerentur, vel in ipſo textu, ut ad quem amandaretur Lector ex ſigno cognoſceret.

Domi nos habere his omnibus idoneum curatorem, ex aliis generis ejuſdem ferè ab eo præſtitis, *Carolum Guillielmum Fridericum Dumaſium* noſtrum, ſtatuebamus meritò. Nec tamen operi manum admovere priùs, quàm aliquo ſpecimine certa ſpes ſucceſſûs facta fuiſſet, voluimus. Exhibuit ſpecimen, quod cùm periti Urbis hujus probaſſent, oculis Litteratorum Italiæ ſubjicere haud ſumus veriti. Illis autem quàm placuerit, laudes, quibus incœptum ornarunt, &, ut perficeretur, nos adhortati ſunt, indicium præbuêre luculentum, quod mox ſequuta prænumeratione, quo promptiùs ſumptus opus exequi poſſemus, omni exceptione majus fecerunt. Cui fiduciæ, expectationive, ut & promiſſis noſtris nos non defuiſſe, conſtabit duorum priorum, quos exhibemus, Tomorum inſpectione. Quibus formandis ſi menſium quatuor tempus inſumpſimus ultrà conſtitutum ab initio, Prænumeratorum gratiâ id à nobis factum proteſtamur. Quam enim curam adhibuimus, ut deſiderari nihil in his, quæ ad nos pertinent, jure valerent, intra arctius temporis ſpatium præſtandis omnibus adplicare pariter, ſuprà hominis unius vires fuiſſet. Mendorum certè ſingularium, imo & locorum ſanandorum copia multò major opinione noſtrâ, non ſolum lentè magis ut procederet opus effecit neceſſariò: ſed & ut adjutorem daremus Dumaſio ornatiſſimum Juvenem *W. P. Kellingium* Heidelbergenſem, qui operam non vulgarem in relegendis iterum ſpeciminibus præſtitit. Hæc verò à nobis afferri excuſandæ moræ voluntariæ cauſa ne quis exiſtimet, conferendi nonnullas tantùm Editionis Wratiſlavienſis cum noſtra plagulas ingratum ſuſcipere laborem velit, agnoſcet quantum & Textus, & Commentarii mutati ſint ab illis. At Ill. Coccеius ipſe ultimæ emendandorum in Tomo primo paginæ, querenti calamo hæc ſubjecit verba: *Maximopere*

doleo, tot operi huic irrepsisse menda, quæ sensum rei sæpius invertunt; præcipua inter legendum emendavi, pleraque autem humanitati Lectoris corrigenda relinquo.

Superest ut ulterius doceare B. L., quem ordinem servavimus in his omnibus ea ratione usui tuo aptandis, quæ tibi tum legenti, tum evolventi minus crearet fastidium. Ac primum quidem, uti supra dictum est, in exhibendis Grotiani Operis Capitibus secuti sumus editionem Amstelodamensem, ita ut unumquodque daremus integrum cum ipsius Grotii, Gronovii, & Barbeyracii notis. GROTII notæ litteris a, b, c, &c; GRONOVII numeris 1, 2, 3, &c; BARBEYRACII, (aa) (bb) (cc) &c; marginales denique hisce *a*, *b*, *c*, &c. scriptoriis similioribus, quas alii *italicas*, alii *cursivas* nuncupant, dignoscendæ sunt. Textus verbis ubicunque talem asteriscum + præfixum videbis, eum intelliges amandare ad Commentarios *Cocceianos*, quos ad finem sui cujusque Capitis adjecimus, nec non ad ductum textus per paragraphos, & numeros distinximus.

Præterea cum animadverteremus rei illustrandæ causa frequente rinsertas sectiones integras, capitave, ex Ill. Cocceiorum multifariis operibus desumptas, eas, quo facilius secernerentur a Commentariis, modo diversis, modo minoribus typis exprimendas curavimus. Quæ vero ex Gronovii notis excerpta deprehendimus, quoties id salvo sensu fieri potuit, ea a Commentario abesse jussimus, & ubi necesse fuit, hæc verba apposuimus *vid. Gron. h.* Exemplum esto *Tom. II. pag.* 555, *col.* 2, *post med.* & 556, *col.* 1. *circ. init.* Sed & resecuimus aliquando integros paragraphos e *Dissertationibus Proœmialibus, seu Introductione* Ill. Dn. *Sam.* à COCCEII delibatos, multasque paginas implentes; rationemque dedimus in notula, id factum esse ne cum huic nostræ (auctore Viro Amplissimo, Jurisque consultissimo, Lausannensi Propræfecto LOYSIO à BOCHAT, ad quem eruendis reconditissimis Helvetiorum antiquitatibus, & originibus impeditum, nihilominus nobis tum consilia petentibus, tum ejus bibliothecam consultantibus aditus patuit) ipsæ istæ Dissertationes Proœmiales XII. accessuræ sint, inani repetitione Lector fatigaretur, & voluminum præter necessitatem excrescentium pretium augeretur.

Equidem hic locus esset causas edisserendi, quæ nos impulerunt ut hanc Introductionem editioni nostræ jungeremus; verùm quid multis opus est verborum ambagibus, ubi vel ex ipso titulo apparet, quam arcte unum, alterumve opus cohæreant. Sanè, absque illis Dissertationi-

bus

bus Opus noſtrum mancum, truncumque futurum fuiſſe, quicumque Commentarios eas ſingulis ferè paginis allegantes, & eo Lectorem amandantes inſpexerint, fateantur neceſſe eſt. Sed non ad Grotii ſolùm, verum etiam ad cæterorum Juris Naturæ Auctorum ſyſtemata intelligenda, eorumque defectus notanda viam pandunt, planamque faciunt; Celeberrimi *Henr. à* Coccеii Poſitiones Juris Gentium, quas lectionibus ſuis Grotianis præmittere ſolitus fuerat, exhibent, atque explicant; ſyſtema denique Juſtitiæ Naturalis, & Romanæ, plane novum ſuppeditant.

Supereſt ut hoc unum te moneamus B. L., nimirum, adornari ab eruditiſſimo quodam Viro *Indicem* copioſiſſimum materiarum omnium, tum in textu, tum in notis, tum in Commentariis contentarum, qui, ſicuti multa alia, in editione Wratislavienſi deſideratus, explebit paginas Tomi IV. ultimas. Vale. Scribebamus Lauſannæ, Idibus Februarii, Ann. MDCCLI.

HUGONIS GROTII
PROLEGOMENA
IN TRES LIBROS
DE JURE BELLI, AC PACIS.

I. Jus Gentium.

† 1. JUs 1 † civile, ſive Romanum, ſive 2 quod cuique patrium eſt, † aut illuſtrare commentariis, † aut 3 contractum ob oculos ponere, aggreſſi ſunt multi; † at jus illud, 4 quod inter populos plures, † aut populorum rectores intercedit, 5 † ſive ab ipſa natura profectum, 6 † aut

GRONOVII NOTÆ.

Prolegomena] Προλεγομένων partes ſunt duæ: generalis, quæ ſpectat omnem materiam: ſpecialis, quæ ſpectat hoc opus. Prior habet duo membra: alterum, quo probatur eſſe jus; alterum, quo probatur eſſe & jus in bello.

Prioris membri quatuor ſunt articuli: primus, propoſitio ſententiæ illorum, qui jus volunt eſſe rem imaginariam, umbraticam, appellationem ſine corpore, & ſpecie, ut *Cæſar* de republica loquebatur. Secundus, refutatio ejuſdem ſententiæ. Tertius, confirmatio ſeptem conſtans argumentis. I. Eſt natura homini appetitus ſocietatis, ergo & jus. II. Eſt judicium, & qualiſcunque delectus boni, & mali; ergo & jus, quod bono alligat, & a malo deterret. III. Eſt diſcrimen etiam boni majoris, & minoris, & intellectus: bono majori deberi majorem honorem; ergo & jus, nempe juſtitiæ diſtribuentis. IV. Agnoſcimus omnes verum Deum præcepiſſe: ergo eſt jus, quod ille præcipit. V. Habemus parentes, quibus pro beneficio procreationis, & educationis ſubjecti ſumus: ergo eſt jus, quod illi mandant. VI. Intellexere homines, utile eſſe civitates coli: ergo eſt jus civile. VII. Viderunt quoque utile eſſe, ut quædam civitates cum civitatibus, & populis externis conſentirent in commune utrorumque bonum: ergo eſt jus gentium. Quartus articulus prioris membri partis generalis, conſectaria quædam, vel ſecunda refutatio, I. adverſus Carneadem. II. Dicti Horatiani. III. Eorum, qui jus inter privatos agnoſcunt, rectores rerumpublicarum eo volunt ſolutos.

Alterum membrum partis generalis, quo probat eſſe etiam jus, & ſervandum eſſe in bello, conſtat argumentis quatuor. *ESSE JUS IN BELLO, probat* I. quia laudabile bellum non ſuſcipitur, niſi juris obtinendi cauſa: indignum igitur, jus per injuriam peti. II. Teſtimonia ſcriptorum, & Imperatorum. III. Pro juſtitia cauſæ, & armorum, proque injuſtitia, augentur, & minuuntur animi militum: IV. Creſcit exiſtimatio ad alienigenas, ſi quem videant nonniſi juſtam ob cauſam, & ſalvo jure publico, ac privato ad arma deſcendere.

PARS SPECIALIS eſt, quæ proprie ſpectat hoc ipſum opus, atque quintuplex eſt. Continet enim I. conſilium auctoris. II. Partitionem operis. III. Neceſſitatem operis. IV. Subſidia. V. Curam, & cautionem auctoris per univerſum opus.

1 *Jus civile Romanum*] Quod ex LL. regiis, & XII. tabb. Romæ ortum varie crevit; cumque diffunderetur nimis, a Juſtiniano circumciſum, & correptum in Pandecte, Codice, Novellis. &c. ad nos pervenit, inque Academiis docetur. Quod olim fuit Quiritum, id nunc eſt jus commune omnium populorum in Europa.

2 *Quod cuique patrium*] Populi unius, ſive certæ gentis, regni, municipii.

3 *Contractum*] In compendium redactum.

4 *Quod inter populos plures*] Quod populos, aut principes ſui juris, nullaque reipublicæ communione conjunctos, alium aliis præſtare oportet.

5 *Sive ab ipſa natura profectum*] Sive ſit *jus naturale*. Significat jus belli, & pacis, ſive gentium jus, ſive publicum appellare velis (perinde ut *Juſtinianus* loquitur de jure privato Romanorum) tripartitum eſſe: quippe collectum ex naturalibus præceptis, ex divinis oraculis, ex cultiore vita populorum.

6 + aut divinis conſtitutum legibus, ſive 7 + moribus, & pacto tacito introductum, + attigerunt pauci: + univerſim, ac certo ordine tractavit hactenus nemo; + cum tamen id fieri interſit humani generis.

2. Vere enim 8 + Cicero 9 præſtabilem hanc dixit ſcientiam, (aa) + in federibus, pactionibus, 10 conditionibus populorum, regum, exterarumque nationum, + in omni denique belli jure, & pacis. + Et Euripides hanc ſcientiam rerum divinarum, & humanarum 11 cognitioni præponit: (bb) ſic enim 12 + Theonoen compellari facit:

Belli, & pacis.

Nam turpe id eſſet, cum ſcias hominum, ac Deûm
Quod eſt, eritque, juſta te haud cognoſcere.

+ 3. Atque eo magis neceſſaria eſt hæc opera, + quod & noſtro ſæculo non deſunt, + & olim non defuerunt, qui + hanc juris partem ita contemnerent, + quaſi nihil ejus præter 13 inane nomen exiſteret. + In omnium ferme ore eſt Euphemi dictum a apud 14 Thucydidem, regi, aut civitati imperium habenti 15 + nihil injuſtum, quod utile: cui ſimile illud, + in ſumma fortuna 16 id æquius, quod validius; + & rempublicam 17 ſine injuria geri

Nullum quibuſdam, niſi utile.

GROTII.

a *Apud Thucydidem*] Verba ſunt lib. VI. Ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ ἢ πόλει ἀρχὴν ἔχούσῃ οὐδὲν ἄλογον, ὅ, τι ξυμφέρον· (Cap. 85. Edit. Oxon.) Idem ſenſus libro V. ubi Athenienſes præpotentes eo tempore ſic Melios alloquuntur: ὅτι δίκαια μὲν ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ λόγῳ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀνάγκης κρίνεται· δυνατὰ δὲ οἱ δυνατοὶ πράσσουσι, καὶ οἱ ἀσθενεῖς συγχωροῦσι· *juſta humanæ rationi ea cenſeri, quæ par neceſſitas indicit: cæterum quæ fieri poſſunt, ea fieri a validioribus, ab infirmioribus tolerari.* (Cap. 89.) [In primo loco non agitur de comparatione *juſti* cum *utili*, ſed de utili tantum. Vide notas noſtras Gall. *J. B.*]

GRONOVII.

6 *Aut divinis*] Sive divinum.

7 *Moribus*] Sive ſit gentium jus.

8 *Cicero*] In *orat. pro Balbo* c. 6.

9 *Præſtabilem*] i. e. inſignem, excellentem, eximiam.

10 *Conditionibus*] Conventionibus, aut placitis, pactionibus. Sic loquitur *Cicero* Topic. 21. *Jus a natura profectum ſit, an ab aliqua conditione hominum, & pactione.* Et 1, off. 7. ait, quædam eſſe *privata lege, conditione, pactione, ſorte.*

11 *Cognitioni*] Otioſæ ſcil., & fructu, propoſitoque animi emendatioris deſtitutæ. Hos Stoici ajebant noſſe præcepta ſine decretis, & Græci paſſim proverbio τὴν πολυμάθειαν νοῦν οὐ διδάσκειν. Vide *Gellium* initio (*Præfat.*) talem cognitionem in Scythis arguebat *Juſtinus*, 2, 2.

12 *Theonoen*] *Theoclymeni* ſororem, qui ambo erant *Proteï* liberi; compellatur autem ſic ab *Helena*. *Eurip.* in ejus nominis tragœdia V, 929.

13 *Inane nomen*] Ut Julius apud *Sueton.* 77. *nihil eſſe rempublicam, appellationem modo, ſine corpore, & ſpecie.* Et Brutus moriens, *non in re, ſed in verbo eſſe virtutem.* Flor. 4, 7.

14 *Thucydidem*] l. 6. *Euphemus* erat legatus Athenienſium ad Camarinos bello Siculo.

15 *Nihil injuſtum*] Trafymachus ad Socratem apud *Plat.* de rep. 1, 579. φημὶ γὰρ ἔγωγε εἶναι τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλο ἢ τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. Vide *Muretum* var. lect. 18, 11.

16 *Id æquius, quod validius*] Vide *Tacit.* XV, annal. 1. *Id jus eſſe, quod ei, qui plus poteſt, utile eſt. Cic.* 3. de rep. *Patric.* pag. 37.

17 *Sine injuria*] Ex fragm. *Ciceronis lib.* 3. de republ. apud *Auguſt.* de civ. Dei 19, 21. ubi P. Furius Philus hoc diſputat. Verba ſunt: *Niſi per injuſtitiam rempublicam ſtare, aut geri non poſſe.* Vide *Sigon.* ad frag. p. 67. & *Patrit.* 140. Eos, qui ſunt cum imperio, neceſſario nonnunquam eſſe injuſtos.

(aa) Non dicit CICERO, *præſtabilem hanc eſſe ſcientiam*, ſed *Cn. Pompeji*, quem laudat, *præſtabilem eſſe ſcientiam*, ut in omni genere, ac varietate artium, ita quoque, & quidem præcipuè, *in fœderibus* &c. *in omni denique Belli Jure, ac Pacis.* Adeo ut eadem non ſit ſententia, & nonniſi per conſequentiam inde deduci poſſit, quod Auctor intendit. Mirum autem, id non obſervatum fuiſſe ab Eruditiſſimo *Gronovio*, qui Orationem, & caput, unde locus iſte petitus eſt, adcuratè indicavit: magno me onere levaturus, ſi quod heic, & in ſequenti, ac pauciſſimis aliis locis fecit, ubique, ut poterat, experiri voluiſſet. *J. B.*

(bb) Non *præponit*, ſed conjungendam eſſe ſtatuit,

geri non posse. Accedit, quod quæ inter populos, aut reges incidunt controversiæ ferme [18] Martem habent arbitrum. Est autem + non vulgi tantum hæc opinio, bellum ab omni jure abesse longissime; + sed & viris doctis, ac prudentibus sæpe dicta excidunt, quæ talem opinionem foveant. Nihil enim frequentius, quam + opposita inter se, jus, & arma. Nam & Ennius dixit:

> + *Non* [19] *ex jure manu consertum, sed mage ferro*
> *Rem repetunt.*

Et Horatius ferociam Achillis sic describit:

> + *Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis.* *Art. Poët. v.* 122.

[20] + & alius alium, cum bellum ordiretur, sic loquentem inducit:

> *Hic pacem, temeratasque jura relinquo.*

[21] Antigonus senex irrisit hominem, qui sibi urbes alienas oppugnanti commentarium de justitia adferebat. Et [22] Marius negabat præ armorum strepitu leges [b] a se posse exaudiri. + Ipse ille [23] oris tam verecundi Pompejus ausus est dicere: [c] *Armatus* (cc) *leges ut cogitem.*

+ 4. In

statuit, ut statim cuivis versionem Auctoris nostri, quæ fida est non minus, quam elegans, inspicienti patebit. Id autem quam maxime ab omni ævo neglectum fuisse, in nostrâ ad PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* Præfatione Gallicâ, fuse probavimus. *J. B.*

GROTII.

b *A se posse exaudiri*] Apud *Plutarchum* Lysander machæram ostendens: ὁ ταύτης κρατῶν βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται. *Hanc qui habet, is optime de terrarum finibus disputat. Apophthegm.* (p. 190. E.) Apud eundem Cæsar: ἐ τὸν αὐτὸν ὅπλων καιρὸν εἶναι νόμων. *Non idem esse tempus armorum, quod legum.* (Vit. Cæs. p. 725. B.) Seneca quarto de beneficiis capite XXXVII. *Multa interim reges, in bello præsertim, apertis oculis donant; non sufficit homo justus unus tot armatis cupiditatibus; non potest quisquam eodem tempore, & bonum virum, & bonum ducem agere.*

c *Armatus leges ut cogitem?*] *Plutarchus* hanc sententiam Pompeji ad Mamertinos sic enuntiat: ἐ παύσεσθε ἡμῖν ὑπεξωσμένοις ξίφη νόμους ἀναγινώσκοντες. *Non desinetis nobis hominibus gladiis accinctis leges recitare?* (Vit. Pomp. p. 623. D.) *Curtius* lib. IX: *Adeo etiam naturæ jura bellum in contrarium vertit.* (Cap. 4.)

GRONOVII.

18 *Martem habent arbitrum*] Bello decidun-

tur, c. 21. ὃς ἔστινα οἶδε θέμιστα, de Marte *Homer.* Il. ε. 761. Alexander ad Darii legatos: *Nuntiate vestro regi, & quæ amisit, & quæ nunc habet, præmia esse belli. Hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximæ lucis assignatura fortuna est. Curt.* 4, 10.

19 *Ex jure manu consertum*] Rei vindicatione, actione civili. Extat hic *Ennii* locus apud *Gellium* 20, 10.

20 *Et alius alium*] *Lucanus* videlicet Julium Cæsarem, cum Rubiconem transiret. Vide *Lucan.* 1, 225.

21 *Antigonus*] *Plutarch.* de fortit. Alex. pag. 330.

22 *Marius*] *Plutarch.* Apoph. p. 202. Mario 421. (Adde VALERIUM MAXIM. Lib. V. c. 2. num. 8. *J. B.*)

23 *Oris tam verecundi*] Quod quoties in concionem veniret, etiam maximis rebus gestis, erubescceret. *Seneca* epist. 11. quod ipse cum aliis *probum* vocat. Unde *os probum ejus Plinio* 7, 12. & 37, 2. Unde *Sallustius* eum dixit *oris probi, sed animi inverecundi. Suet.* de illustr. Gramm. 15. *Probus* autem latinis auctoribus i. q. verecundus. Lysander τὸ δίκαιον ἐν μόνῳ τῷ λυσιτελεῖ τιθεμένῳ καὶ τὸ καλὸν ἐν τῷ συμφέροντι.

(cc) Verba ita concepta, quæ postea, ut refert *Plutarchus*, Auctor in Nota sua posuit, habuerat ille ex ALBERICO GENTILI, *De Armis Romanis*, Lib. I. c. 10. pag. 62. Ed. Hanov. 1612. *J. B.*

+ 4. In Chriſtianis ſcriptoribus plurima ejus ſenſus occurrunt: pro multis unum (dd) Tertulliani ſufficiat: *dolus*, *aſperitas*, *injuſtitia*, [24] *propria negotia prœliorum.* + Qui ita ſentiunt, + dubium non eſt, quin oppoſituri ſint nobis illud ex [25] comœdia:

Incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

Jus eſſe aſſertum, contra Carneadis objectiones.

+ 5. Cum vero + fruſtra de jure ſuſcipiatur diſputatio, ſi ipſum jus nullum, & ad commendandum, & ad præmuniendum opus noſtrum pertinebit, hunc + graviſſimum errorem breviter refelli. Cæterum [26] + ne cum turba nobis res ſit, [27] demus ei advocatum. Et quem potius, quam [28] Carneadem, qui ad id pervenerat, + quod [29] academiæ ſuæ ſummum erat, + ut pro falſo non minus, quam pro vero vires eloquentiæ poſſet intendere? + Is ergo [30] cum ſuſcepiſſet juſtitiæ, hujus præcipue, de qua nunc agimus, oppugnationem *, nullum invenit argumentum validius iſto: + jura ſibi homines pro utilitate ſanxiſſe, varia pro moribus, & apud eoſdem pro temporibus ſæpe mutata: + jus autem naturale eſſe nullum; + omnes enim & homines, & alias animantes ad utilitates ſuas natura ducente ferri: proinde aut nullam eſſe juſtitiam, aut ſi ſit aliqua, + ſummam eſſe ſtultitiam, + quoniam ſibi noceat alienis commodis conſulens.

* *Apud Lactant.* ℣. 16.

+ 6. Verum + quod hic dicit philoſophus, & ſequitur [31] poëta:

Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum:

1. *Naturale.*

admitti omnino non debet; [32] nam homo animans quidem eſt, + ſed eximium animans, multoque longius diſtans a cæteris omnibus, + quam cæterorum genera inter ſe diſtant: + cui rei teſtimonium perhibent multæ actiones humani generis propriæ. + Inter hæc autem, quæ homini ſunt propria, eſt

GRONOVII.

24 *Propria negotia*] Non parerga, aut obiter contingentia, ſed ipſum opus, ipſum quod intenditur ibi, & agitur: non quæ forte incidunt, ſed quæ proprie ibi aguntur.

25 *Comœdia*] *Terent.* Eun. 1. 1.

26 *Ne cum turba*] In qua ſcilicet omnes clamant, nemo audit. lib. 1, 4. 2.

27 *Demus ei*] Ponamus hominem certum, quicum nobis res ſit, qui pro falſa illa opinione pugnet, & pro ea ſolus dicat. Genus loquendi e veterum declamatorum ſchola petitum, quo de foro migrarat. Frequentatum *M. Senecæ*, & *Quinctiliano*. Vide notas meas ad *Senec.* controverſ. 7.

28 *Carneadem*] Carneades Cyrenæus, novæ academiæ tertiæ conditor poſt Platonem, & Arceſilam. Vide *Diog. Laërt.* & *Jonſium* hiſt. philoſoph. lib. 3, cap. 10. pag. 264. *Cic.* de legib. 1, 13. *Lactant.* 5, 17. *Quinctil.* 12, 1. De ſententia Carneadis *Cic.* 3. de republ. fragmentum ſervatum *Lactantio* in epitome.

29 *Academiæ*] Academicæ ſectæ, quæ ex inſtituto nihil definiebat, & aſſenſum quidem ſuſtinebat, de omnibus autem quæſtionibus probabiliter in utramque partem diſputabat.

30 *Cum ſuſcepiſſet*] Quod fecit Romæ legatus ab Athenienſibus miſſus, temporibus M. Porcii Catonis Cenſorii. *Plut.* p. 349. *Quinctil.* 12, 1. 557. *Lactantius* divinar. inſtit. 5, 14. & 17. unde Gr. hunc locum depromſit: ipſe autem e *Ciceronis* lib. 3. de republ. Adde *Lactant.* epitomen cap. 1.

31 *Poëta*] *Horat.* lib. 1, ſatyr. 3. ℣. 113.

32 *Nam homo animans quidem eſt, ſed eximium animans*] *Cicero* 1, leg. 7. ab eodem orditur initio: *Homo etiam animal* &c.

(dd) Locus eſt lib. *Adverſus Judæos*, Cap. 9. J. B.

est appetitus societatis, id est + communitatis, non qualiscunque, sed tranquillæ, + & 33 pro sui intellectus modo ordinatæ; + cum his, qui 34 sui sunt generis: quam d 35 οἰκείωσιν Stoici (ee) appellabant. + Quod ergo dicitur, natura quodque animal ad suas tantum utilitates ferri, + ita universe sumtum concedi non debet.

+ 7. Nam + & cæterarum animantium quædam utilitatum suarum studium, partim 36 fœtuum suorum, partim aliorum sibi congenerum respectu e aliquatenus temperant; quod in illis quidem + procedere credimus 37 ex principio

GROTII.

d Οἰκείωσιν *Stoici appellabant*] *Chrysostomus* ad Romanos Homilia XXXI. (Immo *Homil.* IV. in Cap. 1. ℣. 31.) ἔχομεν γὰρ φυσικήν τινα πρὸς ἀλλήλους οἰκείωσιν, ἣν καὶ θηρία πρὸς ἄλληλα κέκτηνται· *Habemus naturâ homines cum hominibus societatem; quidni, cum tale quid inter se & feræ habeant?* Vide eundem capite primo ad Ephesios, ubi a natura nobis data, docet, ad virtutem semina. *Marcus Antoninus* Imperator summe philosophus: ὅτι γὰρ πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν, πάλαι δέδεικται· ἢ οὐκ ἦν ἐναργὲς, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω τῶν ἀλλήλων· *Pridem patuit ad societatem nos genitos. Nonne in aperto est deteriora esse meliorum causa, meliora vero alterum alterius causa?* Lib. V. §. 16. *Edit. Gatak.*)

e *Aliquatenus temperant*] Vetus est proverbium, *canis caninam non est.* Juvenalis: (Sat. XV, 161.)

Indica tigris agit rabida cum tigride pacem:
——— ——— *Parcit*
Cognatis maculis similis fera. ———

Est locus *Philonis* egregius ad decalogi præceptum quintum, quem græce qui volet legat. Ego eum, quia longior est, semel, id est, latine hic ponam: *Imitatores saltem mutorum animantium estote, homines. Beneficio vicem rependere illa edocta norunt. Canes domus defensores sunt, quin & pro heris moriuntur, si quod subito periculum eos contigerit. Dicuntur & canum illi, qui greges comitantur præcedere pecora, depugnantes ad mortem usque, ut pastores illæsos præsient. Nonne inter fœda fœdissimum est, in referenda gratia vinci hominem a cane, mitissimum animal a ferocissimo? quod si a terrestribus non satis edocemur, transeamus ad naturam volucrum, aëris viatricem, ut vel inde discamus quod oportet. Ciconiarum senes in nidis manent, volare invalidæ. Harum soboles per omnes, prope sic dixerim, terras, mariaque volitant, victum undique parentibus quærentes: illæ pro ætatis merito fruuntur quiete, rerum copia, deliciis etiam: hæ vero itineris molestias solantur pietatis conscientia, & exspectatione paris olim, ubi senuerint, a sua prole; atque ita legitimo tempore debitum persolvunt necessarium, quod accepere reddentes. Neque enim ut aliis alimenta habere possunt, aut initio vitæ parvæ cum sunt, aut natu grandes in vitæ exitu; quapropter non alio, quam natura, magistro, didicerunt educare vetulas, educatæ & ipsæ cum teneræ essent. Nonne vero hæc ubi audiunt, habent cur se præ pudore abscondant, quæ parentum curam non habent, atque eos negligunt, quos aut solos, aut præ cæteris sublevare debuerant, præsertim cum id facientes non tam daturi sint quippiam, quam id, quod debent, redditurі? Nihil enim est liberis proprium, quod non parentum sit prius, qui aut de suo dederunt, aut acquirendi præbuerunt causas.* (Pag. 760, 761. Ed. Paris.) De columbarum cura eximia circa fœtus suos vide *Porphyrium* de non esu animalium tertio. (*Pag.* 315.) De scarorum, & saurorum pro sociis *Cassiodorum* XI, 40.

GRONOVII.

33 *Pro sui intellectus*] Quantum potest assequi humana imbecillitas. Sola enim cœlestia sunt ordinatissima, humana tam perfecte disponi nequeunt, ut non maneat aliquid incommodi.

34 *Sui generis*] Cum aliis hominibus.

35 Οἰκείωσιν] Q. d. *domesticationem*, familiaritatem domesticam.

36 *Fœtuum*] Ut galli gallinacei gallinas, & gallinæ pullos ante exsaturantes, quam ipsi granum sumant: ut hæ, & pleræque animantes, & feræ etiam, pro catulis, ac fœtibus sese in periculum conjicientes: ut canes venatici præda abstinentes, & eam domino reservantes. *Cic.* 3. de fin. 19. *formicæ, apes, ciconiæ, aliorum etiam causa quædam faciunt. Quinctil.* 5, 11. apes etiam, formicasque in commune laborare. Vide *Ælian.* de animal.

37 *Ex principio*] Non ex vi mentis, consilio, voluntate, deliberatione, ac decreto, denique parte intelligente ipsis insita, atque ingenita. (Vide quæ Auctor eadem de re dicit in eximio opusculo *De Veritate Religionis Christianæ*; & ibi notata à Clariss. CLERICO, in nupera Editione. *J. B.*)

(ee) Auctor, in Notâ suâ, testem tantum adfert *Chrysostomum* vocis οἰκείωσις hoc sensu usurpatæ. Sed reperitur illa, ut & verbum οἰκειοῦσθαι, apud PLUTARCHUM *De Stoicorum repugnantiis*, pag. 1038. B. C. Tom. III.

principio aliquo intelligente 38 extrinseco, + quia circa actus alios, + istis neutiquam difficiliores, + par intelligentia in illis non apparet. + Idemque de infantibus dicendum, + in quibus ante omnem disciplinam ostendit se ad bene aliis faciendum propensio quædam, prudenter a Plutarcho (ff) observata: + sicut & in ea ætate misericordia sponte prorumpit. + Homini vero perfectæ ætatis, + cum 39 circa similia similiter agere norit, f + cum societatis appetitu excellente, 40 + cujus peculiare solus inter animantes instrumentum habet sermonem, + inesse etiam facultatem sciendi, agendique, secundum generalia præcepta, + par est intelligi, 41 + cui quæ conveniunt, + ea jam sunt non omnium quidem animantium, + sed humanæ naturæ congruentia.

Homini proprium

+ 8. Hæc vero, quam rudi modo jam expressimus, + g 42 societatis custo-

Ed. Wech. Adde PORPHYRIUM *De non esu Animal.* Lib. I. pag. 13. *Ed. Lugd.* 1620. Lib. III. pag. 294. 328. &c. qui & voce οἰκειότης alibi eadem in re utitur, loco ab Auctore nostro infra laudando, *Lib.* III. c. 20. §. 9. num. 3. in Not. Omnia autem illa videntur fluxisse ex eo, quod ARISTOTELES ait, ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπῳ ἀνθρώπῳ τὸ φίλον· Ethic. Nicom. Lib. VIII. c. 1. *J. B.*

(ff) Videtur auctor respicere heic, quod ait PLUTARCHUS in *Consolat. ad Uxorem*, pag. 608. D. quod tamen potius contrarium innuit, quum ab ea propensione ad benefaciendum, tamquam singulari, commendet filiolam suam in infantiâ mortuam. De re ipsâ diximus in Gallicis nostris Notis uberioribus. *J. B.*

GRONOVII.

38 *Extrinseco*] i. e. Deo, vel ministra Dei natura, non ab insita ipsis ratione certa, & perpetua, sed ex instinctu naturæ, in paucis, & certis rebus sic se habente.

39 *Circa similia similiter agere*] Quod negatum bestiis, quæ tantum in uno, quo naturalis appetitio fert, aut à quo declinatio avertit, sic agunt. *Cic.* 2. de fin. 14. *ratio: quæ & causas rerum, & consecutiones videat, & similitudines transferat, & disjuncta conjungat, & cum præsentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ consequentis statum.* Idem 1, de leg. 7.

40 *Cujus peculiare solus inter animantes instrumentum habet sermonem*] Et societatis colendæ ex *Cic.* 1, de leg. 9. moderationem vocis, orationis vim, quæ conciliatrix est humanæ maxima societatis.

41 *Cui*] Facultati.

42 *Societatis custodia fons est juris*] Homo appetit societatem, quia ea juvatur, & conservatur: & si nihil juvaretur, ac sibi sufficeret, eam appeteret tamen, ne sermo esset otiosus sibi: deinde ut quæ habet commoda cum aliis communicaret: (bonum enim est communicativum sui) aut saltem aliis demonstraret; naturaliter enim gaudia testem requirunt. Jam qui socium admittit, qui vicinum, necesse est aliquid ei tribuat, aliquid in illo ferat, & sibi minus indulgeat, ut eadem viciſſim consequatur a socio. Qui contubernalem adscisit, necesse est partem cubiculi ei permittat; qui conjugem, lecti. Hæc primo humanitas, & mutua patientia solitudinis vitandæ, & auxilii mutui causa camparata, pactis conventis, vel tacitis, vel expressis firmata, transit in jus. *Cicero* ait 1, de leg. 5. *si patefiat, cujus muneris colendi, efficiendique causa nati, & in lucem editi simus, quæ sit conjunctio hominum, quæ naturalis societas inter ipsos; his explicatis, fontem legum, & juris inveniri.*

GROTII.

f *Cum societatis appetitu excellente*] *M. Antoninus* Libro IX. ὁ ἄνθρωπος εὐεργετικὸς πέφυκε· *Homo in id natus est, bene ut aliis faciat.* (§. 42.) Item: θᾶσσον γὰν εὕροι τις ἂν γεώδες τι μηδενὸς γεώδους προσαπτόμενον, ἤπερ ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ ἀπεχθιμένον· *Facilius reperiat quis terrestre aliquod ad terram se non ferens, quam hominem ab humano genere abscissum.* (§. 9.) Libro X. ἐστὶ τὸ λογικὸν εὐθὺς τῷ πολιτικόν· *quod ratione utitur, necessario & cœtum appetit.* (§. 2.) Nicetas Choniates: ἐνεσημήνατό πως ἡ φύσις ἡμῖν τῷ ἐνεφύτευσε πρὸς τὰ οἰκεῖα συμπάθειαν· *Natura insculpsit, insevitque nobis animo consensionem cum iis, quæ cognata sunt nobis.* (In Isac. Angel. L. III. c. 9.) Adde *Augustinum* de doctrina Christiana Lib. III, c. 14.

g *Societatis custodia humano intellectui conveniens*] *Seneca* IV. de beneficiis cap. XVIII. *Ut scias, per se expetendam esse grati animi affectionem, per se fugienda res est, ingratum esse: quoniam nihil æque concordiam humani generis dissociat, ac distrahit quam hoc vitium. Nam quo alio tuti sumus, quam quod mutuis juvamur officiis? hoc uno instructior vita, contraque incursiones subitas munitior est, beneficiorum commercio. Fac nos singulos, quid sumus? præda animalium,*

&

custodia, (gg) humano intellectui conveniens, + fons est ejus juris, 43 quod proprie tali nomine appellatur: + h 44 quo pertinent + alieni abstinentia, & + si quid alieni habeamus, + aut lucri inde fecerimus, restitutio, + promissorum implendorum obligatio, + 45 damni culpa dati reparatio, & 46 + pœnæ inter homines meritum. *sociale, proprie, & stricte dictum.*

+ 9. Ab + hac juris significatione + fluxit altera largior: + quia enim homo supra cæteras animantes non tantum vim obtinet socialem, + de qua diximus, + sed & 47 judicium ad æstimanda quæ delectant, aut nocent, (hh) + non præsentia tantum, sed & futura, & quæ in utrumvis possunt ducere; 48 + pro humani intellectus modo etiam 49 + in his judicium recte conformatum sequi, + neque metu, + aut voluptatis præsentis 50 illecebra corrumpi, + aut temerario rapi impetu, conveniens esse humanæ naturæ; & quod tali 51 judicio plane repugnat, + etiam contra jus naturæ, + humanæ scilicet, esse intelligitur.

10. + At-

& victimæ, ac vilissimus, & facillimus sanguis: quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis virium est. Quæcumque vaga nascuntur, & altera vitam segregem, armata sunt: hominem imbecillitas cingit: non unguium vis, non dentium, terribilem cæteris facit: duas res dedit, quæ illum, obnoxium cæteris, validissimum facerent, rationem, & societatem; itaque qui par esse nulli posset si diduceretur, rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: Societas terris genitum in alienæ naturæ transmisit imperium, & dominari etiam in mari jussit. Hæc morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit: hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle, & unitatem generis humani, qua vita sustinetur, scindes. Tollitur autem, si efficies ut ingratus animus non per se vitandus sit.

h *Quo pertinent alieni abstinentia*] *Porphyrius* de non esu animantium tertio: ἡ δὲ δικαιοσύνη ἐν τῷ ἀφεκτικῷ ἢ ἀβλαβεῖ κεῖται παντὸς ὅτου ἂν τῦ μὴ βλάπτοντος· *Justitia in eo sita est, ut abstineatur alienis, neque noceatur non nocentibus.* (Pag. 329.)

GRONOVII.

43 *Quod proprie*] 1, 1. 10. quod in contrariis versatur.

44 *Quo pertinent*] Ad quod. *Justin.* 2, 2. de Scythis. *Nulli sc. gravis, quid eum*, &c.

45 *Damni culpa*] Si quis quid damni nostra culpa, aut vitio in rebus suis fecerit, id ut compensemus.

46 *Pœnæ meritum*] Utque puniatur, qui peccarit in societatem. ἀλόγως ἢ ἐφ' ὅσον μετέχωσι τῆς φύσεως, ἐπὶ τοσοῦτον· *Aristoteles* Oecon. 1, 3. [Locus iste ARISTOTELIS, nescio quo casu, heic malè collocatus est. Neque enim pertinet ad *pœnæ meritum*, sed ad verba illa num. sequ. *homo supra cæteras animantes vim obtinet socialem.* Nimirum Philosophus agit de societate conjugali, quam, ait, in ceteris Animantibus locum habere, sed sine ratione, & tantum, quantum fert natura illorum. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἀλόγως τοῦτο ὑπάρχει, ἢ ἐφ' ὅσον &c. *J. B.*)

47 *Judicium ad æstimanda*] Æstimandi, i. e. delectum, & discrimen rerum bonarum, & malarum, juvantium, & inutilium, non modo in præsens, sed etiam in longam diem, & rationes, viasque, tam quæ præcipitant in turpia, & noxia, quam quæ ad honesta, & profutura pertinent: adeoque providentiam secuturi ejus commodi, aut incommodi.

48 *Pro humani intellectus modo*] i. e. quantum patitur imbecillitas, & infirmitas humana.

49 *In his judicium*] Non facere quod quæ canit, *Video meliora, proboque: Deteriora sequor*: sed diligenter, & liquido inspecta, & pro melioribus agnita constanter, & confidenter sectari, affectare, agere.

50 *Illecebra corrumpi*] Ut eligas, aut repente facias, cujus postea pœniteat.

51 *Judicio*] Se debere aversari malum, licet habeat illecebram boni.

(gg) Vide PUFENDORFIUM nostrum *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. 3. ubi fuse principium istud adstruitur, & exponitur, J. B.

(hh) Ita quidem habent omnes Editiones: sed quamquam sensus Auctoris ex serie orationis satis pateat, loquutio non satis est adcurata. Neque enim τὸ *nocent* rectè opponitur τῷ *delectant*: nisi dicas, quidquid delectat, id prodesse; quod à mente Auctoris, & rei veritate planè alienum est. Aut heic est ἀκυρολογία, aut possit quis suspicari, Auctorem voluisse scribere: QUÆ *delectant*, AUT DOLOREM CREANT; QUÆ JUVANT, *aut nocent*; voces autem intermedias, sive ex ipsius Auctoris lapsu calami, sive ex incogitantiâ Exscriptorum, excidisse, adeo ut neque postea Auctor, rebus magis, quam verbis intentus, id animad-

Improprie, & laxius.

10. + Atque huc etiam pertinet in his, quæ cuique homini, aut cœtui propria sunt elargiendis [i] prudens [52] dispensatio, ut + quæ nunc sapientiorem minus sapienti, nunc + propinquum extraneo, nunc + pauperem diviti, prout [53] actus cujusque, & rei natura fert, præponit: + quam [54] juris proprie, [55] strictèque dicti partem jam olim multi faciunt; cum tamen [56] jus illud proprie nominatum diversam longe naturam habeat, + in eo positam, ut quæ jam [57] sunt alterius, alteri permittantur, aut [58] impleantur (ii).

11. + Et hæc quidem, quæ jam diximus, + locum aliquem haberent, etiamsi daremus, (kk) quod sine summo scelere dari nequit, non [59] esse Deum, + aut non curari ab eo negotia humana: cujus contrarium cum nobis + partim ratio, partim [60] traditio perpetua inseverint, + confirment vero & argumenta multa, + & miracula ab omnibus sæculis testata; + sequitur, jam ipsi Deo, ut [61] opifici, & cui nos, nostraque omnia debeamus, [62] sine exceptione parendum nobis esse, + præcipue cum is se multis modis & optimum, & potentissimum ostenderit: + ita ut sibi obedientibus præmia reddere maxima, etiam æterna, quippe æternus ipse, + possit, & voluisse credi debeat, multoque magis si id disertis verbis promiserit: + quod Christiani indubitata testimoniorum fide convicti credimus.

+ 12. Et

animadverterit, quemadmodum alibi non semel accidisse, nobis compertum est. Ceterum res ipsa pertinet ad officia Hominis erga se ipsum, de quibus fusè PUFENDORFIUS, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. c. 4. *J. B.*

GROTII.

i *Prudens dispensatio, ut quæ nunc sapientiorem minus sapienti, nunc propinquum extraneo, nunc pauperem diviti, prout actus cujusque, & rei natura fert, præponit*] Agit hac de re *Ambrosius* libro primo de officiis. (Cap. 30.)

GRONOVII.

52 *Dispensatio*] Justitia διανεμητική, sive *attribuens*, vel *distributiva*, in præmiis, & muneribus, sive oneribus tribuendis: non autem in pœnis, in quibus versatur *commutativa*, quæ spectat contractus, & maleficia, quæ sunt quasi contractus.

53 *Actus*] Opera, quam in commune commodum præstat.

54 *Juris proprie*] Quod reddit prætor, & unde actiones nascuntur; quod pertinet ad *justitiam commutantem*, vel *emendatricem*, συναλλακτικὴν ἢ διορθωτικὴν, versantem in contractibus, & pœnis. [Immo Auctor intelligit heic *Justitiam Particularem* ita ab ARISTOTELE dictam, cujus pars est *Justitia* συναλλακτικὴ, ἢ διορθωτικὴ. Nimirum putabat, *Justitiam Particularem* eamdem esse, ac *Expletricem*, de qua acturus est Lib. I. c. 1. §. 8. ubi vide quæ monebimus. *J. B.*

55 *Stricte dicti*] Quale scil. traditur in juris corpore, unde actiones nascuntur.

56 *Jus*] Justitiæ distributivæ propriè non est jus, quia nulla actione peti potest.

57 *Sunt alterius*] Respicit duo præcepta posteriora juris. Hæc est justitia, quæ dicitur *commutativa* vulgo, vel *correctiva* in contractibus, & pœnis.

58 *Impleam*] i. e. faciam quod debeo, unicuique suum tribuam.

59 *Esse Deum*] IV. Argumentum.

60 *Traditio*] i. e. omne, quod gentes instillarunt suis posteris, sive consensus, & præcepta majorum nostrorum omnis ævi.

61 *Opifici*] Qui nos creavit.

62 *Sine exceptione*] In omnibus, & perpetuo.

(ii) Nihil heic volui mutare: sed quanquam ita in omnibus Editionibus legatur, vix dubito quin Auctor scripserit: *aut* QUÆ ALTERI DEBENTUR, *impleantur*; neque enim, secundum Auctorem nostrum, ea, quæ *implentur*, jam *erant alterius*, erga quem implentur, sed tantum ei *debebantur*, tum demum illius futura, quando impleta fuerint. Vide infra *Lib.* II. c. 7. num. 1. & Lib. III. c. 19. n. 15. J. B.

(kk) Vide quæ observavimus in PUFENDORFIUM nostrum, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. c. 3. §. 19. *Not.* 2. & quæ infra menemus, ad Lib. I. c. 1. §. 8. num. 2. Not. (*nn*). J. B.

+ 12. Et + hæc jam alia juris origo eſt, + præter illam naturalem, + veniens ſcilicet k 63 ex libera Dei voluntate, + cui nos ſubjici debere, intellectus ipſe noſter nobis irrefragabiliter dictat. Sed & illud ipſum, de quo egimus, naturale jus, 64 + ſive illud ſociale, ſive quod laxius ita dicitur, + quamquam ex 65 principiis homini internis profluit, l + Deo tamen adſcribi merito poteſt, quia ut talia principia in nobis exiſterent, ipſe voluit : + quo ſenſu Chryſippus, & Stoici dicebant, + juris originem non aliunde petendam, quam 66 ab ipſo Jove, m a quo Jovis nomine jus Latinis dictum, probabiliter dici poteſt. 2. *Voluntarium.* 1. *Divinum.*

+ 13. Accedit, quod + illa quoque ipſa principia + Deus 67 datis legibus magis conſpicua fecit, + etiam iis, quibus imbecillior eſt ad ratiocinandum vis animi : + & in diverſa trahentes 68 impetus, + qui nobis ipſis, quique aliis male (ll) conſulunt, 69 vagari vetuit, illos quippe vehementiores 70 adductius regens, & fine, ac modo coërcens.

+ 14. + Sed & hiſtoria ſacra + præter id, quod in præceptis conſiſtit,

GROTII.

k *Ex liberâ Dei voluntate*] Inde *M. Antonino* judice libro IX : ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ· *qui injuſte agit, impius eſt.* (Locus eſt §. 1. Sed ubi agitur de jure Naturali, non de *Jure Divino voluntario*, quod ex *liberâ Dei voluntate* venit. Plura diximus in Gallicis Notis. *J. B.*)

l *Deo tamen adſcribi merito poteſt*] Chryſoſtomus 1. ad Corinthios XI, 3 : ὅταν δὲ εἴπω τὴν φύσιν, θεὸν λέγω· ὁ γὰρ τὴν φύσιν δημιουργήσας οὗτός ἐστιν. *Cum naturam dico, Deum dico; ipſe enim eſt naturæ opifex.* (Tom. III. pag. 410. *Edit. Eton. Savil.*) Chryſippus III. de Diis : ἐ γὰρ ἔστιν εὑρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν οὐδὲ ἄλλην γένεσιν, ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως· ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ πᾶν τὸ τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, εἰ μέλλομέν τι ἐρεῖν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν· *Non poteſt inveniri principium aliud, aut origo juſtitiæ, quam ab Jove, & communi natura; inde enim initium duci debet, ubi de bonis, maliſque diſſerendum eſt.* (Apud PLUTARCH. *de Stoic. rep.* pag. 1035.

m *A quo Jovis nomine jus latinis dictum*] Niſi forte verius per abſciſſionem; ut ex eo, quod fuit *oſſum*, factum eſt *os* : ita ex eo, quod fuerat *juſſum*, factum *jus*, *juſis*, poſtea *juris*, ut ex *Papiſiis Papirii*, de quo vide *Ciceronem* lib. X, epiſt. 21.

GRONOVII.

63 *Ex libera Dei voluntate*] Propterea id vocat *Jus voluntarium divinum.* lib. I, cap. 1. num. 13.

64 *Sive illud ſociale*] Sive quod continet, ac dirigit ſocietates gentium, & hominum; ſive quod ſanæ menti rectum, & decorum probat ratio, eo nomine accipiamus, etſi excogitatum, comparatum, proditum eſt ab hominibus excellenter præditis, & præclare utentibus vi humanis ingeniis inſita.

65 *Principiis*] Recta ratione inſita, quam negaverat in beſtiis eſſe.

66 *A Jove*] Derivatio Stoïca, *Scipionis Gentilis* inventum. Orig. p. 270. immo potius præciſum, & decurtatum a vocabulo *juſſus*; nam quod ſive Deus, ſive ratio, ſive ſuperior *jubet*, eſt *jus*.

67 *Datis legibus*] Decalogo.

68 *Impetus*] Ὁρμὰς· πάθη· affectus, ſenſus, motus animi, commotiones, perturbationes, qui debent regi ab animo tanquam ſatellites. *Cic.* 3. Tuſc. 11. & 4. Tuſc. 6. *Claudian.* 4. Conſ. Honor. 230.

69 *Vagari*] Cum ſc. dixit : *non concupiſces, non occides* : aliud contra iram, aliud contra deſideria.

70 *Addictius*] *Adductius*, quaſi attracto fræno. Phraſis *Taciti*, *regnum adductius*, 3. hiſt. 7. de mor. G. 3. (In Editione ann. 1632. eſt etiam *adductius* : unde ita repoſuimus, quod neſcio quomodo, mutatum fuerat in ſequentibus. *J. B.*)

(ll) Vocem illam *malè*, quæ excidit in omnibus Editionibus, fidenter addidi. Illam deeſſe, adeo ut aliter Auctoris ſententia non conſtet, res ipſa clamat. Si enim τὸ *conſulunt* in bonam partem ſumas, ut omnino ſumendum, quando nihil aliud additur (vide exemplum infra, L. III. c. 20. §. 51.) tunc utiles eſſe, & nobis, & aliis, impetus illos in alia trahentes, quàm quò ducit Ratio & Lex Naturæ, Auctor noſter dicet; quod quàm alienum ſit a mente ipſius, nemo non intelligit. Vix autem dubito, quin propter ſimilitudinem vocis *aliis* cum ſequenti *malè*, hæc omiſſa fuerit vel ab exſcriptore, vel à typographo : & ejus rei exempla alibi videbimus J. B.

ſtit, + affectum illum ſocialem non parum etiam eo excitat, quod nos docet ab iiſdem primis parentibus ortos homines omnes, + ita ut eo quoque ſenſu dici recte poſſit, quod alio dixit [71] Florentinus, * cognationem inter nos a natura conſtitutam; cui conſequens ſit, hominem homini inſidiari nefas eſſe, [72] + Inter homines quaſi [a] Dii quidam ſunt parentes, + quibus proinde non [73] infinitum, ſed [74] ſui generis obſequium debetur.

* *L. ut vim. 3. D. de juſt. & jur.*

2. *Humanum.*

+ 15. Deinde + vero, + cum juris naturæ ſit [75] ſtare pactis, ([76] + neceſſarius enim erat inter homines aliquis ſe obligandi modus, neque vero alius modus naturalis fingi poteſt,) + ab hoc ipſo fonte jura civilia fluxerunt. [77] Nam qui ſe cœtui alicui + aggregaverant, aut [78] homini, + hominibuſque ſubjecerant, + hi aut expreſſe promiſerant, aut ex negotii natura + tacite promiſiſſe debebant intelligi, ſecuturos ſe id, + quod aut cœtus pars major, aut hi, [79] + quibus delata poteſtas erat, conſtituiſſent.

Civile cujuſque civitatis.

16. Quod ergo dicitur + non Carneadi tantum, ſed & aliis,

[o 80] + *Utilitas juſti prope mater, & æqui,*

+ ſi accurate loquamur, verum non eſt: + nam naturalis juris mater eſt ipſa [81] humana natura, + quæ nos, etiamſi re nulla indigeremus, ad ſocietatem mutuam appetendam ferret: + civilis vero juris mater eſt ipſa ex conſenſu obligatio, + quæ cum ex naturali jure vim ſuam habeat, + poteſt natura hujus quoque juris quaſi [82] proavia dici. + Sed naturali juri utilitas [83] accedit: + voluit enim naturæ Auctor nos ſingulos, & infirmos eſſe, & multarum rerum ad vitam recte ducendam egentes, quo magis ad colendam [84] ſocietatem raperemur: juri autem civili occaſionem dedit utilitas; + nam illa, quam diximus, conſociatio, aut ſubjectio [85] + utilitatis alicujus cauſa

GROTII.

[a] *Dii quidam ſant parentes*] Θεοὶ ἐπίγειοι *Hierocli* ad aureum carmen, *Dii terreſtres*: *Philoni* ad decalogum ἐμφανεῖς Θεοὶ, μιμούμενοι τὸν ἀγένητον ἐν τῷ ζωοπλαστεῖν· *conſpicui Dii*, *qui ingenitum Deum imitantur vitam dando* (Pag. 761. D.) ſecunda poſt Deum fœderatio *Hieronymo* epiſt. XLVII. (Tom. I. pag. 224. D. Edit. Baſil.) Parentes Deorum ſimulacra *Platoni* de legibus XI, (Pag. 930, 931. Tom. II. *Ed. H. Steph.*) Honos parentibus ut Diis debetur, pronuntiante *Ariſtotele* Nicomachæorum IX, cap. 11. [Locus HIEROCLIS non eſt è Comment. in *Aurea Carm.* ſed reperitur apud STOB. Serm. 77. J. B.

o *Utilitas juſti prope mater, & æqui*] Ad quem locum *Acron*, aut quiſquis eſt vetus *Horatii* interpres: *repugnat præceptis Stoicorum; eſtendere vult juſtitiam non eſſe naturalem, ſed natam ex utilitate.* Contra hanc ſententiam vide quæ diſputat *Auguſtinus* de doctrina Chriſtiana libro III, c. XIV.

GRONOVII.

71 *Florentinus*] L. 3. D. *de Juſt. & Jure.*

72 *Inter homines*] V. Argumentum.

73 *Infinitum*] Non ſine exceptione, ut de Deo dixerat.

74 *Sui generis*] Quatenus non eſt contra illum, cui ſoli infinitum obſequium debetur, Deum.

75 *Stare pactis*] i. e. fidem datam ſervare.

76 *Neceſſarius obligandi modus*] Nam ſi ſocietas jungi debebat, requirebatur aliquod vinculum, coagulum, ferrumen, ſacramentum, quo ea ſocietas contineretur: alioqui forent meræ arenæ.

77 *Nam qui ſe cœtui*] VI. Argumentum.

78 *Homini*] Uni regi, principi, aut magiſtratibus aliis.

79 *Quibus delata*] Aut pauci, unusve repræſentans ſocietatem, ut rex, magiſtratus.

80 *Utilitas*] *Horat.* 1, ſat. 3. ℣. 98.

81 *Humana*] Recta ratio.

82 *Proavia*] Cauſa remotior.

83 *Accedit*] Ultro ſe quaſi comitem præbet.

84 *Societatem raperemur*] *Lactant.* de opific. Dei cap. 4.

85 *Utilitatis*] Ut ſingulorum artes, & opes in unum collatæ omnibus quoque aliis prodeſſent.

GRO-

cauſa cœpit inſtitui. Deinde & qui jura præſcribunt aliis, in eo utilitatem aliquam ſpectare ſolent, aut debent.

+ 17. Sed + ſicut cujuſque civitatis jura utilitatem ſuæ civitatis reſpiciunt, ita + inter civitates aut omnes, aut pleraſque, 86 + ex conſenſu jura quædam naſci potuerunt, + & nata apparet, quæ utilitatem reſpicerent non cœtuum ſingulorum, + ſed 87 magnæ illius univerſitatis. Et hoc jus eſt, + quod gentium dicitur, + quoties id 88 nomen a jure naturali diſtinguimus; + quam partem juris omiſit Carneades, + jus omne in naturale, & civile ſingulorum populorum diſtribuens, + cum tamen de eo jure, quod inter populos verſatur, acturus, (+ ſubjecit enim orationem de bellis, & bello partis) mentionem facere omnino debuiſſet. *Gentium: civitatum omnium, aut pleraumque.*

18. + Male 89 autem a Carneade 90 ſtultitiæ nomine juſtitia traducitur. Nam ſicut, ipſo fatente, ſtultus non eſt civis, qui in civitate jus civile ſequitur, etiamſi ob ejus juris reverentiam quædam ſibi utilia omittere debeat: + ita nec ſtultus eſt populus, qui non tanti facit ſuas utilitates, ut propterea + communia populorum jura negligat; + par enim in utroque eſt ratio. Nam P ſicut civis, qui jus civile perrumpit utilitatis præſentis cauſa, 91 + id convellit, quo ipſius, poſteritatiſque ſuæ perpetuæ utilitates continentur: + ſic & populus jura naturæ, + gentiumque violans, ſuæ quoque tranquillitatis in poſterum reſcindit munimenta. Tum vero etiamſi ex juris obſervatione nulla ſpectaretur utilitas, + ſapientiæ, non ſtultitiæ eſſet eo ferri, ad quod a natura noſtra nos duci ſentimus. II. *Objectionum refutatio.* *Juſtitia ſtultitia non eſt.*

+ 19. Quare nec illud,

92 *Jura inventa* + *metu injuſti fateare neceſſe eſt:*

quod apud * + Platonem quidam ita explicat; + metu accipiendæ injuriæ reper- * *De Rep. Lib.* II. p. 359. B. Tom. II.

GROTII.

P *Sicut civis, qui jus civile perrumpit*] Hæc ipſa ſimilitudine appoſite utitur lib. IX. *M. Antoninus*: ὅτις ἐὰν ἓν πρᾶξίς σε μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν, εἴτε προσεχῶς εἴτε πόῤῥωθεν, ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον, ᾗ ἐκ ἔστιν ἓνα εἶναι, ᾗ στασιώδης ἐστὶν, ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ' αὑτὸν μέρος διϊστάμενος. *Quæcumque tua actio reſpectum non habebit ſive cominus, ſive eminus ad propoſitum communitatis, ea vitam diducit, nec unam eſſe patitur, ſeditioſaque non minus eſt, quam is, qui in populo partem ſeorſim facit.* (§. 24.) Et libro XI: ἄνθρωπος ἐνὸς ἀνθρώπου ἀποχωρισθεὶς, ἐὰν δύνηται μὴ ᾗ ὅλης φύλης ἀποκεκόφθαι. *Homo ab uno abſciſſus homine, non poteſt non & ab univerſo genere abſciſſus haberi.* (§. 8.) Nimirum, ut eidem *Antonino* dictum eſt, quod examini expedit, idem api. (Locus ultimus exſtat *Lib.* VI. §. 54. In præcedenti autem, pro verbis illis, ἐὰν δύνηται μὴ ᾗ ὅλης φύλης ἀποκεκόφθαι, legitur: ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπτωκε. Nimirum Auctor ſtatim antea legerat: κλάδος τοῦ προσεχοῦς κλάδου ἀποκοπεὶς, ἐὰν δύνηται μὴ ᾗ τοῦ ὅλου φυτοῦ ἀποκεκόφθαι· ὅτω δὴ καὶ ἄνθρωπος &c. Hæc igitur, memoriæ lapſu, confudit, ſimulque τὸ φυτὸν in φύλον mutavit. *J. B.*]

GRONOVII.

86 *Ex conſenſu jura*] Vel tacito, vel expreſſo. VII. Argumentum.

87 *Magnæ illius univerſitatis*] Conjunctionis, quæ inter omnes eſt homines.

88 *Nomen a jure naturali*] Nam interdum *naturæ jus* vocatur, quod eſt *gentium*, ut paulo inferius dictum eſt. Sic majorem natu in imperiis ſuccedere, *naturæ jus* vocat *Juſtinus* 12, 1. *quod natura ipſa gentibus dedit.* 2, 10. Idem *jus gentium* dicit lib. 34, 3.

89 *Male*] Conſectaria ſive IV. articulus prioris membri partis generalis.

90 *Stultitiæ*] Quia abſtineat alieno, quod poſſet ei utile eſſe.

91 *Id convellit*] Eripit ſibi fidem, exiſtimationem, aliorum voluntatem, cum ipſo contrahendi.

92 *Jura inventa*] *Horat.* 1, ſat. 3.

repertas leges, + ac vi quadam homines ad juſtitiam colendam adigi, + univerſaliter verum eſt. + Id enim 93 ad ea dumtaxat inſtituta, ac leges pertinet, quæ ad faciliorem juris exſecutionem reperta ſunt; + ſicut multi per ſe infirmi, ne a validioribus opprimerentur, conſpirarunt ad inſtituenda, ac communibus viribus tuenda 94 judicia, ut quibus ſinguli pares non erant, his univerſi prævalerent. + Et hoc demum ſenſu commode accipi poteſt quod dicitur, jus eſſe id, quod validiori placuit; ut intelligamus 95 fine ſuo externo carere jus, niſi vires miniſtras habeat; ſicut Solon res confecit maximas, ut ipſe † prædicabat;

Gorg. pag. 483. T. I. *Vis ex metu injuſti, & validioris, cauſa ejus non eſt.* † *Apud Plutarch.* Vit. Solon. p. 86. C.

Ὁμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας.

q 96 + *Vim, juſque parilis copulans vincli jugo.*

JUSTITIA *ſecuritatem adfert conſcientiæ.*

+ 20. Neque tamen + quamvis a vi deſtitutum jus omni caret effectu; nam juſtitia 97 + ſecuritatem affert conſcientiæ, injuſtitia tormenta, ac laniatus, + quales in tyrannorum pectoribus deſcribit 98 Plato, Juſtitiam probat, injuſtitiam damnat + proborum conſenſus. 99 Quod vero maximum eſt, + hæc Deum inimicum, illa faventem habet, + qui judicia ſua ita poſt hanc vitam reſervat, + ut ſæpe eorum vim etiam in hac vita repræſentet, quod multis exemplis hiſtoriæ docent.

Privatis, populo, & populi rectoribus æque convenit.

+ 21. Quod vero multi quam a civibus exigunt juſtitiam, + eam 100 in populo, aut populi rectore inſuper habeant, ejus erroris cauſa eſt, primum + quod in jure nihil ſpectant 1 niſi utilitatem, quæ ex jure oritur, quæ evidens eſt in civibus, + qui ſinguli ad ſui tutelam invalidi ſunt. At magnæ

GROTII.

q *Vim, juſque parilis copulans vincli jugo*] Ovidius:

Valet cauſa, cauſamque tuentibus armis.

(Metam. Lib. VIII. verſ. 59. ubi tamen melius Cl. *Burmanni* Editio verba hæc, *cauſſamque tuentibus armis*, conjungit cum ſequentibus: *Ut puto, vincemur. J. B.*]

GRONOVII.

93 *Ad ea dumtaxat*] Quæ firmant jus, & auctoritatem magiſtratuum.

94 *Judicia*] Diſceptationes fori, cum didiciſſent homines legibus, non armis, vivere. *Juſt.* 43, 4.

95 *Fine ſuo externo*] Non poſſe ad effectum, & exſecutionem pervenire, niſi magiſtratui committatur jus gladii

96 *Vim*] Hinc Κράτος καὶ Βίαν inter miniſteria Jovis in Prometheo ponit *Æſchylus*. Et qui rempub. ordinat, & reformat, eum fine collega, & armatum eſſe oportere, diſputat *Machiavellus* ad Livium 1, 7. & hoc argumento excuſat cædem Remi à Romulo occupatam.

97 *Securitatem*] Diogenes apud *Stobæum* ſer. 31. p. 188. Ἡ τοίνυν δικαιοσύνη πολλὴν ἔχει βεβαιώσιν τῇ ψυχῇ· τὸ γὰρ μηδένα μήτε φοβούμενον, μήτε αἰσχυνόμενον ζῆν, ἡδονή τίς ἐστιν καὶ ἱκανότης τοῦ βίου.

98 *Plato*] In Gorgia p. 357. (pag. 524, 525. *Ed. H. Steph.* Tom. I.) Alludunt *Tacitus* 6, ann. 6. *Cicero* 3. de offic. 21. *Quinctil.* 12, inſt. 1. *Lucianus* Cataplo. *Claudianus* in Rufin. 2, 504. & apud *Stobæum* Diogenes p. 188.

99 *Quod vero &*] III. Conſectarium.

100 *In populo*] Ut apud *Senecam* Thyeſte V, 215. Atreus: *Sanctitas, pietas, fides, privata bona ſunt: qua juvat, reges eant.*

1 *Niſi utilitatem*] Et jus, ſive juſtitiam, & ſtudia liberalia, & pietatem, & virtutem omnem ſequuntur utilitates, honores, opes, præmia: ſed ea omnia vitiantur, quoties in illis nihil ſpectatur, niſi utilitas: evenit enim, ut ea non ſerio, commode, diligenter exerceant, quotquot ad vota properant, & ex his, tanquam aliquid majus, utile petunt; & ſimul, atque præſens non adparet utilitas, aut præſentior non apparet ex contrariis, vel diverſis, iſta præclara negligant, & contemnant.

GRO-

magnæ civitates, + cum omnia in se complecti videantur, quæ ad vitam recte tuendam sunt necessaria, opus, habere non videntur ea virtute, + quæ [2] foras spectat, & justitia appellatur.

22. Sed, + ut ne repetam quod dixi, + jus non solius utilitatis causa comparatum, + nulla est [3] tam valida civitas, quæ non aliquando aliorum extra se ope indigere possit, + vel ad commercia, + vel etiam ad arcendas multarum externarum gentium junctas in se vires; unde etiam a potentissimis populis, & regibus + fœdera appeti videmus, quorum vis omnis tollitur ab his, + qui jus [4] intra civitatis fines concludunt. Verissimum illud, [5] + omnia (mm) incerta esse [6] simul a jure recessum est.

23. + Si nulla est communitas, quæ sine jure conservari possit, [1] + quod memorabili latronum exemplo probabat [7] Aristoteles (nn): + certe & illa, quæ genus humanum, aut populos complures inter se colligat, jure indiget: quod ille vidit, qui (oo) dixit; [8] + fœda ne patriæ quidem causa facienda

GROTII.

1 *Quod memorabili latronum exemplo probabat Aristoteles*] Chrysostomus in caput IV. ad Ephesios: (Tom. III. pag. 813. *Edit. Savil.*) πῶς ἂν λησταὶ εἰρηνεύσαι, φῄς· πότε; εἰπέ μοι. πάντως ὅταν ᾖ λῃστικῷ τρόπῳ χρήσωνται· ἂν γὰρ ἐν αὐτοῖς οἷς ἂν διανέμωνται, μὴ τοὺς νόμους φυλάξωσι τοὺς τῆ δικαίᾳ, ᾗ ἑκάστῳ ἀπονέμωσι τὸ δίκαιον, εὐθέσεις· ἂν κἀκείνοις ἐν πολέμοις ᾗ μάχαις. *At qui fit ergo, dicet aliquis, ut in pace vivant latrones? Quando vero? dic quæso. Nempe cum non ut latrones agunt; nam si in dividendis rebus præscripta justitiæ non servent, neque partitionem ex æquo faciant, videbis & ipsos inter se bellis, ac præliis implicari. Plutarchus* (Vit. Pyrrh. pag. 388. A.) cum Pyrrhi recitassēt dictum, regnum se ei liberûm suorum relinquere, cui acutissimus futurus esset gladius, dicit, hoc nihil aliud esse, quam quod in Phœnissis posuit *Euripides*: (℣. 68.)

Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.

Ut sanguinante dividant ferro domum.

Additque acclamationem egregiam: ἕτως ἄμικτός ἐστι καὶ θηριώδης ἡ τῆς πλεονεξίας ὑπόθεσις· *Adeo insociabile, ferinumque est propositum plus suo habendi.* Cicero epist. XI, 16. *omnia sunt incerta, cum a jure discessum est. Polybius* IV: καὶ γὰρ κατ' ἰδίαν τὸ τῶν ῥᾳδιεργῶν καὶ κλεπτῶν φῦλον τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ σφάλλεται· τῷ μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συμπέπτειν διὰ τὰς εἰς αὐτὰς ἀθεσίας. *Nam & privatæ coitiones facinorosorum, ac furum hoc maxime modo everti solent, ubi inter se jus non præstant, & in summa, ubi fides inter ipsos periit.* (Cap. 29.)

GRONOVII.

2 *Foras spectat*] i. e. quæ præstat hominem bonum magis alteri, quam sibi. *Apulej.* de philos. mor. p. 16. Edit. Elmenhorst. (Ante eum CICERO, *de Rep.* l. 2. apud NONIUM, voc. *Projectum.* Habent omnes ab ARISTOTELE, qui *Justitiam* dixit esse ἀλλότριον ἀγαθόν, Ethic. Nicom. Lib. V. c. 10. J. B.)

3 *Tam valida*] *Sallustius* Jugurth. 109. in oratione regis Bocchi. *Curt.* 7, 8. *Senec.* epist. 4. *Neminem eo fortuna provexit*, &c.

4 *Intra civitatis*] Tantum civile statuunt esse, non gentium.

5 *Omnia incerta*] In aleam mitti: nec homines, nec societatis statum fundatum esse, ni justitia muniatur. *Cicero* pro Cæcina cap. 25.

6 *Simul*] i. e. simul, ac jure &c.

7 *Aristoteles*] Et *Cicero* 2, de offic. 11.

8 *Fœda*] i. e. natura turpia, & detestanda, non tantum ignominiosa opinione hominum, aut respectu prioris fortunæ; (*Machiavell.* ad Livium lib. 3, 41. discurs.) nam illa interdum bono cui subeunda sunt.

(mm) Verba sunt CICERONIS, *ad Familiar.* Epist. XI. 16. quæ etiam ab Auctore nostro ei tribuuntur in Nota sequenti. Ibi tamen, ut & in loco ex *Orat. pro Cæcin.* quem *Gronovius* indicat, agitur tantum de Legibus Civilibus. J. B.

(nn) Immo PLATO, ni fallor. Neque enim ullus, quod sciam, talem sententiam ex *Aristotele* protulit, quum tamen loca veterum in hanc rem congerere voluerint interpretes in CICERON. *De Offic.* II. 11. Locus autem *Platonis* luculentus ab iis indicatus est, quem reperies *Lib.* 1. *De Republ.* pag. 351. C. Tom. II. Ed. H. Steph. Hæc in prima Editione dicebam. Reperi postea locum *Aristotelis*, qui ad rem facit, apud STOBÆUM, *Serm.* X. pag. 131. *Ed. Genev.* 1609. *J. B.*

(oo) Innuit Auctor quod CICERO dixit: *Sunt enim quædam ita fœda, ut ea ne conservandæ quidem patriæ causâ sapiens facturus sit.* De Offic. I, 45. J. B.

facienda esse. s + Graviter eos accusat * Aristoteles, qui cum inter se neminem velint imperare, nisi qui 9 jus habeat, in exteros quid jus, quid injustum sit nihil curant.

* Polit. VII, 2.

Regis Pacem

24. Is ipse + quem nominavimus modo in partem alteram 10 Pompejus, quod Spartanus quidam rex dixerat, beatissimam esse rempublicam, cujus fines 11 + hasta, & gladio terminarentur, correxit, dicens, eam vere beatam esse, quæ 12 justitiam pro finibus haberet. Quam ad rem alterius itidem 13 Spartani regis uti potuit auctoritate, t qui militari fortitudini justitiam antepositit, + hoc argumento, quod fortitudo justitia quadam regi deberet, at si justi essent homines omnes, fortitudine illa non indigerent. Ipsam fortitudinem Stoici + definiebant † virtutem propugnantem pro æquitate. Themistius oratione ad Valentem facunde differit, reges, + quales exigit sapientiæ regula, non unius sibi creditæ gentis habere rationem, + sed totius humani generis: & esse, ut ipse loquitur, non 14 φιλομακέδονας tantum, aut 15 φιλορωμαίους, u sed 16 φιλανθρώπους. x + Minois + invisum apud posteros nomen non aliud fecit, + quam quod 17 æquitatem imperii sui finibus terminaret.

† Apud Ciceron. De Offic. I, 19.

Bellumque inde belli jure.

+ 25. Tantum 18 vero abest ut admittendum sit + quod quidam fingunt,

GROTII.

s *Graviter eos accusat Aristoteles*] Et *Plutarchus* Agesilao: Λακεδαιμόνιοι τὴν πρώτην τῶν καλῶν μερίδα τῷ τῆς πατρίδος συμφέροντι διδόντες, ὅτε μανθάνουσιν, ὅτε ἐπίστανται δίκαιον ἄλλο, πλὴν ᾧ τὴν Σπάρτην αὔξειν νομίζουσι· *Lacedæmonii primam honesti partem ponentes in patriæ suæ utilitate, jus aliud nec norunt, nec discunt, quam unde Spartam putent posse augeri.* (Pag. 617. D.) De iisdem Lacedæmoniis Atheniensis apud Thucydidem libro V. πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμιμα, πλείοσι ἀρετῇ χρῶνται· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους πολλὰ ἄν τις ἔχων εἰπεῖν ὡς προσφέρονται, ξυνελὼν μάλιστ' ἂν δηλώσειεν, ὅτι τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια· *Quod ipsos inter se, & civilia jura attinet, plurimum virtute utuntur. Quales vero sint adversus alios, multa adferri possint eo pertinentia; breviter autem rem exposuerit, qui dixerit, eis honesta videri quæ suavia sunt, justa quæ utilia.* (Cap. 105.)

t *Qui militari fortitudini justitiam antepositit*] Agesilaus cum Persarum regem magnum audiret appellari, *quomodo*, inquit, *major me est, nisi sit justior*? Et hoc apud *Plutarchum*. (Apophtegm. pag. 213. C.).

u *Sed* φιλανθρώπους] Optime *M. Antoninus*: πόλις μὲν πατρὶς ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ ὁ κόσμος· *civitas, & patria mihi ut Antonino Roma, ut homini mundus.* (Lib. VI. §. 44.) Porphyrius de non esu animantium III: ὁ λογῳ ἀγόμενος καὶ πρὸς πολίτην τηρεῖ τὸ ἀβλαβὲς, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς ξένους καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὁ τὴν ἀλογίαν ἔχων ὑπήκοον καὶ αὐτὸς παρ' ἐκείνης λογικώτερος, διὰ ταῦτα δὲ καὶ θειότερος· *Qui ratione ducitur, innocentiam in cives servat, imo & in peregrinos, & homines quosvis, quanto ratione præstantior, tanto divinior.* (Vertendum erat, non *immo & in peregrinos* &c. ut habet Auctor; sed, *magis adhuc in* &c. quod alium sensum efficit. Deinde reliqua non omnino adcuratè expressa sunt. Ceterum locus est *pag.* 333. Ed. Lugd. 1620. J.B.)

x *Minois*] De quo versus est veteris Poëtæ:

Καὶ νήσων δείσαισι βαρὺν ζυγὸν ἔμβαλε Μίνως.

Insula cuncta jugo Minois pressa gemebat.

Vide hac de re *Cyrillum* adversus Julianum libro VI. (Pag. 191. *Ed. Spanhem.* ubi tamen versus paullo aliter refertur. *J. B.*)

GRONOVII.

9 *Jus habeat*] Legitime creatum, χειροτονηθέντα.

10 *Pompejus*] Qui dixerat, *armatus ut leges cogitem.*

11 *Hasta, & gladio*] Quæ quam latissime, quo liberet, arma victricia proferret.

12 *Justitiam*] Cujus nihil esset nisi jure possessum.

13 *Spartani regis*] *Agesilai.* (Apud PLUTARCHUM, *Apophtegm.* pag. 213. B.).

14 Φιλομακέδονας] Amantes Macedonum.

15 Φιλορωμαίους] Amantes Romanorum.

16 Φιλανθρώπους] Amantes omnium hominum.

17 *Æquitatem*] Justus tantum esset erga suos Cretenses; in exteros bella parum justa facile susciperet, aut iniquas victis conditiones ferret, ut crudele tributum Athenienfibus impositum, de quo *Ovidius.*

18 *Tantum*] II. membrum I. partis: esse jus etiam belli, probatur.

19 *Juste*

gunt, in bello omnia jura ceſſare, ut + nec ſuſcipi bellum debeat niſi ad juris conſecutionem, + nec ſuſceptum geri, niſi intra juris, ac fidei modum. Bene (qq) Demoſthenes bellum eſſe in eos, dixit, + qui 19 judiciis coërceri nequeunt. Judicia enim vigent + adverſus eos, qui 20 invalidiores ſe ſentiunt: + in eos, qui 21 pares ſe faciunt, aut putant, 22 bella ſumuntur; ſed nimirum, + ut recta ſint, + non minori religione exercenda, quam judicia exerceri ſolent.

+ 26. Sileant ergo leges inter arma: 23 + ſed civiles illæ, & judiciariæ, & pacis propriæ, + non aliæ perpetuæ, & omnibus temporibus 24 accommodatæ. + Optime enim dictum eſt a Dione Pruſæenſi, inter hoſtes + ſcripta quidem jura, id eſt, civilia non valere, at y valere non ſcripta, id eſt, ea, quæ natura dictat, + aut gentium conſenſus conſtituit. 25 Docet hoc vetus illa Romanorum formula: + *eas res* 26 *puro, pioque duello quærendas cenſeo.* Iidem veteres Romani, ut Varro [a] notabat, 27 + bella tarde, & nulla licentia ſuſcipiebant, + quod bellum nullum, niſi pium putabant geri oportere. 28 Camillus [b] juſte non minus, quam fortiter bella gerenda dicebat: Africanus [c], populum Romanum & ſuſcipere juſte bella, & finire: 29 Apud alium legas, *Sunt & belli, ſicut & 30 pacis jura.* 31 Alius Fabricium miratur ingentem virum, + & quod difficillimum eſt in bello innocentem, & qui aliquid eſſe crederet + & 32 in hoſtem nefas.

+ 27. Quantam 33 vim habeat in bellis z juſtitiæ conſcientia, + paſſim oſten-

[a] *De Vit. pop. Rom.* apud *Non.* p. 529. *Ed. Marc.*

[b] *Liv.* V. 27.

[c] Idem, XXX, 16.

19 *Judiciis*] Non ſubmittunt ſe judici.

20 *Invalidiores*] Sc. eo, ad quem in jus aditur, & propterea ſe patiuntur ad tribunal citari, & judicari, quo & inviti cogi poſſunt.

21 *Pares ſe*] Qui non ſubmittunt ſe judici eidem.

22 *Bella ſumuntur in eos, qui pares*] Hinc patet unde hoſtis dicatur, ſcil. quod par ſit, nam hoſtire eſt æquare.

23 *Sed civiles illæ*] Sic bello Marſico ſenatus decrevit, ne judicia, dum tumultus Italicus eſſet, exercerentur. *Aſconius Ped.* in Orat. Cic. pro Cornelio p. 145. Sic Juſtinus reprehendit Thebanos, qui poſt victoriam apud Mantineam Lacedæmonios, & Phocenſes de rebus in bello actis apud Concilium Amphictyonum accuſaverunt, quaſi poſt arma, & bellum, locum legibus reliquiſſent, lib. 8, 1.

24 *Accommodatæ*] Sic ait *Juſtinus*, poſt arma, & bellum, legibus locum non relinqui, lib. 8. c. 1.

25 *Docet hoc*] Argumentum II. membri II. partis generalis.

26 *Puro, pioque*] *Liv.* I, 32. Quod qui gerat, in cauſa belli capienda non ſcelere, non impietate maculetur. Vide ad *Sen.* Medeam V. 901.

27 *Bella tarde*] Quod oſtendit etiam proverbium illud, *Dum deliberant Romani, capitur Saguntus.*

28 *Camillus &c.*] Teſtimonia Impp.

29 *Apud alium*] *Liv.* 5, 27.

30 *Pacis jura*] Verba Camilli apud *Livium* d. l. Plutarch. *Sæva res bellum eſt*, &c. *ſunt tamen belli leges*, in Camillo.

31 *Alius*] *Seneca* ep. 120.

32 *In hoſtem*] Apud *Senecam* d. l. *in hoſte.*

33 *Quantam*] Argumentum III.

(qq) Locus eſt in Oratione *de Cherſoneſo*, pag. 38. C. *J. B.*

GROTII.

y *Valere non ſcripta*] Ideo Alfonſus rex interrogatus, pluſne libris, an armis deberet, dixit, ex libris ſe, & arma, & armorum jura didiciſſe. *Plutarchus*: εἰσὶ δὲ ᾗ πολέμων ὅμως τινὲς νόμοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, ᾗ τὸ νικᾶν οὐχ ὅτω διωκτέον, ὥστε μὴ φεύγειν τὰς ἐκ κακῶν ᾗ αἰσχρῶν ἔργων χάριτας· *Sunt apud viros bonos quædam & belli jura, nec ita ſectanda victoria eſt, ut non fugiantur utilitas ex pravis, impiiſque actionibus proveniens.* (Vit. Camill. p. 134.)

z *Juſtitiæ conſcientia*] Bene apud *Appianum* Pompejus: θαῤῥεῖν δὲ χρὴ τοῖς τε θεοῖς ᾗ αὐτῷ τῷ λογισμῷ τὸ πολέμιον καλὸν ᾗ δικαίαν ἔχοντι φιλοτιμίαν ὑπὲρ πατρίδος πολιτείας· (Bell. Civ. Lib. II. p. 460.) *confidere oportet Diis, & cauſæ belli honeſtæ, juſtoque ſuſcepti ſtudio ad tuendum patriæ ſtatum.* Caſſius apud eundem: μεγίστη δ' ἐλπὶς ἐν τοῖς πολέμοις ἐστὶ τὸ δίκαιον. *In bellis*

oſtendunt [34] hiſtoriarum ſcriptores, qui victoriam ſæpe huic cauſæ præcipue adſcribunt. Inde proverbia illa, frangi, & attolli vires [35] in millite a cauſa: raro eum ſoſpitem redire, (rr) qui injuſta arma ſumſerit: bonæ (ss) cauſæ ſpem adeſſe comitem; & alia in eum ſenſum. + Nec movere quemquam debent + proſperi ſucceſſus iniquarum molitionum: + ſatis enim eſt quod cauſæ æquitas ſuam quandam, + eamque magnam habet vim ad agendum; quanquam ea vis, + ut in rebus humanis accidit (tt), + ſæpe aliarum [36] cauſarum oppoſitu ab effectu impeditur. [37] + Etiam ad amicitias conciliandas, + quibus ut ſinguli, ita & populi ad multas res opus habent, + multum valet opinio de bello non temere, nec injuſte ſuſcepto, piéque geſto. + Nemo enim iis ſe facile adjungit, quibus jus, fas, fidem vilia putat.

Juſtæ cauſæ conſcientia, quæ vis ejus.

III. *Cauſæ auctori operis ſcribendi.*

+ 28. Ego [38] cum + ob eas, quas jam dixi, rationes compertiſſimum haberem, + eſſe aliquod inter populos jus commune, + quod & ad bella, & in

bellis ſpes optima eſt, cauſæ jus. (Ibid. L. IV. p. 645.) Joſephus XV. antiquæ hiſtoriæ: μεθ' ὧν τὸ δίκαιον, μετ' ἐκείνων ὁ Θεός· *Abs quo ſtat jus, ab eo Deus.* (Cap. V. §. 3. pag. 753. *Edit. Hudſ.*) Multa ſunt apud *Procopium* in hanc ſententiam: ut in oratione Belliſarii in itinere in Africam, ubi hoc inter cætera: τὸ ἀνδρεῖον ἂν ἂν νικῴη μὴ μετὰ τῆ δικαίᾳ ταττόμενον· *Victoriam fortitudo datura non eſt, niſi juſtitiam habeat commilitem;* (Bell. Vand. L. I. c. 12.) & in altera oratione ante prælium non longe a Carthagine: (Ibid. c. 19.) & in Longobardorum ſermone ad Herulos, ubi hæc, ſed correcta a nobis: μαρτυραμένοι τὸν Θεὸν ὅπερ τῆς βοπῆς ἢ βραχεῖά τις τὸ παράπαν ἰκμὰς πάσῃ τῇ ἀνθρώπων δυνάμει ἀντίξυς ἔσαι, αὐτόν τε εἰκὸς ταῖς πολέμῳ αἰτίαις ἡγμένον, ἀμφοτέροις πρυτανεῦσαι τῆς μάχης τὸ πέρας· *Teſtamur Deum, cujus potentiæ vel minima particula omnem humanam vim æquiparat; is, ut credibile eſt, belli cauſas intuens, dabit debitum utriſque prælii exitum.* (Bell. Gotth. Lib. II. c. 14.) Quod dictum eventus mox admirabilis comprobat. Sic & apud eundem ſcriptorem ad Gothos Totilas: (*Lib.* III. C. 8.) ἢ γάρ ἐστιν, ἢ ἔστι τὸν ἀδικοῦντα ἢ βιαζόμενον ἐν τοῖς ἀγῶσιν εὐδοκιμεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸν βίον ἑκάστῳ ἢ τῷ πολέμῳ πρυτανεύεται τύχη. *Fieri nequit, nequit, inquam, fieri, ut qui violentia, & injuſtitia utuntur, decus pugnando pariant, ſed prout vita cuique eſt, ita ei obtingit belli fortuna.* Mox capta jam Roma alteram habet orationem Totilas, (Lib. III. c. 21.) pertinentem eodem. *Agathias* vero libro II. ἀδικία γὰρ ἢ θεῷ ἀθεραπευτία θευκτὰ μὲν ἀεὶ ἢ ἀσύμφορα· μάλιστα δὲ ἐν τῷ προπολεμεῖν ἢ παρατάττεσθαι· *Injuſtitia, & Dei neglectus vitanda ſemper, & noxia, tum vero maxime, ubi res belli in acie vertitur.* (Lib. II. c. 1.) Probat id alibi Darii, Xerxis, & Athenienſium in Sicilia illuſtribus exemplis. (Ibid. c. 5.) Vide ſi libet, & Criſpini orationem ad Aquilejenſes apud *Herodianum* VIII. (c. 6.). Apud *Thucydidem* libro VII. Lacedæmonii clades ad Pylum, & alibi acceptas ſuæ culpæ acceptas ferunt, quod judicium provocati accipere recuſaſſent. Sed cum poſtea Athenienſes multis editis improbis facinoribus judicium defugiſſent, ſpes inde meliorum ſucceſſuum ad Lacedæmonios rediit. (Cap. 18.)

GRONOVII.

34 *Hiſtoriarum*] *Juſtinus* de ſervis Scytharum 2, 5, 8, 2. 19, 1. 24, 4. 26, 2.

35 *In milite a cauſa*] *Ovidii* eſt. (Immo PROPERTII, Lib. IV. Eleg. VI, 51, 52. *Ed. Broekhuſ.* Eundem tamen errorem etiam erravit *Ægidius Menagius*, ut obſervatum ab ultimo, eodemque Eruditiſſimo *Propertii* Interprete. J. B.

36 *Cauſarum oppoſitu*) Ut, cum bonum ſemen in terram conjectum fructum effert nullum: cum utile per ſe remedium in morbo non impedit mortem, aut ſanat morbum. Huc pertinet, non ab effectu facta notanda.

37 *Etiam*) Argumentum IV.

38 *Ego*] Pars altera, & ſpecialis prolegomenon, quæ ſpectat ipſum opus. 1. conſilium auctoris.

(rr) Ita habet fragmentum ex EURIPIDIS *Erechteo*:

Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα, Σῶς ἦλθεν πάλιν.

Verſ. 44. Collect. Barneſ.

(ss) Innuere videtur illud LUCANI:

Cauſſa jubet melior Superos ſperare ſecundos.

Pharſal. VII. 349. Adde MENANDRI fragmentum è *Vulcanalibus*, pag. 190. *Edit. Cleric.* & loca ab Auctore noſtro infra adferenda, Lib. II. c. 1. §. 1. J. B.

(tt) *Nam ſæpe honeſtas rerum cauſſas, ni judicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur.* Ita *Otho* apud TACITUM, Hiſt. I. 83. *J. B.*

GRO-

in bellis valeret, cur de eo inſtituerem ſcriptionem, cauſas habui multas, ac graves. Videbam per Chriſtianum orbem vel barbaris gentibus pudendam bellandi licentiam; levibus, + aut nullis de cauſis ad arma procurri, + quibus ſemel ſumtis nullam jam divini, nullam humani juris reverentiam, plane quaſi uno [39] edicto ad omnia ſcelera emiſſo furore. *Bellandi licentiam moderandi.*

+ 29. Cujus immanitatis conſpectu + multi homines minime mali eo venerunt, ut Chriſtiano, + cujus diſciplina in omnibus hominibus [40] diligendis præcipue conſiſtit; [a] omnia arma interdicerent: + ad quos accedere interdum videntur & Joannes Ferus, & Eraſmus (uu) noſtras, viri pacis, & Eccleſiaſticæ, & civilis amantiſſimi; ſed eo, ut arbitror, [41] conſilio, quo ſolemus, [42] quæ in unam partem exierunt, in alteram reflectere, ut in verum modum redeant. Verum hic ipſe nimium contranitendi conatus ſæpe adeo non proficit, + ut obſit etiam, quia deprehenſum facile quod in his nimium eſt, etiam aliis [43] dictis intra verum ſtantibus auctoritatem detrahit. + Medicina ergo utriſque adhibenda fuit, tum ne nihil, tum ne omnia crederentur licere.

+ 30. Simul & jurisprudentiam, quam antehac in muneribus publicis quanta potui integritate exercui, nunc quod mihi + indigne e patria tot meis laboribus ornata ejecto reſtabat, privatæ diligentiæ ſtudio adjuvare volui. + Artis formam ei imponere multi antehac deſtinarunt: perfecit nemo: neque vero fieri poteſt, niſi, quod non ſatis curatum eſt hactenus, + ea, [44] quæ ex conſtituto veniunt, a naturalibus recte ſeparentur; + nam naturalia [45] cum ſemper eadem ſint, facile poſſunt [46] in artem colligi: + illa autem, quæ ex conſtituto veniunt, + cum & mutentur ſæpe, & alibi alia ſint, extra artem poſita ſunt, + ut aliæ rerum ſingularium perceptiones. *Jurisprudentiam juvandi ſtudium exemplo methodi.*

+ 31. Quod ſi qui + veræ juſtitiæ ſacerdotes naturalis, & perpetuæ juriſprudentiæ partes tractandas ſuſciperent, + ſemotis iis, quæ [47] ex voluntate

GROTII.

a *Omnia arma interdicerent*] *Tertullianus* de reſurrectione carnis: *Gladius bene de bello cruentus, & melior homicida.* (Cap. 16.)

GRONOVII.

39 *Uno edicto*] i. e. licentia, quaſi jus datum ſit ſceleri, ut *Lucanus* loquitur. (Lib. 1. verſ. 2.)

40 *Diligendis*] Quippe qui unumquemque hominem debet proximum ſuum ducere.

41 *Conſilio*] Non ut ſimpliciter omnia bella tollerent.

42 *Quæ in unam partem*] Scipionem incurvatum in contrarium recurvare, quo fiat rectus: ſic hi quod non omnia bella damnarent, ſed ne temere, & tam facile ſuſciperentur. *Seneca* 7, ben. 22. *Quædam præcipimus ultra modum, ut ad verum, & ſuum redeant.*

43 *Dictis intra verum*] Sic ſi qui ageret in foro, intentione ſua plus complexus fuiſſet, quam ad eum pertineret, cauſa cadebat. §. 33. Inſtit. *de act.*

44 *Quæ ex conſtituto*] i. e. quæ homines temporariis ſæpe cauſis impulſi conſtituerunt, & identidem mutat dies, ab illis, quæ recta ratio dictat, nec ſe patitur aliter habere. §. 10. Inſtit. *de jur. nat. gent. & civil.*

45 *Cum ſemper eadem*] §. 11. Inſtit. *de J. N. G. & C.*

46 *In artem colligi*] Certis regulis, & præceptis includi, ac deſcribi.

47 *Quæ ex voluntate libera*] Quæ non ſtatim inculcat recta ratio, ſimul abhorrens a contrariis, & ea rejiciens; ſed quæ ex uſu, & placito poſt experientiam aliorum, aut poſt deliberationem, & contentionem, examenque in utramque partem vergentium, admiſit, & recepit. Non coacti jure, vel more gentium, in quibus licet ſine ſcelere, aut peccato, in utramvis partem ſtatuere.

(uu) Vide Viri magni *Adagia*, ubi in hanc rem fuſè digreditur, dum exponit tritum illud: *Dulce bellum inexpertis.* J. B.

tate libera ortum habent, + alius quidem de legibus, + alius de tributis, + alius de judicum officio, + alius [48] de voluntatum conjectura, alius [49] de factorum facienda fide, + poſſet deinde ex omnibus partibus collectis corpus confici.

I V. *Operis contenta, & ordo.*

+ 32. Nos [50] certe quam viam ineundam cenſeremus, re ipſa potius, quam verbis oſtendimus in hoc opere, quod partem jurisprudentiæ + longe [51] nobiliſſimam continet.

Lib. I.

33. Primo enim libro + præfati de juris origine generalem examinavimus quæſtionem, + ſitne bellum aliquod juſtum: deinde ad noſcenda [52] + publici, [53] privatique belli diſcrimina explicandam habuimus [54] + vim ipſam ſummi imperii, + qui eam populi, + qui reges ſolidam, + qui ex parte, + qui cum alienandi jure, + qui aliter habeant: + deinde & [55] de ſubditorum in ſuperiores officio dicendum fuit.

Lib. II.

34. Liber ſecundus + cum omnes cauſas, ex quibus bellum oriri poteſt, exponendas ſumſerit, + quæ [56] res communes ſint, + quæ propriæ, + quod [57] jus perſonis in perſonas, + quæ ex dominio naſcatur [58] obligatio, + quæ [59] ſucceſſionum regiarum norma, + quod jus veniat [60] ex pacto, aut contractu, + quæ fœderum, + quæ jurisjurandi tum privati, tum publici vis, + atque interpretatio, + quid ex [61] damno dato debeatur, + quæ legatorum [62] ſanctimonia, + quale jus humandi mortuos, + quæ pœnarum natura, late exſequitur.

Lib. III.

35. Tertius liber + primum ſubjectam ſibi habens materiam, id, quod in bello licet, + cum id, [63] quod impune fit, aut etiam apud populos exteros pro jure defenditur ab eo, [64] quod vitio caret, diſtinxiſſet, + deſcendit ad pacis genera, + & omnes [65] bellicas conventiones.

V. *Scriptionis neceſſitas.*

+ 36. Eo [66] autem majus viſum eſt pretium operæ, quod, ut dixi, + totum hoc argumentum tractavit nemo, + & qui tractarunt partes, ita tractarunt, + ut multum reliquerint alienæ induſtriæ. Veterum philoſophorum nihil exſtat hujus generis, neque Græcorum, quos inter Ariſtoteles librum fecerat,

GRONOVII.

48 *De voluntatum*] De teſtamentis, & obligationibus.

49 *De factorum*] De probationibus, & præſumtionibus.

50 *Nos &c.*] 2. Partitio operis, ſive partis ſecundæ membrum ſecundum.

51 *Nobiliſſimam*] Scil. de jure publico.

52 *Publici*] Quod gerit qui cum imperio eſt.

53 *Privati*] Cum armis depugnant, qui non ſunt magiſtratus.

54 *Vim ipſam ſummi imperii*] Jus majeſtatis.

55 *De ſubditorum*] Parendi neceſſitatem an omnem, & quatenus omnem debeant.

56 *Res communes*] Convenit cum tit. inſtit. *de rerum diviſione.*

57 *Jus perſonis*] *De jure perſonarum de patria poteſtate, per quas perſonas.*

58 *Obligatio*] Adverſus bonæ, malæve fidei poſſeſſores rerum alienarum. Inſt. §. 35. tit. 1. lib. 2. *Si quis a non dom.*

59 *Succeſſionum*] Convenit cum tit. *de teſtamentis, legatis, fideicommiſſis hereditatibus ab inteſtato, bonorum poſſeſſionibus.*

60 *Ex pacto*] Cum materia *obligationum.*

61 *Damno dato*] *Lex Aquilia & oblig. ex delicto.*

62 *Sanctimonia*] Qui inviolabiles, & ſi id fiat, datur cauſa belli.

63 *Quod impune*] Quod non perſequitur humanus, aut mortalis judex.

64 *Vitio caret*] Quod ſalva conſcientia fit, & apud Deum excuſatum eſt,

65 *Bellicas conventiones*] Pactiones inter hoſtes, quæ pro occiſionibus fiunt.

66 *Eo autem*] Neceſſitas operis. III. Membrum ſecundæ partis.

GRO-

fecerat, cui nomen 67 δικαιώματα πολέμων, neque eorum, qui Chriſtianiſmo 68 recenti nomen dederunt, quod valde optandum fuerat: etiam + Romanorum veterum libri 69 de jure feciali nihil ad nos ſui præter nomen transmiſerunt. Hi, qui ſummas fecerunt + caſuum, quos vocant conſcientiæ, ut de aliis rebus, ita & de bello, de promiſſis, de juramento, de 70 repreſſaliis + capita fecerunt. *Scriptorum veterum hac in re inopia.*

37. Vidi & ſpeciales libros de belli jure + partim a theologis ſcriptos, + ut a Franciſco Victoria, + Henrico Gorichemo, b Wilhelmo Matthæi; partim a doctoribus juris, ut + Joanne Lupo, (xx) Franciſco Aria, + Joanne de Lignano, + Martino Laudenſi: ſed hi omnes de uberrimo argumento + pauciſſima dixerunt, & ita plerique, ut ſine ordine quæ naturalis ſunt juris, quæ divini, quæ gentium, quæ civilis, quæ ex 71 canonibus veniunt, permiſcerent, atque confunderent. *Recentiorum defectus.*

38. Quod his omnibus maxime defuit, + hiſtoriarum lucem ſupplere aggreſſi ſunt eruditiſſimus + Faber in Semeſtrium capitibus nonnullis, ſed pro inſtituti ſui modo, & teſtimoniis tantum allatis; diffuſius, + & ut ad 72 definitiones aliquas exemplorum congeriem referrent, + Balthazar Ayala, & plus eo + Albericus Gentilis: cujus diligentia ſicut alios adjuvari poſſe ſcio, & me adjutum profiteor, + ita quid in dicendi (yy) genere, + quid in ordine, + quid in diſtinguendis quæſtionibus, + jurisque diverſi generibus deſiderari in eo poſſit, lectoribus judicium relinquo. + Illud tantum dicam, ſolere eum ſæpe in controverſiis definiendis ſequi aut exempla pauca non ſemper probanda, aut etiam auctoritatem novorum jurisconſultorum in 73 reſponſis, quorum non pauca 74 ad gratiam conſulentium, non ad æqui,

GROTII.

b *Wilhelmo Matthæi*] Adde his *Johannem de Carthagena* editum Romæ anno MDCIX.

GRONOVII.

67 Δικαιώματα] Jura bellorum. [At vero legendum, non Δικαιώματα πολέμων, ut mendoſè exſtat apud AMMONIUM, *De ſimilib. & differ. vocabulis*, voce Νῆες: ſed Δικαιώματα πόλεων, *Jura Civitatum*. Vide SELDEN. *De Jure Nat. & Gent. ſecund. Ebr.* Lib. I. c. 1. MENAGIUM in *Diog. Laërt.* V, 26. J. B.]

68 *Recenti*] Patrum eccleſiæ ſcil.

69 *De jure feciali*] Meminit *Cic.* 1, de offic. 11. *Belli quidem æquitas ſanctiſſime feciali jure pop. Rom. perſcripta eſt.* Meminit etiam lib. 3, offic. cap. 29. Erant autem *feciales*, ſacerdotes Deæ Fidei, qui fidem publicam in primis curabant. Itaque ad eos pertinebat conſultatio, bellum aliquod jure gereretur, nec ne. Iidem legati populi Rom. res repetebant, bella indicebant, fœdera feriebant. *Liv.* I, 24. & 22. lib. 30, 45. lib. 31, 8. (Vide infra, Lib. III. c. 3. §. 7.)

70 *De repreſſaliis*) Cum permittitur privatis, jus ſuum apud alios populos non obtinentibus, illorum privatorum, qui de iſto populo inter nos aut alibi agunt, aut quid ſui habent, bona invadere, & iis manum injicere. De quibus Auctor agit infr. 3, 2. 4.

71 *Canonibus*] Conciliorum eccleſiæ.

72 *Definitiones*] Sententias, effata, poſita, axiomata, obſervationes, regulas, vel præcepta generalia, l. 202. D. *de reg. jur. Definitio omnis in jure periculoſa eſt.*

73 *Reſponſis*] i. e. Conſiliis ſcriptis ad incidentes caſus.

74 *Ad gratiam conſulentium*] Scripſit enim *de jure maris* in gratiam Britanniæ regis tum temporis in Britannia agens *Alb. Gentilis.*

(xx) In omnibus Editionibus hactenus legebatur *Fr. Ario*: ſed Auctor ille Hiſpanus *Ariæ* vocabatur, & hoc nomine editus eſt ejus liber *De Bello*, & *ejus juſtitia*, in TRACTATU TRACTATUUM, Tom. XVI. *Ed. Venet.* 1584. Ibidem reperiuntur JOANNES LUPUS *Segobienſis*, *De Bello*, & *Bellatoribus*, JOANNES à LIGNANO *Bononienſis*, *De Bello*: & MARTINUS GARATUS *Laudenſis*, de eodem argumento. Poſtremus, ſimul cum AYALA, *De jure*, & *officiis bellicis*, editus eſt etiam *Lovanii*, ann. 1648. J. B.

(yy) Ita repoſuimus pro eo, quod erat in

æqui, bonique naturam ſunt compoſita. Cauſas, unde bellum juſtum, aut injuſtum dicitur, + Ayala non attigit: + Gentilis ſumma quædam genera, quo ipſi viſum eſt modo, delineavit; + multos vero & nobilium, & frequentium controverſiarum locos ne attigit quidem.

VI. + 39. Nos + ne quid tale indictum abiret, operam dedimus, + indicatis etiam 75 dijudicationum fontibus, + unde facile eſſet etiam ſi quid omiſſum a nobis eſſet definire. 76 Supereſt ut quibus ego auxiliis, & qua cura hanc rem aggreſſus ſim, breviter exponam. Primum mihi cura hæc fuit, ut eorum, quæ ad jus naturæ pertinent, + probationes referrem ad 77 notiones quasdam tam certas, ut eas nemo negare poſſit, niſi ſibi vim inferat (zz). + Principia enim ejus juris, ſi modo animum recte advertas, per ſe patent, atque evidentia ſunt, ferme ad modum eorum, quæ ſenſibus externis percipimus: qui & ipſi + bene conformatis 78 ſentiendi inſtrumentis, + & ſi cætera neceſſaria adſint, non fallunt. Ideo in Phœniſſis * Euripides ſic loquentem facit Polynicen, cujus aperte juſtam vult fuiſſe cauſam:

1. *Curæ Autoris*, 1. *Jura probandi: Naturale.*

* *Verſ.* 497, & *ſeqq.*

Hæc ſum profatus, mater, haud ambagibus
Implicita, ſed quæ regulis æqui, & boni
Suffulta c + *rudibus pariter, & doctis patent.*

+ Statim addit chori (conſtat is autem ex 79 feminis, iisque barbaris,) judicium, dicta approbantis.

+ 40. U-

omnibus Edd. *docendi genere.* Nimirum non congruit ſtylo Auctoris noſtri, ad brevitatem maximam, ſi quis uſquam, compoſito, ut ita idem bis diceret, quum ſequentia ad modum docendi pertineant, & hoc primum caput ab aliis manifeſto diſtinguatur. Deinde non potuit non multa improbare in *genere dicendi*, quo uſus eſt *Albericus Gentilis*: & ipſe tacitè videtur ei opponere illud, quo uſum ſe profitetur, §. 59. J. B.

GROTII.

c *Rudibus pariter, & doctis patent*] Idem *Euripides* Andromacham Hermionæ dicenti: (*verſ.* 242.)

Οὐ βαρβάρων νόμοισιν οἰκοῦμεν πόλιν.

Non barbarorum more in urbe hac vivitur.

reſpondentem facit:

Κἀκεῖ τὰγ' αἰσχρὰ κἀνθάδ' αἰσχύνη ἔχει.

Quæ turpia illis, hic quoque haud culpa vacant.

(In hanc ſententiam dixit CASSIODORUS: *Laborioſum quidem, ſed non eſt impoſſibile, juſtitiam ſuadere mortalibus: quam ita cunctorum ſenſibus beneficium Divinitatis attribuit, ut & qui neſciunt jura, rationem tamen veritatis adgnoſcant. Neceſſe eſt enim, ut quod à natura conceditur, ſubmonente iterum eâdem, ſuaviter audiatur.* Var. VII, 26. J. B.

GRONOVII.

75 *Dijudicationum fontibus*] Summis capitibus, vel generalibus axiomatibus, vel pronunciatis, ex quibus de ſingularibus, quæ identidem exiſtunt, facile poteſt ſtatui.

76 *Supereſt*] IV. Articulus poſterioris partis. Subſidia.

77 *Notiones tam certas*] Inchoatas intelligentias, quæ in animis imprimuntur ſimiliter omnibus. *Cic.* 1, de leg. 10.

78 *Sentiendi inſtrumentis*] Τοῖς αἰσθητηρίοις τοῖς τῆς φύσεως· Diog. apud *Stobæum* 388. Quibus externa percipiuntur, oculis, auribus, naribus, lingua, & quod vivum in omni corpore eſt ad tactum toto corpore æquabiliter fuſum, ut *Cic.* 2. de nat. 56. ſentiendum, vel percipiendum.

79 *Feminis, iiſque barbaris*] Tyriis, Phœniſſis. Per eas ſpecies voluit innuere *Euripides*, etiam barbaros, & feminas idem dictum approbare. Quod argumentum eſt, etiam ſequiorem ſexum, & tum vita cultiore, tum liberali inſtitutione carentes ea facile aſſequi.

(zz) De illâ evidentiâ fusè egimus in *Præfatione noſtrâ* ad PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* §. 1. & ſeqq. J. B.

GRO-

+ 40. Usus sum etiam ad juris hujus probationem [d] testimoniis philosophorum, historicorum, poëtarum, postremo & oratorum: non quod illis indiscrete credendum sit; + solent enim [80] sectæ, [81] argumento, [82] causæ servire: sed quod ubi multi diversis temporibus, ac locis idem pro certo affirmant, + id [83] ad causam universalem referri debeat; quæ + in nostris quæstionibus alia esse non potest, quam + aut [84] recta illatio + ex naturæ principiis procedens, + aut [85] communis aliquis consensus. + [86] Illa + jus naturæ indicat, [87] + hic + jus gentium: + quorum discrimen non quidem ex ipsis testimoniis, + (passim enim scriptores voces juris naturæ, & gentium permiscent) + sed ex materiæ qualitate intelligendum est. [88] Quod enim ex certis principiis certa argumentatione [89] deduci non potest, & tamen ubique observatum apparet, + sequitur ut ex [90] voluntate libera ortum habeat. *Gentium.* *2. Discriminandi utrumque.*

+ 41. Itaque + hæc duo non minus inter se, + quam a jure civili discernere semper unice laboravi: + imo & in gentium jure discrevi id, [91] quod vere, & ex omni parte jus est, & id, quod [92] duntaxat effectum quendam [93] externum + ad instar illius primitivi juris parit: + nempe ne vi resistere liceat, + aut etiam ut ubique vi publica, + utilitatis alicujus causa, vel ut incommoda gravia vitentur, defendi debeat: + quæ observatio quam sit necessaria ad res multas, in ipso operis contextu apparebit. Non minus sollicite separavimus ea, [94] + quæ juris sunt stricte, ac proprie dicti, + unde restitutionis obligatio oritur, + & ea, quæ juris esse dicuntur, [95] quia aliter agere, cum alio aliquo rectæ rationis dictato pugnat: de qua juris diversitate + aliquid jam & supra diximus. *Civile.* *Species cujusque.* *II. Auxilia scripti.*

+ 42. In-

GROTII.

d *Testimoniis philosophorum*] Quidni, cum Alexander Severus *Ciceronis* de republica, & officiis libros perpetuo lectitarit? [*Lamprid.* in ejus Vit. c. 30.)

GRONOVII.

80 *Sectæ*] Sectæ. ad philosophos refer. i. e. Non vera semper, sed sæpe verisimilia tantum dicere, dummodo profutura parti, cujus causam orant, eoque & contraria interdum iis, quæ alias dixerunt. Nobilis est locus in hanc rem *Cic.* pro Cluent. c. 50. *Ascon. Ped.* pro Cornelio p. 141. esse *oratoriæ calliditatis, ut, cum opus sit, eisdem rebus ab utroque parte, vel a contrariis utantur.* (Igitur hoc referendum erat, non ad Philosophos, sed ad Oratores. *J. B.*)

81 *Argumento*] Ad poëtas, & historicos.

82 *Causæ*] Ad oratores.

83 *Ad causam universalem*] Quæ non singulos, & in præsenti tantum negotio moveret, sed omnes. & in quavis materia similiter impelleret. Ad principium innatum, quod in omnibus est commune quasi, & insitum.

84 *Recta illatio*] Collectio, argumentatio, syllogismus.

85 *Communis consensus*] Approbatio aliqua omnium quasi ex tacito pacto.

86 *Illa*] Sc. illatio.

87 *Hic*] Consensus communis.

88 *Quod enim*] Definitio juris gentium, & naturæ.

89 *Deduci non potest*] Ut jus naturæ.

90 *Voluntate libera*] Ex consensu gentium, etiamsi directo natura non dictet.

91 *Quod vere*] Quod necessario, & semper observandum.

92 *Duntaxat effectum*] Quod æque observatur more, licet non tanta ratio cogat. Sic natura præcipit, ut adversus vim injustam me, & meos defendam. Sancit ergo bellum. Sed quemadmodum in bello me geram, tantumne armis, & dolo bono utar, an etiam veneno, non definivit natura, sed jus gentium. De bello captis, teneamne, an relinquam, non præcipit quidem jus gentium; sed si tenere velim, etiamsi pro mala causa militaverim, me tuetur, ac defendit, & pro justo possessore habet.

93 *Externum*] Ut scilicet æque observetur, ac ipsum gentium jus.

94 *Quæ juris stricte*] Quæ ad justitiam συναλλακτικὴν pertinent.

95 *Quia aliter*] Quæ ad διανεμητικὴν.

1. *Philosophi. Aristoteles, ejus laus.*

+ 42. Inter philosophos merito principem obtinet locum + Aristoteles; sive tractandi ordinem, sive distinguendi acumen, sive rationum pondera consideres. + Utinam tantum principatus ille ab aliquot hinc sæculis non in tyrannidem abiisset, ita ut veritas, cui Aristoteles fidelem navavit operam, nulla jam re magis opprimatur, quam Aristotelis nomine. Ego & hic, & alibi veterum Christianorum sequor libertatem, + qui in nullius philosophorum sectam juraverant, + non quod eis assentirentur qui 96 nihil percipi posse dicebant, quo nihil est stultius; + sed quod nullam esse sectam putarent, quæ omne verum vidisset, & nullam, quæ non aliquid ex vero. Itaque e 97 veritatem sparsam per singulos, per sectasque diffusam, in corpus colligere, 98 + id vero existimabant nihil esse aliud, quam vere Christianam tradere disciplinam.

Reprehensio.

43. Inter cætera, ut hoc obiter a nostro instituto non alienum dicam, non sine causa videntur mihi ab Aristotele discedere + & (aa) Platonici nonnulli, f & Christiani veteres, in eo, + quod ille naturam ipsam virtutis in mediocritate affectuum, actionumque posuerit: quod semel positum eo ipsum abduxit, + ut & virtutes diversas, puta 99 liberalitatem, & parsimoniam,

GROTII.

e *Veritatem sparsam per singulos*] Verba sunt *Lactantii* institutionum VII. cap. 7. *Justinus* Apologetico priore: (Cap. 13. pag. 34. *Edit. Oxon.* ubi *secunda* ista Apologia habetur.) ἐχ ὅτι ἀλλότρια ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τῆ Χριστῆ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι πάντη ὅμοια· ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων Στωϊκῶν τε καὶ ποιητικῶν καὶ συγγραφέων· ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τῆ σπερματικῆ (θείᾳ) λόγῳ τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο· *Non quod plane alieni sint Platonis dogmata a Christi dogmatibus, sed quod nec plane conveniant, ut nec aliorum dogmata, puta Stoicorum, poëtarum, & historiæ scriptorum. Eorum enim quisque ab insita ratione (divina) id, quod ei consentaneum est, ex parte videns, eatenus recte dixit. Tertulliano*, Seneca *sæpe noster*, (Lib. *de Anima* Cap. 20. sed, ut idem nos monet, adversus Judæos Cap. 9.) nulli hominum universitas spiritualium documentorum competebat, nisi in Christum *Augustinus* epistola CCII: *Mores illi, quos Cicero, philosophique alii commendant, in ecclesiis toto orbe crescentibus docentur, atque discuntur.* Vide, si vacat, hac super re eundem *Augustinum* de Platonicis, quos paucis mutatis, ait, Christianos esse, epistola LVI. (CXVIII. secundum divisionem Edit. nov. Benedictin.) & de vera religione capite III. & confessionum libro VII. c. 9. & libro VIII, cap. 2. (Potest etiam hac de re videri CLEMENS ALEXANDRINUS, præsertim *Strom.* L. I. c. 7. ibique recentissimum Editorem, *J. Potterum* Episcopum Oxoniensem, pag. 338. Adde OLEARII Dissert. *De Philosophia Eclectica*, subjectam Versioni *Stanlejani* Operis de *Historia Philosoph.* Cap. 4. pag. 1216. Ceterum de *Seneca* etiam *apud* HIERONYMUM reperio. *Scripserunt* ARISTOTELES, & PLUTARCHUS, & NOSTER SENECA, *de Matrimonio libros.* Ubi tamen ERASMUS: nostrum *vocat, quia Latinus.* Quod verisimilius est. *J. B.*)

f *Et Christiani veteres*] Late hoc persequitur *Lactantius* libro VI. institutionum, capitibus XV. XVI. XVII. Cassiodorus: *non affectibus moveri, sed secundum eos moveri utile, vel noxium.*

(aa) PLUTARCHUS differtè adfirmat, ἐκ ἄπασων ἀρετὴν μεσότητι γίνεσθαι. Lib. *De Virtute Morali*, pag. 444. C. Quod quomodo intelligat, & probet, videre poteris ibi, & seqq. pag. *J. B.*

GRONOVII.

96 *Nihil percipi*] Pyrrhoniis, & Scepticis, ut Herillo, & similibus, de quibus *Cicero* 1. offic. 2. & *Diog. Laërt.* qui dubitabant de omnibus. Vide vitam Pyrrhonis in *Diogene Laërtio.*

97 *Veritatem sparsam*] Argumentum veterum erat Christianorum, omnia moralia, quæ docuit Christus, etiam veteres philosophos præcepisse.

98 *Id vero existimabant*] Vide *Petrum Nunesium* de studio philosophico, cap. 2. num. 9.

99 *Liberalitatem, & parsimoniam*] num. 1. *Liberalitatem* definit *Aristoteles, mediocritatem circa pecunias*: ejus præcipua cautio est, quam & *Cicero* 2, de offic. 15. ei adhibet: *dandum diligenter, & moderate, ne largitio fontem benignitatis exhauriat.* & cap. 18. *Habendam rationem rei familiaris, quam dilabi sinere flagitiosum est.* Hæc est, quam veteres *parsimoniam*, sive *frugali-*

niam, in unam compingeret; & 100 + veritati daret oppoſita minime ex æquo reſpondentia, jactantiam, & diſſimulationem; + & quibusdam rebus vitii nomen imponeret, quæ aut non exiſtunt, aut vitia per ſe non ſunt, ut 1 contemtum voluptatis, & 2 honorum, & 3 iræ adverſus homines vacuitatem.

Virtus non omnis vitium habet in exceſſu.

44. Non recte autem univerſaliter poſitum + hoc fundamentum, + vel 4 ex juſtitia apparet, + cui oppoſitum nimium, & parum, + cum in affectibus, & ſequentibus eos actionibus invenire non poſſet, + in rebus ipſis, circa quas juſtitia verſatur utrumque quæſivit: + quod ipſum primum eſt deſilire

frugalitatem dixeré. Atque hinc patet, *frugalitatem* non eſſe ſpeciem a *liberalitate* diverſam, ſed alteram ejus partem, vel officium, quemadmodum altera pars eſt *benignitas*, ſive tempeſtivus ſumtus. *Liberalis* eſt, qui non plus dat, quam ſinit frugalitas; non minus, quam comitas præcipit, ſive benignitas. *Liberalitas* eſt medium inter *prodigalitatem*, a qua revocat illam frugalitas, ſive parſimonia: & *avaritiam*, a qua retrahit eam benignitas. (Vir Doctiſſimus, & heic, & in ſequentibus, præ nimio erga veterem Philoſophum adfectu, illum quaqua ratione defendere conatur, adverſus κρίσιν Auctoris noſtri. At vero ipſi haud feliciter ceſſiſſe conatum, oſtendimus fuse in Notis noſtris Gallicis, ubi id ſpecimen dedimus, quàm larga ſeges ejuſmodi adnotationum nobis naſceretur, ſi hoc ageremus. *J. B.*)

100 *Veritati daret oppoſita*] Num. 2. *Veritas* Ariſtoteli 4, ethic. 13. *virtus eſt, qua quis præfert verbis, & factis id, quod eſt, & eſſe debet.* Qua qui utebantur, candide, & ſimpliciter agere dicebantur. Exemplum eſt apud *Homerum* Achilles, apud *Sophoclem* filius ejus Neoptolemus. Ei in exceſſu objicit *arrogantiam*, qua quis amplius præfert, quam eſt: cujuſmodi ſunt glorioſi milites apud comicos. In defectu, *diſſimulationem*, qua quis minus præfert, quam eſt: non per modeſtam propriæ laudis detrectationem, ſed per pravam conſuetudinem, ac voluptatem illudendi, ac fruſtrandi: cujus exemplum unicum eſt Tiberius, qui cum teterrimus eſſet dominorum, dicebat ſe S. P. Q. R. ſervire; & Domitianus, cum innoxios occideret, præfari ſolitus de clementia. Tales ſunt εἴρωνες, deſcripti *Theophraſto*. Tales, de quibus *Terentius* in Heautont. *Nec tu illum ſatis noveras, nec te ille: hocque fit, ubi non vere vivitur. Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes. Nec tibi ille eſt credere cuſus quod æquum eſt patri.* Huc pertinet hiſtrionia, quam *totum orbem exercere* dixit *Petronius*.

1 *Contemtum voluptatis*] Num. 3. Invidioſa λιτότης· non enim contemtum voluptatum, ſed feram, & barbaram averſationem muſicæ pulchritudinis, aliarumque rerum elegantium, & jucundarum, quas modice ſumendas comparavit Deus in ſolatium vitæ. Ea in aliis eſt immanitas bellnina, in aliis pecuinus ſtupor. Talis Timon ille fuit comœdiis *Ariſtophanis* traductus tanquam oſor generis humani. Et ejus imitatione M. Antonius poſt bellum Actiacum. Tales quoque iratis Diis genitos, & malevolente genio natos, dicebant veteres, qui nihil indulgere genio poſſent, etiamſi liceret, & copiam haberent.

2 *Contemtum honorum*] Num. 4. Immo contemtum ſui potius, & ἀπόνοιαν, ut dicebant Græci, per quam quis honore ſe indignum præſtat. Non enim malum contemnere honores, ſed ita contemnere, ut inhoneſtus fias, pudorem, & famam hominum nihili facias, in ſordidiſſimam vitæ genus deſcendas cum Dionyſio Syracuſano apud *Juſtin.* 21, 5. *non contentus in publico vagari, ſed potare, nec conſpici in popinis, lupanaribuſque, ſed totis diebus deſidere, cum perditiſſimo quoque de minimis rebus diſceptare, pannoſus, & ſqualidus incedere.*

3 *Vacuitatem iræ*] Num. 5. Non quæ oritur ex manſuetudine, ac lenitate animi, ſed ſtupore, lentitudine, oſtenditurque ſtupida quadam omnium indigniſſimorum, quæ nemo bonus tolerare debet, tolerantia: qualem in paraſitis, & mimis, os contumeliæ præbere ſuetis, exhibent ſcenæ.

4 *Ex juſtitia, cui oppoſitum nimium, & parum in rebus*] Num. 6. *Medium* duplex eſt: *rei*, ſive *arithmeticum*, quod utrimque tantundem diſtat ab extremis, ſicut centrum æqualiter ex omnibus partibus disjunctum a circumferentia: & *rationis*, ſive *geometricum*, quod alteri extremorum interdum eſt vicinius, ab altero remotius, & tamen medium ratione ponderis, loci, temporis, perſonæ. Illud paribus numeris utrinque abeſt, ut quaternarius inter duo, & ſex: novem inter ſex, & duodecim: hoc non quidem numeris, ſed tamen paribus ponderibus, parique ratione alterius extremi ad medium, & viciſſim medii ad alterum extremum utrimque diſtat, & medium habetur: ut quemadmodum ſe habent tres ad ſex, ita ſex ad duodecim; nam illa horum dimidium ſunt. Quatuor & a duobus, & a ſex diſtant binario: at non ſex ut a tribus ternario: ita etiam a duodecim diſtant, hæc eſt diviſio non generis in ſpecies, ſed homonymi in ſignificata. Quid igitur

desilire de genere in genus alterum, quod in aliis merito culpat: + deinde 5 minus suo accipere, potest quidem adventitium habere vitium, ex eo, quod quis pro rerum circumstantiis sibi, ac suis debeat; + at certe cum justitia pugnare non potest, + quæ tota in alieni abstinentia posita est. Cui hallucinationi similis illa est, + quod 6 adulterium ex libidine, cædem ex ira proprie ad injustitiam pertinere non vult; cum tamen injustitia non aliam naturam habeat, + quam alieni 7 usurpationem; 8 + nec referat, ex avaritia illa, + an ex libidine, an ex ira, an ex imprudente misericordia proveniat,

igitur peccavit *Aristoteles*, si dixit virtutem omnem consistere in medio: sed in cæteris virtutibus esse *medium rationis*, sive geometricum: in justitia partim *medium geometricum*, sive rationis, partim *arithmeticum*, sive rei? Non hic video μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος, sed tantum explicationem, & distinctionem terminorum.

5 *Minus suo accipere*] Num. 7. cavillatur: neque enim *Aristoteles*, & ejus sectatores illud *minus suo* accipiunt de bonis, sed de oneribus, & malis. *Justitia* ex mente *Aristotelis* est virtus, quæ tam in præmiorum, & onerum distributione, quam in commutatione rerum, & contractibus, & omnibus, in quibus alicui injuria fieri potest, ita se gerere hominem docet, ut nec de externis bonis, puta pecuniis, honoribus, & id genus aliis plus sibi vindicet, minus relinquat alteri; nec rursus de malis, id est oneribus, & pœnis minus sibi, at plus alteri, quam par est, ac jure debetur, imponat. Vide *Hornejum* 3, ethic. cap. 11. n. 21.

6 *Adulterium ex libidine, cædem ex ira ad injustitiam*] Num. 8. Primum *Aristoteles* non negat, adulterium qualecunque, & cædem quamvis pertinere ad justitiam universalem. Nam eam omnes virtutes complecti, & leges velle, ut nulla non virtus observetur, nullum non vitium vitetur, diserte scribit (hæret in hoc loco Aristotelis etiam *Bachovius* ad §. 1. Inst. *de justit. & jure*) nec a particulari quidem justitia πολιτικῶς adulterium, aut ullam cædis speciem excipit: nam cum justitiæ particularis duas (species) partes edidisset, τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς ἢ τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν, alteram, quæ distribuenda præmia, & onera, alteram, quæ contractus ordinat, inter συναλλάγματα ἀκούσια, seu *contractus involuntarios*, palam ponit μοιχείαν ἢ δολοφονίαν. Hæc lib. 5, ethic. cap. 4. At initio ejus capitis ἠθικῶς, & subtiliter esse quandam justitiam, quæ non contineat omnem virtutem, sed partis locum obtineat, demonstrat exemplis injustitiæ: esse enim qui injuste agant, qui tamen non cupiant, nec usurpent alienum, ut qui in acie clypeum abjicit, dum ignavus est; maledicus, dum molestus: per avaritiam destituens amicum, dum illiberalis: nemo horum, aut similiter peccantium, injuste agit cupiditate alieni. Et tamen cupiditas alieni peccatum est, & improbatur, tanquam injustitia. Est ergo aliqua injustitia ab aliis vitiis distincta, & separata: & sic in contrarium justitia. Inter hæc genera injustitiæ universalis (μοχθηρίαν vocat) mentionem facit adulterii, ponens duos adulteros: alter ob lucrum mœchatur, & accipit, aut efuriret ni mœcharetur: alter ob libidinem, & ultro donat; hic posterior quod peccat habet nomen inter vitia universali justitiæ opposita, est enim intemperans: at ille prior, quod facit, nullum nomen inter ista vitia invenit, & tamen injustus est: ergo injustitia particulari: ergo & est aliqua injustitia particularis, quæ non possit referri ad illa vitia ethica, sed sui generis vitium est: ὅτῳ μὲν ἀκόλαστῳ δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτης. Non dicit, πλεονέκτην omnino non esse, sed magis ἀκόλαστον, quam πλεονέκτην: dein non dicit, puniri ex legibus non posse ut πλεονέκτην, sed dicit δόξειεν ἂν εἶναι, *possit videri*, scilicet, subtili judicio ethico, quod fit ex intentione agentis, non ex damnò patientis. At qui lucri, & pecuniæ accipiendæ causa adulterat, is ἄδικος, ἀκόλαστος δ' οὔ, quod comparate intelligendum ex superioribus, quasi esset ἄδικος μᾶλλον ἢ ἀκόλαστος, magis injustus, quam intemperans. Nam ἀκολασία quidem præstat ei ministerium, sed quæ potissimum agit, & ista utitur, est πλεονεξία, sive turpis egestas. Quomodo igitur is diceret, adulterium ex libidine non esse injustitiam, qui hoc ipsum huc exemplum injustitiæ adhibet?

7 *Usurpationem*] Confundit *Grotius* universalem, & particularem justitiam.

8 *Nec referat*] Num. 9. Nihil refert, quod ad pœnam, judicio civili; sed refert judicio morali. Mnester fuit Pantomimus, quem cum Messalina non posset ad libidinem pellicere, accusavit eum apud Claudium maritum tanquam contumacem, effecitque ut Imperator juberet eum Augustæ parere. Itaque cum ea concubuit. *Tacit. XI.* ann. 36. Is egit quidem, & ἀκολάστως, & ἀδίκως, nec evasit pœnam; judicio tamen morali nec ἄδικος, nec ἀκόλαστος fuit. Sic & Gyges cum imperio Candaulis nudam vidit Lydiæ reginam. De cæde ex ira haud scio, nisi forte ex lib. V, ethic. cap. 10. quod si est, injuste se carpsisse hoc, demonstrat lib. 3, *de jur. bell. & pac.* cap. II. n. 4. ubi laute eum locum allegat, & merito prædicat.

GRO-

niat, an ex cupiditate excellendi, unde maximæ injuriæ nasci solent. Nam qualiacunque incitamenta contemnere hac tantum de causa, ne societas humana violetur, + hoc vero justitiæ proprium est.

45. Ut redeam unde veneram, verum quidem est, virtutibus nonnullis accidere, ut affectus moderentur: + sed hoc non ideo, quod id sit virtuti omni proprium, atque perpetuum; sed + quia recta ratio, quam virtus ubique sequitur, § in quibusdam modum sequendum dictat, in quibusdam ad summa incitat. Nam ? Deum nimium colere non possumus; + superstitio enim non eo peccat, quod Deum nimium colat, sed quod perverse: neque æterna bona nimium possumus appetere, neque æterna mala nimium formidare: neque peccata nimium odisse. + Vere igitur a Gellio dictum, esse quædam, quorum amplitudines nullis finibus cohibeantur, & quæ quanto majora, auctioraque sint, etiam tanto laudatiora sint. Lactantius,

In summis sæpe consistit.

Lib. 4. c. 9.

GROTII.

§ *In quibusdam modum sequendum dictat, in quibusdam ad summa incitat*] *Agathias* libro V. in oratione Belisarii: τῶν γὰρ τῆς ψυχῆς κινημάτων, τὰ μὲν ὅσα πεφύκασι καθαρὸν ἔχειν καὶ ἀκραιφνὲς τὸ αἱρετὸν καὶ καλὸν, τούτων ἐντελῶς καὶ ὅλη ἀνθεκτέον· οἷς δὲ μέτεστι καὶ τῆς πρὸς τἀναντία τροπῆς καὶ ἐκνεύσεως, τούτοις ἐς διὰ πάντων χρηστέον, ἀλλ' ἐς ὅσον ἔχοισι τὸ συμφέρον· τὸ μὲν ἐν φρονεῖν ἁμιγὲς ἀγαθὸν καὶ ἀνόθευτον ἅπαντες εἶναι φήσοιτε ἄν· τῆς δὲ ὀργῆς τὸ μὲν δραστήριον εὐκλεές· τὸ δὲ ὑπέρμετρον φευκτὸν καὶ ἀσύμφορον. *Ex animi motibus illi omnino, simpliciterque arripiendi, in quibus id, quod officio convenit, eligique dignum est, purum reperitur, atque sincerum. At quibus accidit, ut & in malum vergant, atque declinent, his non omnimode utendum, sed quatenus conducunt. Prudentia bonum est merum, & incorruptum, quod nemo negaverit. In ira id, quod actuosum, laudabile: quod modum excedit, vitandum, ut damnum adferens.* (Cap. 7.)

GRONOVII.

? *Deum nimium colere non possumus &c.*] Num. 10. Primum *Aristoteli* ignoscendum, si inter virtutes morales non posuit religionem, quemadmodum & spem, charitatem, fidem, solis Christianis ex revelatione cognitas. Nam illi, ut veteribus omnibus extra ecclesiam, cultus Deorum sub magnificentia ponitur 4. ethic. 5. Cui subscribit *Sallustius* Catil. IX. *In supplicis Deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Justin.* de templo Delphico lib. 24, 6. *Multa igitur ibi, & opulenta regum populorumque visuntur munera, quæ magnificentia sua reddentium vota gratam voluntatem, & Deum responsa manifestant. Livius* 21, 20. qua in re excedi modum posse, monstrat lex illa: *Pietatem adhibento: opes amovento. Cicer.* lib. 2. de leg. 8. Lycurgus interrogatus, cur μικρὰς καὶ εὐτελεῖς θυσίας, modica, & vilia sacrificia constituisset, respondit, ne unquam venerari Deum cessemus *Plutarch.* Lacon. p. 228. Colere Deum nimium non possumus, cultu recto, & quo ille se coli præcepit. Sed hic non est excessus: quantumcumque enim hoc extollas, & si facias toto corde, tota anima, totis viribus, tamen manet in medio. Sic nullam virtutem nimium exercere possumus: nam quamdiu virtus est, quousque extendas, medium tenebis. Sed actio illa humana, per quam exercetur virtus, quamque virtus temperat, potest excedere extra medium, & tum degenerat in excessum. Sic & officia, per quæ exserimus pietatem nostram, & quibus nos colere Deum testamur, patiuntur vitium, & possunt in id excedere, ut dicat Dominus: *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi.* Esaiæ cap. 1. colere Deum nimium non possumus, nempe cultu animi, & proposito vivendi ad jussa ejus. Sic proposito animi nemo neque fortis nimium, neque temperans, neque justus esse potest. Sed homo de homine judicat ex actionibus externis. Vera virtute utrum quis sit præditus, an imaginem tantum ejus, & umbram habeat, limites migrando in supervacuum, æstimandum est ex opere cuivis virtuti proprio. Quomodo igitur religiosos nos demonstramus? nempe templa adeundo, orando in genibus, aperto capite, supinis manibus, eleemosynis, & erogando in sumtum sacrorum, ferias eorundem sacrorum causa habendo, legendo libros sacros, & in sensus eorum inquirendo, abstinendo, & pro opibus prohibendo, in quibus nefas, aut piaculum versari videtur. In his vero modum excedi posse, & amplius fieri, quam Deus præcipit, & ratio recta poscit, quis ignorat? Itaque omnino quoque religio medium fuerit inter superstitionis excessum, & defectum impietatis, sive atheismi.

tius cum multum de affectibus differuiſſet, *Non in his moderandis*, inquit, *ſapientiæ ratio verſatur, ſed in cauſis eorum; quoniam extrinſecus commoventur: nec ipſis potiſſimum frenos imponi oportuit, quoniam & exigui poſſunt in maximo crimine, & maximi poſſunt eſſe ſine crimine.* Nobis propoſitum eſt Ariſtotelem magni facere, + ſed cum ea libertate, quam ipſe ſibi in ſuos magiſtros veri ſtudio indulſit.

2. + 46. Hiſtoriæ dupliceſn habent uſum, qui noſtri ſit argumenti: nam + & exempla ſuppeditant, [10] & judicia. Exempla quo [11] meliorum ſunt temporum, ac populorum, eo plus habent auctoritatis: + ideo Græca, & Romana vetera cæteris prætulimus. Nec ſpernenda + judicia, præſertim conſentientia: jus enim naturæ, + ut diximus, aliquo modo inde probatur; + jus vero gentium non eſt ut aliter probetur.

Poëtæ. Oratores. + 47. Poëtarum, & oratorum ſententiæ non tantum habent pondus: & nos ſæpe iis utimur, non tam ut inde adſtruamus fidem, quam ut his, quæ dicere voluimus, ab ipſorum dictis aliquid ornamenti accedat.

11. Libri ſacri. 1. Teſtam. vetus. + 48. Librorum, + quos a Deo afflati homines aut ſcripſerunt, aut [12] probarunt, + auctoritate ſæpe utor, + cum diſcrimine [13] antiquæ, & novæ legis. + Antiquam legem ſunt qui urgent pro ipſo [14] jure naturæ: haud dubie [15] mendoſe; + multa enim ejus veniunt ex Dei voluntate [16] libera, + quæ tamen cum vero jure naturæ nunquam [17] pugnat: + & eatenus argumentum inde recte ducitur, + dummodo diſtinguamus accurate jus Dei, quod [18] Deus per homines interdum exſequitur, & jus hominum inter ſe. Vitavimus ergo, quantum potuimus, + & hunc errorem, & alterum ei [19] contrarium, + qui poſt novi federis tempora nullum antiqui federis uſum eſſe putat. Nos contra cenſemus, + tum ob id, quod jam diximus, + tum quia novi federis ea eſt natura, ut quæ ad virtutes morum pertinentia præcipiuntur in veteri federe, eadem & ipſum, aut [20] majora præcipiat: + & hunc in modum uſos teſtimoniis antiqui federis videmus antiquos Chriſtianorum ſcriptores.

+ 49. Ad

GRONOVII.

10 *Et judicia*] Sententias, & pronuntiata illuſtrium, & clarorum hominum, ea ſæpe vulgi non falſa, ut & ſua. (Ultima ſunt valde mendoſa.)

11 *Meliorum temporum*] Ut Romana ante 600. V. C. annum, ſeu bellum Punicum tertium: Græca bellum ante Peloponneſiacum. *Thucyd.* lib. 3, 110.

12 *Probarunt*] Quo effecerunt, ut alii haberentur canonici, alii apocryphi.

13 *Antiquæ, & novæ legis*] Sic maluit quam antiqui, & novi fœderis, vel teſtamenti: non enim ſequitur quod noſtri fere ſtatuunt omnes, idem fœdus gratiæ fuiſſe ſemper, eandemque legem, cujus non nova capita tulit, ſed veterem renovavit, declaravit magis, & purgavit a Phariſæorum pravis interpretationibus, & additamentis.

14 *Jure naturæ*] Judaïzantes. *Bodinum* intelligit.

15 *Mendoſe*] *Horat.* 2, ſat. 4. *Aufidius forti miſcebat mella Falerno Mendoſe*, i. e. male, perperam.

16 *Libera*] Ut cum jubet Deus abſtinere fructu certæ arboris, cum patrem jubet immolare filium, cum jubet non parci ſeptem populis in Cananæo devotis.

17 *Non pugnat*] Nam Deus omnium arbiter ſummus, & ob id non pugnat cum ϛοργῇ parentum, aut præcepto, *non occides*, cum filium immolare jubet patrem.

18 *Deus per homines exſequitur*] Ut mandatum Abrahamo de filio mactando: Hebræis, de Ægyptiis auro, & argento fraudandis, de ſeptem populis Syriæ Paleſtinæ delendis, Jehu de tollenda domo Achabi.

19 *Contrarium*] Quæ eſt ſententia quorundam Anabaptiſtarum.

20 *Majora*] Quin clariora potius, & evidentiora, ut volunt Reformati.

GRO-

+ 49. Ad percipiendam autem librorum ad antiquum fedus pertinentium ſententiam, non parum conferre nobis poſſunt [h] [21] Hebræi ſcriptores ii maxime, + qui & [22] ſermones, & mores patrios habuerunt percognita. *Hebræi ſcriptores.*

50. + Novo federe in hoc utor, ut doceam, + quod non aliunde diſci poteſt, + quid Chriſtianis liceat; + quod ipſum tamen, contra, quam plerique faciunt, a jure naturæ diſtinxi: pro certo habens, in illa ſanctiſſima lege [23] majorem nobis ſanctimoniam præcipi, + quam ſolum per ſe jus naturæ exigat. Neque tamen omiſi notare, + ſi qua ſunt quæ nobis [24] commendantur magis, quam præcipiuntur (bb), + ut a præceptis declinare ſciamus nefas, & pœnæ obnoxium, ad ſumma quæque contendere generoſi eſſe conſilii, + & ſua non carituri [25] mercede. 2. *Teſtam. nov.*

+ 51. Synodici [26] canones [27] + qui recti ſunt, collectiones ſunt + ex generalibus legis divinæ pronuntiatis, [28] ad ea, quæ occurrunt, aptatæ; hi quoque aut monſtrant + quod divina lex præcipit, + aut ad id, quod Deus ſuadet, hortantur. + Et hoc vere [29] eccleſiæ Chriſtianæ eſt officium, ea, quæ ſibi a Deo tradita ſunt, tradere, & eo, quo tradita ſunt modo. + Sed & mores apud Chriſtianos illos veteres, & [30] qui tanti nominis menſuram implebant, recepti, aut laudati, merito pro canonibus valent. (cc) + Secunda poſt hos auctoritas eſt eorum, qui ſuis quique temporibus pietatis, & doctrinæ fama inter Chriſtianos [31] floruerunt, [32] + neque gravis cujusquam erroris notati ſunt; nam & hi quæ dicunt magna cum aſſeveratione, & quaſi comperta, + momentum non exiguum habere debent, ad interpretanda quæ obſcura videntur in ſacris literis: eoque majus, + quo & plurium apparet conſenſus, & propius acceditur ad primæ puritatis tempo- 3. *Synodorum canones.* 4. *Chriſtianorum primorum uſus, mores.* 5. *Patrum & ſcripta, & conſenſus.*

GROTII.

h *Hebræi ſcriptores*] Ita ſenſit *Caſſianus* inſtitutione divinarum ſcripturarum.

GRONOVII.

21 *Hebræi ſcriptores*] Qualis in primis *Maimonides* in *Ductore dubitantium*, qui liber editus a *Buxtorfio*.

22 *Sermones, & mores patrios habuerunt percognita*] *Percognitos* Latinius dicendum, nam non præcedit duplex genus, & ob id nullus locus neutro generi.

23 *Majorem*] Niſi juſtitia veſtra ſit ſupra juſtitiam Phariſæorum, dicit Dominus.

24 *Commendantur*] Quæ theologi dicunt eſſe magis conſilii, quam præcepti, priori ad *Corinth.* cap. VII.

25 *Mercede*] Nempe ex Dei benignitate; non quaſi aliquid, nedum amplius, quam debent, mereantur.

26 *Canones*] Decreta conciliorum.

27 *Qui recti ſunt*] His monet, concilia poſſe interdum errare.

28 *Ad ea, quæ occurrunt*] Ad quotidianos caſus.

29 *Vere eccleſiæ officium*] Oſtendit.

30 *Qui tanti nominis menſuram implebant*] i. e. qui ſe præſtiterunt dignos Chriſtianorum magnifico titulo. Imitatur *Ovid.* 1, Pont. 2. *Maxime, qui tanti menſuram nominis implet.*

31 *Floruere*] i. e. Patres, & ſcriptores eccleſiaſtici: ut *Auguſtinus*, *Tertullianus*, &c.

32 *Neque gravis*] Non pro hereticis, aut ſchiſmaticis habiti.

(bb) Vide quæ monebimus infra ad Lib. I. c. 2. §. 9. num. 4. *J. B.*

(cc) Multum abeſſe, ut tantum ſubſidii, quantum putat Auctor noſter, ad hanc diſciplinam excolendam, inde peti queat, paucis oſtendimus in Notis Gallicis. De *Patribus Eccleſiæ* ex profeſſo egimus in *Præfatione* noſtrâ ad PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* §. 9. & 10. alterius Editionis: & forte aliquando Opere ſingulari, quæ ibi diximus, nos plenius expoſituros, ac vindicaturos ab inſultibus Monachi cujuſdam, qui nuperrimè Veterum illorum Doctorum per fas, & nefas, ſe ὑπεραστιζὴν profeſſus erat, jam tum ſignificabamus, quando recenſionem hanc Operis Grotiani primùm edidimus. Nec vana fuit promiſſio: quum exinde, anno 1728. prodierit Liber, Gallicè ſcriptus, *De Doctrina Morali Patrum*, ubi fusè rem exſequuti ſumus. *J. B.*

ra, + cum nec 33 dominatus adhuc, + nec 34 coitio ulla primitivam veritatem adulterare potuit.

6. Scholastici DD. + 52. Qui his 35 succeſſerunt + Scholaſtici, + quantum ingenio valeant, ſæpe oſtendunt; + ſed in infelicia, & artium bonarum ignara ſæcula inciderunt: quo minus mirum ſi inter multa laudanda, + aliqua & 36 condonanda ſunt. + Tamen ubi 37 in re morum conſentiunt, vix eſt ut errent: quippe perſpicaces admodum ad ea videnda, quæ in aliorum dictis reprehendi poſſunt; + in quo ipſo tamen 38 diverſa tuendi ſtudio laudabile præbent 39 modeſtiæ exemplum, rationibus inter ſe certantes, non, qui mos nuper adeo literas inquinare cœpit, convitiis, turpi fœtu impotentis animi.

III. *Jure conſulti.* + 53. Juris Romani ſcientiam profitentium tria ſunt genera. Primum eorum eſt, quorum opera + in 40 Pandecte, + Codicibus Theodoſiano, & Juſtinianeo, + & in Novellis conſtitutionibus apparent. Secundum eos habet, qui 41 Irnerio ſucceſſerunt, + Accurſium, + Bartolum, & tot alia nomina, quos penes diu fori regnum fuit. Tertium eos complectitur, + qui

1. *Antiqui.* humaniores literas cum legum ſtudio 42 conjunxerunt. + Primis 43 multum defero: + nam & rationes ſæpe optimas ſuppeditant ad demonſtrandum id, quod juris eſt naturæ: + & eidem juri, + neque minus gentium juri teſtimonium ſæpe præbent, ſic tamen ut ipſi non minus, quam alii, + nomina hæc ſæpe 44 miſceant; imo & jus gentium ſæpe vocent + id, quod quorundam duntaxat populorum eſt, + nec tanquam 45 ex condicto, + ſed quod alii aliorum imitatione, aut fortuito receperunt. + Sed & quæ vere juris ſunt gentium, ſæpe tractant promiſcue, & indiſcrete cum his, quæ juris ſunt Romani, + ut 46 ex titulo de captivis, & poſtliminio apparet. + Hæc ergo ut diſcernerentur, laboravimus.

2. *Medii.* + 54. Secunda + claſſis + juris divini, & hiſtoriæ veteris incurioſa, + omnes regum, populorumque controverſias definire voluit ex legibus Romanis, + aſſumtis interdum 47 canonibus. Sed his quoque temporum ſuorum infelicitas + impedimento ſæpe fuit, quo minus recte leges illas intelligerent, + ſatis ſollertes alioqui ad indagandam æqui, bonique naturam: quo factum, ut 48 ſæpe optimi ſint condendi juris auctores, etiam tunc cum conditi

GRONOVII.

33 *Dominatus*] Pontificum Romanorum. ſcil. Papalis monarchia, quam nolebat offendere ſcribens in Gallia.

34 *Coitio*] Concilium ex eorundem ſatellitibus compoſitum. Patres, & ſcriptores eccleſiaſtici.

35 *Succeſſerunt ſcholaſtici*] E ſchola *Petri Lombardi* magiſtri ſententiarum.

36 *Condonanda*] In quibus ſc. errarunt.

37 *In re morum*] In moralibus, quæ ſpectant mores, in ethicis.

38 *Diverſa tuendi*] In utramque partem diſputandi.

39 *Modeſtiæ*] Non convitiis certantes.

40 *Pandecte*] Potius, quam *Pandectis*: vox enim Græca Πανδέκτης.

41 *Irnerio*] Quem jus civile Romanum per barbara tempora abolitum in uſum revocaſſe, ac docere cœpiſſe, vulgo putatur, ſub Philippo Suevo Imp. circa an. C. 1200.

42 *Conjunxerunt*] *Alciato*, *Budæo*, *Cujacio*.

43 *Primis*] Veteribus.

44 *Miſceant*] Ut dicant eſſe juris naturæ, quod eſt juris gentium.

45 *Ex condicto*] Velut ex tacito conſenſu omnium, aut plurimorum, moratiorumque populorum.

46 *Ex titulo de captivis, & poſtlimino*] Infr. 3, 9. 1. alludit ad l. 19. pr. D. eo tit.

47 *Canonibus*] Jure canonico.

48 *Sæpe optimi ſint*] Rectiſſime tradant, quid ſit juris; etſi ad id male applicent, & obtorto collo trahant veterum JC. loca, unde id colligunt.

49 *Tali*

conditi juris mali sunt interpretes. Audiendi vero tum maxime, + cum 49 tali consuetudini, quæ nostrorum temporum jus gentium facit, testimonium perhibent.

+ 55. Tertii + ordinis magistri, + qui Romani juris finibus se includunt, & in jus illud commune aut nunquam, aut non nisi leviter exspatiantur, vix ullum habent usum, qui nostri sit argumenti. + Scholasticam subtilitatem cum legum, & canonum cognitione conjunxerunt, + ita ut a controversiis etiam populorum, ac regum non abstinerent Hispani duo Covarruvias, & Vasquius: + hic 50 magna libertate, + modestius alter, nec sine exacto quodam judicio. + Historias magis eidem legum studio inferere aggressi sunt Galli: quos inter magnum obtinent nomen Bodinus, & Hotomanus, + ille 51 perpetuo opere, + hic sparsis quæstionibus, quorum & 52 + pronuntiata, & rationes + sæpe nobis inquirendi veri suppeditabunt materiam.

3. Recentiores.

Hispani.

Galli.

+ 56. In 53 toto opere tria maxime mihi proposui: + ut definiendi rationes redderem quam maxime evidentes, & ut quæ erant tractanda, + ordine certo disponerem, + & ut quæ eadem inter se videri poterant, nec erant, perspicue distinguerem.

VII. *Instituti, & ordinis in universum, consilium, & ratio explicata.*

+ 57. Temperavi me ab his, quæ alterius sunt tractationis, ut quæ docent + quid 54 ex usu sit facere: quia ista suam habent artem specialem politicam, + quam recte ita solam tractat Aristoteles, ut alieni nihil admisceat; + contra, quam fecit Bodinus, apud quem hæc ars cum juris nostri arte confunditur. Nonnullis tamen locis + ejus, quod utile est, feci mentionem; sed obiter, & ut id ipsum a justi quæstione apertius distinguerem.

58. Injuriam mihi faciet, si quis me + ad ullas nostri seculi controversias, aut natas, aut quæ nascituræ prævideri possunt, respexisse arbitratur. Vere enim profiteor, sicut mathematici 55 + figuras a corporibus semotas considerant, ita me in jure tractando ab omni singulari facto abduxisse animum.

+ 59. Dicendi genus quod attinet, nolui ad rerum tractandarum multitudinem adjungendo verborum copiam fastidium parere lectori, cujus utilitatibus consulebam. Itaque secutus sum quantum potui concisum, & docenti conveniens loquendi genus: ut tanquam in uno conspectu habeant, qui negotia publica tractant, & quæ incidere solent controversiarum genera, & principia unde dijudicari possunt; quibus cognitis facile erit ad rem subjectam accommodare orationem, & quantum lubet extendere.

Dicendi genus concisum.

60. Scriptorum veterum ipsa verba adduxi interdum, ubi talia erant, ut

Scriptorum verba ipsa.

GRONOVII.

49 *Tali consuetudini*] Quum quod nunc videmus passim usurpari, & valere pro jure gentium, jam tunc usurpatum fuisse, ostendunt.

50 *Magna libertate*] Ut audeat etiam quædam regibus iniqua statuere. Infr. 2, 1. 9.

51 *Perpetuo opere*] Libris *de republica.*

52 *Pronunciata*] Sententiæ.

53 *In toto opere*] Quintum, & ultimum membrum partis specialis. Cura per omne opus.

54 *Ex usu sit*] Politica.

55 *Figuras a corporibus semotas*] In idea, & solo conceptu mentis, non ut pinguntur in abaco, vel charta. Infr. 2, 23. 1.

ut aut cum auctoritate, aut cum venustate singulari dicta viderentur: quod & in græcis feci nonnunquam, sed maxime ubi aut brevis erat sententia, aut cujus gratiam sperare non audebam latino sermone me posse assequi: quem tamen ubique adjunxi in eorum commodum, qui græca non didicerunt.

Libertas judicii lectori relicta.

61. Quam vero ego in aliorum sententiis, ac scriptis dijudicandis mihi sumsi libertatem: eandem sibi in me sumant, omnes eos oro, atque obtestor, quorum in manus ista venient. Non illi promtius me monebunt errantem, quam ego monentes sequar. Et jam nunc adeo, si quid hic pietati, si quid bonis moribus, si quid sacris literis, si quid ecclesiæ Christianæ consensui, si quid ulli veritati dissentaneum a me dictum est, id nec dictum esto.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
PROLEGOMENA.

„ HÆc Prolegomena in septem partes „ commode dividi possunt.

„ I. Grotius probaturus, *dari aliquod jus*, „ *quod inter populos, aut populorum rectores* „ *intercedit, sive natura ipsa*, (quod vocat „ *jus naturæ sociale*, & *jus naturæ humanæ*, „ seu *laxius*) *aut divinis constitutum legibus*, „ (quo refert *jus divinum universale*) *sive* „ *moribus*, & *pacto tacito* (quod vocat *jus* „ *gentium voluntarium*,) *introductum est*, „ præmittit,

„ 1. Neminem hactenus prædictum jus universum, ac ordine tractasse. §. 1. §. 2. §. 36. „ Addit,

„ 2. Non deesse hodie, nec defuisse olim, „ qui existentiam juris ejusmodi universalis „ negarent. §. 3. §. 4 His

„ 3. Advocatum dat Carneadem, qui JUS „ NATURALE nullum esse, & homines „ demum pro varia utilitate jura constituisse, „ statuit. §. 5. At

„ 4. Grotius probat, dari aliquid natura „ justum; quia natura hominibus indidit „ APPETITUM SOCIETATIS, i. „ e. communitatis tranquillæ, & rationalis „ cum his, qui sui sunt generis. Hinc con„ cludit,

„ 5. Homines obligari ad CUSTODIENDAM HANC SOCIETATEM (quia „ societas sine jure consistere nequit): adeo„ que CUSTODIAM SOCIETATIS „ HUMANO INTELLECTUI CONVENIENTEM, esse fontem JURIS „ NATURÆ proprie sic dicti. §. 5. 7. 8.

„ 6. Præter hoc JUS NATURÆ SOCIALE aliam adhuc existere speciem „ *juris naturalis*, ait, quod non ex appe„ titu sociali, sed *ex judicio rectè conformato* „ deducit, *vi cujus homo æstimare possit*, „ *quæ utilia*, *quæ noxia sunt*; conveniens „ enim esse naturæ humanæ, putat, sequi ta„ le judicium. Quod igitur judicio tali plane „ repugnat, contra JUS HUMANÆ „ NATURÆ esse, statuit: atque hoc ali„ bi JUS NATURÆ LAXIUS vocat; „ quo refert virtutes, & perfectionum regu„ las. §. 9. §. 10.

„ 7. Utrumque hoc jus naturæ ex *principiis* „ *internis* oriri, ait, (nimirum ex appetitu „ societatis, & judicio recte conformato): „ adeo-

„ adeoque exiſtere, etſi detur Deum non „ eſſe. §. 11. Cæterum adſcribi quodammodo „ poſſe Deo, quia principia illa in nobis exi„ ſtere voluit, §. 12, eaque legibus ſuis „ magis conſpicua fecit, §. 13. Addit, ſa„ cram ſcripturam quoque affectum illum ſo„ cialem excitaſſe, dum ex ea nobis innoteſcit, „ omnes ab uno ſtipite natos, eoque cogna„ tos eſſe §. 14.

„ Atque ex his fontibus JUS CIVILE „ quoque fluere, tradit; quia juris natura„ lis eſt *ſtare pactis*, adeoque & legibus ci„ vitatis, cui noſtro conſenſu nos ſubjeci„ mus. §. 15.

„ 8 Præter hæc jura naturalia, *Tertium „ jus univerſale* exiſtere docet, quod non ex „ *principiis internis*, ſed *ex libera Dei volun„ tate* fluit. §. 11. §. 12. Si enim jus ali„ quod apud omnes gentes obtinet, neque „ tamen ratio naturalis intrinſeca apparet; „ inde concludit, nullam aliam rationem „ hujus juris dari poſſe, quam voluntatem „ Dei, *l.* 2. *c.* 5. §. 13. *n.* 3. Idque vocat „ JUS DIVINUM UNIVERSALE. „ *Prol.* §. 11. §. 12.

„ 9. *Quartum jus univerſale* Grotius vocat „ JUS GENTIUM VOLUNTARIUM, „ quod gentes ex mutua neceſſitate inter ſe „ conſtituerunt. §. 17.

„ 10. Denique dubia, quæ Carneades con„ tra exiſtentiam juris naturalis propoſuit, „ reſolvit. §. 16, *uſque ad* §. 28.

„ 11. Cauſas Grotius recenſet, quæ ipſum „ ad conſcribendum hoc opus moverunt. §. „ 28. Nimirum, ut probet, dari jus aliquod „ commune, quod & ad bellum, & in „ bellis valeret, ſimulque effrenem illam „ licentiam inter hoſtes reprimeret, §. 28. „ §. 29: & ut juris prudentiam adjuvaret, „ ac jus Romanum in artem redigeret. §. 30.

„ III. Ordinem operis explicat: & primo „ conſilium dat, ut ſingulæ partes juris na„ turalis tractandæ ſuſcipiantur, & ex omni„ bus partibus collectis corpus conficiatur; „ addens, ſe nobiliſſimam ejus partem hoc „ opere illuſtraſſe. §. 31. §. 32. §. 33. §. 34. „ §. 35.

„ IV. Recenſet, quibus ſubſidiis uſus ſit, „ ubi repetit, quod ab initio allegavit, ne„ minem hactenus totum hoc argumentum „ tractaſſe. Dolet veterum ſcriptorum hac in „ re inopiam, §. 36; & recentiorum ſcri„ ptorum libros examinat, nævosque eorum „ notat. §. 37. §. 38. Curam ſuam commen„ dat, tum circa definiendi rationes, §. „ 39. §. 56. (addendo, ſe eorum, quæ „ ad jus naturæ pertinent, probationes quas„ dam tam certas retuliſſe, ut eas nemo ne„ gare poſſit, niſi ſibi vim inferat): tum „ circa ordinem, §. 56. tum circa diſtinctio„ nes eorum, quæ eadem inter ſe videri po„ terant, nec erant, §. 41. §. 56. Et tan„ dem Auctores recenſet, quorum auxilio „ uſus eſt, §. 40. *uſque ad* §. 57. (Ubi Ariſto„ telis ſententiam, quod omnis virtus in me„ dio conſiſtat, refutat §. 42. *uſque ad* „ §. 45.)

„ V. Exponit cautiones, quas adhibuiſſe „ ſe, ait, nihil alieni ab hac diſciplina tra„ ctando, & a ſui ſeculi controverſiis abſtra„ hendo. §. 57. §. 58.

„ VI. Refert, quo dicendi genere uſus ſit, „ conciſo, nimirum: addo, & Latio & ele„ ganti. Sed & veterum ſcriptorum verba „ ipſa ſe interdum adduxiſſe, ait. §. 59.

„ VII. Permittit aliis eandem judicandi, „ & monendi libertatem, quam ipſe ſibi „ ſumſit; & tandem cavet, quod ſi quæ„ dam ſacris, vel veritati contrarientur, ea „ pro non dictis habere velit. §. 60. §. 61.

AD §. 1.

JUS *civile &c.*] I. e. Jus ſtatutarium cujusque populi.

Additio.

„ Vox juris Civilis generalis eſt, eaque in „ genere deſignatur jus cuique Civitati pro„ prium. §. 2. *Inſt. de J. N. G. & C.* Unde „ leges Solonis, & Draconis vocantur jus „ Civile Athenienſium; & jus, quo popu„ lus Romanus utitur, jus Civile Romano„ rum. §. 4. *I. eod.* Romani Imperatores au„ tem, & JCti, quoties nomen civitatis non „ addunt, per *jus civile* ſolum jus Romanum „ intelligunt. *dict.* § 4. *Inſt.*

Aut illuſtrare commentariis] „ Quo perti„ nent immenſa illa opera Bartoli, Baldi, „ Saliceti, Jaſonis, & ex recentioribus Fa„ bri, Brunnemanni, &c.

Aut contractum ob oculos ponere] „ Ex„ ſtant infinita ejusmodi compendia, in „ quorum numero præcipua ſunt Struvii, „ Lauterbachii, & Heineccii Syſtemata.

At jus illud, quod inter populos plures intercedit] „ Qui ſcilicet communem ſuperio„ rem non habent, adeoque qui nulla invi„ cem obligantur lege civili.

Aut

Aut populorum rectores] Qui repræsentant Populum.

Additio.

„ Quod enim jus obtinet cum populo, „ idem quoque obtinet cum ejus Rectore, „ utpote in quem populus omne jus suum „ contulit: uti igitur plures populi inter se „ alio, quam naturæ jure, non obligantur; „ ita nec eorum Rectores.

Sive ab ipsa natura profectum, aut &c.] „ Auctor igitur tria jura, quibus populi inter se obligantur, supponit: 1. Jus naturæ, tum sociale, tum laxius. 2. Jus divinum voluntarium, divinis constitutum legibus. 3. Jus gentium voluntarium, moribus, & pacto tacito gentium introductum: de quibus infra §. 7. 8. 9, & 14. agetur.

Aut divinis constitutum legibus] Intelligit Auctor hic jus divinum morale (nam de legibus Hebræorum civilibus, forensibus, nimirum, & ceremonialibus, ei quæstio non est) adeoque minus curate id distinguit a Jure naturæ.

Additio.

„ Grotius non intelligit jus morale, seu naturale, nec jus forense, aut ceremoniale: „ sed jus aliquod universale distinctum a jure „ naturæ. Nam 1°. Jus *morale*, seu naturale „ Auctori est, quod ex affectu sociali, vel „ natura humana fluit, *proleg.* §. 7. §. 8. §. 9. „ Add. *Lib. I. C. I.* §. 10. *junct.* §. 3. *eod.* „ *Jus divinum voluntarium* autem ei est, „ quod Deus citra societatis, aut humanæ „ naturæ respectum, inter homines obtinere „ voluit. *Vid. infr.* §. 12. *Lib. I. C. I.* §. „ 15. 2°. *Illud* exstiturum, ait, etsi detur, „ Deum non esse, *vid. inf.* §. 11, & *L. I. C. I.* §. 10. *Hoc* a mera, & libera voluntate Dei dependere, adeoque sine Deo concipi non posse, statuit *d. Lib. I. C. I.* §. 15, & *proleg.* §. 11. 3°. *Illud* a Deo „ mutari non posse ob intrinsecam bonitatem, „ *hoc* posse, ait *proleg.* §. 12, & *L. I. C. I.* §. 10. *n.* 5. 4°. *Illud* omnes homines utpote cives magnæ illius universitatis, obligare existimat; *hoc* tantum eos, quibus revelatum est. *L. I. C. I.* §. 15.

„ Certissimum ergo est, Auctorem per *jus* „ *divinum voluntarium* non intelligere jus „ naturæ; quod vel ex capitibus juris, quæ „ ad illud juris genus refert, apparet. Sane, „ circumcisionis, usurarum, decimarum, „ Sabbathi, &c. leges (quas ex jure divino „ Grotius derivat) non sunt ex morali jure. „ Præterea leges naturæ de sanguine non comedendo, de concubinatu, incestu, &c. „ non ex jure naturæ, sed ex jure divino „ deducit: certissimo indicio, *jus divinum* „ *voluntarium* Auctori non idem esse, quod „ *jus morale, seu naturale.*

„ Ceterum jus tale divinum voluntarium „ non existere, alibi probatum dedi. *Vid.* „ *Dissert. Proœm. III.*

Moribus, & pacto tacito] Hæc est descriptio juris gentium secundarii: quod, nimirum, gentes inter se ex mutua utilitate, & necessitate constituerunt. §. 1. *Inst. de jure nat. Gent.* Hoc enim jus itidem est jus aliquod universale.

Additio.

„ Grotii Systema de jure Gentium exhibui„ mus in *Dissert. Proœm. IV;* ubi simul de„ monstravimus, tale jus Gentium non dari, „ nec unquam exstitisse. *Vid. infr.* §. 17.

Attigerunt pauci] Nam Ayala Hispanus, & Albericus Gentilis, scripsere quidem de jure Belli; sed rationibus ex jure Civili plerumque desumtis utuntur. Petrinus Bellus causas, quæ in bello Neapolitano, cujus officialis erat, obvenerunt, partim ex jure Civili decidit, & aliquando ex æquitate naturali temperavit: principia autem nullibi explicavit. Amesius, Molina, &c. casus conscientiæ decidunt, rationes autem ex sacro Codice, & jure Canonico desumunt.

Additio.

„ Quid pauci illi præstiterint, Grotius re„ fert *infra* §. 36. *seq.*

Universim, ac certo ordine, tractavit nemo] Misera res est, homines ignorare jus, cujus causa conditi sunt. Equidem JCti Romani periti fuere hujus juris, & ex eo desumtum esse jus Romanum, patet ex *L. 6. pr. just. & jur.* At nec universim, nec certo ordine id tractaverunt.

Additio.

„ Alibi diximus, Winklerum de „ principiis juris ante Grotium scripsisse, at„ que universum jus naturæ certo ordine ex„ posuisse. Idem quoque Hemmingius ten„ tavit. *Vid. Dissert. procem. XI.*

Cum tamen id fieri interfit humani generis] „ Rationes cur interfit generis humani, jus „ illud, quod inter populos obtinet, nosse, „ exposuimus in *Diss. procem. XII. Lib. I.* „ *C. I.* Uti autem de *jure naturæ* id facile „ concedimus, ita de jure, quod *moribus*, „ *& tacito pacto* introductum esse fingit, id „ negamus; quia tale jus inter gentes non „ exitit. *Vid. Dissert. procem. IV.* Unde „ miran-

„ mirandum quoque non est, illud a nemine „ hactenus universim, ac certo ordine tra„ ctatum esse.

Ad §. 2.

Cicero] „ Is enim in *Oratione pro* „ *Balbo c.* 6. laudat Pompeium, quod in „ cognitione hujus juris excelluerit. Cete„ rum de præstantia, utilitate, & digni„ tate juris naturalis, egimus in allegata *diss.* „ *proœm. XII. Lib. I. c.* 1.

In fœderibus] „ Quando, nimirum, duo „ populi inter se mutuam amicitiam, & au„ xilia promittunt. *Vide infra lib.* 2. *c.* 13. „ §. 1. *seq. l.* 3. *c.* 19. *& seq.*

Pactionibus] „ Quando duo populi fidem „ dant de aliis rebus præter fœdera, *L.* 2. „ *C.* 14. §. 1. *seq. junct. c.* 15. §. 1.

In omni denique belli jure, & pacis] Duo sunt tempora, ad quæ omnes controversiæ eorum, quos nulla juris civilis tenet communio, pertinent, belli nimirum, & pacis. *Grot. l.* 1. *c.* 1. §. 1. Atque hinc Justinianus Gubernationem Imperii *bello*, & *pace* absolvi, recte statuit *in proœm. Inst. pr.* Scientia igitur juris belli, & pacis, complectitur universum jus naturæ; quia status inter bellum, & pacem, medius non datur. *Vid. Grot. l.* 3. *c.* 21. §. 1. *n.* 1.

Additio.

„ De duplici hoc tempore vide auctorita„ tes, quas more suo indistincte nimis cumulat „ *Tesmarus in not. h.* Add. *Disp. B. Paren„ tis De jure belli in amicos c.* 1. §. 1.

Et Euripides hanc scientiam, rerum divinarum, & humanarum cognitioni præponit] *In Helen. v.* 829. Auctor verum Euripidis sensum assecutus non est: is enim scientiam belli, & pacis, non præponit cognitioni rerum divinarum, & humanarum; sed potius illam hujus partem esse, at principalem, statuit: & ideo Helena Theonoen virginem fatidicam arguit, quod cum in genere divinarum rerum notitiam profiteatur, turpe sit principalem ejus partem, justitiam scilicet, ignorare. Nam justitiam quoque ad cognitionem rerum divinarum pertinere, patet ex ipsa definitione jurisprudentiæ in §. 1. *Inst. de I. & I. Conf. Cic. l.* 2. *off. c.* 5.

Additio.

„ Notum est, scientiam rerum divinarum, „ & humanarum, omnes scientias, adeoque „ & justitiam complecti. Hinc philosophia „ ita describi solet. *Vid. Cic. Lib.* 2. *de offic.* „ *c.* 5. Juris prudentia speciatim dicitur *divina„ rum, atque humanarum rerum notitia, justi„ atque injusti scientia.* §. 1. *Inst. de just. & „ jur. l.* 10. §. 1. *ff. Eod. ibique Goth.* & Lex „ definitur *regina omnium rerum humana„ rum, & divinarum. L.* 2. *Legib.* Justinus „ cum Josephum, tanquam Doctissimum vi„ rum, designare voluit, *nihil ipsi divini, „ vel humani incognitum fuisse*, ait. *Justin. „ l.* 36. *c.* 2.

Theonoen] „ Male quædam editiones ha„ bent *Theoclymenum*, qui erat frater Theo„ noes, uterque Protei liberi. *Gron. h.*

Ad §. 3.

Grotius hoc §. affert auctoritates Gentilium, qui existentiam juris naturæ negaverunt. Quibus respondet *infra* §. 16. *usque ad* §. 28. Ne vero interim scrupulus hæreat, præmittimus, non loqui allegata loca de jure naturæ, sed de legibus civilibus, quæ omnino in bello civili silent. Præterea paucorum Philosophorum opinio juri naturæ, quod certis, & indubitatis principiis constat, præjudicium facere nequit.

Additio.

„ Euphemus, Achilles, & „ Antigonus, a Grotio allegati, om„ nino de eo, quod natura justum est, lo„ quuntur, atque tale non dari, conten„ dunt. Sed & alii sunt, qui justitiam natu„ ralem dari, negant. Inter Græcos Ari„ stippus statuit, nihil natura justum, „ honestumque, aut inhonestum esse; sed „ lege, & consuetudine. *Vid. Laert. lib.* II. „ *cap.* 93, & 94. Virum bonum ob immi„ nentia damna nihil perperam acturum, ad „ evitandas opiniones sinistras; atque eum „ demum esse sapientem, *ibid.* Prudentiam „ bonum esse non propter se ipsum, appe„ tendum tamen, sed eorum causa, quæ no„ bis ex illa proveniunt. *Laert. d. l. c.* 91.

„ Theodorus Atheus diserte „ statuit, furto quoque, & sacrilegio, & „ adulterio, sapientem, si necessitas postu„ let, operam daturum; nihil quippe ho„ rum natura turpe esse, si vulgaris de hisce „ opinio tollatur, quæ stultorum continen„ dorum causa concinnata sit. *Laert. II.* 96.

„ Archelaum docuisse, justum, & „ turpe non natura, sed lege fieri, testis est „ *Laert. II. c.* 16. *Plut. de plac. phil. l.* 1.

„ Democritus poſtquam omnia ab „ æterno, & neceſſario atomorum motu „ creata eſſe, dixit; addit, hanc neceſſitatem fatum eſſe, & *juſtitiam*, & providentiam, &c. *Stobæ. phys. c.* 8. Hinc Deos „ quidem ſtatuit; ſed per eos intelligit imagines, quæ hominibus adveniunt, quarum aliæ proſunt, aliæ nocent; ſeu ſimulacra ratione prædita, & interitui obnoxia. „ *Sext. Empir. adv. Math. p.* 311. *C.* Sed „ & mortalem eſſe animam, & cum corpore „ perire, *Plut. Plac. Phil. IV;* ac mendacia eſſe quæ de terroribus poſt mortem „ finguntur, *Stobæ. Serm.* 98. *p. m.* 533, & „ *Serm.* 121. *p.* 503. His principiis poſitis, „ quam, quæſo, ideam de juſtitia naturali „ habere potuit?

„ Pyrrho nihil vel honeſtum eſſe dicebat, vel inhoneſtum; juſtum, vel injuſtum: pariterque in reliquis eſſe, ſtatuebat; nihil, ſcilicet, horum reapſe tale eſſe, „ legem vero, & conſuetudinem ſequentes „ omnia iſta facere mortales; neque in quapiam re hoc magis, vel illud eſſe. *Laert.* „ *IX.* 61.

„ Diogenes *Cynicus* plus naturæ, „ quam legi tribuit, libertate omnibus aliis „ rebus prælata. *Laert. VII.* 71. Hinc communionem uxorum, manuſtuprationem, „ &c. pro rebus licitis habuit. *Stanlej. Phil. vet. p. m.* 520, & *p.* 514. Cultum Deorum „ pauci eum habuiſſe, vel exinde apparet, „ quod mulierem coram Diis proſtratam ita „ allocutus fuerit: *an non vereris, o fœmina, ne forte ſtante a tergo Deo, ejus enim omnia plena ſunt, decore minus coram eo retegaris. Laert. VI.* 37.

„ Epicurus ait, injuſtitiam per ſe, „ & ſua natura, non eſſe malum, ſed metu „ ſuſpicionis, ne fortaſſe non lateant talium „ facinorum vindices, atque exactores: „ *Græv. in not. ad Sen. ep.* 97. *n.* 12. Seneca ait, *illic diſſentiamus cum Epicuro, ubi „ dicit, nihil juſtum eſſe natura, & crimina „ vitanda eſſe, quia vitari metus non poſſit. „ Sen. ep.* 97. Syſtema Epicuri late expoſuit „ Gaſſendus *ad Laert. X.* 1527. Conf. *Stanlej. Hiſt. vet. Phil. p. m.* 1098. & *Diſſert. „ Proœm. VIII. c.* 1.

„ Glauco originem juſtitiæ explicaturus, ait: *Natura quidem dicunt, injuriam „ facere bonum eſſe, injuria autem affici malum &c. indeque homines conveniſſe, ut „ neque inferri, neque accipi poſſit injuria: „ atque ita originem habuiſſe leges, placita „ que ipſarum, & nominata eſſe præcepta „ legum legitima, atque juſta. dict. diſſert. „ proœm. VIII. c.* 1.

„ Inter Romanos Horatius *Lib.* 1. „ *Sat.* 3. jura non a natura eſſe, ſed ex „ pactis hominum, ſtatuit.

Atque ipſa utilitas juſti prope mater, & æqui. &c.
Jura inventa metu injuſti, fateare neceſſe eſt. &c.
Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum.

„ Brutus non in re, ſed in verbo eſſe „ virtutem, dixit. Deque eo inter philoſophos diſputatum fuiſſe, ex Cicerone apparet. Idque Herculem quoque aſſeruiſſe, fertur: de quo infra.

„ Inter Chriſtianos quoque inveniuntur, „ qui jura non a natura ſtatuta eſſe, ſed ex „ conſenſu hominum originem duxiſſe, tradunt. Hobbesius natura jus omnium „ eſſe, ait, in omnia; nihil igitur natura inter homines injuſtum eſſe, ſed utrumque „ jure facere, & qui lædit, & qui lædentem repellit; adeoque bellum perpetuum „ eſſe inter homines: quos demum ob mutuum metum in civitatem coiviſſe, ejusque „ legibus ſe ſubjeciſſe, autumat. Quod Syſtema late expoſui *in Diſſert. proœm. VIII.* „ *c.* 1.

„ Atque in eundem cenſum referri merentur, qui cum Euphemio, aliisque, „ contendunt, inter privatos ſaltem jus obtinere, (Civile ſcilicet): inter Principes „ autem nihil injuſtum eſſe. *Vid. Grot. prol.* „ §. *b.* & §. 21. Atque huc quoque pertinet allocutio Anaxarchi ad Alexandrum: an ignoras, jus, & fas Jovi aſſidere, ut quicquid rex agat, id fas, juſtumque putetur? *Plut. ad princ. ind. pag.* 781. „ (Operum Tom. II. Ed. Wech.)

„ *Alii* non quidem abſolute negant, dari „ jus naturæ; ſed de ejus exiſtentia in utramque partem diſputant: uti Adimantus „ apud *Platonem de Republ. dial.* 1, & 2: „ Carneades, & alii. *Vid. infr.* §. 5.

„ At opinio paucorum philoſophorum, plerumque atheorum, exiſtentiam juris naturalis labefactare nequit, inprimis cum omnes „ Gentes agnoſcant, *I.* dari jus aliquod naturæ, *II.* Jus illud non niſi ex ratione humana „ probari. *III.* Deum ejus juris eſſe auctorem „ *IV.* Illud conſiſtere in neceſſitate agendi, „ vei non agendi. *V.* Neceſſitatem illam „ conſiſtere *in jure ſuo citique tribuendo. VI.* „ Violantes illud jus pœnas debere Deo. „ Quæ ſingula jam plenius demonſtrabimus.

„ I. Ne-

„ I. Negari nequit, plerosque Græcorum „ philoſophos ſtatuiſſe, *natura dari aliquid „ juſtum, aliquid injuſtum*; idque diſſerte „ aſſerit ARISTOTELES *Moral. l.* 1. „ *c.* 13. & in *Reth. l.* 1. *c.* 4. Idem *c.* 13. „ *p. m.* 54. Omnes convenire, ait, aliquod „ naturaliter eſſe commune juſtum, & injuſtum: etſi nulla ſit inter hæc communio, „ vel conſenſio. *Auctor Paraphraſeos Moral. „ ad Nicom. L. V. c.* 10. *p.* 223. ait: *Licet „ apud homines concedamus mutari omnia, „ apud Deos tamen aliquod neceſſe eſt jus eſſe „ immutabile. Ex quo ipſo ſequeretur, natu„ rale aliquod jus eſſe: nunc vero etiam inter „ homines, qui recte, & ut oportet, ſa„ piunt, immobile aliquod jus eſt, quod na„ turale dicitur.*

„ ZENO naturalem legem divinam eſſe „ cenſet, eamque vim obtinere recta impe„ rantem, prohibentemque contraria. Apud „ *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *p. m.* 189. CHRY„ SIPPUS legem naturæ deſcribens, ait, „ *Legem eſſe omnium rerum divinarum, atque „ humanarum reginam: oportere autem eam eſ„ ſe præſidem bonis, & malis; & principem, „ & ducem eſſe; & ſecundum hoc regulam „ eſſe juſtorum, & injuſtorum; & eorum, „ quæ natura civilia ſunt, animantium, „ præceptricem quidem faciendorum, prohi„ bitricem autem non faciendorum. L.* 2. *ff. „ Legib.*

„ Idem CHRYSIPPUS alibi docet, *quo„ niam ea natura eſſet hominis, ut cum ge„ nere humano quaſi Civile jus intercederet; „ qui id conſervaret, eum juſtum, qui vi „ ageret, eum injuſtum fore.* Cic. *de fin. l.* 3. „ *p. m.* 118. Et apud Laertium *in Zenone:* „ (Lib. VII. 88.) *naturam* inquit, *ſequi „ oportere, nihil eorum faciendo, quæ vetat, „ atque abdicat communis illa lex, i. e. recta „ ratio per omnia permanens, quæ ipſa eſt in „ Jove hoc, principe, & rectore omnium, „ quæ ſunt.* STOICI in genere aiunt, „ *alienum eſſe a juſtitia, ad quam nati eſſe „ videamur, detrahere quid de aliquo quod ſi„ bi aſſumat &c. Jus enim, quod ita dici, „ appellarique poſſit, id eſſe naturam. Cic. „ de fin. l.* 3. *p.* 119. ANTIGONUS ei, „ qui omnia regibus licere aſſerebat, reſpon„ dit, *regibus barbaris id proprium eſſe; ſibi „ autem nihil juſtum eſſe, niſi quod ſua natu„ ra tale eſt. Plut. in apopht. p.* 182. „ SOPHOCLES Antigonem, quæ ſpreta „ lege Creontis regis fratrem ſepeliverat, ita „ regi id indignanti reſpondentem inducit:

Neque valere tantum putavi tua,
Edicta, ut non ſcriptas, & immotas Deorum
Leges is, qui mortalis eſt, poſſet transgredi.
Non enim nunc, & heri, ſed ſemper
Valent; & nullus ſcit unde editæ ſint &c.

„ PERSEUS licentiam recipiendi exules „ deducit ex jure hominum communi. *Ap„ pianus in excerpt. legat. n.* 25. Idem fecit „ ARISTIDES apud *Grot. l.* 3. *c.* 20. „ §. 41. *n.* 1.

„ CICERO nos ad juſtitiam natos: ne„ que opinione, ſed natura jus conſtitutum „ eſſe, ait *L.* 1. *Legib. p. m.* 428; & alibi, „ legem bonam a mala, nulla alia, niſi na„ turali norma dividi poſſe, tradit *dict. loc.* „ *p.* 431. Idem *p.* 429. jus in natura poſi„ tum eſſe, ſtatuit. *In oratione* 38 *pro Mi„ lone p. m.* 772. Legem naturæ deſcribit: „ *quam non didicimus, legimus, accepimus; „ verum a natura ipſa arripuimus: ad quam „ non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed „ imbuti ſumus. Et in libro* 5. *de Legibus „ c.* 5. ait: *ſi patefiat cujus muneris colendi „ cauſa nati, & in lucem editi ſumus, quæ „ ſit conjunctio hominum, quæ naturalis ſo„ cietas inter ipſos, his explicatis fontes legum, „ & juris inveniri.* Porro in *lib.* 3. *de off. „ c.* 17. *p. m.* 338. ait: *Hoc quanquam vi„ deo, propter depravationem conſuetudinis, „ neque more turpe haberi, neque aut lege ſan„ ciri, aut jure civili; naturæ tamen lege „ ſancitum eſt.* Denique *in fine dict. c.* 17. „ concludit: *ex quo intelligitur, quoniam „ juris natura fons ſit, hoc ſecundum natu„ ram eſſe, neminem id agere, ut ex alte„ rius prædetur inſcientia.*

„ SENECA ex ſocietate jus aliquod com„ mune humani generis, & mundi deducit. „ *ep.* 49. Cum quo conveniunt *Cicero, Ari„ ſtoteles, Aphrodiſienſis &c. Vid. Diſſert. „ procem. 1. c.* 1. §. 7. Idem *Seneca* ait: „ *natura nos cognatos edidit, &c. illa æquum; „ juſtumque compoſuit; ex illius conſtitutio„ ne miſerius eſt nocere, quam lædi. Sen. „ ep.* 95. Et alibi ad jus commune anima„ tium provocat. *De Clem. l.* 1. *c.* 18.

„ Jurisconſulti Romani jus Gentium, i. e. „ naturæ, definiunt, quod ratio naturalis „ inter omnes homines conſtituit, *Leg.* 9. „ *de Juſt. & jur.* Quod divina providentia „ inter homines conſtitutum eſt, §. 13. *Inſt. „ Jur. nat.* Quod cum humano genere origi„ nem cepit, *Leg.* 1. *pr. ff. Acqu. R. D.* „ Unde omnes populi partim ſuo proprio, „ partim communi omnium hominum jure

„ uti dicantur *pr. Inſt. de jur. nat. &c. l.* 9. „*ff. juſt. & jur.* Hinc paſſim juris naturæ in „ Romanorum legibus mentio fit. *l.* 14. §. 2. „*ff. Rit. nupt. &c.*

„ De Scythis ait JUSTINUS, *juſtitiam* „*gentis ingeniis coli, non legibus; prorſus,* „ *ut admirabile videatur, hoc illis naturam* „ *dare, quod Græci longa ſapientium doctri-* „*na, præceptisque philoſophorum, conſequi* „ *nequeunt. Lib.* 2. *c.* 2. Idem de primis Ro- „ manis tradit SALLUSTIUS: *Jus, bo-* „*numque apud eos non legibus magis, quam* „ *natura valuiſſe. Catil.* 9. Huc pertinet „ quod de antiquis Germanis refert TA- „CITUS *de Mor. Germ. c.* 19. *plus apud eos* „ *bonos mores valuiſſe, quam alibi bonæ leges.* „ De primis mortalibus OVIDIUS ita canit.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo,
Sponte ſua, ſine lege, fidem, rectumque colebat.

„ *I. Metam. v.* 89. Et TACITUS de iis- „dem ait: *Vetuſtiſſimi mortalium, nulla* „ *adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere,* „ *eoque ſine pœna, aut coercitionibus, age-* „ *bant; neque præmiis opus erat, cum honeſta* „*ſuopte ingenio peterentur; & ubi nihil con-* „*tra morem cuperent, nihil per metum veta-* „*bantur. Annal. l.* 3. *c.* 26.

„ Denique hic gentium conſenſus de exi- „ſtentia juris naturæ, magis apparebit ex ſe- „ quentibus, ubi probatum dabimus, eas „ tale jus ex ratione deduxiſſe, & Deum au- „ctorem illius juris feciſſe.

„ Inter Chriſtianos res extra omne dubium „ poſita eſt, PAULUS ad Rom. c. 2. v. 14. „ ait: *Cum gentes, quæ legem non habent,* „*naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt,* „ *ejusmodi legem non habentes ſibi ipſi ſunt lex,* „ *qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus* „*ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia* „*ipſorum, & inter ſe invicem cogitationum* „ *accuſantium, aut etiam defendentium.* „ Conf. *Gregor. Nazianzen. Or.* 2. *de Theolo-* „ *gia.* Hieronymus *ad Demetr. de virg.* ait: „*nec illud parvum argumentum eſt ad com-* „*probandum naturæ bonum, quod primi illi* „ *homines per tot annorum ſpatia absque ulla* „ *admonitione legis fuerunt, non quia Deo* „ *naturæ ſuæ aliquando cura non fuerit; ſed* „ *quia ſe talem ſcribat feciſſe naturam, ut eis* „*pro lege ad exercendam juſtitiam ſufficeret.* „ JUSTINUS in colloquio cum Tryphone „ oſtendit, bona quædam eſſe univerſali „ natura, & æterna, &c. quædam aliter ſe „ habere. Conf. Lactant. l. 5. c. 8.

„ Judæi quoque jus naturæ agnoverunt. „ RAB-ASAR aſſerit, ſtatim, ac Ada- „ mus creatus eſſet, in eum notitiam legis „ naturalis introiſſe, apud *Oſiand. in not.* „ *ad Grot. p.* 37. MOSES BAR-CEPHU „ de paradiſo *l.* 1. *c.* 28. ait: *cum eſſet Ada-* „*mus naturali lege informatus, quæ in con-* „*ſcientiæ judicio poſita eſt, bonum a malo di-* „*ſtinguente; cui alteram hanc particularem* „ *etiam Deus ipſe imperavit, ne ederet de ar-* „ *bore ſcientiæ?* PHILO, *principium li-* „*brorum Moſis*, inquit, *mirabile, quod* „ *mundi opificium habet; tanquam mundus* „ *legi, & lex mundo conſonet, ac conſentiat,* „ *& homo legi obnoxius mox civis mundi eva-* „*dat, ad naturæ voluntatem, arbitrium-* „*que actiones ſuas dirigens, per quam natu-* „*ram univerſus hic mundus gubernatur;* apud „ *Lipſ. Manud. c.* 16. Conf. *Joſeph. l.* 16. „*orig. jud. c.* 10. qui juſtitiam omnibus ho- „ minibus ex æquo competere, ac Judæis „ commune eſſe virtutis ſtudium, ait, ſine „ qua non poſſit humana vita conſiſtere: & „ Seldenus late id probavit in tractatu de jure „ Naturæ ex doctrina Hebræorum.

„ II. Diximus, Gentes ſtatuiſſe, *jus na-* „*turæ ex ſola ratione cognoſci poſſe.* CICERO „ ſupponit, Deum hominibus præ ceteris „ animantibus rationem dediſſe. *Cic. L* 1. „ *de Legib. p. m.* 426. 427, *&* 429. *Sen. ep.* „ 67. *p. m.* 294. *de benef. l.* 4. *c.* 18. i. e. „ facultatem ratiocinandi, ſeu ex præmiſſis, „ ac ſubſequentibus argumentandi, diſſeren- „ di, & concludendi. *Cic. d. pag.* 428. „ *Lib.* 1. *de offic. c.* 4, *& de finib. l.* 2. *p.* „ *m.* 86. Conf. *Inſtr. l.* 1. *c.* 1. §. 12. Per „ hanc rationem hominibus conſtare, ait, „ Deum exiſtere, eumque quædam juſſiſſe, „ quædam vetaſſe. Cicero rem ita explicat: „ *Homo præclara quadam conditione genera-* „*tus eſt a ſupremo Deo; ſolum eſt enim ex* „ *tot animantium generibus, atque naturis,* „*particeps rationis, & cogitationis, cum* „ *cetera ſint omnia expertia. . . . Itaque ex tot* „ *generibus nullum eſt animal, præter homi-* „*nem, quod habeat notitiam aliquam Dei. . .* „ *Ex quo efficitur illud, ut is agnoſcat Deum,* „ *qui, unde ortus ſit, quaſi recordetur, ac* „ *noſcat. l.* 1. *de Legib. p. m.* 427. (*pag.* 161. „*ſeq. Tom. III. Edit. optimæ Genevenſis* „ 1743 *ad uſum Delphini.* D.) Ex his præ- „ miſſis concludit, jus aliquod dari, *ibid.* „*pag. m.* 429. *Quibus ratio a natura data* „ *eſt, iisdem etiam recta ratio data eſt: ergo &* „ *lex, quæ eſt recta ratio in jubendo, & ve-* „ *tando:*

„ *tando: ſi lex, jus quoque. At omnibus ra-*
„ *tio. Jus igitur datum eſt omnibus.* Et paulo
„ ante: *inter quos autem ratio, inter eos quo-*
„ *que recta ratio communis eſt; quæ cum ſit*
„ *lex, lege quoque conſociati homines cum*
„ *diis putandi ſumus.* Atque hoc thema idem
„ Cicero in ſequentibus latius proſequitur.
„ Natura enim jus ortum eſſe, ita probat: 1.
„ Supponit nos quaſi muneribus Deorum (i.
„ e. *ratione*; nam in ea conſiſtere illud mu-
„ nus, antea dixit) inſtructos, & ornatos
„ eſſe. 2. Unam hominum inter ipſos eſſe
„ vivendi rationem. 3. Homines inter ſe na-
„ turali quadam indulgentia, & beneficio,
„ tum etiam ſocietate juris (quæ ſocietas ex
„ *communi ratione* oritur) contineri. Et
„ tandem 4. ita concludit: *quæ cum vera eſſe*
„ *conceſſerimus, qui jam licet nobis a natura*
„ *leges, & jura ſejungere? Cic. lib. 2. de*
„ *Leg. p. m.* 430. *pag.* 438, & 439. *Græv.*
„ *in not. ad Cic.* 1. *de offic. pag.* 58.

„ Sed & mox demonſtrabimus, Philoſo-
„ phos veteres per *rationem* intellexiſſe ipſum
„ Deum. Dictata igitur *rationis* ipſis nihil
„ aliud ſunt, quam leges naturæ, & Dei,
„ quæ hominibus ex ratione, quam Deus eis
„ communicavit, innoteſcit. Ex ſola igitur
„ ratione dignoſci jura naturæ poſſunt. Hinc
„ Apoſtolus exiſtentiam juris naturalis proba-
„ turus provocat ad gentium conſcientiam,
„ quæ eos, per juſtas rationis concluſiones,
„ vel excuſat, vel accuſat.

„ Errant igitur 1°. Seldenus, Bodinus,
„ aliique, qui rationem obſcuram nimis,
„ indeque ex revelatione ſupplendam eſſe,
„ exiſtimant. *Vid. Diſſert. Proœm. XI.* §. 15.
„ & §. 22. *n.* 4. *Diſſ. Proœm. XII.* §. 59.
„ 2°. Errant quoque qui ſtatuunt, homines
„ ideam innatam habere juris naturalis:
„ adeoque citra ratiocinationis vim ipſis in-
„ noteſcere quid juſtum, quid injuſtum ſit.
„ *Strimes in charitol. ſacra f.* 231. *f.* 235.
„ *ſeq. Roel. de ideis innatis. &c.* Nam con-
„ trarium probant, *Chauvin de relig. nat.*
„ *l.* 3 *c.* 2. *p.* 331, *uſque ad pag.* 335. *de*
„ *Vries Exercitation. III. Vid. Diſſert.*
„ *Proœm. XII.* §. 59. 3°. Errant qui jura
„ naturæ ignorari poſſe ab hominibus, adeo-
„ que nec pœnæ reos eſſe, exiſtimant. *dict.*
„ *Diſſ. Proœm. XII.* §. 59.

„ III. Omnes gentes in eo quoque con-
„ veniunt, *Jus, quod a natura eſt, non*
„ *niſi Deum auctorem habere poſſe.* Chry-
„ sippus *naturam*, inquit, *ſequi opor-*
„ *tere, nihil eorum faciendo, quæ vetat, at-*
„ *que abdicat communis illa lex, i. e. recta*
„ *ratio per omnia permanens, quæ ipſa eſt in*
„ *Jove hoc, principe, & rectore omnium,*
„ *quæ ſunt. Laert. in vit. Zenon. L. VII.* 88.

„ Idem Chryſippus ait, *non poſſe inveniri*
„ *principium aliud, aut originem juſtitiæ,*
„ *quam ab Jove, & communi natura; inde*
„ *enim initium duci debere, ubi de bonis,*
„ *malisve diſſerendum eſt.* Grot. *in not. ad*
„ *proleg.* §. 12. Epictetus, Stoicorum
„ finem, *ſecundum naturam vivere*, expli-
„ cans, id ait eſſe *mentem ſuam ſubmittere*
„ *gubernanti omnia menti, ſicut boni cives*
„ *legi civitatis. Epict. l.* 1. *c.* 12. Plutarchus
„ docet, *Jovi non aſſidere juſtitiam, & æ-*
„ *quitatem; ſed ipſum eſſe juſtitiam, & æ-*
„ *quitatem, antiquiſſimam, & perfectiſſi-*
„ *mam legum. Ad princ. indoct. Tom.* 2.
„ *p.* 781. Zeno *naturalem legem divinam*
„ *eſſe cenſet, eamque vim obtinere recta im-*
„ *perantem, prohibentemque contraria. Cicer.*
„ *de Nat. Deor. l.* 1. *c.* 14.

„ Atticus originem juris inveſtigaturus ſup-
„ ponit 1. *Deorum immortalium natura, ra-*
„ *tione, poteſtate, mente, numine, naturam*
„ *omnem divinam regi.* 2. Hominem *a ſupre-*
„ *mo Deo* præclara quadam conditione gene-
„ ratum eſſe, quia particeps eſt rationis, &
„ cogitationis. 3. Atque ex hac communio-
„ ne rationis, neceſſario inter homines, ait,
„ ſequi communionem Juris. *Cic. l.* 1. *de*
„ *Legib. p. m.* 426. *ſeq.*

„ Cicero *l.* 5. *de finib. c.* 5. ait, *illis de-*
„ *num juſtitiam offerri, qui cognitum ha-*
„ *bent quod ſit ſummi rectoris conſilium,*
„ *quæ voluntas.* Et in fragmentis de Repu-
„ blica ita deſcribit jus naturæ. *Nec erit alia*
„ *lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia*
„ *poſthac; ſed & omnes gentes, & omni*
„ *tempore, una lex, & ſempiterna, & im-*
„ *mortalis continebit, unusque erit quaſi com-*
„ *munis magiſter, & imperator. Deus ille*
„ *legis hujus inventor, diſceptator, lator,*
„ *cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac na-*
„ *turam hominis aſpernabitur.* Conf. *Lactant.*
„ *l.* 6. *c.* 8.

„ Stoici *Principem illam legem, & ulti-*
„ *mam, mentem eſſe*, dicebant, *omnia ra-*
„ *tione aut cogentis, aut vetantis Dei; ex*
„ *qua illa lex, quam Dii humano generi*
„ *dederunt, recte eſt laudata.* Cic. *l.* 2. *de*
„ *Legib. c.* 4. *Atque hanc legem non modo*
„ *ſeniorem eſſe, quam ætatem populorum, &*
„ *civitatum; ſed æqualem illius, Coelum, at-*
„ *que terras tuentis, & regentis Dei*, ibid.

„ *Eamque non tum demum esse coepisse, cum* „ *scripta est; sed tum, cum orta est: ortam* „ *autem simul esse cum mente divina.* Unde „ concludunt: *quamobrem lex vera, atque* „ *princeps, apta ad jubendum, & ad ve-* „ *tandum, ratio est recta summi Jovis.* ibid.

„ Cicero vim Lucretiæ illatam improbavit, „ etsi nulla lex de stupro Romæ lata esset; „ rationem addit: *erat enim ratio profecta* „ *a rerum natura, & ad recte faciendum* „ *impellens, & a delicto avocans, quæ orta* „ *simul est cum mente divina. Quam ob rem* „ *lex vera atque Princeps apta ad juben-* „ *dum, & ad vetandum, ratio est recta sum-* „ *mi Jovis. Cic. de Legib. L. 2. c. 4.*

„ Hesiodus justitiam Jovis filiam „ fingit, quæ a mortalibus se læsam apud „ patrem, Jovem nimirum, queritur. Ἔργων „ *p. m. 18. in fin.* Et alibi diserte ait, Deum „ hominibus legem dedisse.

Justitiæ quidem animum adjice, violentiæ vero
obliviscere prorsus.
Namque hanc hominibus legem dispesuit Saturnus.

„ & mox,

Humano generi nam lex datur ab Jove summo.
Quippe feræ, pisces, avium genus altivolantum
Mutua se vertunt in pabula, juris egeni.
Justitia at nobis, quæ res est optima, cessit.

„ *Vid. Grot. l. 1. c. 1. §. 11. n. 1.*

„ Sophocles *in Oedip. Tyrann. n. 875. p.* „ *m. 276.* jus naturæ describit:

Leges, quæ coelitus
Datæ sunt, quarum
Solus Deus pater est, neque eas
Mortalis hominum natura peperit.

„ Xenophon *l. 4. memorab. n. 808.* „ de legibus non scriptis, quæ ubivis loco- „ rum, eodem modo, observantur, ita quæ- „ rit, *Hasne dicere potes ab hominibus esse* „ *conditas? Qui possim, inquit, cum homines* „ *universi convenire non possint, nec eodem* „ *sermone utantur. Quosnam igitur, ait, has* „ *leges hominibus condidisse arbitraris? Equi-* „ *dem, ait, his a diis ferri existimo.* Imo jus a „ Jove, ejus auctore, dictum esse, philoso- „ phi existimant. *Grot. proleg. §. 12.* Hoc est „ quod Anaxarchus, licet nimium „ indistincte, indigitare voluit, dum ait, „ *non ideo quid Deum velle, quia justum est,* „ *sed justum esse, i. e. jure debitum, quia* „ *Deus vult. Vid. Grot. L. 1. c. 1. §. 15.*

„ Ipsa vox juris *natura* innuit, juris ejus „ auctorem esse Deum. Philosophi enim per „ naturam non intelligunt naturam natura- „ tam; sed naturæ potentiam, naturam na- „ turantem, i. e. Deum. *Vid. Sen. l. 2.* „ *Nat. quæst. c. 45. l. 4. de benef. c. 7. & 8.* „ *Plin. l. 1. c. 7. Selden. de jure nat. l. 1. c.* „ *8. Pufend. de jur. nat. l. 1. c. 3. Chrysost.* „ *in not. apud Grot. ad proleg. §. 12.*

„ Denique illi, qui jus naturæ ex *ratio-* „ *ne* naturali deducunt, eo ipso asserunt, „ Deum ejus juris esse auctorem. Sane, JCti „ Romani jus naturæ, seu Gentium, defi- „ niunt, *quod ratio naturalis inter omnes* „ *homines constituit. l. 9. ff. just. & jur.* Et „ Cicero legem naturæ passim vocat *rectam* „ *rationem in jubendo, ac vetando. L. 1. de* „ *leg.* At per rationem nihil aliud intelligunt, „ quam auctorem rationis Deum.

„ Vulgo enim notum est veteres per *ra-* „ *tionem* ipsum Deum intellixisse. Rationem „ enim crediderunt particulam auræ divinæ, „ partem spiritus divini, *Sen. ep. 66.* decer- „ ptam ex mente divina, *Cic. l. 5. Tusc.* „ *qu. p. m. 254.* ipsumque Deum in huma- „ no corpore hospitantem, *Sen. ep. 31. &* „ *ep. 41.* Hinc Justinianus illud jus, „ quod Ulpianus ex *ratione naturali* dedu- „ cit, describit, *quod divina providentia con-* „ *stitutum est, §. 13. Inst. de Jur. nat gent.* „ *&c.* Et Zeno communem naturæ legem „ describit, *rectam rationem per omnia per-* „ *manentem, quæ ipsa est in Jove. Laert. in* „ *Zenone.* Unde Hierocles in aureo carmi- „ ne Pythagoræ idem esse, ait, *ra-* „ *tioni parere, ac Deo. Natura enim, quæ* „ *rationis est particeps, cum splendorem suum,* „ *suamque lucem sortita est, ea ipsa ample-* „ *ctitur, quæ divina lex statuit, nec discre-* „ *pat a Dei sententia animus, qui secundum* „ *Deum se habet.* Et Philo *rectam ratio-* „ *nem*, ait, *esse legem mentiri nesciam, ut-* „ *pote quæ ab immortali natura insculpta* „ *sit immortali intellectui.* In libro, *omnem* „ *virum bonum esse.* Sed & Trismegis- „ tus Deum, & mentem pro synonimis „ habet: eaque Platonis, aliorumque „ opinio fuit. *Vid. Græv. in not. ad Cicer. l.* „ *1. de offic. c. 10. p. m. 314. Add. Senec.* „ *ep. 32.*

„ Certissimum igitur est, Gentes solum „ Deum, seu rationem, ac mentem, au- „ ctorem juris naturalis constituisse.

„ Ex his apparet, impiam esse sententiam eorum,

„ eorum, qui afferunt, non peccare eos, „ qui Deum ignorant. Sfondratus ait, *Deum „ ignorare, id quoque magna beneficii, & „ gratiæ pars fuit; cum enim peccatum ſit „ eſſentialiter offenſio, & injuria Dei, ſub„ lata Dei cognitione neceſſario ſequitur, „ nec injuriam, nec peccatum, nec pœnam „ æternam eſſe. Nod. prædeſt. diſſol. p.* 1. §. „ 2. §. 152. Quam hæreſin etiam defendunt, „ Pulton, Blondel, Eberſon, Arriaga & „ alii. *Vid. Paral. de la philoſ. payenne fol.* „ 4. 5. 9. 25. 26. An quæſo, poſita ratione, „ & poſito Deo auctore rationis, ignorare „ licet, Deum Creatorem hominum exiſte„ re? an ignorare licet, hominem cultum „ debere Creatori ſuo? an ignorare licet „ Creaturæ, fas non eſſe turbare jura cui„ que hominum a Creatore conceſſa? Re„ ctius Grotius principia juris naturalis per „ ſe patere, atque evidentia eſſe, ait, fer„ me ad modum eorum, quæ ſenſibus ex„ ternis percipimus: idque probat exemplo „ chori (ex fœminis, iisque barbaris con„ ſtantis) apud Euripidem, qui probat di„ cta Polynices: nimirum, *regulas æqui, & „ boni, rudibus pariter, & doctis patere. „ Grot. prol.* §. 39.

„ Gentes quoque IV. in eo conveniunt, *jus „ naturæ imponere humano generi neceſſita„ tem agendi, vel non agendi.* Nam ex de„ finitione obligationis id ſequitur, quæ eſt „ vinculum juris, quo quis neceſſitate ad„ ſtringitur. &c. *Leg.* 3. *de oblig. & act.* „ Sane, ſi obligationem, ſi neceſſitatem de„ mis juri naturæ, ipſam juſtitiam funditus „ tolles: CHRYSIPPUS *naturam*, ait, *ſequi „ oportere, nihil eorum faciendo, quæ vetat, „ atque abdicat communis illa lex: Laert. „ in vit. Zenon.* CICERO ſtuprum Tarquinii „ illicitum fuiſſe, etſi nulla lex Romæ de „ ſtupris lata fuerit, ita probat. *Erat enim „ ratio profecta à rerum natura, & ad re„ cte faciendum impellens, & a delicto avo„ cans, quæ non tum demum incipit lex eſ„ ſe, cum ſcripta eſt, ſed tunc, cum orta „ eſt: orta autem ſimul eſt cum mente di„ vina. Quamobrem lex vera, atque princeps, „ apta ad jubendum, & ad vetandum, ra„ tio eſt recta ſummi Jovis. Lib.* 2. *de Le„ gib. c.* 4.

„ Cicero, juris principia inveſtigaturus, a „ lege juris exordium deducit, eamque de„ finit, rationem ſummam inſitam in natu„ ra, *quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, pro„ hibetque contraria* &c. Et mox: *itaque ar„ bitrantur prudentiam eſſe legem, cujus ea „ vis ſit, ut recte facere jubeat; vetet delin„ quere. Cic. Legib. L.* 1. *p. m.* 426. Addit, „ quibus ratio natura data eſt, iisdem etiam „ recta ratio data eſt: ergo & lex, *quæ eſt „ recta ratio in jubendo, & vetando. ibid.* „ *pag.* 429. Et alibi: eſt enim unum jus, „ quo devincta eſt hominum ſocietas, & „ quod lex conſtituit una: quæ lex eſt *re„ cta ratio imperandi, atque prohibendi. ibid.* „ *p. m.* 431. Idem ait, Legem naturæ eſſe „ æternum quiddam, quod univerſum mun„ dum regeret, *imperandi, prohibendique ſa„ pientiam*, Principem legem, & ultimam „ mentem eſſe, omnia *ratione aut cogentis, „ aut vetantis Dei.* Addit: eſt enim ratio, „ mensque ſapientis *ad jubendum, & de„ terrendum* idonea. Cic. Leg. l. 2. p. m. 438.

„ ZENO *naturalem legem divinam eſſe „ cenſet, eamque vim obtinere recta imperan„ tem, prohibentemque contraria.* Cic. l. 1. „ Leg. c. 14.

„ Cicero jus naturæ deſcribit, *Legem eo„ rum, quæ natura civilia ſunt, anima„ tium; præceptricem quidem faciendorum, „ prohibitricem autem non faciendorum.* Cic. „ *L.* 2. *Leg.* Et alibi, *rectam rationem ſummi „ Jovis aliquid vel vetantis, vel jubentis.* „ Lib. 2. de Leg. c. 22. & 23. Alibi ait, „ *Eſt vero lex recta ratio naturæ cognoſcens, „ quæ vocet ad officium jubendo, vel vetan„ do. L.* 3. *de rep. apud Lactant.*

„ Porrò & V. verum eſt, omnes quoque „ Gentes, quæ jus naturæ admittunt, do„ cuiſſe, illud *in jure ſuo cuique tribuendo* „ conſiſtere. Ipſa definitio juſtitiæ id indigi„ tat, & late id auctoritatibus probavimus „ in *Diſſert. proœm. XII.* §. 53. CICERO „ l. 3. de off. inquit: *Legibus populorum „ conſtitutum eſt, ut non liceret ſui com„ modi cauſa nocere alteri.... Hoc magis exigit „ ipſa naturæ ratio, quæ eſt lex divina, & „ humana; cui legi qui parere velit, nun„ quam committet ut alienum appetat, & „ id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat.* „ PYTHAGORAS ait, *juſtitiam in ab„ ſtinendis alienis, & neminem lædendo, & „ utilitatem ſuam ex aliorum damnis non „ captando, magnam partem conſiſtere.*

„ Denique VI. omnes moratiores gentes „ ſtatuunt, *Deum transgreſſoribus jurium „ naturalium pœnas tum temporales, tum „ æternas minari.* Legem naturæ violantes „ impii in Deum dicuntur, *Cic. l.* 3. *de be„ nef. c.* 6. adeoque ideo pœnam pati debe„ re,

„re: *Dominos enim esse omnium, & modera-*
„*tores Deos*, (ait idem Cicero, *L. 2. de*
„*Legib. p. m.* 439.) *eaque, quæ geruntur,*
„*eorum geri judicio, ac numine; eosdem-*
„*que optimè de genere hominum mereri, &*
„*qualis quisque sit, quid agat, quid in se*
„*admittat, qua mente, qua pietate colat,*
„*intueri: piorumque, & impiorum habere*
„*rationem.* Atque ex hac ratione à Diis
„judices inferorum constituti finguntur,
„quorum arbitrio hominibus post fata pœ-
„næ infligerentur, aut præmia continge-
„rent. *Vid. Schævii Mytholog. voce Æacus.*

„Antigone, quæ spreta lege Creontis fra-
„trem sepeliverat, ad leges naturæ provo-
„cavit, addens:

Has ego non debui metu cujusquam violare, & apud
Deos pœnas dare. Sophocl. in Antig. v. 453.

HOMERUS tradit, Jovem sævire ira-
„tum iis, qui justitiam expellunt, Deorum
„reverentiam non curantes. *Iliad. XVI. p.*
„*m.* 581. *Et in Odyss. XIII. v.* 213.

Jupiter ipsos ulciscatur deprecabilis, qui & alios
homines inspicit, & plectit quicunque peccant.

„EURIPIDES ait, *quisquis mortalium*
„*improbus est, illum dii puniunt. v.* 440.
„Justitiam semper comitari Deum ad pu-
„niendum eum, qui à lege divina discedit,
„auctor est PLATO *de Leg. l.* 4. *p. m.*
„716. Idque ex *Æschilo*, *Theocrito*, *Calli-*
„*macho*, *Menandro*, *Plauto*, *aliisque* pro-
„bat *Auctor libri* de la philosophie payen-
„ne, *part.* 1. *c.* 11. *art.* 2.

„CICERO ait, *scelerum in homine, at-*
„*que impietatum, nulla expiatio est; itaque*
„*pœnas luunt &c. Libr.* 1. *de Legib. p. m.*
„430. Et mox: *quod si homines ab injuria*
„*pœna* (Civili), *non natura arcere debe-*
„*rent, quænam sollicitudo vexaret impios*
„*sublato suppliciorum metu? Quod si pœna,*
„*si metus supplicii, non ipsa turpitudo de-*
„*terreret ab injuriosa, facinorosaque vita,*
„*nemo est injustus &c. Nam quid faciet*
„*is homo in tenebris, qui nihil timet nisi*
„*testem, vel judicem.* Et alibi, *utiles esse has*
„*opiniones*, ait, *cum intelligit, quam multos*
„*divini supplicii metus a scelere revocaverit.*
„*Libr.* 2. *de Legib. p. m.* 440.

„Porro in Libr. 3. de republica ait: *Ille*
„(Deus) *legis hujus inventor, & lator,*
„*cui qui non parebit, ipse se fugiet, & na-*
„*turam hominis aspernabitur, & hoc ipso*
„*maximas luet pœnas, etiamsi cetera sup-*
„*plicia, quæ putantur, effugiat.*

„HESIODUS justitiam Jovis filiam fin-
„git, quæ apud patrem se læsam queritur,
„atque ideo patrem varias calamitates, va-
„riaque pœnarum genera in humanum ge-
„nus decernere, tradit. Ἔργων *p. m.* 18.
„Deum peccata hominum ulcisci, docet
„CHRYSIPPUS in *lib.* 1. *de just. apud*
„*Grav. in not. ad Cic. l.* 1. *de offic. c.* 7. *p.*
„*m.* 27. Neminem sine damno malum esse,
„EPICTETUS ait.

„Hinc HOBBESIUS, aliique, qui pœ-
„nas æternas in violatores juris naturæ non
„obtinere tradunt, omne justitiæ naturalis
„fundamentum evertunt: quod naturæ ra-
„tionibus probavi in *Dissert. proœm. XI.* §.
„10. *n.* 5. *seq.* & *Dissert. proœm. XII.* §.
„67. Conf. omnino *Cumberland de Legib.*
„*nat. cap.* 5. *per tot.* & §. 12. 35. *seq.*
„*Selden. De Jur. Nat. Hebræor. l.* 1. *c.* 4.
„*p.* 47. *p.* 49. & *p.* 79.

Quod & nostro seculo non desunt] „Quo
„pertinent Hobbesius, Spinosa, Machiavel-
„lus, aliique.

Et olim non defuerunt] „Uti ex Aristip-
„po, Theodoro Atheo, Anaxarcho, Demo-
„crito, Pyrrhone, Diogene, Epicuro, Eu-
„phemio, &c. probavimus.

Hanc juris partem] „Cujus juris? quod
„inter populos plures, & populorum recto-
„res intercedit. *Vid.* §. 1.

Quasi nihil ejus præter inane nomen exister-
ret] „Inter gentilium Philosophos disceptа-
„tum fuit, an virtus in re sit, an saltem
„in opinione: *Cic. de off. l.* 2. *c.* 2. Posterius
„Brutus moriens dicebat, *non in re, sed*
„*in verbo esse virtutem. Flor. L.* 4. *c.* 7. Her-
„cules quoque paria protulisse fertur. *Vide*
„*Bayle diction. voc. Brutus Conf. Dissert.*
„*proœm. XI.* §. 30.

In omnium fere ore est]„Auctor duplex
„hominum genus notat, quorum alterum
„*summæ potestati* nihil vetitum esse statuit;
„alterum vero contendit, *in bello* nullum
„jus obtinere. Prioribus respondet §. 21. 22.
„23, & 24; posterioribus §. 25. *seq.* At be-
„ne notandum est, loqui eos de eo, quod
„actu fit, non quod fieri debet. Deinde,
„jura dicuntur in utroque casu cessare, quia
„sine effectu sunt, & executio deficit; in
„*principe*, quia superiorem non habet; in
„*bello*, quia Judex inter populos non datur,
„sed solo Marte lis disceptatur.

Nihil

Nihil injuſtum, quod utile]" Quod Au-„ctor refutat *infr. §. 21. ſeq.*

In ſumma fortuna id æquius, quod validius]" Sunt hæc verba Tiridatis apud Ta-„citum 15. *An. 1. non ignavia magna im-„peria contineri, virorum, armorumque ſa-„ciendum certamen; in id, ſumma fortuna „æquius, quod validius.* Eventus enim belli „inſtar ſententiæ eſt: adeoque is, qui ar-„mis, & bello ſuperior eſt, juſtam habere „cauſam videtur; alius enim judex non „eſt. Conf. *Cic. l. 3. de Republ. Seneca 1. „7. Benef. C. 27. Iſocrates in Archidamo. „Demoſthenes apud Teſm. & Gron. h.*

Et rempublicam ſine injuria geri non poſſe] „Idem ait Democritus apud Stobæum *Serm. „152.* ibi: *hic præſens reipubl. ſtatus eſt, „ut fieri non poſſit, quin optimi quoque „Principes iniqui quid committant.* In ori-„ginem illius proverbii inquirit Ludovicus „Vives *ad Auguſt. de civ. Dei l. 19. c. 21. „Vetus eſt illud, ſine injuſtitia ne Jovem „quidem poſſe principem agere: cum reſpu-„blica ad ſe, ſuamque libertatem tuendam, „ſæpe cogeretur cum civibus agere inique, „tum ad augendam potentiam multa contra „jus, & bonum patraret, quæ proſpere dein-„de ſuccedebant, Romani homines antiquum „illud dictum interverterunt, dixeruntque „ſine injuria regi rempublicam non poſſe.* „Conf. *Teſm. & Gron. h.*

Ferme Martem habent arbitrum]" Ex eo, „quod bella Martem habeant arbitrum, „non ſequitur, juſtitiam a bellis excludi: „tantum id abeſt, ut potius Mars, qui „Deus eſt, ac bellis præſidet, juris vin-„dex conſtituatur.

Non vulgi tantum opinio bellum ab omni jure abeſſe]" Quia vulgum experientia do-„cet, omnia vi fieri.

Sed & viris doctis, ac prudentibus]" *Conf. „infr. l. 2. c. 22. §. 3.*

Oppoſita inter ſe jus, & arma]" Dictum „jam eſt, plerosque loqui de jure ſcripto, „adeoque de jure Civili; id enim in bel-„lo civili negligi ſolet. Atque hoc ſenſu „Ennius juri opponit ferrum. Conf. *Livium „l. 3. c. 44. Juſtinum l. 8. c. 1. Syllam „apud Appian. Mithrid. n. 210. Plutarchum „in Cæſare, Lucanum 1. v. 277. apud Teſm. „in not. h. lit. k. & l.*

Non ex jure manu conſertum]" Qui eſt „modus vindicandi juri Romano proprius; „eumque explicat Gellius his verbis: *Ma-„num conſerere eſt, de qua re diſceptatur „in re præſenti, ſive ager, ſive quid aliud „eſt, cum adverſarium ſimul manu pren-„deret, in ea re omnibus verbis vindicare,* „id eſt *vindicia: correptio manus in re at-„que in loco præſenti, apud Prætorem ex „duodecim tabulis fiebat; in quibus ita ſcri-„ptum eſt: SI. QUI. IN. JURE. MA-„NUM. CONSERUNT. Sed poſtquam „Prætores, propagatis Italiæ finibus, datis „jurisdictionibus, negotiis occupati, proficiſ-„ci vindiciarum dicendarum cauſa longin-„quius res gravabantur, inſtitutum eſt con-„tra XII. Tabb. tacito conſenſu, ut liti-„gantes non ex jure apud Prætorem manum „conſererent, ſed ex jure manu conſertum „vocarent; i. e. alter alterum ex jure ad „conſerendum manum in rem, de qua age-„retur, vocaret: atque profecti ſimul in „agrum de quo litigabatur, terræ aliquid „ex eo, uti unam glebam in jus ad urbem „in Prætorem deferrent: & in ea gleba, „tamquam in toto agro, vindicarent. Id-„circo Ennius, ſignificare volens, ait, non, „ut ad Prætorem ſolitum eſt, agi legitimis „actionibus, neque ex jure manu conſer-„tum, ſed bello, ferroque, & vera vi, at-„que ſolida; quod videtur dixiſſe, conſe-„rens vim illam civilem, & feſtucariam, „quæ verbo diceretur, non quæ manu fie-„ret, cum vi bellica, & cruenta.* Noct. Att. „l. 20. c. 9.

Jura negat ſibi nata]" Verba hæc ſunt „hominis ferocis, iracundi, & inexorabi-„lis, uti Achillem deſcribit Horatius *art. „poët. v. 122.*

Et alius]" Julius Cæſar cum Rubiconem „tranſiret, ita loquens inducitur a *Luca-„no 1. 225.*

Cæſar ut adverſam ſuperato gurgite ripam
Attigit, Heſperiæ vetitis & conſtitit arvis,
Hic, ait, hic pacem, temerataque jura relinquo;
Te, fortuna, ſequor: procul hinc jam fœdera
ſunto.
Credidimus fatis; utendum eſt judice bello.

„Ex his ipſis verbis apparet, Cæſarem „jura civitatis ſuæ, quæ Pompejum teme-„raſſe ait, *relinquere*: ac declarare, ſe non „amplius *jure* cum concive agere, ſed ar-„mis, & bello.

Ipſe ille oris tam verecundi Pompejus]" Se-„neca mores Pompeji ita deſcribit: *nihil „erat mollius ore Pompeji; numquam non „coram pluribus erubuit, utique in concio-„nibus.* epiſt. *XI.* Unde *os probum ejus* Pli-„nio. *l. 7. c. 12. & 37. 2.* Probus autem

" latinis auctoribus idem, qui verecundus. " *Gron. h.* Salluſtius eum dixit *oris probi*, " ſed addit: *animi autem inverecundi*; quod " poſterius indignatus eſt Lenæus libertus, " idque ſcripti quoque vindicavit. *Lipſ ad* " *Senec. d. ep. XI.*

Armatus, leges ut cogitem] " Hæc verba ", Pompeji ſine dubio de legibus civilibus ", intelligenda ſunt.

AD §. 4.

AUCTOR Chriſtianos ſcriptores quoque in ea opinione fuiſſe, ait, *in bellis jura non obtinere.*

Additio.

[., Auguſtinus ait: *quicquid vaſtationis*, „ *trucidationis*, *depræda tionis*, *concrematio-* „ *nis*, *afflictionis in illa clade commiſſum eſt*, „ *fecit hoc conſuetudo bellorum. De Civ. Dei.* „ *l.* 1. *c.* 3. At Scriptores allegati loquuntur „ de abuſu; nam *difficillimum eſt*, *eſſe in* „ *bello innocentem. Sen. ep.* 120. & *L.* 4. „ *benef. c.* 37. *Tac. Ann. I. c.* 48. *Teſm. h.* „ Sane, etiam in juſtiſſimo bello multa ini- „ qua a militibus committuntur. Præterea „ loquuntur de eo, quod virtutis eſt, quia „ etiam ab eis, quæ jure licita ſunt, abſti- „ nere, laudem meretur. *Vid. Grot. l.* 2. *c.* „ 24. *per tot.* inprimis §. *fin.* Conf *Gail. de* „ *pace publ. libr.* 1. *c.* 4. *n.* 33. *ſeq.*

Qui ita ſentiunt] " Scil. non dari jus natu- „ ræ inter populos, vel bellum ſaltem ab „ omni jure abeſſe.

Dubium non eſt, quin oppoſituri ſint] " Si „ enim tale jus naturæ non datur, cum ra- „ tione inſanire videtur is, qui tractationem „ juris vel nullius, vel incerti, ſuſcipere, il- „ ludque ratione certum facere vult.

AD §. 5.

AUCTOR, ut de rationibus eorum, qui exiſtentiam juris naturæ negant, conſtet, hic Advocatum eis dat Carneadem, inſignem Philoſophum, & vere Atheum, qui natura nullum jus eſſe, ſed illud ex utilitate ab hominibus inventum eſſe, docuit.

Fruſtra de jure ſuſcipiatur diſputatio, ubi jus nullum] „ Fruſtra enim de qualitatibus „ entis diſputatur, niſi probetur, ens ipſum „ exiſtere.

Graviſſimum errorem breviter refelli] „ I. „ e. examinare rationes eorum, qui exiſti- „ mant, jus inter populos plures non exi- „ ſtere.

Ne cum turba res nobis ſit] „ In qua „ omnes clamant, omnia ancipitia, & in- „ certa ſunt, imo contraria ſæpe. *Teſm.* „ & *Gron. h.*

Quod Academiæ ſuæ ſummum erat] Triplex enim fuit ſecta Philoſophorum, 1. Academica, 2. Peripatetica, & 3. Stoicorum. *Cicero l.* 1. *Leg. c* 13. Prior de quavis re in utramque partem diſputare, i. e. tam pro vero, quam pro falſo eloquentiæ vires intendere ſolebat. Carneades, qui huic ſectæ addictus fuit juſtitiam naturalem oppugnavit, & homines, aliasque animantes ad utilitates ſuas natura ducente ferri, dixit: adeoque ſummam ſtultitiam eſſe exiſtimavit, ſi utilitati ſuæ renunciarent aliorum utilitati conſulendo. Unde concludit homines demum pro varia utilitate jura ſibi fanxiſſe, eaque pro lubitu iterum mutare poſſe. Quæ ſententia *infra* §. 16. refutatur.

Additio.

„ Carneades nonaginta annorum ſenex, „ *Cic. Acad. qu.* 2. 6. homo omnium in di- „ cendo acerrimus, & copioſiſſimus, *id. l.* „ 1. *de orat. c.* 11. qui nullam umquam „ rem in his ſuis diſputationibus defendit, „ quam non probavit, nullam oppugnavit, „ quam non evertit, *idem l.* 2. *de Orat. c.* „ 38. Romam legatus miſſus eſt, (forte „ mulctæ deprecandæ cauſæ, *Teſm. h.* co- „ mitibus Diogene Stoico, & Critolao Peri- „ patetico, Athenis tum condemnatis,) *La-* „ *ctant l.* 5. *c.* 16; ac ibi copioſe *de juſtitia* „ diſputavit, audiente Galba, & Catone Cen- „ ſore, maximis tunc oratoribus. Sed idem „ diſputationem ſuam poſtridie contraria diſ- „ putatione ſubvertit, & juſtitiam, quam „ pridie laudaverat, ſuſtulit; non quidem „ Philoſophi gravitate, cujus firma, & ſta- „ bilis debet eſſe ſententia, ſed quaſi ora- „ torio exercitii genere in utramque partem „ diſſerendi: quæ ſunt verba Lactantii de „ juſtitia, *c.* 14 & *de div. inſt.* 5. 14. & 17. „ *Vid. Cic. de republ. l.* 3. Senatus hos Philo- „ ſophos urbe exire juſſit, ne juventus ſtu- „ dium bene dicendi præferret ſtudio bene „ vivendi. *Gell. Noct. Att. l.* 17. *inſ. Quin-* „ *ctil. l.* 12. *c.* 1. *Muret. Vol.* 2. *orat.* 5. „ *Plut. in Cat. Maj. C.* 44. *ſeq. Plin. hiſt.* „ 7. 30. *Macrob.* 1. *Sat.* 5. *Stanlej. de vet.* „ *Phil. hiſt. part. IV. in Plat. c.* 1.

Ut

Ut pro falso non minus, quam pro vero] „ Academici enim in utramque partem disputare solebant. *Cic. l. 1. de leg.*

Is ergo cum suscepisset justitiæ hujus &c. oppugnationem] „ Non Carneades saltem „ hanc viam iniit, sed & Adimantus, qui „ primum pro justitia verba fecit, præmia „ illi & humana, & divina tribuens: postea „ pro injustitia quædam adduxit in medium, „ ac argumenta Trasymachi, & Glauconis „ pro injustitia disputantium firmavit, apud „ *Platonem de Republ. Dial. I. in f. & dial.* „ *II.* quod vero exercitii tantum causa fa„ ctum, asseritur *d. dial. 2.*

Jura sibi homines utilitate sanxisse] „ Adeoque homines natura liberos, nullique „ juri subjectos, vel ex mutuo metu, vel „ ex mutua benevolentia, vel ex alia qua„ vis utilitate, in civitatem coivisse: adeo„ que pacto demum, ac conventione, jura „ quædam constituisse. *Vid. inf. §. 16. seq.*

Jus autem naturale] „ Quod non ab ho„ minibus, sed a ratione naturali inter ho„ mines constitutum est.

Omnes enim, & homines, & alias animantes] „ Auctor de neutris id concedi pos„ se, probat. De hominibus, in §. 6. & „ 7; de ceteris animantibus, §. 7. *pr.*

Summam esse stultitiam] „ Quod Auctor „ refutat *inf. §. 8. seq.*

Quoniam sibi noceat alienis commodis consulens] „ Sensus est, quod stultus videa„ tur is, qui libertatem, quæ homini con„ nata est, & motum illum naturæ, quo „ homo ad suas utilitates fertur, respuit in „ eum finem, ut civitatis commodis consu„ lat. Deterioris conditionis fore homines, „ putat, ac cetera animantia, quæ sine ju„ re in infinitum suæ voluptati indulgent.

AD §. 6.

AUCTOR hic respondet generali Carneadis assertioni: *jus naturale nullum dari, quia omnes animantes feruntur, ducente natura, ad suas utilitates.* Reponit Grotius, hominem ut eximium animans, non promiscue, sed cum ratione ad suas utilitates ferri, ita ut etiam aliorum, qui sui sunt generis, commodis prospiciat, quin & futuris. Etenim proprium, ait, hominibus esse *appetitum societatis*, seu affectum socialem, vi cujus feruntur ad commoda communitatis universæ, ejusque tranquillæ, & pro intellectus sui modo ordinatæ &c. At hac responsione non confutatur sententia Carneadis. Etsi enim 1. hic statuat, *animantia ferri ad suas utilitates*, vix est ut intuitu hominum ratione præditorum præsentem saltem utilitatem intelligat, exclusa utilitate futura, & publica, quæ sola constans est. *Vid. infr. §. 8.* Sed & 2. nihil ex hac responsione sequitur. Etsi enim verum sit, homines alienis commodis consulere ex vi quadam sociali, eodem res redit cum Carneadis sententia; quia id faciunt ob suam utilitatem, & homines sequuntur motus hos sociales, quia ipsis boni videntur.

Additio.

„ His adde, verum non esse, humano „ generi proprium esse *appetitum socialem:* „ aut *custodiam societatis humanæ* fontem „ esse juris naturalis; uti late demonstravi„ mus in *Dissert. proœm. 1.* Verior igitur „ responsio est, homines aliorum commo„ dis consulentes stultos non esse, quia „ commoda illa a Creatore singulis concessa „ sunt: ratio autem dictat, jura a Creatore „ cuique concessa, ei tribui debere, etiam „ sepositа propria utilitate. Illi igitur potius „ stultitiæ notam incurrunt, qui commoda „ aliis ex voluntate Creatoris quæsita aufe„ runt, vel turbant.

Quod hic dicit philosophus] „ Scil. Car„ neades, qui jus naturale nullum esse di„ xit. §. 5.

Sed eximium animans] „ Facile concedi„ mus, hominem longe distare a brutis: „ sed videbimus statim, id non esse ab *ap„ petitu* aliquo *sociali* toti generi communi, „ qualis neque in hominibus, neque in bru„ tis exstitit; sed ex rationis gradu, quia „ homo novit Creatorem, & voluntatem „ ejus per rationem cognitam habet, atque „ ideo inde obligatur: quæ ratio in brutis „ cessat.

Quam cæterorum genera] „ Nam inter „ animantia quoque unum genus præ alio „ eminet.

Cui rei testimonium perhibent multæ actiones humano generi propriæ] „ Atque huc „ quoque refert Sermonem, utpote peculia„ re Socialitatis instrumentum. *Vid. §. 7.* „ *Conf. Diss. proœm. 1. §. 37.*

Inter hæc autem, quæ homini sunt propria, est appetitus societatis] Dari aliquam Societatem humani generis, negari nequit: ea enim sequitur 1. ex motu universali om-

nibus animantibus indito, quia bruta quoque, quæ ejusdem generis sunt, societatem quandam constituunt; cujus rei exempla refert *Cicero l.* 5. *de fin. c.* 19. De ciconiis, formicis, &c. vide *Quinctil. l.* 5. *c.* 11. De apibus, vide *Ælianum de animalibus.* 2°. Ex indigentia, & necessitate: nemo enim sibi sufficit; pluribus indiget vita humana, quibus per affectum illum socialem Creator consultum voluit. *Proleg.* §. 16. Sane, omnes homines infantes nascuntur, & adeo indigent aliorum auxilio, ut illo deficiente omnibus pereundum esset. 3°. Ex rationis usu, cujus finis præcipuus hic est, ut homines mutuo, ac communi consilio res agant, & ut Creatorem communi judicio laudent. 4° Ex sermone, cujus extra Societatem nullus sit usus. *Proleg.* §. 7. *Add. Tesm. h. lit. o.* Nemo enim secum loquitur, sed cum aliis. 5°. Ex cognatione, quæ inter omnes homines intercedit; omnes enim ab uno communi stipite descendunt; totum humanum genus una quasi familia, & orbis communis domus est. Atque hoc est, quod *Florentinus* ait, inter homines, naturalem quandam esse cognationem. *Leg.* 3. *Just. & jur.* Idque sacra quoque pagina docet. *Proleg.* §. 14.

Additio.

„ Equidem non nova hæc est sententia, „ societatem aliquam universalem esse inter „ homines. Plerique Romanorum, & Græ„ corum Philosophi thesin hanc adoptarunt. „ *Vid. Cicer. L.* 1. *de offic. c.* 4. *c.* 7. *c.* „ 16. *c.* 43. *c.* 44. *& l.* 3. *c.* 17. *Idem de* „ *fin. l.* 3. *p. m.* 117. 118. 119. *& Lib.* „ 2. *de fin. p. m.* 86. *& L.* 4. *p. m.* 125. „ *Idem de Legibus pag. m.* 428. 429. 430. „ *Idem Acad. qu. l.* 1. *p. m.* 9. *Idem de* „ *amicitia. c.* 5. Alias auctoritates, præpri„ mis *Senecæ*, & *M. Antonini*, allegavimus „ in *Dissert. proœm.* 1. §. 7. §. 19. Adde „ *van der Meulen in comment. ad Grot. h.* „ *& Tesm. h.* Aristoteles *L.* 9. *Mor. c* 9. „ *p. m.* 154. ait: *Civile animal est homo, &* „ *ad convictum natura aptum.* Idem *pol. l.* „ 1. *c.* 2. *p. m.* 380. *animal sociale esse ho*„ *minem magis, quam omnes apes, & quam* „ *omne gregarium animal.* Et mox: *Natura* „ *igitur omnibus ad hujusmodi societatem est* „ *appetitus.* Idem *Pol. l.* 3. *c* 6. *Homo na*„ *tura est civile animal, ac sociale; ex quo* „ *fit, ut si etiam nihil indigeant mutuo auxi*„ *lio, nihilo minus affectent vitæ societatem.* „ Idem *problem. l.* 10. *c.* 45. *p. m.* 895. *Ho*„ *mo a natura sine aliquo beneficio servari* „ *nequit; imperfecte enim prodit.*

„ At in Dissertatione proœmiali I §. 24. „ seq. probavimus, 1. Naturam hominibus „ talem appetitum societatis, quo illi, qui „ ejusdem generis sunt, ad communitatem, „ & communitatis utilitates feruntur, non „ indidisse. Sane, gentes Americæ nullum „ affectum cum Islandiæ incolis in commu„ nitate vivendi sentiunt, neque ulla ratio „ utilitatis, aut necessitatis eas ad id movet. „ Natura familias existere, & per eas propa„ gari genus humanum voluit: atque in eum „ finem duplicem sexum procreavit, ac „ utrique appetitum indidit cohabitandi, & „ liberos procreandi. Hæc sola societas do„ mestica natura cognita est, eaque sola „ sufficit ad conservationem generis humani. „ Demonstravimus 2. inutilem, & sine effe„ ctu fore hanc communitatem generis hu„ mani: *tum* quia nullum inde jus, nec ulla „ obligatio inferri potest (quæ sola ratio fi„ ctæ illius societatis est): *tum* quia si jus „ inde inferri posset, pauciſſima saltem juris „ capita inde sequerentur: *tum* quia officia „ natura debita (adeoque existentia juris „ naturalis) demonstrari potest, etsi talis „ appetitus socialis in genere humano non „ extstet. Sed & 3. in *Dissertatione proœmia*„ *li I.* §. 19. *seq.* probavimus, fabulam de „ societate humana ex impiis Gentilium prin„ cipiis originem traxisse.

Communitatis non cujuscunque, sed tranquillæ] „ Ubi non præsens utilitas, sed „ futura, & perpetua, ac constans intelligi„ tur, etsi forte cum præsenti incommodo „ conjuncta sit.

Et pro sui intellectus modo ordinatæ] „ I. „ e. quæ convenit humano intellectui. *vid.* „ *infr.* § 8, seu naturæ rationali. *Vid. L.* 1. „ *c.* 1. § 10. *n.* 1.

Cum his, qui sui sunt generis] „ I. e. „ cum genere humano.

Quod ergo dicitur] „ Scil. a Carneade. „ *Vid. supr.* §. 5.

Ita universe sumtum concedi non debet] „ Sed & si concederetur, id tamen non im„ pediret quo minus homines inter se ad „ certa officia obligarentur. Nam Creator, „ qui hominibus, animantibus ratione præ„ ditis, motum indidit suis consulendi com„ modis, motum illum certis finibus inclu„ sit, extra quos suis utilitatibus consulere „ non possunt; atque his casibus renuncia„ re homo suis utilitatibus tenetur, quia „ ipse Deus prohibuit.

Ad §. 7.

Pergit hic Auctor in refutando argumento Carneadis, *quod omnes, & homines, & aliæ animantes, ad utilitates ſuas natura ducente ferantur:* & ait, id neque in animantibus, nedum in hominibus verum eſſe. Non in *animantibus*, utpote quas in utilitatem aliorum moveri, probat exemplo fœtus, quem animalia maximo ſuo incommodo producunt, alunt, conſervant, ac defendunt: etiam cum vitæ ſuæ periculo. Non in *hominibus*; quia homines non, uti bruta, ex principio aliquo extrinſeco alienis commodis conſulere, ait, ſed ex appetitu aliquo ſocietatis rationali: quia nimirum intelligunt, ſuam tranquillitatem in tranquillitate ſocietatis conſiſtere. *Vid. infr.* §. 18.

Additio.

„ Grotius non tantum pergit in refutando „ Carneade, *qui omnes animantes ad ſuas „ſolas utilitates ferri*, dixit: ſed & fontem „ juris naturalis aperit, dum ſupponit 1°. „ hominem diſtare a cœteris animantibus in „ eo quoque, quod ei proprius ſit appetitus „ ſocietatis, i. e. communitatis tranquillæ, „ & pro ſui intellectus modo ordinatæ. *Prol.* „ §. 6. 2°. Quod cum ſocietatis appetitu „ excellente ei inſit facultas ſciendi, agen„ dique ſecundum generalia præcepta. *Prol.* „ §. 7. Hinc 3°. concludit ea, quæ facul„ tati huic conveniunt, eſſe humanæ natu„ ræ congruentia, *ibid. in fin.* adeoque cu„ ſtodiam ſocietatis humanæ eſſe fontem ju„ ris naturalis propriæ ſic dicti. *Vid.* §. 8. *ſeq.*

Nam & cæterarum animantium] „ Præter „ homines; quos itidem ad aliorum, i. e. „ ad communitatis humanæ utilitates ferri, „ dixit §. *præc.*

Partim fœtuum ſuorum] „ Philo *ad decal.* „ *præc. V.* ait: *Ciconiarum ſenes in nidis ma„ nent, volare invalidæ; harum ſoboles per „ omnes prope ſic dixerim, terras, maria„ que volitant, victum undique parentibus „ quærentes.*

Partim aliorum ſibi congenerum] „ Apes „ enim & formicæ in commune laborant. „ *Quinctil. V.* 11 *Cic. l.* 5. *de finib. c.* 19. „ Sed & exſtant animantia, quæ iis, qui ſui „ generis ſunt, aſſiſtunt, ſi vis illis infer„ tur: exemplo ſuum, corvorum, ſimia„ rum. Philo *d. l.* ait: *Canes domorum defen„ ſores ſunt, quin & pro heris moriuntur, „ſi quod ſubito periculum eis contigerit: di„ cuntur & canum illi, qui greges comitan„ tur, præcedere pecora, depugnantes ad „ mortem uſque, ut paſtores illæſos præ„ ſtent &c.*

Procedere, credimus, ex principio aliquo intelligente extrinſeco] „ Quod principium „ intelligens Auctor alibi vocat umbram ratio„ nis. *L.* 1. *c.* 1. §. 11. *n.* 2. Oſiander ne„ gat, id procedere ex principio intelligen„ te, ſed ex facultate æſtimativa, vel ex in„ ſtinctu, *ad Grot. Prol. obſ.* 2. At verius „ eſt, homines a brutis, quoad actiones „ Phyſicas, rationis gradu ſaltem differre. „ Sane, bruta quoque per concluſiones „ agunt, ac intelligunt, non tantum ea, „ quæ in præſens, ſed & quæ in futurum „ utilia ſunt: optime *Lactantius de ira Dei* „ *c.* 7. *Quid tam proprium homini, quam „ ratio, & providentia futuri? Atqui ſunt „ animalia, quæ latibulis ſuis diverſos, & „ plures exitus pandant, ut ſi quod periculum „ inciderit, fuga pateat obſeſſis; quod non „ facerent, niſi ineſſet illis intelligentia & „ cogitatio.* Et Seneca *ep.* 121. *Eſſe autem „ illis intellectum, ex eo apparet, quod nihil „ amplius, ſi intellexerint, faciant; quid eſt, „ quare Pavonem, quare anſerem Gallina non „ refugiat, cum tanto minorem, & ne no„ tum quidem ſibi accipitrem fugiat! quare „ pulli felem timent, canem non timent? Ap„ paret, illis ineſſe ſcientiam nociturі, non „ experimento collectam; nam antequam poſ„ ſint experiri, cavent. Exemplum eſto Ara„ neæ textura; quanto judicio fila diſponit? „ alia in rectum immiſſa firmamenti loco, „ alia in orbem currentia ex denſo rara: in „ quem finem? ut minora animalia in quo„ rum perniciem illa tenduntur, velut retibus „ implicata teneat.*

„ Neque metuendum eſt, *rationi humanæ*, vel *religioni* inde aliquid decedere. „ Nam notavimus alibi, præcipuum rationis „ humanæ in eo conſiſtere, quod ea ſola ad „ cognitionem Creatoris ducat, ac ſolis ho„ minibus voluntatem Creatoris indicet; qui „ proinde ſoli vi illius rationis ſciunt, ſe vel „ bene, vel male agere, eoque vel pœnam „ vel præmium mereri. Hic rationis uſus „ totus ceſſat in brutis: illa cognitum Crea„ torem, aut ejus voluntatem non habent, „ adeoque nec bene, nec male facere, & „ ſic nec pœnas, nec præmia mereri poſſunt.

„ En veram, & ſolidam inter Bruta, & ho-
„ mines differentiam. Quam Cicero quoque
„ agnovit: *Ex tot enim generibus nullum eſſe*
„ *animal*, ait, *præter hominem, quod ha-*
„ *beat aliquam notitiam Dei; unde eſt ut is*
„ *agnoſcat Deum, qui unde ortus ſit quaſi re-*
„ *cordetur, ac noſcat. L. 1. de Leg. p.*
„ *m.* 427.

„ Apparet ergo, principium hoc intelli-
„ gens, quo animantia ad ſuas utilitates
„ feruntur, in brutis non magis extrinſe-
„ cum eſſe, quam in hominibus: utrobi-
„ que eſt intrinſecum quoad actiones has
„ phyſicas: utrique agunt juxta certas con-
„ cluſiones, quæ intelligentiam, & cogi-
„ tationem ſupponunt. Quinctil. 2. *Inſt.* 16.
„ ita rem explicat: *Moliri cubilia, & ni-*
„ *dos texere, & educare fœtus, & exclude-*
„ *re, quin etiam reponere, non nullius for-*
„ *taſſe rationis eſt; ſed quia carent ſermone,*
„ *quæ id faciunt, muta, & irrationabilia*
„ *vocantur.*

Quia circa actus alios] „ Præter ſtudium in
„ fœtum ſuum, & alios ſibi congeneres.

Iſtis neutiquam difficiliores] „ Adeoque
„ quos, ſi ex principio interno agerent, ea-
„ dem facilitate expedire poſſent.

Par intelligentia in illis non apparet] „ Se-
„ cus, ac in homine, qui circa ſimilia ſi-
„ militer agere novit, uti ſtatim id explicat.

Idemque] „ Quod ſcil. ex principio aliquo
„ extrinſeco, non vero ex principio aliquo
„ intelligente, ſeu interno, ad aliorum uti-
„ litatem ferantur.

In quibus ante omnem diſciplinam oſtendit ſe ad bene aliis faciendum propenſio] „ Imo
„ id ipſum oritur ex aliqua intelligentia, &
„ ex ratione, utut imperfecta; quia pro-
„ penſio illa tantum ſe exerit in eos, qui be-
„ ne infantibus faciunt: non ergo ex prin-
„ cipio aliquo externo.

Sicut & in ea ætate miſericordia ſponte prorumpit] „ Sed hæc miſericordia prorum-
„ pit ſaltem intuitu eorum, qui infantibus
„ voluptatem aliquam procurant: adeoque
„ hoc quoque ſequitur ex principio aliquo
„ intelligente. Hinc bene obſervat Oſiander,
„ in genere aſſertum Grotii verum non eſſe:
„ livoris, ac invidiæ ſemina in infantibus
„ quoque exiſtere, & in ipſis actibus illorum
„ deprehendi. *ad Proleg. Grot. Obſ.* 3.

Homini vero perfectæ ætatis &c.] „ Diffe-
„ rentiam hic ponit inter infantem, & ho-
„ minem, cui maturum eſt judicium; il-
„ lum enim agere, ait, ex principio aliquo
„ intelligente intrinſeco.

Cum circa ſimilia ſimiliter agere norit &c.]
„ Secus, ac in *brutis*, de quibus paulo an-
„ te dixit, *parem in illis intelligentiam circa*
„ *alios actus aliis neutiquam difficiliores, non*
„ *apparere*: ſecus quoque, ac in *infantibus*;
„ hos enim non ex principio aliquo intrinſeco
„ utilitatum ſuarum ſtudium reſpectu aliorum
„ temperare putat, ſed ex principio aliquo
„ intelligente extrinſeco.

Cum ſocietatis appetitu excellente] „ Per ap-
„ petitum ſocietatis excellentem intelligit
„ appetitum communitatis, non qualiscun-
„ que, ſed tranquillæ, & pro ſui intellectus
„ modo ordinatæ. *Vid.* §. 6.

Cujus peculiare ſolus inter animantes inſtrumentum habet ſermonem] „ Alibi obſervavi-
„ mus, ſermonem non eſſe inſtrumentum
„ particulare ſocietatis, nedum ſocietatis uni-
„ verſalis, qualem non agnoſcimus. Sed
„ & uſum ſermonis extra omnem ſocietatem,
„ immo brutis quoque uſum ejus communem
„ eſſe, probavimus in *Diſſ. Proœm. I.* §. 23.
„ & §. 37.

Ineſſe etiam facultatem ſciendi, agendique ſecundum generalia præcepta] „ I. e. intelli-
„ gere, quid naturæ ſocietatis ratione uten-
„ tium congruat, *Prol.* §. 7. quid ei repu-
„ gnet, *l.* 1. *c.* 1. §. 3.

Par eſt intelligi] „ Senſus eſt: homini
„ perfectæ ætatis convenire, ut intelligat,
„ ſibi ineſſe facultatem talem ſciendi. &c.

Cui] „ Facultati, ſcilicet, ſciendi, agen-
„ dique juxta præcepta generalia.

Ea jam ſunt non omnium quidem animantium] „ Utpote quæ non circa ſimilia ſimili-
„ ter, (i. e. non vi facultatis ſciendi, agen-
„ dique juxta præcepta generalia, ſed ex
„ principio aliquo intelligente extrinſeco,)
„ agere norunt.

Sed humanæ naturæ congruentia] „ Ut
„ proinde theſis Carneadis, *omnes, & ho-*
„ *mines, & alias animantes, ad utilitates*
„ *ſuas natura ducente ferri*, fallat in homi-
„ nibus perfectæ ætatis, qui agunt juxta
„ principia generalia.

Ad §. 8.

Initio horum prolegomenorum dixi-
„ mus (*Vid.* §. 1.) Grotium *quatuor ſpecies*
„ *jurium univerſalium* ſtatuere. Cum vero
„ omnes hæ ſpecies, ante Grotium, quoad
„ denominationem, definitionem, imo quoad
„ plerosque effectus, incognitæ fuerint:

„ ipſe

„ ipſe autem obiter ſaltem generalia ſua „ principia exponat, & in ipſo tractatu de- „ mum exemplis ea illuſtret, ac exceptiones, „ & limitationes addat; operæ pretium eſſe „ duximus, principia Auctoris paulo plenius „ ſtatim initio exponere, & compendio repe- „ tere ea, quæ latius in *quatuor prioribus* „ *diſſertationibus proœmialibus* expoſuimus.

„ *Prima* igitur (nam de reliquis ſpeciebus „ infra §. 9. 12. & 17. agetur) & præcipua „ juris univerſalis ſpecies GROTIO eſt „ JUS SOCIALE. Supponit enim *I.* ho- „ minem præ aliis animantibus ferri ad com- „ munem ſocietatem, tranquillam, & ratio- „ nalem: adeoque exiſtere inter homines ap- „ petitum, ac affectum ſocialem. *Proleg.* §. 6. „ 7. 14, & 16. *L.* 1. *c.* 5. §. 2. *n.* 2. *l.* 2. „ *c.* 25. §. 6. *II.* Poſita tali ſocietate con- „ cludit, dari jus naturæ, quia ſine jure „ nulla ſocietas ſubſiſtere poſſit. *d. prol.* §. 8. „ Unde *III.* fontem juris naturulis eſſe, ait, „ *cuſtodiam humanæ ſocietatis*: adeoque na- „ tura *juſta* eſſe quæ conveniunt illi ſocietati; „ *injuſta* autem, quæ naturæ ſocietatis ratio- „ ne utentium repugnant. *Prol.* §. 7. *l.* 1. „ *c.* 1. §. 3. & *c.* 2. §. 1. *n.* 3. *L.* 1. *c.* 1. „ §. 10. *n.* 1. Atque hoc jus *IV.* ſpeciatim „ vocat JUS SOCIALE, *Prol.* §. 12, „ quia facultatem agendi in ſolo ſocietatis re- „ ſpectu indigitat. *L.* 3. *c.* 1. §. 2.

V. Exiſtere autem tale jus, ait, etſi detur, „ Deum non eſſe, *Proleg.* §. 11; quia ex „ appetitu ſocietatis fluit, adeoque ex prin- „ cipiis internis. *Proleg.* §. 18. *in fin.* & „ §. 12. *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 1. & 5. Inde- „ que moralem neceſſitatem, ac intrinſecam „ bonitatem huic juri ineſſe, ſtatuit: non „ quia Deus actus hos determinavit; ſed „ quia conveniunt, aut disconveniunt cum „ natura ſociali. *Lib.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 1. „ Cujus effectum eſſe, putat, ut jus hoc „ nec a Deo mutari poſſit. *d.* §. 10. *n* 1. & 5.

„ Grotius definit jus ſociale: dictamen re- „ ctæ rationis, indicans alicui actui, ex „ ejus convenientia, aut diſconvenientia „ cum natura ſociali, ineſſe moralem turpi- „ tudinem, aut neceſſitatem moralem. *l.* 1. „ *c.* 1 §. 10. *n.* 1.

„ Probat autem, aliquid eſſe juris natura- „ lis, *vel* a priori, *vel* a poſteriori. *A priori*, „ i. e. per vim ratiocinationis; omne enim „ id juris naturalis eſſe, ait, quicquid ne- „ ceſſario convenit cum natura ſociali. *L.* 1. „ *c.* 1. §. 12. A *poſteriori*, ſi quid apud „ omnes, vel moratiores gentes vel vetitum „ vel præceptum eſſe creditur, *d.* §. 12. „ *n.* 1. *Proleg.* §. 40; quia univerſalis ef- „ fectus requirit cauſam univerſalem. Talem „ autem exiſtimationis cauſam vix ullam vi- „ deri poſſe, tradit, præter ſenſum ipſum, „ communis qui dicitur. *d.* §. 12. *n.* 1.

„ Hoc JUS SOCIALE Auctor vocat „ *jus naturæ proprie*, & *ſtricte ſic dictum*, „ *Prol.* §. 10. *L.* 1. *c.* 1. §. 5. &c. cujus „ objectum eſſe, ait, ut jus ſuum cuique „ ſalvum ſit, *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 5; & „ cujus naturam in eo ponit, ut circa alie- „ na verſetur, i. e. ut ea, quæ jam ſunt „ alterius, alteri permittantur, & implean- „ tur. *Prol.* §. 10. §. 44. *l.* 1 *c.* 2. §. 1. „ *n.* 5. Hinc jus hoc *facultatem* appellat *l.* 1. „ *c.* 1. §. 5, eamque *ſui* nomine JCtis ve- „ nire, ait *L.* 1. *c.* 1. §. 5; quia ex hoc „ jure conſtat, quid cuique ſuum ſit, tum „ ex jure in perſonas, tum ex jure in „ res, tum ex obligatione perſonæ. *d.* „ *l.* 1. *c.* 1. §. 5.

„ Differre jus ſociale, ait 1°. a *jure natu- „ ræ laxiori*, quod non ex appetitu ſocietatis, „ ſed citra ſocietatis reſpectum ex natura ra- „ tionali oritur, i. e. ex judicio recte con- „ formato ad æſtimandum ea, quæ dele- „ ctant, aut nocent. *Prol.* §. 9. *l.* 1. *c.* 2. „ §. 1. *n.* 3. Hinc *Jus ſociale* obligare, pu- „ tat, ad id, quod ſocietati humanæ conve- „ nit: *jus laxius* ad id, quod rectum, & „ naturæ humanæ conveniens eſt. *Proleg.* „ §. 12. *l.* 1. *c.* 1. §. 9. Unde in *priori* ob- „ tinere, ait, juſtitiam expletricem, ſeu „ commutativam eoque proportionem arith- „ meticam: in *poſteriori* autem juſtitiam di- „ tributivam ſeu attributricem, eoque pro- „ portionem Geometricam. *L.* 1. *c.* 1. §. 4. „ 7, & 8. *n.* 6. Differt. 2°. *a jure divino „ voluntario*, quod non ex principiis inter- „ nis, ſed ex libera voluntate Dei ortum ha- „ bere, indeque pro lubitu iterum mutari „ poſſe, ait *L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 2. §. 15. „ *n.* 1. & *Proleg.* §. 12. Differt. 3°. a *jure „ gentium voluntario*; quod nec ex principiis „ internis, nec ex libera Dei voluntate ori- „ ri, ait; ſed ex conſenſu gentium, vel „ omnium, vel moratiorum, ob communes „ utilitates, & neceſſitates. *Prol.* § 17.

„ Primum igitur principium juris natura- „ lis, quod homines inter ſe obligat, Grotio „ eſt CUSTODIA SOCIETATIS HU- „ MANÆ. Atque hinc ei *juſtum* eſt quic- „ quid convenit ſocialitati; *injuſtum* quic- „ quid ei repugnat.

„ Alibi

„ Alibi probatum dedimus, Grotium hæc „ principia ex Græcorum, & Romanorum „ philoſophia hauſiſſe. Illi enim ſocietatem „ aliquam inter homines finxerunt, (uti ex „ eorum ſcriptis demonſtravimus *ſupra* §. 7. „ & in *Diſſert. proœm.* 1. §. 7.) Poſita au„ tem communi hominum ſocietate, etiam „ jus poni, crediderunt: *Eſt unum jus, quo „ devincta eſt hominum ſocietas* (inquit *Cic.* „ *de Leg. L.* 1. *c.* 15. *p. m.* 431.) *& quod „ lex conſtituit una: quæ lex eſt recta ratio im„ perandi, atque prohibendi; quam qui igno„ rat, is eſt injuſtus, ſive eſt illa ſcripta „ uſpiam, ſive nuſpiam.* Et alibi ait: *omne „ officium hominis in eo conſiſtere, quod „ homo communem totius generis humani con„ ciliationem, & conſociationem colere, tue„ ri, & conſervare teneatur. L.* 1. *de „ offic. c.* 41. Idem Cicero dum in hone„ ſti naturam, ejusque originem inquirit, „ dicit, *latiſſime patere eam rationem, qua „ ſocietas hominum inter ipſos, & vitæ quaſi „ communitas continetur: cujus partes duæ „ ſunt, juſtitia, in qua virtutis ſplendor eſt „ maximus, ... & beneficentia. L.* 1. *de „ offic. c.* 7. Atque hinc concludit, eum, „ qui alieni aliquid appetit, violare jus ſo„ cietatis humanæ, *d. c.* 7. Porrò ex Stoi„ corum doctrina probaturus, jus inter ſolos „ homines obtinere, & hominibus nihil juris „ eſſe cum beſtiis, ita differit: *Præclare „ Chryſippus, cætera nata eſſe hominum cauſa, „ & Deorum: eos autem communitatis, & „ ſocietatis ſuæ..... Quoniamque ea natura „ eſſet hominis, ut ei cum genere humano „ quaſi civile jus intercederet; qui id conſer„ varet, eum juſtum, qui vi ageret, eum „ injuſtum eſſe: L.* 3. *de fin. c.* 20. *p. m.* 117. „ Idem *L.* 1. *de Legib. c.* 10. *p. m.* 428. ait, „ *Nos ad juſtitiam natos eſſe; neque opinione, „ ſed natura conſtitutum eſſe jus. Id jam pa„ tebit, ſi hominum inter ipſos ſocietatem, „ conjunctionemque perſpexeris.* Et *c.* 11. „ *pag.* 429. *Quibus ex rebus cum omne genus „ hominum ſociatum inter ſe eſſe intelligat, „ illud extremum eſt, quod rectè vivendi ratio „ meliores efficit.... Sequitur igitur, ad „ participandum alium ab alio, communi„ candumque inter omnes, juſtos natura nos „ eſſe factos.* Et mox p. 430. *Unam hominum „ inter ipſos eſſe vivendi parem, communem„ que rationem: homines inter ſe naturali „ quadam indulgentia, & benevolentia, tum „ etiam ſocietate juris, contineri; quæ cum „ vera eſſe conceſſerimus, qui jam licet nobis „ a natura leges, & jura ſejungere.* Id. *lib.* „ 4. *de Fin. c.* 7. *p. m.* 125, ait: *Hoc ſolum „ animal natum eſt pudoris, ac verecundiæ „ particeps, appetensque conjunctionem ho„ minum, ac ſocietatem.... his initiis, „ tanquam ſeminibus a natura datis, ... ju„ ſtitia, & omnis honeſtas perfecte abſoluta eſt.*

„ Denique in *Lib.* 3. *offic. c.* 6. ita differit: „ *Ergo unum debet eſſe omnibus propoſitum, „ ut eadem ſit utilitas uniuscujusque, & „ univerſorum: quam ſi ad ſe quisque rapiet, „ diſſolvetur omnis humana conſortio. Atque „ etiam ſi hoc natura præſcribit, ut homo „ homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cau„ ſam, quod is homo ſit, conſultum velit; „ neceſſe eſt, ſecundum eandem naturam om„ nium utilitatem eſſe communem. Quod ſi ita „ eſt, una continemur omnes, & eadem „ lege naturæ: idque ipſum ſi ita eſt, certe „ violare alterum lege naturæ prohibemur.*

„ Hinc ſepoſita communitate, & conſo„ ciatione naturali, nec juſtitiæ, nec bo„ nitati locum fore, ait Cicero *l.* 3. *de fin. „ p. m.* 117; & ſublata humani generis ſo„ cietate, juſtitiam funditus tolli, ſtatuit „ *L.* 3. *de offic. c.* 6. Is, qui aliquid contra„ rium ſocietati humanæ peragit, i. e. qui „ alii nocet, & membra illius ſocietatis non „ ſervat, diſrumpere humanam ſocietatem „ dicitur *Cic. L.* 3. *de offic. c.* 5, & 6. „ Seneca *L.* 2. *de ira c.* 31, ait: *Salva eſſe „ ſocietas ſine amore, & cuſtodia partium, „ non poteſt.* Hinc de tyranno ait idem Sene„ ca: *Quicquid erat, quo mihi cohæreret, in„ terciſa juris humani ſocietate, abſcidit. l.* 7. „ *de benef. c.* 19.

„ Generale igitur veteribus principium fuit; „ ubi ſocietas, ibi jus eſt. *Vid. Diſſert. „ proœm.* 1. §. 7.

„ Cum vero in eadem Diſſertatione *I.* §. 18. „ *ſeq.* probatum ſit, non dari ſocietatem „ communem hominum, nedum ejus cuſto„ diam eſſe verum, unicum, & adæquatum „ juris naturalis principium; alia principia „ ſuppeditanda ſunt, ex quibus omnis obli„ gationis naturalis ratio neceſſario inferri „ poſſit. B. Parens talia propoſuit in Poſitio„ nibus juris gentium, quæ exſtant in *Diſ„ ſertatione Proœmiali X.* Atque hæc prin„ cipia alio ordine propoſuimus in *Diſſerta„ tione proœmiali XII.* Compendium novi „ noſtri ſyſtematis hoc eſt.

„ I. Deus ſolus jus, & imperium in genus „ humanum habet: adeoque ſolus ei legem „ dare poteſt. *Diſſ. Proœm. XII.* §. 57.

„ II.

„ II. Eum autem talem legem dediſſe, ex „ ratione probatur: nec alio modo probari „ poteſt. *Diſſ. Pr. XII. §. 69.*

„ III. Modi autem probandi voluntatem „ Dei, & Creatoris, rationi convenientes, „ ſunt 1. Motus, & inſtinctus in hominibus „ a natura conditi. 2. Actiones Creatoris. 3. „ Actionum finis neceſſarius, vel probabilis. „ 4. Medii neceſſitas. 5. Natura, & eſſentia „ ſanctiſſimi Creatoris; quo & pertinet, quod „ nihil fruſtra faciat. 6. Conſenſus omnium „ gentium. *Diſſ. Pr. XII. §.42. ſeq.*

„ IV. Ex his probandi modis conſtat, „ Deum cuique hominum facultates quasdam „ habendi, vel agendi proprias eſſe voluiſſe: „ adeoque ſingulis jus ita habendi, vel agen- „ di, quæſitum eſſe ex voluntate Creatoris.

„ Unde neceſſario ſequitur, alios homi- „ nes hoc jus a natura cuique conceſſum tur- „ bare non poſſe: & Deum voluiſſe, ut *jus „ ſuum cuique tribuatur.*

„ Sane ſub hac regula generali omnia „ præcepta naturæ continentur; nec ulla da- „ tur lex naturæ, quæ non neceſſario ex ea „ regula ſequatur. *Diſſ. Proœm. XII. §. 49. „ ſeq. Adde Diſſ. Pr. X. §. 19. ſeq. Diſſ. „ Pr. XI. §. 26. ſeq. Diſſ. Pr. I. §. 56. „ §. 63. ſeq.*

„ V. Jus autem cuique ſuum eſt *vel intuitu „ Dei;* unde jura inter Deum, & homines, „ præcipue perfectionum præcepta, oriuntur: „ *vel intuitu hominum inter ſe. Diſſ. Proœm. „ XII. §. 50. ſeq. §. 52. uſque ad §. 103.*

„ VI. Jus *cuique hominum* ſuum eſt, vel „ *ex ſtatu hominum*, vel *ex jure rerum*, „ vel *ex obligatione perſonæ. Diſſ. Proœm. XII. „ §. 103. & late ſeq.*

„ VII. Si quis hominum jus a Creatore aliis „ conceſſum tribuere nolit, adigi ad id po- „ teſt vel per *judicia*, vel per *repreſſalias*, & „ *bellum. Diſſ. Proœm. XII. §. 607. ſeq.*

„ Ea non tantum ſimpliciſſima *principia*: „ ſed & integrum ſyſtema *juris naturalis*, nul- „ lis verborum ambagibus involutum, non „ novis, ac inuſitatis nominibus, vel defi- „ nitionibus obſcuratum; ſed facillima me- „ thodo ad ordinem juris Romani compoſi- „ tum: ex quo omnia jura naturæ, ne „ unico excepto, per illationes rationis ne- „ ceſſario ſequuntur.

Societatis cuſtodia humano intellectui conveniens] Poſtquam Auctor fundamenti loco poſuit, 1. homines natura ducente ferri ad ſocietatem, ſeu communitatem cum eis, qui ſunt ejusdem generis; 2. illisque ineſſe facultatem ſciendi, agendique juxta principia generalia; indeque 3. ea, quæ huic facultati conveniunt, eſſe naturæ humanæ congruentia, &c: hinc demum 4. concludit, *ſocietatis cuſtodiam, humano intellectui convenientem, eſſe fontem juris, quod proprie naturale dicitur. Vid. Prol. §. 6. 7, & 8*; indeque injuſta dici, quæ naturæ ſocietatis ratione utentium repugnant. *Vid. L. 1. c. 1. §. 3. n. 1.*

Equidem hoc Principium nec a Carneadis, nec ab Hobbeſii, nec a Cumberlandi, nec a Pufendorfii principiis, etſi contraria via inire videantur, differt.

Carneades, qui nullum jus naturale agnoſcit, homines propter ſua commoda in ſocietates coiviſſe, adeoque ex utilitate ſibi jura conſtituiſſe, ſtatuit. *Vid. ſup. §. 5.* Immo probabile eſt, Carneadem, dum ait, *homines natura ducente ferri ad ſuas utilitates*, non excluſiſſe publicam utilitatem; quia ſine ea homines privatam utilitatem percipere non poſſunt.

Hobbesius ait, natura jus eſſe omnium in omnia, ita ut quisque agere poſſit quicquid vult; indeque inter homines ſtatum belli eſſe: at ob mutuum deſtructionis metum, (adeoque ex utilitate,) homines jus ſuum abſolutum pactis tranſtuliſſe in Civitatem; & huic Civitati jam idem jus competere in ſingulos, quod ſingulis competiit inter ſe. *Vid. Hobbeſii Leviathan, & tractatum de Cive.*

Cumberlandus principii loco ponit, homines obligari ad mutuam benevolentiam, & quidem talem, qua communis omnium felicitas promovetur: *de legib. nat. c. 1. §. 6.*

Pufendorfius ait, homines mutua officia ſibi debere, atque ideo ad cuſtodiam ſocietatis teneri.

Omnes igitur conveniunt, jura ob *utilitatem* conſtituta eſſe. Grotius allegat rationem mutuæ indigentiæ, adeoque utilitatem, quæ homines ſociales reddit. *Prol. §. 16.* Carneades omnes utilitatis ſpecies, ad quas homines natura ducente feruntur, complectitur. *Prol. §. 5.* Hobbesius ex mutuo metu id factum, ait. Cumberlandus leges naturæ omnes ad unam de benevolentia erga rationales omnes reducit: adeoque ei quoque ſola utilitas fons eſt juris. *Cumberl. de leg. nat. c. 1. per tot;* unde commune bonum ſupremam le-

gem esse, ait *ibid.* §. 4. PUFENDORFIUS denique, homines mutua sibi debere officia, statuit: idque itidem ex indigentia, & appetitu societatis, adeoque ex utilitate, deducit.

Additio.

„ B. Parens in Exercitationibus ad Grotium „ prolixe *custodiam hanc societatis humano* „ *intellectui convenientem* examinavit; in„ primis vero contra assertores ejus recentio„ res, Pufendorfium nimirum, & Culpisium, „ causam egit: quorum ille in tractatu de „ *Jure nat. & Gent. l. 2. c. 3. §. 19.* hic „ *in Collegio Grotiano ad proleg. §. 7.* prin„ cipium hoc deducendi jura naturæ *non* „ *genuinum solum, & manifestum, sed &* „ *sufficiens etiam, & adæquatum debere ha*„ *beri*, statuunt; *adeo ut non sit ullum* „ *præceptum juris naturalis ad homines spe*„ *ctans, cujus ratio non ultimò exinde pe*„ *tatur; at Deum supponi, ut vim legis ha*„ *beret.* Late, inquam, hæc refutavit B. Pa„ rens in dicta Exercitatione, allegans, 1°. „ *custodiam Societatis, humano intellectui con*„ *venientem*, sano sensu nihil aliud inferre, „ quam communem hominum, utilitatem, „ quæ & variat, & cui renunciare homines „ possint, *d. Exerc.* 1. § 78. *usque ad* § 84. „ 2°. Principium hoc, etsi verbis a Carnea„ dis, Epicuri, & Hobbesii doctrina diffe„ rat, re ipsa tamen cum ea convenire, „ *d.* §. 84. *usque ad* §. 98. Neque 3°. clausu„ lam illam, *humano intellectui convenientem* „ *&c.* aliquam differentiam inferre, *d.* §. „ 98. *usque ad* §. 114. *&* §. 126. *usque ad* „ §. 166. 4°. Motum naturæ ad societatem, „ humano intellectui convenientem, longis„ sime abesse a principio Juris naturæ; nec „ ullam obligationem inde oriri, *d.* §. 166. „ *usque ad* §. 187. 5°. Speciatim contra „ Pufendorfium, & Culpisium demonstrat, „ socialitatem non esse principium Juris, „ nedum unicum, & adæquatum; etsi cum „ iis supponatur, Deum existere, & Socia„ litatem imperasse, *d.* §. 187. *usque ad* §. „ 217. Denique, & 6°. probat, Socialita„ tem non esse modum probandi jura naturæ, „ nedum universalem, *d.* §. 217. *usque ad* „ § 239.

„ Nos in *Dissert. proœm.* 1. demonstravi„ mus, societatem generis humani plane non „ dari: & si daretur, non esse principium „ obligationis naturalis, nedum modum „ probandi juris universalem. Quo lectorem, „ ne actum agamus, remittimus.

„ Id saltem hic notamus, nullam nobis „ videri convenientiam inter principia Grotii, „ Cumberlandi, ac *Pufendorfii &c.* & in„ ter principia *Carneadis, Epicuri, & Hob*„ *besii. Grotius* enim I. supponit, hominibus „ ratione præditis, cum societatis appetitu „ excellenti inesse facultatem sciendi, agen„ dique secundum generalia præcepta. Præ„ dicti Philosophi negant, homini inesse ap„ petitum societatis: adeoque non agno„ scunt generalia præcepta, quæ homines „ obligent ad eam societatem custodiendam. „ *II. Grotius* ait, Deum, qui talia præ„ cepta in nobis existere voluit, custodiam „ illam societatis præcepisse. *Proleg.* §. 12. „ Carneades autem, & Epicurus negant, „ Deum existere, aut humano generi neces„ sitatem imposuisse aliquid agendi, vel non „ agendi, nedum societatem custodiendi. „ *III. Grotius* igitur agnoscit aliquod jus na„ turæ innatum, & cordibus hominum in„ scriptum. *Reliqui* autem tale jus negant, „ ac potius homini libertatem concedunt „ agendi quicquid lubet. *Grotius IV.* docet, „ natura neminem alium lædere posse, quia „ id pugnat cum motu naturæ, quo quis „ fertur ad commoda communitatis humanæ. „ *Reliqui* ajunt, natura quemque alium lædere „ posse, idque demum pactis civitatum mu„ tatum esse. Certum ergo *V.* est, *Grotium* „ supponere obligationem, quæ 1. ab ipsa est „ natura, 2. a Deo probata, 3. æternis ra„ tionibus constans, & 4. universalis: quæ „ omnia cessant in obligationum causa, quam „ *Carneades, Epicurus, & Hobbesius* addu„ cunt. Nam ea nec a natura, nec a Deo est, „ nec æternis rationibus constat, sed ex pa„ cto oritur; nec universalis est, sed tan„ tum eos obligat, inter quos pactum inter„ cessit; & mutari potest, quoties utilitas „ illa cessat.

„ At, ais, negari non posse; *Grotii prin*„ *cipium revera nihil aliud inferre, quam* „ *communem hominum utilitatem.* Nam 1°. „ notandum est, ipsum Grotium id negare; „ is enim docet, *naturam nos, etsi nulla re* „ *indigeremus, ad societatem ferre, Proleg.* „ §. 16. adeoque ferri nos, ait, ad conser„ vationem societatis, etsi nulla inde in nos „ redundet utilitas. Atque hinc appetitum „ societatis, Auctor *excellentem* vocat, quia „ ratio humana studium utilitatum suarum in „ hominibus temperat. §. 7. Sed & 2°. bene „ notandum est, principium Grotii suppo„ nere necessitatem agendi, vel non agendi,

„ etiam

„ etiam ſpreta propria utilitate, *Proleg.* §. 16. „ 17, & 18; eamque obligationem ex „ principiis internis, a Deo quoque proba- „ tis, oriri. Carneades autem nullam a natu- „ ra obligationem agnoſcit, & ſtultum eum „ potius judicat, qui propriæ utilitati renun- „ ciat aliorum commodo conſulens. *Proleg.* „ §. 5.

Fons eſt ejus juris, quod proprio nomine appellatur] „ Nimirum, jus ſociale. *Vid.* „ *infra* §. 12. & *l.* 2. *c.* 23. §. 13. *L.* 3. *c.* 1. „ §. 2. *n.* 1. Jus ſtricte ſic dictum. *L.* 1. „ *c.* 1. §. 5. *l.* 3. *c.* 13. §. 4. *n.* 1. 3. *L.* 2. „ *c.* 25. §. 3. *n.* 3. quod facultatem agendi „ in ſolo ſocietatis reſpectu ſignificat, *L.* 3. „ *c.* 1. §. 2. *n.* 1; indeque id opponit juri „ laxiori. *Vid.* §. *ſeq.*

Quo pertinent] „ In genere dicendum, „ jus naturæ verſari circa tria objecta juris „ Romani, nimirum, circa *perſonas*, ea- „ rumque *ſtatum*, circa *res*, & circa *actio-* „ *nes*, quæ ex obligatione perſonæ ſequun- „ tur. At nullum horum jurium ex ſocialitate, „ utpote quæ natura cognita non eſt, deduci „ poteſt: nedum obligatio quædam ex ea ſo- „ cialitate oritur, quia ſupponitur, Deum „ abeſſe poſſe. Conf. *Diſſert. Proœm.* 1. „ §. 18. *ſeq.*

Alieni abſtinentia] „ Neceſſitas abſtinen- „ di ab alieno, non ſequitur ex ſocialitate, „ qualem non agnoſcimus; ſed ex plane alia „ ratione, quæ ſubſiſtit, etſi ſocietas com- „ munis non detur. Deus enim quique ho- „ minum jus in ſuas res, & in ſuas actiones „ conceſſit; alius igitur hoc jus turbare, i. „ e. voluntatem divinam evertere nequit; ſed „ potius a jure, quod alterius eſt, abſtinere, „ & ſi damnum in re aliena dedit, vel jus „ alterius læſit, vel jus alienum in ſuo patri- „ monio habet, illud ei, ad quem jus per- „ tinet, tribuere tenetur.

Si quid alieni habeamus &c. reſtitutio] „ Quando quis rem penes ſe habet, quæ „ ex Dei voluntate, & conceſſione alterius „ eſt, injuria eam tenet, & contra volun- „ tatem Creatoris. Hanc injuriam reparare, „ i. e. *jus ſuum cuique tribuere, tenetur.* „ *Diſſert. Proœm. XII.* §. 248.

Aut lucri inde fecerimus] „ Quando quis „ locupletior factus eſt ex re, quæ ex con- „ ceſſione Creatoris alii eſt quæſita, certum „ eſt injuria eum locupletiorem fieri; quia „ nemo niſi dominus utilitatem ex re ſua per- „ cipere poteſt. Non autem definit hæc inju- „ ria, niſi utilitas illa reſtituatur, adeoque „ jus ſuum cuique tribuatur. *Diſſ. Pr. XII.* „ §. 343. In duobus igitur hic errat Grotius: „ 1. quod hanc obligationem ex appetitu ſo- „ ciali deducat: 2. quod eam referat ad jus „ rerum, quod ex rebus non exſtantibus „ oritur (*Vid. Diſſert. Proœm. VI.* §. 27. & „ §. 76.); cum ea obligatio oriatur ex quaſi „ contractu. *Diſſ. Pr. XII.* §. 343.

Promiſſorum implendorum obligatio] „ Ni- „ hil minus ex *appetitu ſociali* ſequitur, quam „ obligatio ſtandi pactis. *Vid. Diſſ. Pr. XII.* „ §. 72. *n.* 10. Ipſe Grotius id animadver- „ tit: hinc infra §. 15. aliam rationem, cur „ pactis ſtandum ſit, affert; *quia, ſcilicet,* „ *neceſſarius aliquis inter homines eſſet modus* „ *ſe obligandi, neque vero alius modus natu-* „ *ralis fingi poſſit.* Quæ ratio æque frivola eſt. „ Vera ratio eſt, quod unicuique jus ſit de „ rebus, & actionibus ſuis, quæ ex volun- „ tate Creatoris ei quæſitæ, & propriæ ſunt, „ diſponendi, adeoque & eas ſuo conſenſu „ in alios transferendi. Si quis proinde ita „ diſponit, ut res, vel actionis ſuæ utilitas, „ in alium transferatur; jam incipit alieni „ aliquid in patrimonio ſuo habere, quod ex „ regula generali juſtitiæ ei, in quem jus hoc „ tranſtulit, tribuere tenetur. *Diſſ. Pr.* „ *XII* §. 338. *ſeq.* §. 399. *ſeq.*

Damni culpa dati reparatio] „ Quoties „ enim jus alterius dolo, vel culpa mea læ- „ ditur, teneor ad ejus reparationem: non „ ex aliqua ſocietatis cuſtodia; ſed ex volun- „ tate Dei, qui vult, *jus ſuum cuique tribui:* „ i. e. qui vult, reparari jus, quod Creator „ alii conceſſit, & quod ego violavi. Atque „ hæc obligatio oritur ex DELICTO, vel „ QUASI DELICTO. *Diſſert. Proœm.* „ *XII.* §. 342. Adde infra *l.* 2. *c.* 19.

Et pœnæ inter homines meritum] „ Obliga- „ tionis, quæ ex *delicto*, vel *quaſi delicto* „ deſcendit, effectus eſt, ut lædens teneatur „ ad reparationem injuriæ. Reparatio illa fit „ regulariter per damni dati reſtitutionem: „ ſi autem jus læſum reſtitui nequit, uti ſi „ quis famam alterius ſuggillavit, thorum al- „ terius violavit, injuriam tum verbalem, „ tum realem alteri intulit, corpus alterius „ læſit &c; his caſibus reparatio aliter fieri „ non poteſt niſi per tantundem, i. e. infli- „ gitur lædenti tantundem mali, quantum „ fecit: quæ *pœna* dicitur. *Diſſert. Proœm.* „ *XII.* §. 539. *ſeq.* Add. *infr. l.* 2. *c.* 20.

„ Tantum autem abeſt ut *pœna* ad cuſtodiam „ ſocietatis pertineat, ut ea potius ſocieta-

 „ tem

„ tem, ſi talis exiſteret, turbet. *Vid. Diſſert. Proœm.* 1. §. 73. *n.* 3. Verius igitur „ eſt, pœnarum jus ex voluntate Dei „ originem capere. Deus enim jura quædam „ hominibus conceſſit, & illa cuique pro„ pria eſſe voluit. Si quis igitur jura illa vio„ lat, repugnat voluntati Creatoris, eoque „ injuria agit, quam reparare, i. e. jus ſuum „ cuique tribuere, tenetur. Reparatio au„ tem illa, ſi aliter non poteſt, per tan„ tundem fieri, i. e. reus tantundem mali „ pati debet, quantum fecit. Atque ex his „ apparet, pœnarum rationem demonſtrari „ poſſe, etſi nulla ſocietas humana exiſtat. „ *Diſſert. Proœm. XII.* §. 539.

„ Ex his, quæ modo dicta ſunt, conſtat, „ quam infeliciter Auctor *jura* tum in *res*, „ tum in *perſonas*, ex CUSTODIA SO„ CIETATIS eruere conetur, cum e „ contrario demonſtratum ſit, omnia obli„ gationum capita ultro ſequi ex decreto di„ vini Numinis, *jus ſuum cuique tribui* vo„ lentis.

AD §. 9.

„ EXPOSITO *jure naturæ ſociali*, al„ teram juris naturalis ſpeciem hic proponit „ Auctor, nimirum, JUS NATURÆ „ LAXIUS, ſeu JUS NATURÆ HU„ MANÆ. *Proleg.* §. 13. & *l.* 1. *c.* 1. §. 9. „ Quod non ex vi, & affectu ſociali oriri „ ait, ſed ex *judicio recte conformato*, *ad* „ *æſtimanda quæ delectant*, *aut nocent*. „ Conveniens enim eſſe *naturæ humanæ*, „ exiſtimat, in his quoque judicium rectè „ conformatum ſequi: indeque concludit, „ quod tali judicio repugnat, *id etiam con„ tra jus humanæ naturæ eſſe*, *Proleg.* §. 9; „ quia pugnat cum aliquo rectæ rationis di„ ctato. *Proleg.* §. 41.

„ Atque hoc jus quia non ſimpliciter „ obligat ad juſtum (i. e. ad cuſtodiam ſo„ cietatis), ſed ad rectum, i. e. ad ea, „ quæ conveniunt judicio recte conformato, „ &c. *jus naturæ laxius* vocat. *Prol.* §. 12. „ *l.* 1. *c.* 1. §. 9. Illudque non appellat „ FACULTATEM (unde, nimirum, „ facultas exigendi competit), ſed APTI„ TUDINEM, ſeu quod convenit, *L.* 1. „ *c.* 1. §. 4. 7, & 8. *l.* 2. *c.* 7. §. 2. *n.* 2. „ *c.* 17. §. 2. PUDOREM, *l.* 3. *c.* 10. „ §. 1, & 2. LEGEM CHARITATIS, „ *l.* 2. *c.* 16. §. 16. *c.* 12. §. 9. &c.

„ Definit hoc jus, *Dictamen rectæ ratio„ nis, indicans alicui actui ex ejus convenien„ tia, aut disconvenientia NB. cum natura* „ *rationali* (non ergo appetitu ſocietatis) „ *ineſſe moralem turpitudinem, aut neceſſi„ tatem moralem. L.* 1. *c.* 1. §. 10.

„ Hoc ſenſu aliquid juris naturalis eſſe, „ duplici modo probat. *I. A priori*, ſi actus „ aliquis convenit neceſſario cum *natura ra„ tionali*, *L.* 1. *c.* 1. §. 12. i. e. *cum ju„ dicio illo recte conformato ad æſtimanda quæ* „ *delectant*, *aut nocent*, & *quæ in utrum„ vis poſſunt ducere pro humani intellectus mo„ do*, &c. *Prol.* §. 7. & 9. Quicquid igi„ tur tali judicio repugnat, id quoque eſſe, ait, „ contra jus naturæ, non ſocialis, ſed hu„ manæ, *Prol.* §. 9; eoque injuſtum *L.* 1. „ *c.* 2. § 1. *n.* 3. *II. A poſteriori*, ſi om„ nium aut moratiorum ſaltem gentium, „ judicio talis actus repugnat. Univerſalem „ enim effectum univerſalem requirere cau„ ſam: talis autem exiſtimationis cauſam „ vix ullam aliam videre poſſe, præter ſen„ ſum ipſum, communis qui dicitur. *L.* 1. „ *c.* 1. §. 12. & *Prol.* §. 40.

„ Hoc jus itidem non a Deo, nec ex libera „ ejus voluntate fluere, ait; ſed ex *princi„ piis internis*, nimirum, *ex judicio recte* „ *conformato ad æſtimanda quæ delectant*, „ *aut nocent. Prol.* §. 9. *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* „ 3. Adeoque exiſtere, & homines inde „ obligari, ſtatuit, etſi detur Deum non „ eſſe. *Prol.* §. 11, & 12. Indeque conclu„ dit, hoc quoque jus nec a Deo mutari poſ„ ſe. *L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 1. 2, & 5.

„ Objectum *juris naturæ laxioris* Grotio „ ſunt virtutes, quæ aliis hominibus utilita„ tem afferunt: ut liberalitas, miſericordia, „ temperantia, fortitudo, debitum gratiæ „ reponendæ, &c. *Diſſ. Pr. II.* §. 8, & 9. „ Reliquas enim virtutes eſſe quidem, ait, „ præſcripta honeſta, ſed non obligantia. „ *Dict. Diſſert. Proœm. II*, §. 9.

„ Effectum hujus juris hunc eſſe, ait, ut „ obligationem producat, *Lib.* 2. *c.* 11. „ §. 4. *n.* 3. *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *l.* 2. *c.* 22. „ §. 16, ſed ſaltem intuitu Dei, i. e. in fo„ ro poli. Nulli igitur hominum ex his acti„ bus jus aliquod quæri, ſtatuit; indeque „ neminem id, quod ex hoc jure debetur, „ in foro exigere, aut me ad præſtandum co„ gere, aut pœnam ideo mihi infligere, „ poſſe: nullam proinde ex hoc jure oriri „ præſtandi neceſſitatem, nullam reſtituen„ di obligationem. *dict. Diſſert. Proœm. c.* 1. „ §. 10. *ſeq.*

„ Hinc

„ Hinc concludit, præcepta hujus juris „ negligi ab hominibus, nec eos ideo ab ho„ minibus puniri, vel præcepta exigi, posse: „ cæterum Deo teneri. *Diss. Pr.* 2. § 10. „ Adeoque homines non obligari ex justitia „ proprie sic dicta; culpa tamen non care„ re. *Grot. l.* 2. *c.* 25. §. 3.

„ Differentiam *juris naturæ laxioris* a *so„ ciali* exposuimus *supra in not. ad* §. 8. „ *Add. Diss. Pr. I.* §. 15. *Diss. Pr. II.* §. 11. „ Quomodo autem differat a jure Divino „ positivo universali, vide *dict.* §. 8. *Add.* „ *Diss. Proœm. I.* §. 16. *& Diss. Proœm.* „ *III.* §. 4.

„ Equidem negari nequit, perfectionum „ regulas, & virtutum præcepta, quæ Au„ ctor novis adhibitis terminis ad *jus natu„ ræ humanæ, seu jus naturæ laxius* refert, „ a natura esse, (quod rationibus probavi„ mus in *Dissert. Proœm. II.* §. 30. *seq.* At „ merito negamus, præcepta illa sequi ex „ judicio rite conformato ad eligenda ea, „ quæ delectant, aut nocent. (*Dict. Diss.* „ *Proœm. II.* §. 23. *seq.*); sed ex imitatione „ perfectionum Divinarum, adeoque ex vo„ luntate Dei, qui non potest velle nisi id, „ quod perfectum est. *Dict. Dissert.* §. 32. „ *seq.*

Ab hac juris significatione] „ Nimirum, „ a jure sociali, quod *custodiam societatis* „ *humano intellectui convenientem* præcipit. „ §. *præced.*

Fluxit altera largior] „ Quo sensu jus „ naturæ dicitur, quod *humanæ naturæ* con„ gruit, §. 7. *infr. & §. b.* nullo respectu „ habito ad societatem.

Quia enim homo &c. non tantum obtinet vim socialem] „ Unde oritur jus naturæ so„ ciale.

De qua diximus] „ *Supr.* §. 7, & 8.

Sed & judicium ad æstimanda ea, quæ de„ lectant] Incipit hic Grotius errorem, quem per integrum tractatum dispersum deprehendes: scil. ea, quæ perfectionis, & virtutis sunt, speciem juris esse, & quidem laxioris; cum tamen ea ad jus plane non pertineant, sed ad specialem disciplinam, scil. Ethicam, unde nulla agendi necessitas oritur. *Conf. Diss. Proœm. X.* §. 18.

Additio.

„ Revera nullus inter Grotium, & B. „ Parentem est dissensus (quod prolixius „ probavi in *Diss. Proœm. II.* §. 21. §. 22.) „ Ille enim per *jus naturæ humanæ*, seu „ *laxius*, non tale jus intelligit, unde ne„ cessitas agendi *respectu* alterius hominis „ oritur; nam ipse toties quoties inculca„ vit, alii inde nullum jus agendi oriri, „ nec ei jus quæsitum esse. Omnem igitur „ necessitatem *intuitu* Dei esse, statuit; in „ Deum enim peccat, qui virtutum exerci„ tium omittit, i. e. qui non imitatur perfe„ ctiones divinas, & qui cultum Deo debi„ tum negligit: indeque injuriam in Deum „ committit. *Diss. Proœm. II.* §. 18. Hacte„ nus igitur recte asseri potest, eum, qui „ imperfecte agit, violare jus naturæ, i. e. „ jus Deo quæsitum. Atque hæc quoque est „ doctrina B. Parentis in *Disput. de Anti„ doris Tit.* 2. §. 10 & 11. *Vid. Diss. Pro„ œm. II.* §. 22.

Non præsentia tantum, sed & futura] „ Nam hoc eximium aliquid rationis esse, „ putat Auctor, quod etiam ea, quæ in fu„ turum nobis utilia, aut noxia sunt, ju„ dicare, atque ea dignoscere possimus, „ quæ ad voluptatem ducunt, vel ad id, „ quod noxium nobis est. Verum, dictum „ jam est, exinde, nondum normam, seu „ regulam perfectionum probari.

Pro humani intellectus modo] „ In statu „ perfectionis homines noxia ab utilibus ple„ nissime discernere potuissent; at corrupta „ humana natura sæpius noxia quædam sub „ specie boni exhibet, & contra: adeoque „ Auctor noxia, & utilia æstimari debere, „ ait, prout intellectus humanus, i. e. im„ becillitas humana, permittit.

In his judicium recte conformatum sequi &c. naturæ conveniens est] „ Hæc est pe„ titio principii, quidnam sit judicium recte „ conformatum: homo enim non ex se, „ & suo judicio, secernere virtutes potest; „ sed norma, & regula statui debet, jux„ ta quam aliud perfectum, aliud imperfe„ ctum dicatur: & frustra asseritur, naturæ „ conveniens esse, ut homo judicium recte „ conformatum sequatur, nisi constet, & „ probetur, quando sit recte conformatum, „ & quid inde inferatur (*vid. Dissert. Pro„ œm. II.* §. 23. *seq.*) Sane, Deus in no„ bis exstare voluit notitiam opificiorum, „ rerum naturalium, &c. eaque nobis esse „ utilia, ex judicio rite conformato appa„ ret; neque tamen ad ea obligamur, ne„ dum ea sunt principia juris. Tunc ergo „ judicium rite conformatum ju facit, quan„ do jus aliquod quæsitum apparet Deo; id „ enim ei tribui debet.

Neque metu] „ Judicium enim recte conformatum nec metu præsentis periculi „ contra regulas perfectionis peccabit.

Aut voluptatis præsentis illecebra] „ Judicium recte conformatum nihil eliget, cujus postea pœniteat. *Vid. Gron. h.*

Aut temerario rapi impetu] „ Si quis igitur ira correptus repente aliquid facit, „ non est conveniens naturæ; quia homo „ id agens non sequitur recte conformatum „ judicium.

Etiam contra jus naturæ &c. esse intelligitur] Diximus in *pr. h. §. ad* v. *sed & judicium &c.*) Jus hoc laxius plane ad jus naturæ non pertinere, 1. quia juris laxioris fons, & principium ponitur *in convenientia cum judicio recte conformato*: probari autem deberet, omnia ea, quæ conveniunt judicio recte conformato, præcepta a natura esse; vagum enim, & nimis indefinitum est hoc principium, quia multa recto judicio conformia sunt, quæ tamen necessitatem non inferunt, ut opificia exercere, ambulare, &c. Sane 2°. omnia ea, quæ Auctor ex hoc jure laxiori infert, plane ad jus non pertinent: adeoque nec largiori sensu jus dici possunt, sed sunt præcepta Ethices; nam ad hanc juris significationem refert virtutum præcepta, *L. 3. c. 10. §. 1.* charitatis leges, *L. 3. c. 11. §. 2.* dispensationem præmiorum, &c. *Vid. §. seq.* Quæ nullam omnino inducunt obligationem; quod singulis locis in ipso tractatu demonstrabitur.

Additio.

„ Notavimus in præcedentibus, Grotium „ nullam obligationem *juri naturæ laxiori* „ tribuere respectu alterius hominis, sed „ tantum intuitu Dei. At idem statuit B. „ Parens: uti modo diximus. *Vid. h. §. ad-* „ *dit. ad* v. *sed & judicium*, &c. Cæterum „ verum est, judicium illud non esse nor- „ mam juris naturæ laxioris.

Humanæ scilicet] „ Adeoque alia Auctori „ est *natura socialis*, alia *natura humana*: „ quicquid repugnat naturæ sociali, illud, „ ait, esse contra *jus naturæ sociale*; quic- „ quid vero repugnat naturæ humanæ, i. e. „ judicio recte conformato, illud contra „ *jus naturæ humanæ*, seu contra *jus natu-* „ *ræ laxius* esse, statuit. At dictum jam est, „ jus sociale non dari: jus vero naturæ la- „ xius, i. e. quod ex perfectione oritur, „ nulla ratione ex judicio illo recte confor- „ mato, ad æstimanda illa, quæ utilia, vel „ noxia sunt, deduci posse.

AD §. 10.

ATQUE *huc*] „ Scil. ad jus largiori „ sensu sumtum, & quatenus a jure socia- „ li distinguitur.

Elargiendis prudens dispensatio] Homines non tenentur ex juris ratione præmia merentibus distribuere; sed potius pro lubitu de re sua disponere possunt. At perfectius agunt si merentibus tribuunt: adeoque prudens hæc dispensatio sequitur ex præceptis Ethices, non ex jure aliquo naturæ laxiori.

Additio.

„ Notavimus §. præced. Grotium per *jus* „ *naturæ laxius* nihil aliud intelligere, quam „ præcepta virtutum, legesque perfectio- „ num. Hæc præcepta *jus laxiori sensu* vo- „ cari possunt, quia obligationem producunt „ non quidem inter homines, sed inter „ Deum, & homines. Quod cum ipse B. „ Parens sentiat, merito asseruimus dissen- „ sum inter eum, & Grotium nullum esse. „ *§. præc. ad* v. *sed & judicium &c.*

Quæ nunc sapientiorem minus sapienti præfert] „ Dignitates, & præmia etiam minus „ sapienti, & minus merito dare possum, „ quia de re mea dispono, nec jus homi- „ nis lædo: at contra perfectionis regulas „ pecco, adeoque actio hæc Deo displicet.

Propinquum extraneo] „ Grotius ex hoc „ jure laxiori successiones ab intestato colla- „ teralium deducit, *L. 2. c. 7. §. 11. n. 1.* „ quia defunctus ob beneficii memoriam „ eos præferre extraneis voluisse videtur „ *ibid. §. 9. & 10.*

Pauperem diviti] „ In distribuendis Ele- „ emosynis.

Quam juris proprie, strictèque dicti partem jam olim multi faciunt] „ Sensus est: „ quod ea, quæ virtutis sunt, aliquando ad „ jus sociale, unde jus agendi oritur, re- „ ferri soleant; cum tamen ad jus laxius „ saltem referri debeant.

In eo positam, ut quæ jam sunt alterius, alteri permittantur, aut impleantur] „ Gro- „ tius has partes juris stricte sic dicti, sive „ socialis esse, *supra §. 8.* asseruit. Eo enim „ retulit abstinentiam alieni, aut si quid „ alieni habeamus, aut lucri inde fecerimus, resti-

„ reſtitutionem, & promiſſorum obligatio-
„ nem; *priori* enim caſu alteri permittimus
„ ea, quæ jam ejus ſunt: *poſteriori* caſu fi-
„ dem, quam alii de actionibus, vel rebus
„ noſtris dedimus, implemus. Adeoque ha-
„ ctenus bene concludit Auctor, jus *largio-*
„ *ri ſenſu ſumtum* non verſari circa ea,
„ quæ alterius ſunt; ſed circa noſtra. Unde
„ recte infert, eum, qui alii beneficium
„ dedit, jure naturæ gratiam repoſcere non
„ poſſe. *L.* 2. *c.* 22. §. 16. quia is, qui be-
„ neficium accepit, gratum ſe exhibere te-
„ netur, non ex juſtitia propria, ſed ex vir-
„ tute, „*ibid.*

„ Cæterum Differentias virtutis, & juris,
„ expoſuit *B. Parens in* explicatione Poſitio-
„ num ſuarum, quas exhibuimus in *Diſſert.*
„ *Proœm. X poſ. ult.* Add. *Diſp. B. Paren-*
„ *tis de Antidoris* §. 8.

A D. §. II.

ET *hæc quidem, quæ jam diximus*] „ Sci-
„ licet, hominem teneri 1. ad cuſtodiam
„ ſocietatis, *vid.* §. 8. 2. ad ea, quæ ju-
„ dicio recte conformato conveniunt. *Vid.*
„ §. 9. & 10.

Locum aliquem haberent, etiamſi daremus &c. non eſſe Deum] Pugnat hæc ſententia cum pietate, quod hominem ſubjiciat alii cauſæ, quam Deo. Dum enim Auctor aſſerit, dari jus naturæ, etſi non ſit Deus; neceſſario inde inferri debet, exiſtere aliquid extra Deum, quod humano generi neceſſitatem imponat. Unde igitur foret illud vinculum juris? unde obligatio ceſſante Deo, utpote ſolo ſuperiore? Sane, natura homines libertate inſtructi tamdiu licite agunt, donec ſuperior libertatem illam prohibeat: at ſublato Deo nihil ſuperius eſt humano genere; ſublato igitur legislatore, ſeu auctore naturæ, nulla ſtatui poteſt lex, nullumque jus naturæ: & contradictoria ſunt, jus eſſe, neque tamen eſſe ſuperiorem. Certum igitur eſt, ceſſante Deo nullum exiſtere jus naturæ, & homines liberrimam habere facultatem agendi, absque ullo metu vindictæ divinæ.

Additio.

„ Diſſentientes negant, remoto Deo ceſ-
„ ſare imperium, & obligationem juris na-
„ turalis. Aliud enim eſſe, ajunt, juris na-
„ turalis imperium, & obligationem; aliud
„ hujus obligationis, & imperii executio-
„ nem: poſterius abeſſe remoto Deo, non
„ prius. *Vid. Simon. in not. ad Grot. pro-*
„ *leg.* §. 11. At velim mihi indigitari, quod-
„ nam ſit illud imperium, & quis ſit ille
„ imperator, remoto Deo? Unde, quæſo,
„ oritur obligatio, remoto ſuperiore, qui
„ neceſſitatem agendi, vel non agendi hu-
„ mano generi imponere poſſit? Quis, in-
„ quam, effectus eſt illius obligationis, ubi
„ nemo eſt qui cogere agentem poſſit, &
„ ubi res arbitrio agentis relinquitur? Aliis
„ quoque rationibus hanc ſententiam oppu-
„ gnavi *in Diſſ. Proœm.* 1. §. 41. *ſeq.* Adde
„ *B. P. Exerc.* 1. *ad Grot.* §. 50. *& infra*
„ *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *ibique not.*

Inſtat *Simon conſcientiam dictare, aliquid*
„ *rectum, vel iniquum eſſe, licet a formidi-*
„ *ne pœnæ, & executione Divina anxietatem*
„ *quandam non perciperet.* Reſp. 1. Conſci-
„ entia ſupponit legem prohibitivam ſupe-
„ rioris; ceſſante igitur lege fruſtra de con-
„ ſcientia quæritur. Reſp. 2. Quid impedi-
„ ret homines, quo minus contra conſcien-
„ tiam agere poſſint? quia nihil eſt quod
„ metuere neceſſe habeant, præcipue ſi
„ clam committere crimina poſſunt. Reſp.
„ 3. Inepte igitur hæc conſcientia imperium
„ vocatur, utpote quod ſemper ſuperiorem
„ ſupponit.

„ Inſtant alii, effectum hujus obligationis
„ in eo conſiſtere, ut omnes actus per ſe
„ malos pœnæ ſequi ſoleant, idque ex nexu
„ rerum. Quæ Hobbeſii ſententia eſt. At
„ eam oppugnavimus *in Diſſ. Proœm. X.* §.
„ 8. ubi tamen notavimus eos, qui talia do-
„ centes pro Atheis habent.

„ Equidem excuſare Grotium tentavit B.
„ Ludovicus in *reſol. dub.* §. 10. dum ait:
„ *Eum non per modum theſeos, ſed per mo-*
„ *dum fictionis per impoſſibile ſtatuiſſe, abſ-*
„ *que Deo jus naturæ dari: cum expreſſe*
„ *ſubjunxerit, ſine ſummo ſcelere dari non*
„ *poſſe, quod Deus non ſit.* Verum in illa
„ theſi, quam Grotius defendit, duo diſtin-
„ cta ſunt: 1. Deum non eſſe: 2. ſine Deo
„ quoque jus naturæ eſſe. *Illud* non ponit
„ Grotius, ſed fingit per impoſſibile; idque
„ ita ſtatuere, ſummum ſcelus eſſe, ait. Aſt
„ *alterum* ponit, & concludit; nec illud
„ ſtatuere pro ſcelere habet.

Aut non curari ab eo negotia humana]
„ Imo jus naturæ abſque hac providentia
„ Divina concipi non poteſt; ſi enim ſup-
„ ponitur, Deum non curare negotia hu-
mana

„ mana, simul supponitur, Deum nihil præ-
„ cise voluisse ab hominibus fieri: adeoque
„ homines nunquam male agere, quia nul-
„ lus pœnæ metus a Deo esset, qui ignorat
„ actiones humanas. Unde alibi dixi, inter
„ Atheum, & eum, qui providentiam ne-
„ gat, nihil fere intersse; quia alter existen-
„ tiam Dei, alter vero ejus potentiam ne-
„ gat.

Partim ratio, partim traditio] „ His enim „ duobus argumentis numen aliquod esse, „ evincit Auctor in *tract. de verit. relig. „ Christ. Lib. I. §. II.* Verba ejus hæc sunt: „ *Res aliquas esse, quæ esse cœperint, sensu „ ipso, & confessione omnium constat. Eæ au- „ tem res sibi non fuerunt causa ut essent: „ nam quod non est, agere non potest; nec „ ipsa res esse potuit, antequam esset. Sequi- „ tur igitur ut aliunde habuerint sui origi- „ nem: quod non tantum de illis rebus, quas „ ipsi aut conspicimus, aut conspeximus, fa- „ tendum est; sed & de iis, unde illæ or- „ tum habent, donec tandem ad aliquam cau- „ sam perveniamus, quæ esse numquam cœ- „ perit, quæque sit, ut loqui solemus, non „ contingenter, sed necessario. Hoc autem „ qualecumque tandem sit, de quo mox age- „ mus, id ipsum est, quod Numinis, aut „ Dei voce significatur.*

„ *Alterum argumentum, quo probamus,* „ *Numen esse aliquod, sumitur a manife- „ stissimo consensu omnium gentium, apud „ quas ratio, & boni mores non plane ex- „ stincta sunt, inducta scritate. Nam cum „ quæ ex hominum arbitratu veniunt, nec „ eadem sint apud omnes, & sæpe muten- „ tur: hæc autem notio nusquam non repe- „ riatur, neque temporum vicissitudine mu- „ tetur, quod ipsi etiam Aristoteli notatum, „ homini ad talia minime credulo; omnino „ causam ejus aliquam dari convenit, quæ „ se ad omne genus humanum extendat: quæ „ alia esse non potest, quam aut oraculum „ Dei ipsius, aut traditio, quæ a primis hu- „ mani generis parentibus manarit; quorum „ prius si admittimus, constat de quo quæ- „ ritur: sin posterius, nulla sane ratio assi- „ guari poterit idonea, cur primos illos pa- „ rentes credamus falsum aliquod in re mo- „ menti maximi ad omnes posteros prodidisse. „ Accedit, quod sive olim cognitas, sive nu- „ per repertas orbis partes spectemus, ubi mo- „ do, ut diximus, aliquid est humanitatis, „ exserit se hæc notitia: cum apud gentes sa- „ pientia, aut ingenio valentes: tum apud „ stupidiores alias, quarum nec illas omnes de- „ cipi potuisse, nec has reperisse quo alii alios „ deciperent, ullo pacto credibile est.*

„ *Nec est, quod opponat hic quisquam pau- „ cos in multis seculis, qui Deum esse aut „ non crederent, aut non credere se profi- „ terentur. Nam & paucitas ipsa, & quod „ statim intellectis argumentis rejecta univer- „ sim est eorum opinio, ostendit, non prove- „ nire hoc ex usu rectæ rationis, qua homi- „ nibus communis est; sed aut ex studio no- „ vitatis, quali tenebatur qui nivem atram „ esse contendebat; aut ex mente corrupta, „ sicut vitiato palato res, non ut sunt ita „ sapiunt: præsertim cum & historiæ, & „ alia scripta doceant, quo quisque fuit pro- „ bior, eo diligentius ab ipso custoditam de „ Deo notitiam. Atque adeo a pravo inge- „ nio eorum maxime, quorum interest ne „ quis sit Deus, i. e. humanarum actionum „ judex, venire hanc a tam recepta antiqui- „ tus sententia discessionem, vel hinc appa- „ ret, quod quidquid illi ponunt, sive gene- „ rum successionem absque ullo primordio, si- „ ve atomorum concursum, sive aliud quid- „ vis; id non minores, si non majores ha- „ bere difficultates, neque eo, quod receptum „ est, magis esse credibile cuivis ad rem me- „ diocriter attendenti, satis apparet. Quod „ enim obtendunt nonnulli, quia non videant „ Deum, eo se nec credere; si quid vident, „ satis vident, quam hoc sit homine indi- „ gnum; qui modo mentem habere se cre- „ dat, quam nec ipsam videt. Nec si cape- „ re Dei naturam nostro ingenio non possu- „ mus, ideo talem esse naturam negandum „ est. Est enim id inferioris cujusque pro- „ prium, ut quæ se superiora, atque excel- „ lentiora sunt, capere non possit. Ne bestiæ „ quidem, quid homo sit, capiunt; multo- „ que minus sciunt, qua ratione homines res- „ publicas instituant, ac regant, astrorum „ cursus metiantur, mare navigent. Hæc „ enim omnia ipsarum captum superant. At- „ que ex hoc ipso homo, quippe supra bestias „ nobilitate naturæ constitutus, idque non a „ se se, inferre debet id, a quo superior be- „ stiis est constitutus, non minus se se supe- „ rius, quam ipse sit bestiis; ideoque esse ali- „ quam naturam, quæ utpote excellentior, „ sui captus modum excedat.*

„ Sed & universum a Deo regi, idem Gro- „ tius *d. l. I. §. X.* probat, ubi ita differit: „ *Dei autem providentia regi hoc universum. „ inde apparet, quod non tantum homines, quippe*

„ *quippe intellectu præditi, ſed & aves, fe-*
„ *ræ, quadrupedes, quibus aliquid eſt quaſi*
„ *vice intellectus, curam habent eorum, quæ*
„ *a ſe producta ſunt. Quæ perfectio cum pars*
„ *ſit bonitatis, a Deo removenda non eſt;*
„ *eoque magis, quod ſit ipſe & omniſcius,*
„ *& omnipotens, ita ut non poſſit non cog-*
„ *noſcere ea, quæ aguntur, aut agenda ſunt,*
„ *eaque ipſe temperare, ac dirigere facillime*
„ *poſſit.*

Confirment vero & argumenta multa alia] „ Exiſtentia enim Dei etiam probatur 1. ab „ ordine, qui in univerſo conſpicitur, & „ qui cauſam intelligentem ſupponit. 2. Ab „ origine motus, qui primum, & æternum „ ſupponit motorem. 3. Ab effectu, quia „ ubi effectus eſt, ibi etiam cauſa eſſe de- „ bet; quas rationes alibi expoſuimus.

„ Quod autem Deus *curam gerat* eorum, „ quæ a ſe producta ſunt, apparet ex ipſo „ creationis facto; omnia enim ita diſpoſuit „ divinus Creator, ut omnia omnibus ſuffi- „ ciant: alimenta igitur, quæ indefinitæ crea- „ turarum multitudini natura porrigit, cer- „ tiſſimum indicium ſunt, Deum non ſal- „ tem voluiſſe creare hominem, ac beſtias, „ ſed & datis vitæ neceſſariis conſervare in „ futurum, quæ ipſa eſt providentia.

Et miracula ab omni ævo teſtata] „ Ex „ miraculis *exiſtentia Dei* probatur, quia „ cum extra naturæ ordinem ea fiant, quæ- „ dam cauſa ſit neceſſe eſt, quæ ordinem „ naturæ infringere poſſit; eaque eſt Deus. „ Sed & *providentiam divinam* inde probat „ Grotius *dict. lib.* 1. §. 13. quia pleraque „ miracula in utilitatem hominum fiunt, „ adeoque Deum providere voluiſſe homini- „ bus, exinde conſtat.

Sequitur jam, ipſi Deo, ut opifici, & cui nos, noſtraque omnia debemus, ſine exceptione parendum nobis eſſe] Hoc quoque ſpeciem impietatis inferre videtur, quod Auctor Deum miniſtrum faciat alterius cauſæ, non Auctorem. Nam Deum conſequenter ſaltem actus ſocialitati convenientes, vel diſconvenientes vetare, aut præcipere, ait, *l.* 1. *c.* 1. §. 10. adeoque non quia auctor eorum eſt, ſed quia actus illi per ſe, ſemoto Deo, liciti, vel illiciti ſunt, *d.* §. 10. Deum igitur ſubjicit aliæ cauſæ, & affingit ipſi voluntatem pendentem a cauſa extrinſeca, quæ foret, etſi ipſe non eſſet, aut ab alio, quam a ſe ipſo. Sic a Grotio Societas ſtatuitur cauſa voluntatis divinæ, non voluntas Dei cauſa ſocietatis: quod ferri non poteſt: *Vid. Exerc. noſtram* 1. *ad Grot.* §. 50.

Additio.

„ Sententia Auctoris hæc eſt: *Jus naturæ* „ *ſociale* etſi ex principiis internis fluat, ni- „ mirum, ex appetitu ſocietatis rationi con- „ venienti, etſi ſubſiſtere poſſit etiam ſi de- „ tur Deum non eſſe; tamen ex Dei quoque „ voluntate nos obligare, quia ipſe ſociali- „ tatem in nobis exiſtere voluit. *Add.* §. „ *ſeq.* Deo enim ut opifici, & cui nos, „ noſtraque omnia debemus, parendum eſ- „ ſe. Bene hic notat B. Parens, Deum ju- „ ris naturalis hoc modo cauſam fieri ſub- „ ordinatam, & homines obligari, non quia „ Deus juſſit, (nam abeſſe Deus poteſt) „ ſed quia ſociales ſumus. Sane, inſignis „ contradictio videtur, Deum voluiſſe ut „ principia illa interna in nobis eſſent, „ i. e. Deum nos ſociales, & cum judicio „ recte conformato, creaſſe: & tamen Deum „ abeſſe poſſe, quaſi cauſa ab effectu ſepa- „ rari poſſit. *Add. Diſſert. Proœm. I.* §. 49. „ *ſeq.* Eo magis ab hoc errore cavendum „ eſt, quia Auctor ex eo infert, juri natu- „ rali intrinſecam ineſſe bonitatem, vel ma- „ litiam, atque ideo Deum jus naturæ mu- „ tare non poſſe, *L.* 1. *c.* 1. §. 10. ubi ple- „ nius hanc rem examinabimus.

„ Certum igitur eſt, quod Deo parendum „ ſit; ſed parendum ei eſt ut cauſæ primæ, „ non vero ut cauſæ ſubordinatæ.

Præcipue cum is ſe multis modis & optimum, & potentiſſimum oſtendit] „ Ne- „ mo dubitat, Deum eſſe Creatorem, & „ conſervatorem hominum, eumque eſſe & „ optimum, & omnipotentem: adeoque ei „ parendum eſſe. Sed alia quæſtio eſt, an „ is ſit prima obligationis naturalis cauſa? „ hoc negat Grotius, quia ex ejus hypo- „ theſi exiſtit talis obligatio, etſi detur Deum „ non eſſe; cum tamen ex eo ipſo, quod „ ſoli Deo & jus, & potentia in hominem „ competat, neceſſario ſequatur, extra „ Deum nullam eſſe potentiam, quæ huma- „ no generi legem dare poſſit.

Ita ut ſibi obedientibus præmia reddere maxima, etiam æterna] „ Eſt enim Deus ens „ perfectiſſimum: perfectionis autem eſt, „ præmia tribuere meritis, ut cuique ſua ſit „ æſtimatio. Quod cum non fiat in hac vi- „ ta, merito judicium aliquod poſt hanc „ vitam expectandum eſſe, ratio dictitat. *Vid.* „ *Grot. de ver. Relig. Chriſt. L. I.* §. *XXI. ſeq.*

Poſſit, & voluiſſe credi debeat] „ Immortalitatem animæ ex naturæ rationibus, „ citra revelationem, probari poſſe, & de „ præmiis æternis naturali lumine conſtare, „ negat Oſiander *ad Proleg. Grot. obſ. VII.* „ atque ideo allegat Lutherum *ad Eccleſ.* 3. „ *c.* 5. *v.* 19. *ſeq.* Verum tria præcipue ſunt, „ quæ immortalitatem illam inferunt. 1. *Juſtitia Dei*, entis perfectiſſimi; ea enim exigit ut bonis bene ſit, & malis male: at „ quotidiana docet experientia, in hac vita „ bonis ſæpe male eſſe, & malis bene; „ unde neceſſario concludendum eſt, tribui „ bona, & mala in alia vita. 2. *Natura animæ*, quæ cum ſit res a materia ſeparata conſiſtens in facultate intelligendi, „ & volendi, per rei naturam corruptioni „ non poteſt eſſe ſubjecta, utpote cum deſtructio particularum, ſola mortalitatis ratio, in facultate cogitandi concipi non „ poſſit. 3. *Traditio antiquiſſima*, quæ a „ primis parentibus ad populos moratiores „ pene omnes manavit. Grot. *de verit. rel.* „ *Chriſt. L. I. §. XXII. ſeq.*

Quod Chriſtiani] „ Chriſtianis tam in veteri, quam in novo Teſtamento revelatum eſt, non tantum animam non mori, „ ſed & corpus reſuſcitari; quæ loca compilaverunt paſſim auctores, qui de animæ immortalitate ſcripſerunt. Sane, apud „ gentiles quoque reſurrectionem corporis „ pro poſſibili habitam fuiſſe, certum eſt.

Ad §. 12.

„ Tertia juris univerſalis ſpecies, qua „ totum humanum genus obligatur, Grotio „ vocatur *jus divinum voluntarium*: quod „ non ex principiis internis, i. e. non ex „ affectu ſociali, nec ex judicio recte conformato ad æſtimanda utilia, & noxia, „ fluit; ſed quod Deus ex *libera ſua voluntate* hominibus dedit. *Lib.* 1. *c.* 1. §. 13. „ §. 15. *n.* 1. *Proleg.* §. 11. *&* 12. *Lib.* 2. „ *c.* 5. §. 13. *n.* 1.

„ Hujus *juris univerſalis divini* Auctor tres „ ſpecies fingit. I. *Jus Adamiticum*; quo „ etiam refert inceſtum. *Vid. Diſſert. Proœm. III. c.* 1. *Sect.* 1. II. *Jus Noachicum*; quo etiam refert eſum ſanguinis vi„ ventis, *ibid. c.* 1. *Sect.* 2. III. *Legem Evan„ gelii*; hanc enim 1. quædam vetare, ait, „ quæ jure naturæ licita ſunt: nimirum, u„ ſuras immodicas, concubinatum, divor„ tium, polygamiam plurium uxorum. 2. „ Eam quoque vetare quædam, quæ lege „ Moſis licita fuere; ubi ad præcedentia „ exempla provocat. Sed & 3. eam virtu„ tes, lege Moſis præceptas, vel commen„ datas, majori gradu exigere. *Vid. Dict. „ Diſſert. Proœm. c.* 1. *Sect.* 3. ubi exem„ plis hoc ſyſtema illuſtravimus.

Grotius exiſtentiam hujus juris his argumentis probat. 1°. Quoties jure divino ob actum aliquem gentes punitos legimus, nec ratio prohibendi naturalis dari poteſt; ſequi neceſſario, legem aliquam præceſſiſſe; quæ cum naturalis non ſit, reſtare, ut a Deo data ſit humano generi. *Lib.* 2. *c.* 5. §. 13 *n.* 2. 2°. Si omnes moratiores gentes ab aliquo actu abſtinent, hanc communem exiſtimationem, ſi a neceſſario naturæ dictato originem non habet, neceſſario deſcendere, ait, ex veteri traditione, quæ a divino aliquo præcepto manaverit, *d. c.* 5. §. 13. *n.* 7. *in fin.*

„ Hoc jus *divinum poſitivum univerſale* ex „ libera voluntate Dei fluere, ait: adeoque „ in eo a præcedentitus juribus naturæ diffe„ rre, ſtatuit, quod illud a Deo mutari „ poſſit, hæc non poſſint. *Vid. Grot. l.* 1. „ *c.* 1. §. 10. *&* *c.* 2. §. 5.

„ Cæterum, tale jus divinum humano „ generi ter datum, ait: 1. ſtatim poſt ho„ minem conditum: 2. in reparatione hu„ mani generis poſt diluvium: 3. in ſubli„ miori reparatione per Chriſtum, i. e. per „ legem Evangelii. *L.* 1. *c.* 1. §. 15. *n.* 2.

„ Effectus autem illius juris Grotio eſt, „ ut omnes quidem homines inde obligen„ tur, *Grot. Prol.* §. 11. *&* 12. *l.* 2. *c.* 5. „ §. 13. *n.* 1. *l.* 1. *c.* 1. §. 15. *n.* 2; ſed ex „ jure Adamitico, & Noachico tantum qua„ tenus jus illud publicatum eſt, eisque in„ notuit, *d. l.* 1. *c.* 1. §. 15: ex Lege Evan„ gelii autem tantum in foro poli. *Grot. l.* „ 2. 20. §. 4. *n.* 1. *junct.* §. 43. *&* §. 48. *n.* „ 2. *Lib.* 1. *c.* 6. *n.* 4.

„ Hoc ſyſtema latius explicavi in *Diſſ.* „ *Proœm. III.* atque jus divinum poſitivum „ univerſale, diſtinctum a jure naturæ, non „ exiſtere, probavi *ibid.* §. 12. *ſeq.* ſimulque „ demonſtravi, omnia, quæ ad hoc jus re„ feruntur, vel plane non eſſe præcepta ju„ ris, quæ homines inter ſe obligent, vel „ eſſe ipſa naturæ præcepta.

Et hæc jam alia juris origo eſt] „ Scil. ex „ eo fonte deſumta, quod Deo, ut opifici

&

„ & cui nos, noſtraque omnia debemus „ parendum ſit. *Vid.* §. 11.

Præter illam naturalem] „ Sive ſtricte ſic „ dictam, ſive laxiori ſenſu ſumtam; quarum „ illa ex ſocietatis appetitu, hæc ex judicio „ recte conformato, ad diſcernendum utilia „ ab eis, quæ noxia ſunt, oritur: & quæ „ ex hypotheſi Grotii utraque ſubſiſtit, etſi „ detur Deum non eſſe. *Vid.* §. 8. 9. 10.

Veniens ex libera Dei voluntate] „ Non „ alligata ad reſpectum ſocialem, aut ad „ judicium recte conformatum.

Cui nos ſubjicere debere, intellectus dictat] „ Deus enim creaturam ſuam ratione præ„ ditam certa lege creare poteſt; & huic „ legi creatura parere tenetur.

Sive illud ſociale, ſive quod laxius ita di„ citur] „ Utrumque Auctor vocat jus natu„ ræ, alterum naturæ ſocialis, alterum na„ turæ humanæ. *Vid.* §. 8. & 9.

Quanquam ex principiis hominum inter„ nis] „ Scil. tum ex appetitu ſocietatis, „ tum ex diſcretione ejus, quod utile, vel „ noxium eſt §. 8. & 9.

Deo tamen adſcribi merito poteſt, quia ut talia principia in nobis exiſterent, voluit] „ Hæc contradictionem inferre, vidimus.

Quo ſenſu] „ Quia ſcil. Deus ſubſequen„ ter ſaltem probavit jus naturæ. At nemo „ Stoicorum unquam eo ſenſu jus naturæ „ ſumſit. Stoici antecedenter a Jove, tam„ quam prima cauſa, juris originem peten„ dam eſſe, dixerunt: quod plenius pro„ bavi *ſupra* §. 3.

Juris originem non aliunde petendam, quam ab ipſo Jove] „ Ipſi ergo Gentiles „ agnoverunt, a ſolo Jove juris originem „ petendam eſſe, non ab aliqua Socialitate, „ *d.* §. 3. nedum ab aliquo judicio recte con„ formato ad diſcernenda utilia, & noxia.

Ad §. 13.

Auctor ait, Deum principia illa, quæ hactenus expoſuit, legibus ſuis illuſtraſſe. Verum hæ leges ſolis Judæis datæ ſunt, adeoque pro jure naturæ haberi non poſſunt.

Additio.

„ Auctor non loquitur de decalogo; hunc „ enim ſolis Judæis datum eſſe, ipſe fate„ tur *Lib.* 1. *c.* 1. §. 16. Sed loquitur de „ legibus divinis, quas Adamo, Noacho, „ & per legem Evangelii declaratas, atque „ ideo univerſales eſſe, ait.

„ Cæterum Auctor ſecundam rationem hic „ affert, cur jus naturæ, ſive ſociale, ſive „ laxius, etſi ex principiis internis fluat, „ Deo tamen adſcribi poſſit (*vid.* §. *præc.*) „ quia illud legibus conſpicuum fecit, i. e. „ illuſtravit, eoque approbavit.

Illa quoque ipſa principia] „ Interna ſcil., „ ex quibus jus naturæ tum ſociale, tum „ laxius profluere, dixit, etſi detur Deum „ non eſſe. §. 11.

Deus datis legibus magis conſpicua fecit] „ Deus legibus Adamo, & Noæ datis non „ conſpicua fecit principia illa interna, qua„ lia non agnoſcimus; ſed ipſa naturæ jura, „ quæ per rationem humano generi declara„ vit, & quæ ex libera ejus voluntate flu„ unt, verbis quoque voluit revelare.

„ Cæterum modo vidimus, Grotium exi„ ſtimare, ter Deum tales leges dediſſe, „ quibus principia illa interna magis con„ ſpicua fecerit. *Add. lib.* 1. *c.* 1. §. 15.

Etiam iis, quibus imbecillior ad ratiocinandum vis animi] „ Adeoque qui ob ra„ tionis imbecillitatem ignorare præcepta il„ la naturæ poſſent. Nam jurium naturalium „ Doctores multa eſſe ajunt, quorum ratio „ ob humani intellectus corruptionem reddi „ non poſſit, adeoque ubi revelatione opus „ fuiſſe, ajunt; eoque referunt *inceſtum*, „ *ſodomiam*, *ſcortationem* &c. Vid. *Ludov.* „ *delin. Hiſt. jur. nat.* §. 103. & *in Dubiis* „ §. 4. & 6. Conf. Seldenum de Jure gen„ tium *lib.* 1. *c.* 9. *pag.* 110. & Caſuiſtas „ quosdam allegatos *ſupra* §. 3. *pag.* 6. At „ negavimus, adeo obſcuratam eſſe ratio„ nem, ut jam non ſufficiat juri univerſa„ li cognoſcendo: ſane, pugnaret cum ju„ ſtitia divina, ſi damnaret, & puniret ho„ mines ob violationem juris, quod ob de„ fectum rationis cognoſcere non poſſent. „ Neque fuiſſe hoc lumen rationis, quo cri„ mina allegata prohibuit, nebuloſum, & „ imbecille, vel inde demonſtratur, quia „ apud omnes gentes, etiam maxime barba„ ras, crimina illa pro illicitis, & maxime „ prohibitis habita fuere, quæ tamen aliud, „ quam rationis lumen, non habuerunt; „ quin ipſe Apoſtolus ad hoc lumen provo„ cat, cum in gentiles invehitur, & ideo „ abominandis his criminibus, atque affecti„ bus a Deo relictos docet, quod Deum, „ ejusque voluntatem ex lumine rationis

„ perſpectam aſpernati fuiſſent. *Rom.* 1. *v.* „ 9. 20. 21. 26. & 32. Simile eſt 1. *Cor.* 5. „ *v.* 1. *ſeq.* Conf. Tract. meus *de princ. jur.* „ *nat. part.* 2. *p.* 104. *fol.* 64. *ſeq.* Nec non „ *Reſol. dub.* §. 4. & §. 26. Add. *Diſſ. Pro-* „ *œm. XII.* §. 60.

Et in diverſa trahentes impetus] „ Motus „ enim, quos natura hominibus indidit, eos „ in diverſa trahere, i. e. facile in exceſſum „ procedere poſſunt. Ex hypotheſi enim Gro- „ tii homo non tantum vim ſocialem ob- „ tinet, ſed & judicium ad æſtimanda quæ „ delectant, aut nocent. Hoc judicium re- „ cte conformatum ſequi tenentur homines; „ adeo ut ſi metu, aut voluptatis præſentis „ illecebra corrumpi, *aut temerario rapi im-* „ *petu* ſe patiuntur, contra jus naturæ, hu- „ manæ ſcilicet, agere intelligantur. *Vid.* „ *ſupra* §. 9.

„ Quia vero imbecillior ad ratiocinandum „ eſt vis animi, *impetus* hos, i. e. motus, „ quos natura homini indidit, homines fa- „ cile in diverſa trahere poſſe, Auctor ex- „ iſtimat.

Qui nobis ipſis, quique aliis conſulunt, vagari vetuit, illos quippe vehementiores adductius regens] „ Exemplis res magis illu- „ ſtrabitur. Jure naturæ conjunctio maris, „ & fœminæ licita eſt; idque ex motu ve- „ hementiſſimo, natura utrique ſexui indi- „ to, apparet. Hos autem naturæ impetus „ Deum datis legibus addictius rexiſſe, ait, „ conjunctionem maris, & fœminæ, fine, „ ac modo coërcendo: i. e. prohibendo, „ ne quis cum cognatis in inæquali gradu „ concumbat, *L.* 2. *c.* 5. §. 12. & 13. Ne „ cum pluribus fœminis ſe jungat, & ne „ cum concubina liberos procreet. *Vid.* „ *Grot. l.* 1. *c.* 2. §. 6. *n.* 11. & *L.* 2. *c.* 5. „ §. 9. *n.* 1. Porrò, pœnas ſumere à no- „ cente, i. e. ipſi tantundem mali infligere, „ ac ipſe fecit, ex naturæ impetu deducit. „ At hunc quoque impetum vehementiorem, „ Deum, legibus Adamo, & Noacho datis „ repreſſiſſe, ſtatuit. *L.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* 3. „ *n.* 5.

„ At omnia hæc gratis dicuntur. Leges „ divinæ, quatenus morales ſunt, non dif- „ ferunt a jure naturæ: adeoque verum „ non eſt, eas principia illa interna (quæ „ non exiſtunt) addictius regere; ipſa enim „ ratio naturalis motus, & impetus naturæ, „ fine, ac modo ſatis coercet. *Dict. Diſſert.* „ *Proœm.* 3. §. 46. *ſeq.*

Ad §. 14.

Auctor ait, ſacram quoque hiſtoriam affectum illum ſocialem, ſeu ſtudium ad communes uſus, in nobis excitare, dum nos docet, ab uno ſtipite nos deſcendere; unde cognatio conſtituitur, *l.* 10. *ff. de Grad.* quæ juxta doctrinam Florentini vetat hominem homini inſidiari. Sed hoc pertinet ad confirmandum jus naturæ, non ad probandum. Vera ratio juris naturæ, cur fas non ſit hominem homini inſidiari, hæc eſt, quod nemo in alterius vitam jus habeat, adeoque nemo alii eam auferre poſſit: idque eo magis verum eſt, quia inter omnes homines natura quandam cognationem conſtituit.

Additio.

„ Nos ſtatim probabimus, neque ſacram „ hiſtoriam agnoſcere aliquem affectum ſo- „ cialem; neque eum ex cognatione oriri; „ neque Florentinum de hoc affectu ſociali „ loqui.

Sed &] „ Tertia hic allegatur ratio, cur „ jus ſociale adſcribi Deo poſſit, etſi is ejus „ auctor non ſit: quia hiſtoria ſacra affectum „ illum ſocialem in eo excitat, dum nos „ docet, omnes homines ab uno ſtipite or- „ tos, adeoque omnes ex eadem familia, „ & ex eadem domo, eoque cognatos eſſe.

Præter id, quod in præceptis conſiſtit] „ I. „ e. præter leges, quibus principia illa inter- „ na conſpicua fecit. *Vid.* §. *præc.*

Affectum illum ſocialem non parum eo excitat, quod nos docet, ab iisdem primis parentibus ortos homines omnes] „ Imo ex eo, „ quod omnes homines a primis parentibus „ orti ſint, nullus ſequitur affectus ſocialis, „ nullumque ſtudium ſimul ad communes „ uſus vivendi; inprimis cum auctis per „ tot ſæcula familiis, iisque per immenſa „ ſpatia diſperſis, omne cognationis nomen „ obſoleverit. Repetenda igitur hic ſunt om- „ nia argumenta, quibus ſocietatem univer- „ ſalem humani generis oppugnavimus. *Vid.* „ *Diſſert. Proœm.* 1. *per tot.*

Ita ut eo quoque ſenſu recte dici poſſit, quod alio dixit Florentinus] Hic probaturus, *vim licere vi repellere*, id deducit ex eo, quod natura cognationem inter omnes homines conſtituerit, adeoque majus nefas ſit

eos

eos invicem insidiari, qui a communi stirpe nati sunt *L. 3. ff. just. & jur.* Nefas hoc sequitur ex voluntate Dei, qua & jus sui defendendi omni animanti datum, & cædes cognatorum præ cæteris prohibitæ sunt, majusque nefas habetur. Hic igitur de societate nihil dicitur: nedum eam esse principium juris naturalis; sed omnia contra.

Additio.

„ Notanter Grotius ait, *alio sensu Florentinum JCtum dixisse, cognationem inter nos a natura constitutam esse.* Nam Florentinus non ideo hanc cognationem statuit, „ quod nos ab eadem stirpe descendere putet; „ sed quia, juxta sententiam Stoicorum, „ universum, quod exstat, *Dei* nomine venit; cujus membra, & portiones cum „ homines sint, ideo inter eos cognationem „ Stoici effingunt, indeque prohibitionem „ lædendi inferunt: quæ causa cum falsa, „ imo impia sit, conclusio quoque vera esse „ non potest. Vide omnino *Diss. proœm. I.* „ *c. 2. sect. 1.* Vera igitur ratio, cur homo „ insidiari homini non possit, posita est in so„ la voluntate Dei, qui jus suum cuique tri„ buere jubet, adeoque non vult jus vitæ, „ quod cuique hominum concessit, ab ulla „ creaturarum auferri.

Inter homines quasi Dii sunt parentes] Uti Deo debemus cultum, quia omnia ab eo habemus: ita parentibus proximum, quia vitam ab eis habemus.

Additio.

„ Auctor hic incidenter ex Socialitate re„ verentiam liberorum erga parentes demon„ strat. Ait enim, omnes homines ab iisdem „ primis parentibus ortos, adeoque cognatos, „ & socios esse. Inter hos autem socios, cæ„ terum æquales, obsequium deberi paren„ tibus, quia hi Dii quidam sunt, dum imi„ tantur Deum vitam nobis dando. At 1. „ cum ex ipsa assertione Auctoris appareat, „ cultum parentum oriri ex procreatione libe„ rorum, & ex similitudine, quam paren„ tes hactenus habent cum summo Creatore; „ facile constat, rationem illam obtinere, „ etsi nulla inter homines intercederet socie„ tas universalis. Adeoque 2. causa, & origo „ illius cultus non sequitur ex Socialitate, „ sed ex jure, quod ratione naturali, i. e. „ voluntate Dei, parentibus in liberos quæsi„ tum est. Liberi enim sunt vera portio cor„ poris parentum; omnia a parentibus, ni„ hil a se habent; præterea educantur a pa„ rentibus: ob quæ beneficia reverentia eis „ denegari nequit. *Vid. l. 2. c. 5. §. 1.* „ *seq.* Hoc jus, parentibus quæsitum, libe„ ri eis tribuere tenentur.

Quibus proinde non infinitum, sed sui generis obsequium debetur] „ Deo illimitatum „ debemus obsequium, quia omnia ab eo „ habemus: parentibus, conspicuis Diis, „ tantum limitatum, quatenus scilicet ad „ beneficium generationis spectat. Quæ offi„ cia late exposuimus in *Dissert. Proœm. XII.* „ §. 147, & *seq.*

Ad §. 15.

Auctor hactenus originem *juris naturalis, tum stricte, & proprie sic dicti*, tum *laxioris*, demonstravit. Jam originem *juris civilis* ex eodem fonte deducere laborat; sed admodum infeliciter.

Supponit enim 1. juris naturæ esse, stare pactis. Quod 2. inde probat, quia necessarius erat aliquis se obligandi modus; alius vero modus naturalis fingi non possit. Unde concludit 3. eos, qui in cœtum aliquem consensu suo coëunt, eo ipso promittere, se legibus civitatis parituros; adeoque inde obligari.

Ubi tot fere vitia, quot verba videntur. Negatur enim 1. *modum se obligandi inter homines præcise necessarium esse*; quia si status esset, quo omnis commutatio traditione fieret, non essent pacta, & obligationes, sed modi dominii acquirendi. 2. Nec constitui potest modus se obligandi libera hominum voluntate, nudove eorum consensu, vel pacto; sed causa quædam extra hominem esse debet, quæ ei necessitatem imponat standi pactis, etsi nolit: ea autem non invenitur in Socialitate. Negatur 3. alium naturalem obligandi modum, præter voluntatem hominum, fingi non posse; nam contra ab ipsa natura, seu Dei voluntate, efficacissima est obligatio, quoties quis jus suum facto alterius non habet: præterea vero nulla. 4. Denique negandum est, obligationem naturæ esse ex pactis nudis, i. e. quæ causam obligationis, seu synallagma non habent. Adde Exercitationem nostram 1. *ad Grot. §. 61.*

Additio.

„ Systema Grotii magis conspicuum facie„ mus *in §. seq.*

Deinde vero] „ Postquam originem juris

„ naturæ ſocialis expoſuit, jam ex eodem „ fonte jura quoque civilia deducit.

Cum juris naturæ ſit, ſtare pactis] „ Ve„ ram hujus obligationis rationem expoſui„ mus *in libro II. cap. XI. & in Diſſert. „ Proœm. XII.* §. 893. *ſeq.*

Neceſſarius enim erat inter homines aliquis ſe obligandi modus; neque vero alius modus naturalis fingi poteſt] „ Utramque aſſertionem „ modo negavit B. Parens; & merito. Sane, „ cum Americæ gentibus initio, & hodie „ quoque cum pluribus commercia, non „ pactis, ſed commutationibus fiunt.

Ab hoc ipſo fonte jura civilia fluxerunt] Quomodo? ut qui cœtui alicui ſe aggregant, aut homini alii ſe ſubjiciunt, tacite ſaltem promiſiſſe intelligantur, ſe ſecuturos id, quod ille, vel cœtus pars conſtituiſſet. Verum id tale eſt, ut perniciosior error intelligi vix poſſe videatur. Adeo hac ſententia in lubrico locatur ſancta illa Regum Principum, ac Reipublicæ auctoritas, & ſacra imperii majeſtas; quin tota plane evaneſcit, & deformatur in jus precarium, quod pendet a voluntate, & pacto ſubditorum, ſeu ſingulorum, ſuo facto ſe cœtui aggregantium, vel alii ſubjicientium. Quin vix a pacto pendere eam facit; ſed & a pacti fictione. Quia ait, *intelligi debere tacite promiſiſſe, ſecuturos ſe quod ille, vel cœtus pars major, conſtituiſſet.*

Nec quicquam omnium probavit, ſed omnia gratis aſſumſit, quæ ut juris naturalis ars, aut ſcientia eſſet, prius demonſtranda fuerant. Nondum probavit, quod, & cur homines natura teneantur ſtare pactis, & quæ ſit illa poteſtas, quæ eos vinciat, & adſtringat, ne a pactis, i. e. voluntate ſua, (contra illius naturam, & libertatem, & contra *Legem 22. verſ. nemo ff. de legat.* 3.) recedere poſſint. Certe, mutum illud ſocietatis nomen adeo vim eam non habet, ut nihil minus.

Sed nec probavit, aut in æternum probabit, in appetitu ſocietatis eſſe principium obligationis naturalis. Etſi enim illa ſit a natura, non tamen eſt principium juris naturæ, nedum obligationis naturalis. Quin & natura, quæ ſocietatem inter homines conſtituit, inſtinctum ſaltem, ac ſtudium, & appetitum ad ſocietatem dedit, uti inter animantia alia; at non neceſſitatem, ſeu obligationem.

Etſi vero hæc omnia quoque probata, & vera eſſent, tamen longe ſublimius quid eſt ſummum Imperium, quam ut a cauſa tam vulgari ducendum ſit. Eſt illud ipſius Dei vicarium in terris munus, cui, ut ipſi Deo, omnis anima, velit, nolit, ſubjecta; neque id arbitrio, & pactis ſubjectorum relictum eſt. Sed de eo, & cui hoc ab ipſo rerum auctore conceſſum ſit, (ſcil. originarie toti corpori in ſua membra, a quo id alii committi poteſt) ſuo loco videbimus. Patet hinc, quam procul hæc a Grotio tradita abſint a principio juris naturæ, & obligationis. *Vid. Exerc. noſtram ad Grot.* 1. §. 56. *ſeq.*

Additio.

„ Grotius originem juris civilis ex *con„ſenſu*, ſeu pacto; obligationem implendi „ pactum ex *jure naturali*; jus naturale au„ tem ex *humana natura* (quam obligare, „ dixit, etiam ſemoto Deo) deducit. Cum „ vero illa *humana natura* per ſe nullam vim „ obligandi habeat, & ſemoto Deo jus na„ turæ concipi non poſſit; recte B. Parens in„ de infert, auctoritatem juris civilis valde „ per hanc ſententiam labefactari: quia om„ nis obligatio a ſola voluntate hominum pen„ deret, quæ mutari pro lubitu poſſet, ni„ ſi cauſa quædam ponatur, quæ hominibus „ neceſſitatem imponat ſtandi promiſſis. Ea „ autem cauſa non invenitur in *natura hu„ mana*, vel ſociali, ſed in ſolo Deo. Atque „ hæc vera ratio eſt, cur jus civile obliget „ etiam in conſcientia. *Vid. Diſſ. Proœm.* „ *XII.* §. 55. *& jus meum controv. l.* 1. *tit.* „ 3. *q.* 9.

Aggregaverant] „ Intelligit hic Auctor „ communitatem particularem, præter eam, „ quæ a natura eſt.

Hominibusque] „ Ut in ſtatu Ariſtocratico, „ vel Democratico.

Hi aut expreſſe promiſerant] „ Qui enim „ cives recipiuntur hodieque, conceptis ver„ bis jurant fidelitatem, & obedientiam.

Tacite promiſiſſe debent intelligi] „ Quia „ qui vult in civitate degere, ejus quoque „ legibus vult ſubjici, ex regula: quod qui „ vult antecedens, etiam velle videatur con„ ſequens.

Quod aut cœtus pars major] „ Vix enim „ eſt ut in ſtatu populari omnes conſentiant: „ unde valet, ex ratione quoque naturæ, „ id, quod pars major conſtituit. *Vid. infra.* „ *L.* 2. *c.* 5. §. 17.

Aut bi, quibus delata erat poteſtas] „ Nam „ cœtus ille omne jus ſuum in illam poteſta„ tem tranſtulit: adeoque ſinguli ex illius

„ pot

„ poteſtatis ſtatutis obligantur, uti antea „ obligabantur legibus totius cœtus.

AD §. 16.

NON *Carneadi tantum, ſed & aliis*] Vid. *ſupra* §. 3. 4, & 5.

Utilitas juſti prope mater, & æqui] Hæc ſunt verba Horatii. *L.* 1. *Sat.* 3. *v.* 98.

Queis paria eſſe fere placuit peccata, laborant
Cum ventum ad verum eſt; ſenſus, moresque repugnant,
Atque ipſa utilitas juſti prope mater, & æqui &c.

Poeta contra Stoicos, qui omnia delicta paria dicebant, paribusque pœnis metiebantur, ait, ei adverſari 1. ſenſum, ſeu rationem, 2. mores, 3. utilitatem, quæ cauſa, ſeu mater eſt juris civilis. Quæ nihil ad rem noſtram.

Si accurate loquamur, verum non eſt] Reaſſumit hic Auctor diſputationem, quam contra Carneadem inſtituerat *ſupr.* §. 6, qui in ſola utilitate poſuit principium juris naturalis; & Horatiano illi reſpondet, utilitatem plane non eſſe matrem, nec juris naturalis, nec civilis: ſed in priori utilitatem ſaltem accedere, in poſteriori tantum occaſionem dare. Cum vero & ipſe Grotius, ſocietatem ſubſtituendo, revera nihil aliud referat, quam utilitatem, & commoda, quæ ſocietas affert; ideo, ne ipſemet facere cum Carneade videatur, in eo maxime laborat, & totus eſt, ut aliquid fingat, vel excogitet, quod præter utilitatem venditare poſſit ſimul eſſe cauſam juris. Quidnam id eſt? *Natura humana*, inquit, *eſt mater juris naturalis, & proavia juris civilis.* Quæ natura? Quæritur, quæ ſit prima, & adæquata cauſa, ſeu principium, quo humani generis libertas coarctata, & homines in univerſum obligati, & adſtricti ſunt ad illa, quæ jus naturæ præcepit, implenda? Reſpondet Auctor, *Natura;* quæ, inquam, natura? *humana*, ſeu noſtra. Qua ratione hæc legislatrix, hæc mater juris naturæ illud omni humano generi præſcripſiſſet? Qua vi univerſos obligavit, & neceſſitate ſic agendi adſtrinxit? Quibus ſignis id omnibus manifeſtavit? Quibus denique mediis illud exequitur in invitos? Reſpondet: *Natura humana nos fert, & licet nullius rei indigeremus, ferret ad ſocietatem mutuam* APPETENDAM. En primam, & adæquatam cauſam juris naturalis ſanctiſſimi, inviolabilis, & æterni.

Quis illud tulit, & nobis præſcripſit? *Natura* noſtra, i. e. nos ipſi nobis: ſi enim alia cauſa prior eſſet, hæc non eſſet prima. Iidem ergo ſumus legislatores, a quibus lex lata eſt, & in quos. Iidem, in quorum voluntate lex eſt, & qui ejus vinculo adſtricti ſunt. Cum tamen nemo imperium habeat in ſeipſum; nemo ſe ſuâ voluntate ita adſtringere queat, ut non contraria voluntate, pari ratione, & poteſtate inde recedere queat. Qua igitur poteſtate natura humana, ſeu totum genus humanum, ſua voluntate, ſuoque voto, jus in ſe conſtituit: eadem totum humanum genus, ſua pariter voluntate id tollere, & abolere poteſt. Si dixeris, non poſſe, danda eſt alia cauſa prior, & toto humano genere ſuperior, quæ impediat; atque hæc cauſa conſiſtit in ſola Creatoris voluntate, cui neceſſario parendum.

Et quis ita inferat: Feremur natura ad ſocietatem appetendam; ergo ſocietas eſt verum, & adæquatum principium juris naturæ, & obligationis. Innumera alia ſunt, ad quæ natura ferimur; innumera ergo eſſent juris, naturæ & obligationis principia prima, & adæquata. Quin contra ex eo, quod natura ferimur ad ſocietatem APPETENDAM, ſequitur, a natura nobis appetitum, inſtinctum, & deſiderium ſocietatis inſitum, non neceſſitatem, & obligationem injunctam. Atque ſic Auctor hac quoque ratione ſuam ipſe cauſam jugulat.

Vult autem adhuc Auctor videri ſe non cum Carneade ſentire, ac principium hoc in ſola utilitate conſtituere; & ideo addit: *Quod natura noſtra nos ferret ad ſocietatem, etſi nulla re indigeremus;* ſed fruſtra. Nam 1. & hoc gratis aſſumit, quid futurum eſſet, ſi nulla re indigeremus; qui ſtatus hominum non eſt. Et 2. quæcunque tunc eſſet natura humana, id certe, ad quod appetendum illa homines ferret, pariter quoque foret in arbitrio, & poteſtate humani generis: aut tum quoque alia cauſa prior, & ſuperior danda eſſet, quæ eam impediret. Sed & 3. hæc quoque aſſertio tota falſa eſt; nam illud, quod naturaliter nos movet ad ſocietatem, eſt utilitas, vel jucunditas, quam ſocietas affert. Non enim voluntas natura movetur, niſi ſpecie boni, ſeu ad id, quod bonum ipſi videtur, & quo proinde, ſi abeſſet, indigeret. Quod ſi igitur in ſocietate nihil eſſet, quod nobis utile, ſeu gratum, aut jucundum

videretur, (quod alteri par eſt, & ſub eo continetur. *l.* 16. §. *ff. quod vi aut clam.*,) voluntas natura ad eam non ferretur. Ut vulgo vel ex Ethicis conſtat. Nihil ergo relinquitur in principio ſocietatis, quam ejus utilitas, aut jucunditas (quippe quæ, ut dictum, alteri par, & ſub ea comprehenſa eſt), & quod omnino eſt in voluntate, & poteſtate hominum, nec cauſam obligandi, & neceſſitatem adſtringendi generis humani habet. *Vid. Exerc. noſtram* 1. *ad Grot.* §. 60, & 61.

Additio.

„ Principia Grotii toto cœlo differre a prin„ cipiis Carneadis, demonſtravimus ſupra „ §. 8. Hic enim nullam inter homines dari „ juſtitiam, ait, ſed natura unumquemque „ ad ſuas utilitates ferri. Grotius autem Socia„ litatem ſupponit, i. e. principia interna, „ rationi convenientia, quæ neceſſitatem im„ ponunt hominibus agendi, vel non agen„ di, approbante Deo. Idque verum eſſe, „ ait, etſi nulla inde utilitas in homines re„ dundaret.

Nam naturalis juris mater eſt ipſa humana natura] „ Quæ enim conveniunt cum appe„ titu ſocietatis rationalis, ea humanæ na„ turæ congruentia eſſe, dixit *ſupra* §. 7; „ indeque obligari homines, etſi Deus non „ exiſteret, §. 10, & 11: quæ ibidem „ refutavimus.

Quæ nos, etiamſi nulla re indigeremus &c.] „ Quia ex hypotheſi Auctoris natura ipſa nos „ ad communem ſocietatem ducit: & motus „ illi ſubſiſtunt, etſi nulla inde in nos redun„ det utilitas. *Conf. infra* §. 18. Quæ in præ„ cedentibus plenius jam examinata ſunt.

Civilis vero juris mater eſt ipſa ex conſenſu obligatio] Hæc non modo non cohærent, ſed & directo pugnant. Obligatio non eſt cauſa juris, ſed contra ejus effectus: non mater, ſed partus. Obligatio ex lege eſt, non lex ex obligatione; hujus mater lex eſt, non illa legis.

Sed & obligationem natura non eſſe ex nudo conſenſu, ſeu pacto, cui cauſa obligationis non ſubſit, modo diximus; cauſam autem hanc *ſynallagma* in jure dici, videmus. Nec aliter verum eſt quod ait, *obligationem ex conſenſu vim habere ex jure naturali.* Sed & ita loquitur, quaſi nulla alia ſit obligatio naturaliter, quam ex conſenſu: quod ſane haud levem ignorantiam juris naturæ non tantum, ſed & juris communis præ ſe fert, quo aliæ ſunt certiſſimæ, & indubitatæ obligandi cauſæ; cum contra, quod ex conſenſu eſſe dicitur, non ſit ex conſenſu per ſe, ſed quatenus cauſa ſubeſt, ut ſuo loco videbimus. *Exerc.* 1. *ad Grot.* §. 64. §. 65.

Quæ cum ex jure naturæ vim ſuam habeant] „ Juris enim naturalis eſt, ſtare pa„ ctis: adeoque & ſtare ei placito, quo cives „ ejusdem civitatis conſenſerunt ſe civitatis „ legibus parituros. Hactenus benè: at ſi „ porrò ex Auctore quæris, unde *jus naturale* vim ſuam habeat? is reſpondet, a *natura humana*, ſeu ex *appetitu ſocietatis.* „ In eo autem fallit; quia ſupponit, *naturam humanam* obligationem producere, „ etſi detur Deum non eſſe. Quomodo au„ tem genus humanum obligaretur ex mate„ riali aliquo impetu ſocietatis, ſi cauſam „ intelligentem, Deum nimirum demis; ſi „ ſolum ſuperiorem excludis, qui humano „ generi legem dare poteſt? Natura igitur „ humana ſola homines non obligat ad ſer„ vanda pacta, adeoque nec ad ſervanda „ jura Civilia. Unde ſponte ſequitur, Natu„ ram humanam non eſſe *fontem juris civilis.*

Poteſt natura hujus quoque juris quaſi proavia dici] „ Negari nequit, admodum ob„ ſcura hæc eſſe, nec intelligi poſſe, niſi „ ipſa genealogia juris civilis, juxta ſyſtema „ Auctoris, exhibeatur. Schema autem hoc „ eſt.

HUMANA NATURA,

Quæ obligationem producit, etiam ſemoto Deo, adeoque *mater* eſt juris naturalis, & *proavia* juris civilis.

JUS NATURÆ

Ergo eſt *filia* humanæ naturæ, & *avia* juris civilis.

CONSENSUS, SEU PACTUM, ET QUÆ INDE ORITUR OBLIGATIO,

Quæ eſt *mater* juris civilis.

JUS CIVILE.

Cujus *mater* eſt ipſa ex conſenſu obligatio: *avia* jus naturæ: *proavia* humana natura.

„ Auctor igitur ait, *naturalis juris matrem* „ *eſſe ipſam humanam naturam.* Addit, *ex* „ *hoc jure naturæ* (quæ eſt *filia* naturæ hu„ manæ) *vim ſuam habere obligationem ex* „ *conſenſu*: quia is, qui ſuo conſenſu ſe „ cœtui alicui aggregat, legibus illius cœtus „ ſe ſtaturum promittit. Atque hunc conſen-

„ ſum

„ ſum, i. e. *neptem* naturæ humunæ, eſſe „ originem juris civilis, ſtatuit; indeque „ concludit, jus civile eſſe *proneptem* hu„ manæ naturæ.

„ Ex his apparet, recte monitum fuiſſe „ a B. Parente omnem obligationis cauſam hic „ ceſſare, quia ex hypotheſi Auctoris *humana natura* prima cauſa Juris civilis conſti„ tuitur: certum autem eſt, ex ea obligatio„ nem non oriri, quia Grotius Deum ex„ cludit, vel ſaltem abeſſe poſſe exiſtimat. „ *Vid. ſup.* §. 11. Homo igitur, qui ex „ *humana natura* non obligatur, nec obli„ gabitur ex *conſenſu*, adeoque nec legibus „ civitatis parere tenetur.

„ Etſi igitur concedamus, ſtandum eſſe „ pactis jure naturali: etſi quoque concedamus, alium modum naturalem ſe obligan„ di fingi non poſſe; admitti tamen non po„ teſt quod Grotius ſtatuit, neceſſitatem il„ lam, & modum obligandi, ſequi ex *hu*„ *mana natura* (quæ, ut dictum eſt, ſup„ ponit, Deum abeſſe poſſe.) Adeoque ve„ rum non eſt, jus civile ex hoc fonte fluere.

„ Veram rationem obligationis, quæ ex „ pactis, ſeu promiſſis oritur, *ſupra* §. 8. „ expoſuimus, & plenius explicabimus *infr.* „ *lib.* 2. *cap.* 11. Poſita autem tali obligatio„ ne, verum eſt quod Auctor ait, eos, qui „ civitati ſe ſubjiciunt, eo ipſo promittere, „ quod legibus civitatis parere velint. Obli„ gantur igitur jure civili ex conſenſu, atque „ hactenus ex jure naturæ. *Conf. Diſſ. Proœm.* „ *XII.* §. 55. *Add. Grot. l.* 2. *c.* 5. §. 8. „ *n.* 1. §. 17. *l.* 3. *c.* 2. §. 2. *n.* 1, & 2. „ *L.* 3. *c.* 13. §. 1, & 2. *l.* 3. *c.* 19. „ §. 3. *n.* 3.

„ Cæterum, ex nudo quoque pacto jus „ in alterum transferri, *infra L. II. c. XI.* „ demonſtrabimus.

Sed naturali jure utilitas accedit] Totum hoc ex præcedentibus corruit; etenim, hac cavillatione, *utilitatem juri naturæ accedere, vel juri civili cauſam dediſſe*, neutiquam efficiet, quo minus principium ejus perinde, ac Carneadis, ſola utilitate penſitetur. Quod enim juris naturalis *matrem* dixit humanam naturam, jam exploſimus. Ea igitur cauſa ſublata, nihil relinquitur, cui accedat utilitas; ſed hæc ſola cauſa ſupereſt. Iterumque adeo patet, nullum diſcrimen remanere inter jus naturale, & civile, ſed utriusque cauſam perinde ſtatui utilitatem.

Additio.

„ Mens Auctoris hæc eſt. Jus naturale, „ quod in cuſtodia ſocietatis humanæ conſi„ ſtit, exſtiturum eſſe, ait, etiam ſepoſita „ omni utilitate, quia ipſa natura eo nos „ ducit. Addit autem, motum illum natu„ ralem conjunctum plerumque eſſe cum „ aliqua utilitate, quia ob mutuam indigen„ tiam eo magis ad Socialitatem rapimur. „ Equidem, non dari ſocietatem univerſa„ lem inter homines, alibi probavimus; „ adeoque fruſtra quæritur, an ex ſolo motu „ naturæ, an ob utilitatem accedentem, ad „ ſocietatem, quæ non eſt, rapiamur. Dixi„ mus, fontem juris naturalis eſſe voluntа„ tem, ſeu juſſum Dei jus ſuum cuique tri„ buendi. Hinc ſponte ſequitur, jus hoc „ obtinere, i. e. Deo parendum eſſe, ſepoſita „ omni utilitate.

Voluit enim Auctor naturæ nos & ſingulos infirmos eſſe] „ Supra §. 6. demonſtravimus, „ verum non eſſe, ex eo, quod natura nos „ infirmos eſſe voluit, ſequi communita„ tem inter omnes homines. Diximus, ad „ ſupplendam illam infirmitatem ſufficere ſo„ cietatem domeſticam, ſeu inſtinctum illum, „ quo mas, & fœmina feruntur ad conjun„ ctionem, parentes ad educationem prolis, „ & familia ad conſervationem membrorum „ familiæ: atque hoc modo ſatis ſuccurri „ neceſſitati hominum, etſi nulla ſocietas „ cum aliis hominibus exiſtat. *Vid. Diſſ.* „ *Proœm. I.* §. 34, & 35. Quod vero „ Auctor aſſerit, ſociales nos fore *etiamſi* „ *nulla re indigeremus*, directo contrariatur „ naturæ ſocietatis. Sane, negari non poteſt, „ ſublata indigentia omnem colorem ſocie„ tatis univerſalis, ſolamque, & unicam „ ejus rationem apparentem ceſſare: quis „ enim quæſo effectus fictæ ejusmodi ſocie„ tatis, ſeu communitatis eſſet, ſepoſita „ utilitate?

Nam illa, quam diximus, conſociatio, aut ſubjectio] „ Conſociatio fit per aggrega„ tionem: ſubjectio per agnitionem imperii „ alieni. *Vid. infra* §. 15.

Utilitatis alicujus cauſa cœpit inſtitui] „ Rationem moventem explicat Auctor *L.* 2. „ *c.* 21. §. 3. *n.* 1. *l.* 1. *c.* 3. §. 1. *n.* 2. „ & §. 2. *l.* 2. *c.* 20. §. 8. *n.* 4. §. 9. „ *n.* 4. *Prol.* §. 19.

In eo aliquam utilitatem ſpectare ſolent, aut debent] „ Unde regula: *ſalus populi ſupre„ ma lex.* Cicero 1. *Rhet.* 38. ait: *Omnes*

„ *leges ad commodum rei publicæ referre oppor-*
„ *tet, & eas ex utilitate communi . . . . in-*
„ *terpretari. Ea enim virtute, & ſapientia*
„ *majores noſtri fuerunt, ut in legibus ſcri-*
„ *bendis nihil ſibi aliud, niſi ſalutem, atque*
„ *utilitatem reipublicæ proponerent. Neque*
„ *enim ipſi, quod obeſſet, ſcribere volebant:*
„ *& ſi ſcripſiſſent, cum eſſet intellectum,*
„ *repudiatum iri legem intelligebant. Nemo*
„ *enim leges legum cauſa ſalvas eſſe vult, ſed*
„ *reipublicæ; quod ex legibus omnes respubli-*
„ *cas optime putant adminiſtrari. Quam ob*
„ *rem igitur leges ſervare oportet, ad eam*
„ *cauſam ſcripta omnia interpretari convenit:*
„ *hoc eſt, quoniam reipublicæ ſervimus, ex*
„ *reipublicæ commodo, atque utilitate leges*
„ *interpretemur.* Conf. *Tesm. h.*

Ad §. 17.

Quartam ſpeciem *juris univerſalis*
„ Auctor conſtituit Jus gentium vo-
„ luntarium: quoties enim multi, di-
„ verſis temporibus, ac locis, idem pro
„ certo affirmant, id ad cauſam univerſalem
„ referri debere; ait; quæ ſi recta illatione
„ ex naturæ principiis non procedit, alia
„ eſſe non poſſit, quam communis conſen-
„ ſus. Et tunc addit: *quod enim ex certis*
„ *principiis certa argumentatione deduci non*
„ *poteſt, ſequitur, ex libera Gentium volun-*
„ *tate ortum habeat. Prol.* §. 40.

„ Hoc jus igitur ex conſenſu Gentium,
„ *Proleg.* §. 17, & 46. *L.* 1. *c.* 1. §. 14.
„ tanquam ex condicto, *Prol.* §. 42, &
„ 43, & cum mutua obligatione. *L.* 2. *c.* 3.
„ §. 5. *l.* 3. *c.* 1. §. 8. *n.* 3. receptum eſſe,
„ ait.

„ Definit Jus gentium, quod pro-
„ ter utilitates, & neceſſitates magnæ illius
„ civitatis, i. e. ſocietatis humanæ, *Prol.*
„ §. 17 apud omnes gentes, aut moratiores,
„ receptum eſt. *L.* 1. *c.* 1. §. 14.

„ Jus gentium *aliud* eſſe, ait, latius pa-
„ tens, *aliud* arctius. *L.* 1. *c.* 1. §. 14.
„ *l.* 3. *c.* 3. §. 6. *n.* 1.

„ Jus gentium latius pa-
„ tens introductum eſſe, ſtatuit, huma-
„ na neceſſitate indigente. *L.* 1. *c.* 1. §. 14.
„ *Prol.* §. 17. Idque vel *univerſale* eſſe, fin-
„ git, vel *certarum gentium*. *L.* 3. *c.* 4.
„ §. 15. 16, & 19. *Proleg.* §. 42, & 43.
„ *L.* 1. *c.* 1. §. 4, & 14. *L.* 2. *c.* 8. §. 1.
„ *n.* 2.

„ Uſum ejus latè patère, exiſtimat, in
„ omni jure belli, & pacis, *Proleg.* §. 2;
„ quia I. multa permittit, quæ jure naturæ
„ vetita ſunt. *L.* 3. *c.* 4. §. 15. II. Multa
„ prohibet, quæ jure naturæ permiſſa ſunt.
„ *L.* 2. *c.* 3. §. 10. *n.* 3. *L.* 2. *c.* 18.
„ §. 4. *n.* 3. *L.* 3. *c.* 4. §. 15. *n.* 1.
„ III. Quædam juri naturæ ſuperaddit. *L.* 2.
„ *c.* 18. §. 1.

„ Præcipuum hujus juris Gentium uſum
„ eſſe, ait, in Bellis. Nam *jure naturæ*
„ nulla bella licita eſſe, ait, niſi 1. adſit
„ juſta cauſa, 2. agatur intra debiti, &
„ pœnæ modum, i. e. ad ſolam juris noſtri
„ reparationem. Indeque infert, deficiente
„ *juſta cauſa* omnes actus, qui inde naſcun-
„ tur, injuſtos, & agentes inſtar prædonum
„ eſſe; adeoque tanquam fures, prædones,
„ homicidas &c. teneri & agentes, & eo-
„ rum ſocios: ita ut res vindicari poſſit ab
„ eo, qui cauſam a tali prædone habet.

„ Sed & porrò, *ſi quis ultra debiti, pœnæ-*
„ *que modum aliquid exigit ab hoſte*, nullum
„ agenti jus inde quæri, putat *L.* 3. *c.* 10.
„ §. 3, & 5. *c.* 6. §. 1. eumque teneri
„ ad reſtitutionem, æque, ac ſocii, milites,
„ omnesque, qui cauſam ab agente habent,
„ *d. l.* 3. *c.* 10. §. 3. 4. 5. 6. *c.* 13. §. 1.
„ *c.* 18. §. 6. *c.* 9. §. 16. *c.* 16. §. 1. 2, &
„ 3: imò exigentem a qualibet gente ideo
„ puniri poſſe. *l.* 3. *c.* 13. §. 1. *n.* 1.

„ Utrumque *jure gentium voluntario* mu-
„ tatum, & communi conſenſu ſtatutum
„ eſſe, ait, 1. ne de *juſtitia cauſæ* inter
„ partes quæratur; ſed ut id, quod utraque
„ pars in bello peragit, pro jure habeatur:
„ unde hoc jure gentium bellum ſemper
„ utrinque juſtum eſſe, ſtatuit. 2. Ne præ-
„ ciſe agatur *intra modum debiti, & pœnæ:*
„ ſed ut occidere hoſtem, ac res ejus occu-
„ pare, in infinitum liceat.

„ At hoc verum ſaltem eſſe, ait, in *bello*
„ *publico, quod a ſumma utrinque poteſtate*
„ *geritur, & indictum eſt. Dict. Diſſert.*
„ *Proœm. IX. c.* 1. §. 16: nam his ſolen-
„ nitatibus accedentibus effectus illos pecu-
„ liares a Gentibus bello publico tribui. Un-
„ de bellum tale vocat publicum, & ex ju-
„ re gentium ſolenne. *Dict. Diſſert. IX.*
„ §. 19, & 20.

„ Effectum hujus *juris Gentium latius pa-*
„ *tentis* Grotius in eo ponit, ut verum do-
„ minium conſequatur is, qui titulum ex
„ hoc jure Gentium habet, *l.* 3. *c.* 6. §. 2.
„ & 7. *l.* 3. *c.* 10. §. 5. *n.* 1. *l.* 3. *c.* 4. §. 4.
„ *in*

„ *in fin. l.* 3. *c.* 6. §. 2, & 7 : adeoque „ verum jus agendi ei competat, *l.* 3. *c.* 19. „ §. 1, & 12; nec in eo jure ab aliis tur- „ bari poſſit. *L.* 3. *c.* 19. §. 5. *c.* 4. §. 3. „ 4. 5, & 22. *c.* 10. §. 1. *n.* 1. *c.* 6. „ §. 1. *n.* 1.

„ Cæterum quædam horum jurium, a Gen- „ tibus conſtitutorum, *ex omni parte juſta* „ eſſe, ait; quædam autem *effectum ſaltem* „ *externum juris tribuere. Dict. Diſſ. Proœm.* „ *IV. Sect. IV.* Ad *prius* genus refert, 1. „ quando jure gentium aliquid vetatur, quod „ jus naturæ permittit. 2. Quando ob na- „ turalem æquitatem jus gentium aliquid per- „ mittit, quod jure naturæ vetatur. 3. Quan- „ do jus Gentium confirmat conjecturas na- „ turales incertas. *Dict. Sect. IV.* §. 19. *ſeq.* „ Ad *poſterius* genus refert, quando gentes „ communi conſenſu aliquid ſtatuunt, quod „ jure naturæ vetitum eſt, nec ſingularem „ æquitatem habet: *Dict. Sect. IV.* §. 20.

„ Ex hoc *poſteriori* genere igitur non ve- „ rum jus quæri agenti, exiſtimat *L.* 2. „ *c.* 12. §. 26. *n.* 1. *l.* 2. *c.* 5. §. 28. *l.* 3. „ *c.* 10. §. 3, & 5. *c.* 6. §. 1; ſed l. „ *impunitatem* ſaltem, *l.* 3. *c.* 4. §. 2. 3. „ 4. 5. *n.* 3. *c.* 6. §. 1. *n.* 1. §. 27. *l.* 3. „ *c.* 10. §. 1. *n.* 1 : ita ut ab aliis genti- „ bus tanquam fur, & prædo, puniri non „ poſſit. II. *Dominium externum*, *l.* 3. *c.* 6. „ §. 2, & 7. *l.* 3. *c.* 10. §. 5. *n.* 1. „ *l.* 3. *c.* 4. §. 4. *in f. l.* 3. *c.* 6. §. 2, & „ 7, quod omnes quidem effectus dominii „ habet, ſed ſaltem in foro Soli, non in „ foro Poli. *Dict. Sect. IV.* §. 21.

„ Jus gentium arctius Gro- „ tius deſcribit, quod apud plures gentes „ quidem obtinet, at non reſpicit utilitatem „ magnæ illius civitatis, ſed cœtuum ſin- „ gulorum. *Proleg.* §. 17. §. 43. *l.* 3. *c.* 1. „ §. 4. *l.* 2. *c.* 8. §. 1. *n.* 2. & §. 26. „ *l.* 3. *c.* 2. §. 7. *n.* 1, & 2. Indeque non „ obtinet ex condicto, *Proleg.* §. 53. i. e. „ non receptum eſt cum mutua obligatio- „ ne. *L.* 2. *c* 3. §. 5. *l.* 3. *c.* 1. §. 8. „ *n.* 2. *Diſſ. Pr. IV.* §. 24. *ſeq.*

„ Nos, fabulam eſſe, quæ de jure Gen- „ tium voluntario traduntur, eamque Tri- „ boniano originem debere, late demon- „ ſtravimus in *Diſſert. Proœm. IV.* §. 29. „ & *ſeq.* Quo lectorem remittimus.

Sed ſicut cujusque civitatis jura utilitatem ſuæ civitatis reſpiciunt] „ Nam quod quisque „ populus ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſius „ proprium civitatis eſt, vocaturque jus civile, „ quaſi jus proprium ipſius civitatis. §. 2, & „ 4. *Inſt. de I. N. G. & C. l.* 9. *ff. Juſt.* „ & *jur.*

Inter civitates aut omnes, aut plerasque] „ Jure Romano cognitum non eſt jus Gen- „ tium, niſi quod a natura eſt, & inter „ omnes gentes peræque obſervatur. §. 2. „ *Inſt. de J. N. G. & C.* ibi: *quod vero* „ *naturalis ratio* inter omnes ho- „ mines *conſtituit*, *id apud* omnes „ gentes peræque *cuſtoditur*, *vo-* „ *caturque jus gentium*, *quaſi quo jure* om- „ nes gentes *utantur.* Add. §. *penult.* „ *eod.* ibi: *ſed naturalia quidem jura*, *quæ* „ *apud* omnes gentes *peræque obſer-* „ *vantur* &c. Atque hoc jus gentium natu- „ ram cum ipſo genere humano prodidiſſe, „ JCti ajunt. §. 13. *I. de R. D.*

„ Unde rerum acquiſitionem tribuunt juri „ gentium, *quod ratione naturali* apud „ omnes gentes peræque ob- „ servatur *l.* 1. *ff. A. R. D. Conſ.* „ *not. ad L.* 1. *c.* 1. §. 11. Immo Tribo- „ nianus (qui inepta ſua definitione juris „ Gentium, cauſam dedit diſtinctioni in pri- „ mævum, & ſecundarium) ipſe fatetur, „ jus ſecundarium, ſeu quod gentes ex „ mutua neceſſitate inter ſe conſtituerunt, „ omni humano generi com- „ mune eſſe. §. 5. *I. J. N. G. & C.* Certiſ- „ ſimum igitur eſt, Jure Romano jus tale „ gentium, quod inter plerasque ſaltem ci- „ vitates obtineat, & ab ipſis gentibus ob „ mutuas neceſſitates conſtitutum ſit, non „ dari. *Vid. infra* §. 17, & *L.* 1. *c.* 1. „ §. 14. Conf. *Diſſ. Proœm.* 4. §. 29. *ſeq.*

Ex conſenſu jura quædam naſci potuerunt] „ Verum non eſt, dari jus aliquod Gentium, „ quod *ex communi conſenſu* ortum ſit. Sa- „ ne, Jure Romano omne jus gentium *ex* „ *ratione naturali* ortum dicitur, non ergo „ ex conſenſu. §. 2. *Inſt. J. N. G. & C.* „ ibi: *quod vero* ratio naturalis „ *inter omnes homines conſtituit* &c. *vocatur* „ *jus Gentium.* Et in §. *p. eod. ibi: Sed na-* „ *turalia quidem jura*, *quæ apud omnes gen-* „ *tes peræque obſervantur*, divina qua- „ dam providentia *conſtituta*, „ *ſemper firma manent. L.* 1. *pr. A. R. D.* „ ibi: *jure gentium*, *quod* ratione „ naturali *inter omnes homines pera-* „ *que ſervatur*: &c. Unde dominia *rationi* „ *naturali* tribuuntur *L.* 3. *pr. A. R. D.*

„ Sed & rationi contrariatur exiſtentia

 „ hu-

„ hujusmodi juris gentium, quia duo sup-
„ ponit, quæ partim aperte falsa sunt, par-
„ tim probari non possunt. Si enim ex con-
„ sensu Gentium jus aliquod existit, neces-
„ sario supponendum est: 1. omnes gentes
„ convenisse: & 2. jus aliquod commune in-
„ ter se constituisse. Quis vero sanæ mentis
„ sibi, vel aliis, persuadebit, humanum
„ genus unquam convenisse, vel commune
„ concilium indixisse. Sed & si convenissent,
„ unde probabitur, illos jura quædam con-
„ stituisse? Denique si & id fecissent, unde
„ probabitur, quænam sint illa jura? unde
„ probabitur, jura illa, quæ ad secundarium
„ jus gentium referri solent, eo pertinere?
„ Certissimum igitur est, non dari jus Gen-
„ tium, nisi quod ratio naturalis inter gentes
„ constituit: adeoque cui gentes obligantur,
„ etiam invitæ.

„ Denique frustra Doctores ad jus Gentium
„ secundarium confugiunt, quia pleraque
„ jura, quæ eo referri solent, ex ratione
„ naturali adeo sequuntur, ut non opus sit
„ ad fictum aliquem consensum gentium con-
„ fugere.

„ *Neque obstat* definitio Triboniani in §. 2.
„ *Inst. de J. N. G. & C.* ubi definitur jus
„ Gentium: *quod usu exigente, & humanis*
„ *necessitatibus, gentes humanæ sibi consti-*
„ *tuerunt.* Nam *in Dissert. Proœm. IV.* §.
„ 29. *seq.* ad oculum demonstravimus, hanc
„ definitionem non esse JCtorum Romano-
„ rum, sed Triboniani, uti alibi, ita &
„ hic vapulantis: ineptam autem illam esse,
„ vel exinde apparet, quia hæc definitio sup-
„ ponit constitutionem, adeoque consensum
„ omnium saltem moratiorum gentium;
„ cum tamen certum sit, humanum genus,
„ gentesque humanas, numquam convenisse.
„ Interim ex hac erronea definitione Tribo-
„ niani, distinctio illa inter jus gentium pri-
„ mævum, & secundarium, orta est.

Et nata apparet] „ Dixi, ex consensu
„ gentium tale jus, quod totum humanum
„ genus obliget, nec nasci posse, nec na-
„ tum esse.

Sed magnæ illius universitatis] „ De ma-
„ gnæ illius universitatis utilitate gentes
„ numquam aliquid statuerunt, quia un-
„ quam convenisse probari non potest.

Quod gentium dicitur] „ Imo tale jus
„ gentium, quod ex consensu plerarumque
„ civitatum oritur, non existere, jam pro-
„ bavimus.

Quoties id nomen a jure naturæ distin-
guimus] „ Auctor jus naturæ male distinguit
„ a jure gentium. JCti Romani, & veteres
„ scriptores, promiscue has voces sumsere.
„ *Vid. Diss. Proœm.* 4. §. 23. *seq.* Equidem
„ Ulpianus *jus naturale* aliud quid esse, ac
„ *jus gentium*, differte asserit. At ille alio
„ plane sensu hæc duo jura distinguit; *jus*
„ enim *naturale* vocat, quod natura omnia
„ animalia docuit, adeoque quod ex instin-
„ ctu oritur: *jus gentium* vero, quod ex ra-
„ tione originem habet. Cujus differentiæ
„ effectum, & causam, explicabimus infra
„ *L.* 1. *c.* 1. §. 11.

Quam partem juris omisit Carneades] In-
crepat Auctor Carneadem, quod alteram
juris gentium speciem, quæ vulgo jus gen-
tium secundarium dicitur, omiserit. Etenim
e contrario in hac maxime specie & ipse,
& Epicurus occupati fuere: & uterque sum-
mum bonum (quod est scopus, & finis so-
cietatum, & legum) constituit in illa volu-
ptate, quæ percipitur ex utilitatibus, &
bonis, in quæ homines natura feruntur. Hoc
autem fontem, & principium juris gentium
secundarii esse, vidimus, & constat *ex* §.
2. *Inst. J. N. G. & C.* ubi hoc jus gen-
tium describitur, *quod usu exigente, &*
humanis necessitatibus, gentes inter se consti-
tuerunt: bella enim orta sunt, &c. Idque
quam maxime firmatur eo ipso argumento,
quo Grotius contra Carneadem abutitur, ut
ostendat, eum omisisse hanc partem juris,
quod subjecerit orationem de bellis, & bel-
lo partis. Inde enim e contrario inferre non
debuit, Carneadem hanc partem juris omi-
sisse, sed intellexisse, & de ea ipsa egisse;
quia ad hanc speciem bella, de quibus
peroravit, referuntur *d.* §. 2.

Additio.

„ Auctor *supra* §. 1. jam monuit, jus gen-
„ tium secundarium, quod moribus popu-
„ lorum, & pacto tacito statutum est, pau-
„ cos attigisse; ex universo, ac certo ordi-
„ ne, tractasse neminem: indeque incre-
„ pat speciatim Carneadem, quod is quoque
„ hanc partem juris omiserit. Verum ad eun-
„ dem §. notavi, tale jus gentium non exi-
„ stere, adeoque mirum non esse, jus,
„ quod nulla ratione, nulloque fundamento
„ nititur, hactenus a nemine tractatum,
„ adeoque & a Carneade omissum esse.

Jus omne in naturale, & civile distri-
buens] „ JCti quoque Romani id fecere:
„ omnes enim populos, qui legibus, & mo-
„ ribus

„ ribus reguntur, partim ſuo proprio, par-
„ tim communi omnium hominum jure uti,
„ ajunt in §. 2. *I. de J. N. G. & C. & l.*
„ 9. *ff. de J. & J.* Sic Paulus quoque jus
„ ad duo capita refert, ad naturale, & ci-
„ vile, in *l.* 11. *ff. de J. & J.*

Cum tamen de eo jure, quod inter populos verſatur, actum, hujus juris mentionem facere debuiſſet] " Immo ex hac ipſa ratione,
„ quia de jure, quod inter populos verſa-
„ tur, agit, mentionem facere de eo non de-
„ buit, quia tale jus ex Gentium conſenſu
„ ſtatutum inter Gentes non exiſtit.

Subjecit enim orationem de bellis] „ At
„ bella ſunt ex jure Gentium primævo, ſeu
„ naturali, *Diſſert. Proœm.* 4. §. 38. non ve-
„ ro ex jure gentium ſecundario, quale non
„ agnoſcimus.

A D. §. 18.

MALE *autem a Carneade ſtultitiæ nomine juſtitia traducitur*] Auctor totus jam in eo eſt, ut ſtultitiam, quam Carneades juſtitiæ naturali imputat, amoliatur; ſed valde infeliciter. Apparet hoc ex collatione ſententiarum Carneadis, & Grotii, quarum utraque utilitatem reſpicit, quod prolixe probavimus *in Exercit.* 1. *ad Grotium* §. 126. *& ſeq.* Rectius reſpondemus, *I.* non eſſe ſtultitiam huic legi obtemperare, etiam contra motus, & cupiditates naturæ; quia non eſt in noſtra poteſtate, & arbitrio, non parere ſummi, & præpotentis Dei decretis: nec adeo ſtulte facit, qui aliter non poteſt.

II. Summæ jam ſapientiæ eſſe, legi huic omni ſtudio, & contentione obſequi: quia ab inexhauſto illo fonte, & largitore omnis boni profecta, ejusque adeo obſequio (*vid. Tract. de Auton. jur. Gent. c.* 20.) individuo vinculo conjuncta eſt ſumma, ac ſempiterna utriusque vitæ felicitas; quam omnes volunt, etſi errore, vel affectibus in tranſverſum acti a ſcopo evagentur, *vid. d. tr. c.* 7.

III. Summæ e contrario ſtultitiæ eſſe, ei legi non parendo concitare terribilem illam Dei legislatoris vindictam, atque accire ſibi infinita vel hujus, vel alterius, vel utriusque vitæ mala, *d. tr. c.* 20. quæ è contrario natura homines refugiunt.

Hæc omnia comprehenſa ita ſunt verbis Ciceronis, a quo hanc naturæ legem divina pene voce depictam laudat Lactantius Inſtit. *Lib. 6. cap.* 8. ejusque locum inſignem ex *Lib.* 3. *de republ.* nobis reſervavit, cujus hæc verba: *Huic legi nec abrogari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. Nec vero aut per Senatum, aut per populum, ſolvi hac lege poſſumus. Neque eſt quærendus explanator, aut interpres ejus alius. Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis; alia nunc, alia poſthac: ſed & omnes gentes, & omni tempore, una lex, & ſempiterna, & immutabilis continebit; unusque erit communis quaſi magiſter, & Imperator omnium Deus: ille legis hujus inventor, diſceptator,* LATOR *NB.; cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernabitur: hoc ipſo luet maximas pœnas, etiamſi cætera ſupplicia, quæ putantur, effugerit.* Tum exhibito ita hoc Ciceronis loco, hæc ſubjicit Lactantius *d. l. Quis ſacramentum Dei ſciens tam ſignificanter enarrare legem Dei poſſit, quam illam homo longe a veritatis notitia remotus expreſſit?*

Sed & *IV.* ſequitur, ſummæ ſtultitiæ eſſe, cum & motus hominum naturales ad ſuas utilitates corrupti ſint, & utilitates ipſæ, quibus natura gaudent, plerumque in perniciem vertant, & mores in luxum &c. ſolvant, in his rebus conſtituere fontem, fundamentum, & principium juris naturæ. Quicquid enim Carneades, Epicurus, Grotius, prædicant de fruitione tranquilla, fruſtra eſt: cum enim hominibus infinita ſit pecuniæ, opum, ac voluptatum cupido, pugnat illa cum tranquillitate ſtatus, ſeu ſocietatis; nec cuſtodiri illa poteſt, niſi monſtretur poteſtas ſuperior, quæ modum cupiditatibus figat, frenumque injiciat: nec ſit illa inane ſaltem humanæ naturæ, & convenientiæ cum intellectu &c. nomen, & viribus caſſa imago, ſeu figura; ſed poteſtas, cujus violatæ indignationem tremere homines oporteat, *d. Tract. de Auton. jur. gent. c.* 6. §. 16. *& ſeq.*

Inprimis itaque fatendum eſt, a Juris naturalis ſanctitate, ejusque maxime principio, & fonte, ſeparandas, & removendas eſſe hominum utilitates, & quibus ad eas feruntur, motus naturæ animantium infixos: unde nec jus naturæ, nec obligationis principium demonſtrari, aut derivari poteſt; nec, quam illevit Carneades, juſtitiæ macula elui.

Additio.

„ Carneades, qui exiſtentiam juris naturæ
„ negavit, argumentum inde ſumit, quod
„ ea, quæ juri naturæ tribui ſolent, pugnent

„ cum ſapientia; adeoque talem juſtitiam „ ſummam fore ſtultitiam, ait, idque ſe„ quentibus exemplis probat: *Bonus vir* „ (*i. e. qui juſtitiam prætenſam ſequitur*) „ *ſi habeat ſervum fugitivum, vel domum* „ *inſalubrem, ac peſtilentem, quæ vitia ſo*„ *lus ſciat, & ideo proſcribat ut vendat,* „ *utrumne profitebitur fugitivum ſervum, ac* „ *peſtilentem domum ſe vendere, an celabit* „ *emtorem? Si profiteatur emtori fugitivum* „ *eſſe, bonus quidem, quia non facit: ſed* „ *etiam ſtultus judicabitur, quia vel parvo* „ *vendet, vel omnino non vendet. &c. Ju*„ *ſtitia eſt, hominem non occidere, alienum* „ *prorſus non attingere; quid ergo juſtius,* „ (*poſita ſcil. juſtitia naturali*) *faciet, ſi* „ *forte naufragium fecit, & aliquis imbecil*„ *lior viribus tabulam ceperit? nonne illum* „ *a tabula deturbabit, ut ipſe condeſcendat,* „ *eaque nixus evadat? Maxime, ſi ſapiens* „ *eſt, faciet; ipſi enim pereundum eſt, niſi fe*„ *cerit. Si autem mori maluerit, quam ma*„ *nus inferre alteri, jam juſtus ille, ſed ſtul*„ *tus eſt, qui vitæ ſuæ non parcit, cum par*„ *cit alienæ. Item ſi acie ſuorum fuſa hoſtes* „ *inſequi cœperint, & juſtus ille nactus fue*„ *rit aliquem ſaucium equo inſidentem: eine* „ *parcet ut ipſe occidatur, an dejiciet ex* „ *equo, ut ipſe hoſtem poſſit effugere? Quod* „ *ſi fecerit, ſapiens; ſed idem malus: ſi non* „ *fecerit, juſtus; ſed idem ſtultus ſit nec*„ *eſſe eſt.*

„ Auctor hanc ſtultitiam duplici argumen„ to a juſtitia naturali amovere ſtudet. *Pri*„ *mo* enim ait, jus naturæ in vi, & affectu „ ſociali, animis hominum indito, & con„ nato, conſiſtere; adeoque ſtultos non eſſe „ qui feruntur ad id, ad quod a natura fe„ duci ſentiunt, etſi forte utilitati eorum „ privatæ id repugnet. *Deinde* ait, eos, qui „ utilitati communi totius humani generis „ conſulunt, etiam ſuæ privatæ conſulere, „ quia ex eodem jure hæ quoque in tuto „ ſunt: cum e contrario illi, qui ob præ„ ſentem utilitatem juſtitiam communem ne„ gligunt, ſuæ quoque tranquillitatis in po„ ſterum reſcindunt monumenta.

„ Equidem cum talis affectus ſocialis nec „ exiſtat, nec obligatio inde inferatur, cer„ tum eſt, maculam ſtultitiæ, quam juſti„ tiæ naturali infert Carneades, his argu„ mentis non elui. Rectius reſpondet B. Pa„ rens, ſtultum non eſſe qui voluntati Dei „ paret, & qui jus a Creatore alii conceſ„ ſum non aufert, etſi forte incommodum „ ei ſit.

Ita nec ſtultus eſt populus] „ Nam qui „ præſenti utilitati renunciat, majorem ſibi „ in poſterum conciliat; quia illa ipſa gen„ tium juſtitia omnia jura ejus tuta in po„ ſterum reddit, quæ periclitarentur omni„ no, ſi ipſe privatæ utilitati conſulendo ju„ ra gentium perrumperet.

Communia populorum jura] „ I. e. jus na„ turæ; nam alia jura communia populorum „ non agnoſcimus.

Par enim in utroque eſt ratio] „ Uterque „ enim privatam utilitatem negligit, ut ma„ jorem obtineat.

Id convellit, quo ipſius, poſteritatisque ſuæ, perpetuæ utilitates continentur] „ Si enim ipſe „ leges has ob præſentem utilitatem violat, „ cæteris civibus eadem licentia competet: „ & ſic ipſe, ejusque jura, nunquam in tu„ to erunt.

*Sic & populus jura naturæ violans ſuæ quoque tranquillitatis in poſterum reſcindit mu*nimenta*] " Singulæ enim civitates invicem „ tutæ ſunt ex lege naturæ. Si igitur civi„ tas ob præſens commodum non curet illa „ jura, eaque ſtulta vocet, nec ſpernenti „ proderunt contra injurias aliarum civita„ tum: adeoque revera is, qui jura naturæ „ violat, majori utilitati renunciat.

Gentiumque] " Auctor intelligit jus gen„ tium voluntarium, quale non agnoſcimus. „ *Vid. ſupra* §. 17.

Sapientiæ, non ſtultitiæ eſſet, eo ferri, ad quod a natura noſtra nos duci ſentimus] " „ Supponit autem Auctor, nos duci natura „ ad ſocietatis cuſtodiam: quod verum non „ eſt. Verior igitur ratio eſt, quod, cum „ natura nos doceat, Deo parendum eſſe, „ ſtultus non ſit qui legibus divinis, etiam „ ſepoſita privata utilitate, paret.

Ad §. 19.

„ Auctor hactenus eos refutavit, qui „ jura ex *utilitate* demum, & pacto homi„ num conſtituta eſſe, dixere. Hic jam eos „ refutat, qui ſtatuunt jura inventa eſſe *me*„ *tu injuſti.*

Metu injuſti] " Equidem non nova „ hæc, nec ab Horatio demum propoſi„ ta eſt ſententia, propter metum inju„ riæ, ſeu violentiæ, jura orta eſſe: Glau-

co

„ co originem jurium jam olim inde deduxit, apud *Plat. l. 2. de republ. pag. m.* 51. his verbis: *Enimvero, quod primum de hoc dicere pollicitus sum, jam audi quale sit, & unde sit orta justitia. Natura quidem, dicunt, injuriam facere bonum esse, injuria autem affici, malum; sed longe plus mali esse in patiendo injuriam, quam in inferendo boni. Quamobrem postquam vicissim injuriam & intulerint, & acceperint, & utrumque gustaverint qui nequeunt vitare illud, consequi operæ pretium fore ducunt, ut ita inter se pacifcantur, ut neque inferri, neque accipi possit injuria: hincque volunt, originem habuisse leges, placitaque ipsarum, & nominata esse præcepta legum legitima, atque justa. Hanc itaque justitiæ originem, & substantiam esse volunt.*

„ Epicurus *hanc sententiam* uberius explicavit, quam ex ejus mente ita refert *Gassendus ad Laert. Lib. X. p.* 1527. *Nam initio cum homines ferarum ritu vagarentur, & incommoda varia tum a feris, tum ab inclementia cœli paterentur, præstitit quidem naturalis quædam eorum inter se conciliatio, (quippe ob formæ, animæque, seu morum convenientiam) ut in varios cœtus coirent, ac illis etiam incommodis aliquatenus providerent (exstructis videlicet casis, comparatisque tum adversus feras, tum adversus ipsum frigus mutamentis): verum quod unusquisque bene sibi esse, quam alteri, mallet, ideo frequentes erant rixæ de cibatu, de fœminis, de commodis aliis, quæ sibi invicem præripiebant; quousque animadverterunt, non posse se tuto, commodeque degere, nisi pacta inirent de non lædendo se invicem, atque ita quidem ut si quis alterum læderet, cæteri lædentem punirent. Itaque is primus fuit societatis nexus. &c. Talis autem nexus, sive talis pactio, nihil aliud fuit, quam communis lex, ad cujus observationem omnes tenerentur, & quæ attribueret, faceretque certum unicuique jus, sive facultatem utendi re sua: unde & ipsa lex quoque fuit quasi commune, sicuti jam dixi, societatis jus.* Et tum pergit: *Leges scriptas ab initio nullas fuisse, sed mero utentium consensu homines tutos fuisse; ingruente vero malitia, leges scriptas, pœnasque statutas fuisse.* Tandem p. 1543. concludit: *in animalibus nullam esse juris, injuriave, seu justi, & injusti rationem, quia inter ea convenire non potuit, ut nec læderent, nec læderentur ab invicem; indeque NB. nec ullam censendam esse inter eas Nationes, quæcunque non potuerunt, aut noluerunt, ut ad invicem neque læderent, neque læderentur, pacisci.* Vid. *Stanlej. Hist. vet. phil. f.* 1098. *seq.*

„ Horatius, sectator Epicuri, totam rem „ ita describit. *L. 1. Sat. 3.*

Atque ipsa utilitas justi prope mater, & æqui.
Quum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum, & turpe pecus, glandem, atque cubilia propter,
Unguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus:
Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,
Nominaque invenere; dehinc absistere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

„ Hobbesius idem principium, sed alio modo, ac ordine, in scenam produxit; systema ejus prolixe expositum in *Diss. Prœm. VIII.* §. 12. & *Dissert. Prœm. XI.* §. 6. *seq.*

Apud Platonem] " *Lib. 2. de rep. p. m.* 51.

Metu accipiendæ injuriæ repertas leges] „ Glauco enim supponebat, bonum a natura esse injuriam aliis inferre: adeoque si „ evitari id non potest, pactis demum con„ sequendum esse, ut neque inferri, neque „ accipi possit injuria. *Vid. Plato d. l.*

Ac vi quadam homines ad justitiam cogi] „ Postquam nimirum pacti sunt, se nolle in„ juriam vel facere, vel accipere, statutis „ in id legibus pœnalibus: ideo enim in „ societatem coivisse Glauco contendebat, „ ut si quis alterum læderet, cæteri puni„ rent. *Plat. d. l.* 1.

Universaliter verum non est] " Auctor existimat, dicterium illud saltem pertinere ad leges pœnales, quas jus civile introduxit, & quæ supponunt jus aliquod præcedens, de cujus executione agitur. Nos dicimus, metum injusti esse saltem causam accidentem justitiæ; ideo enim metuunt homines injustitiam, quia ipsi forte aliquid injusti fecere. Cæterum causa efficiens juris omnino est voluntas divina.

Additio.

„ Ex principiis Horatii, & Glauconis (ut„ pote qui natura nihil justum, nihil injus„ tum esse, dixere), universaliter verum „ est, homines, ut ab injuriis aliorum tuti sint

„ ſint, adeoque metu injuſti, in civitates „ conſenſu ſuo coiviſſe; adeoque juſtitiam „ ex pacto ortam eſſe, vi cujus pacti de„ mum homines ad juſtitiam cogi poſſint.

„ Reſponſio igitur Grotii, *quod id tantum* „ *de legibus intelligendum ſit, quæ ad faci*„ *liorem juris executionem pertinent*, non „ ſufficit, nec illa dubium ſolvitur. Sed pro„ bandum eſt, juſtitiæ regulas a natura eſ„ ſe, & executionem juris familiis, tum con„ tra membra familiæ, tum contra alias fa„ milias a Deo commiſſam eſſe. Utrumque „ probavimus in *Diſſ. Proœm. XII.* §. *ſeq.* „ & §. 159. *ſeq.*

Id enim ad ea duntaxat inſtituta, & leges pertinet, quæ ad faciliorem juris executionem reperta ſunt]" Adeoque ſaltem ad leges „ pœnales, quarum metu a mutuis injuriis „ deterrentur, & quibus ad juſtitiam colen„ dam coguntur.

Sicut multi per ſe infirmi, ne a validioribus opprimerentur, conſpirarunt ad inſtituenda, ac communibus viribus tuenda judicia] „ Refert hic Auctor occaſionem, quæ cau„ ſam dedit legibus, ad faciliorem juris exe„ cutionem repertis. Is enim ſupponit, na„ tura unumquemque privatum eſſe ſuæ, „ & alienæ injuriæ vindicem. *Vid. L. 1. c.* „ 1. §. 10. *l.* 2. *c.* 2. §. 5. *c.* 18. §. 1. *ſeq.* „ *c.* 20. §. 1. *ſeq.* & §. 40. *Diſſ. Pr.* 1. §. „ 80. & *Diſſ.* 8. §. 17. §. *ſeq.* At executio„ nem ſæpius inanem fuiſſe propter poten„ tiam lædentis; indeque, ait, homines ju„ dicia inſtituiſſe, ut quibus ſinguli pares „ non eſſent, his univerſi prævalerent. Di„ ximus autem 1. hac reſponſione non elidi „ aſſertum Horatii, & Glauconis, qui ne„ gant hominibus *jus* aliquod competere, „ aut homines *injuria* agere poſſe; qui pro„ inde negant unumquemque eſſe vindicem „ *juris*, utpote quod nullum eſt: adeoque „ reſpondendum erat, omnino natura ali„ quid juſtum eſſe, hominibus connatum, „ illudque jus exſtitiſſe antequam homines „ in civitates coirent. 2. Notandus hic eſt „ perpetuus Auctoris error, quem in toto „ opere, & ubique deprehendes, unum„ quemque privatum eſſe ſuæ, ac alienæ „ injuriæ vindicem: de quo ſyſtemate *vide* „ *Diſſert. Proœm.* 1. *cap. fin. Diſſert. VIII.* „ §. 17. & *Diſſert. VIII. c.* 2. Nos familiis „ executionem juſtitiæ naturalis delatam à „ creatore eſſe, probavimus. Cæterum 3. „ negari nequit, homines plerumque *metu* „ *accipiendæ injuriæ* in civitates ſe congre„ gaſſe, quamquam id ob mutuam indigen„ tiam, vel ob mutuam benevolentiam æque „ fieri potuerit. *Teſm. ad Proleg* §. 8.

Et hoc demum ſenſu commode accipi poteſt, jus eſſe, quod validiori placuit]" *Vid. ſupra* „ §. 3. Sed eo ſenſu Auctores illius dicte„ rii id non intellexere. Uſurpatur enim ab „ his, qui nullum jus inter gentes obtine„ re putant; adeoque qui rationibus con„ vincendi ſunt, jus eſſe, quod Deo, non „ quod validiori placuit.

Vim, jusque parilis] Solon per *vim* in„ telligit imperium Magiſtratus, quia inane „ foret jus, niſi ſuperior aliquis eſſet, qui „ *vi* homines repugnantes adigeret ad pa„ rendum legibus. De tali autem *vi* non „ loquuntur illi, qui jus eſſe dicunt *id*, „ *quod validiori placuit*. Hi enim nullum „ jus naturæ exiſtere putant, ſed omne jus „ inter homines pacto demum hominum or„ tum eſſe, eique cauſam dediſſe, ſtatuunt, „ *vim*, metum, & injuriam. Atque huc quo„ que referri debet celebre illud proverbi„ um, *que le bon Dieu eſt pour les gros ba*„ *taillons.*

Ad §. 20.

Auctor pergit hic refutare eos, qui jura ex violentia demum orta, ajunt, indeque id jus dicunt, *quod validiori placuit.* Ait autem, effectum habiturum jus naturæ, etſi ab omni *vi* deſtituantur: Jus enim illud tutum reddere in conſcientia; conſenſu proborum acta juſta probari, injuſta damnari; & denique actiones juſtas a Deo præmiis ornari, injuſtas puniri.

Quamvis a vi deſtitutum]" I. e. etſi ne„ mo ſit, qui executionem peragat. Si ni„ mirum Princeps ſubditis ſuis injuriam in„ fert, (Princeps enim a nemine cogi po„ teſt,) vel ſi *ſubditus* clam aliquid contra „ jura admittit.

Securitatem affert]" Qui enim juſte, i. e. „ juxta Dei voluntatem agit, nec Dei, nec „ magiſtratus vindictam metuit.

Quales in tyrannorum]" Exempla allega„ vi *in Diſp. de vot. capt. mort. Sect. I.* §. 12. Huc pertinent exempla de Furiis Catilinæ, *Sueton. in Neron. c.* 46. Tiberii, *Tacit. ann.* 6. 6, Phocenſium (qui aſpectis Dei, cujus templum violaverant, inſignibus, ſcil. lauro, fugiebant) *Juſt. l.* 8. *c.* 2, Oreſtis parricidæ, *Eurip. in Oreſte*, Oedipi inceſtuoſi, *Eurip.*

Eurip. in OEdipo, Neronis matricidæ, *Suet. in Neron. c.* 46. Caracallæ fratricidæ, *Herodian. in Carac.* Dionyſii, & Alexandri Phæræi, *Cic. 2. off.* 7. Conſtantii, *Amm. Marc.* 16. 13. Ludovici XI. *Commin. L. X.* Caroli IX. *Thuan. L.* 57. *&c.* Sane vultur ille Promethei alligati ad Caucaſum, nihil aliud denotat, quam laniatus, & tormenta. *Macrob. in ſomn. Scip.* 1. *c.* 10. Quos cruciatus egregie deſcribit Cicero *pro Roſc. Amer. n.* 24. Atque hac ratione ipſe Apoſtolus probat exiſtentiam juris naturalis, *ad Rom. 2. v.* 15. gentes enim ex propria conſcientia convinci, ait.

Proborum conſenſus]" I. e. bona probo„rum virorum exiſtimatio de illis, qui ju„ſtitiam colunt; quæ exiſtimatio inſignem „ effectum in Republica habet. *Diſſert. Pro„œm. XII.* §. 524.

Hæc Deum inimicum, illa faventem habet]" Deus enim, tamquam ens perfectiſſi„mum, non poteſt non favere illis, qui „ juſſa ejus ſequuntur, odio autem habere „ illos, qui voluntati ejus repugnant. *Vid.* „ *ſupra* §. 11.

Qui judicia ſua ita poſt hanc vitam reſervat, &c.]" Nam Auctor *ſupra* §. 11. aſſe„ruit, Deum ſibi obedientibus præmia red„dere, etiam æterna, potuiſſe, & voluiſſe, „ idque naturæ rationibus probavimus *ibi„dem.*

Ut ſæpe eorum vim etiam in hac vita repræſentet]" Equidem, ſupremum numen „non ſemper in præſenti vita jus ſuum ex„ſequitur. Aliquando tamen omnipotentiæ „ſimul, & vindictæ indicia nobis ante ocu„los ponit, ex quibus conſtat, eum pœnas „ quoque temporarias vitioſis imponere. Ex„empla exſtant in ipſo diluvio, in hiſtoria „ Pharaonis, deletione populorum damna„torum, captivitate Babylonica. &c.

Ad §. 21.

Auctor refellit eos, qui privatos ſaltem juri naturæ obligari, ajunt, Principes non item: & cauſam hujus erroris indicat, quod ita diſtinguentes utilitatem pro fundamento omnis juris ponant, qua ſinguli, utpote ad ſui tutelam invalidi, omnino indigeant: non vero magnæ, & potentes civitates.

His reſpondet Auctor: 1°. falſum eſſe jura utilitatis cauſa conſtituta eſſe: 2°. nullam eſſe tam validam civitatem, quæ non aliorum ope indigeat, §. 22. Non enim 3°. ullam ſocietatem, ne prædonum quidem, ſubſiſtere poſſe ſine jure; nedum igitur ſocietatem generis humani, §. 23. 4°. Idque auctoritatibus Ariſtotelis, & Pompeji confirmat §. 24.

At quod reſponderi debebat omittit: ſcil. jus naturæ nihil aliud eſſe, quam juſſum Dei, cui juſſui Principes æque, ac privati parere tenentur; hactenus enim omnes pares ſunt, omnesque æque Deo ſubjecti. Imo magis juri naturæ obligantur Principes, quia illis cura, quin & executio juris illius commiſſa eſt.

Eam in populo, aut populi rectore inſuper habeant]" Quo pertinent Euphemius, Achil„les, Antigonus &c. ſupra §. 3. recenſiti.

Quod in jure nihil ſpectent niſi utilitatem] „ Adeoque illud ſaltem juſtum dicant, quod „ utile eſt.

Qui ſinguli ad ſui tutelam invalidi ſunt] „ Atque ideo in rempublicam coiverunt, ut „ſub communi præſidio tuti ſint. *Vid.* §. 19.

Cum omnia in ſe complecti videantur]" A„deoque ſibi ipſis ſufficiant, nec aliorum „ ope indigeant.

Quæ foras ſpectat, & juſtitia appellatur] „ Adeoque quæ ſolis civibus, utpote ad ſui „ tutelam invalidis, utilis eſt.

Ad §. 22.

Ut *ne repetam quod dixi*]" Supra §. 16 „ *& ſeq.*

Jus non ſolius utilitatis cauſa comparatum]" Quia ex hypotheſi Grotii, motus ad „ cuſtodiendam ſocietatem, etiam ſepoſita „ omni utilitate, maneret. Verior eſt reſ„ponſio: voluntati divinæ parendum eſſe „ a Principe æque, ac a privato, ſive uti„litas quædam inde in eos redundet, ſive „ non.

Nulla eſt tam valida civitas]" Nulla eo „potentiæ devenit civitas, quæ aliorum ope „ non indigeat. Immo, quo major reſpu„blica, eo pluribus indiget ad propellen„dum a ſe pericula. Idque ſuo exemplo do„cet Agamemnon apud *Senec. Troad. v.* 260. „ & oratione ſua inculcat Bochus apud *Sal„luſt. Jugurth.* 109. Conf. *Curt.* 7. 8. *Sen.*

„ *epist.* 4. 29. & 105. *Quint. decl.* 9. *Seneca de ira c.* 3. & *Lib.* 1. *Benef.* 13. *Phædr.* „ 1. 27. *Thuan. lib.* 34. *p. m.* 682.

Vel ad commercia] Non enim omnis fert „ omnia tellus ; unde necessarium Seneca „ inter homines, ait, esse commercium : „ *ep.* 87. Confer auctoritates ab Auctore allegatas. *L.* 2. *c.* 2. §. 13. *n.* 5. Ejusque *mare liberum cap.* 1. & *cap.* 8.

Vel etiam ad arcendas] „ Videsis quæ „ de belli sociis diximus in *Dissert. Proœm.* „ *XII.* §. 775.

Fœdera appeti videmus] " Dato aliquando „ stipendio: quod *subsides* vocare solent.

Quorum vis omnis tollitur, &c.] Si enim „ nullum jus esset extra civitatem, inter „ gentes contrahentes nullum esset vinculum, quod eis necessitatem imponeret, „ ut, cessante forte utilitate, pactis starent: „ adeoque nulla ex fœderibus esset obligatio.

Qui jus intra civitatis fines concludunt] „ Adeoque qui jus tantum inter eos, qui se „ civitati subjecerunt, non inter gentes ipsas obtinere, statuunt.

Omnia incerta esse, simul a jure recessum est] " *Cic. Lib. XI. ep.* 16. Nihil enim tunc „ meum, nihil tuum dici potest ; sed omnium in omnia jus est.

AD §. 23.

Si nulla est communitas, quæ sine jure subsistere possit] " Qui ponit societatem, ne„ cessario quoque ponit jus : si enim cuique „ sociorum liberum esset alterum lædere, „ desineret esse societas quæ in unione, „ & communione consistit. Unde Aristoteles „ ait: *ubi amicitia, ibi jus est. Lib.* 8. *Eth.* „ 11. Atque hinc veteres Philosophi ideo, „ quod societatem inter omnes homines natura existere, etsi erronee, putarent, et„ iam jus naturæ statuerunt : uti apparet „ ex iis, quæ tradita sunt *supra* §. 8.

Quod memorabili exemplo latronum probabat Aristoteles] " Cicero *Lib.* 2. *de off. c.* „ 11. ait: *tantam vim esse justitiæ, ut ea etiam latronum opes confirmet, atque constituat.* Et Augustinus *de Civ. Dei* 44. *Manus ipsa latronum cum imperio Principis „ regitur, pacto societatis adstringitur, placiti lege præda dividitur. Vid. Tesm. h.* „ Legi meretur historia Piratæ Compani apud „ Oldenburgium *Thes. rerum publ. part.* 3. „ §. 129. *n.* 7. *pag.* 777.

Certe & illa, quæ genus humanum, aut populos plures inter se colligat, jure indiget] „ Diximus, natura talem societatem non da„ ri, *vid. supra* §. 6. adeoque frustra quæri, „ an ea subsistere possit sine jure. Dixi por„ ro, etsi existeret talis societas, pauciſſima „ tamen naturæ jura inde deduci posse. „ *Vid.* §. 8.

Fœda ne patriæ quidem causa facienda esse] " Hoc non inde est, quia humana so„ cietas indiget jure ; sed quia Creatura jus „ non habet agendi ea, quæ fœda, i. e. „ præceptis Creatoris contraria sunt. Unde „ ea, quæ pietatem, & verecundiam læ„ dunt, pro impossibilibus habentur. *l.* 15. „ *ff. de Condit. instit.*

Graviter eos accusat Aristoteles] " Auctor „ Spartanos hic accusat, qui quidem inter „ se exacte jura servarent; at nihil non ini„ qui in exteros committere solebant, con„ tra regulam, quod tibi non vis fieri, al„ teri ne facias. Idem de Minoe traditur. „ *Vid.* §. *seq. in fin.*

AD §. 24.

QUEM *nominavimus modo*] " Supra § 3.

Hasta, & gladio terminarentur] " I. e, „ quæ in infinitum fines suos, jugo vici„ nis impositio, proferre intendit.

Quæ justitiam pro finibus habet] " I. e. „ quæ aliena non concupiscit, adeoque ar„ ma non ad offensionem vicinorum, sed „ ad defensionem suorum finium adhibet.

Hoc argumento] " Quia scil. justitia sine „ fortitudine esse potest, non vero fortitu„ do sine justitia.

Definiebant virtutem propugnantem pro æquitate] " Adeoque si propugnatur id, quod „ iniquum, & injustum est, non est forti„ tudo.

Quales exigit Sapientiæ regula] " I. e. bo„ nos, & justos.

Sed totius generis humani] " Nam toti hu„ mano generi reges ad certa officia obli„ gantur, quorum fundamentum est, jus „ *suum cuique tribuere.* An vero ad officium „ illud pertineat punire delicta contra jus „ gentium commissa, (quod Auctor statuit,) „ latius examinabimus infra *l.* 2. *c.* 20. §. „ 40. *seq.*

Mino-

Minoïs]" Minos, notante hic Teſmaro, „ fuit Rex, & legislator Cretenſis, ideoque „ legifer vocatur ab *Ovidio* 3. *Amor.* 10. *v.* „ 41. A Gentibus pro Jovis, & Europæ fi„ lio reputatur, & leges a patre ſuo acce„ piſſe fertur: *Vid. Homerus Odyſſ.* 1. *Pau„ſan. Lacon.* 5. *lib.* 1. *Strabo de ſitu orbis* „ 16. *Diodor. Sic.* 2. 1. & *L.* 6. *c.* 15. *Sue„ton. Tib.* 70.

Inviſum apud poſteros nomen]" Alii a ju„ſtitia notum eum fuiſſe, tradunt, tantæ„ que virtutis, ut dignus habitus ſit, qui, „ juxta fabulas Poëtarum, jus diceret apud „ inferos. *Cic.* 1. *Tuſc.* 5. *inexorabiles judi„ces*, *Minos*, & *Rhadamantus*. Lactantius „ *de divin. Proœm. c.* 22. *judicare apud in„feros Jovis filium, tradiderunt &c. Deum, „ qui & mortalis fuerit, & juſtus, vel Mi„noem, vel Æacum, vel Rhadamantum.* Alii „ e contrario crudelem eum vocant, *uti* „ *Servius ad Virg.* 6. *Æn.* 432. *Plato*, & „ *Homerus apud Teſm. b.*

Quam quod æquitatem imperii ſui finibus terminaret] " *Conf. Gronovius b.* & quod „ de Spartanis obſervavit Grotius §. *præc.* „ *not.* 5.

Ad §. 25.

Auctor ſupra allegavit auctores, qui in bello ſaltem omne jus exulare, contendunt. His reſpondet 1. tantum id abeſſe, ut bella potius non niſi juris tuendi, & recuperandi cauſa gerantur: indeque 2. ſuſcepta bella non minori religione exercenda eſſe, ait, quam judicia: adeoque 3. inter arma ſilere ſaltem leges civiles, non naturæ. Idque auctoritatibus probat §. *ſeq.*

Quod quidam fingunt, in bello omnia jura ceſſare] " Judicium hoc tulere ab effectu „ bellorum, utpote quæ numquam ſine in„juria aliqua geruntur. *Vid. L.* 1. *c.* 2. §. „ 9. *l.* 2. *c.* 9. *l.* 2. *c.* 24. §. 2. *ſeq.*

Nec ſuſcipi bellum, niſi ad juris conſecutionem] " Hæc enim ſola ratio bellorum eſt, „ neceſſaria defenſio. Ea ceſſante non ſunt „ bella, ſed latrocinia. *Vid. inf. l.* 2. *c.* 1. „ §. 2. *L.* 3. *c.* 10. §. 3. *c.* 16. §. 1. *L.* „ 2. *c.* 1. §. 1. *L.* 2. *c.* 22. §. 3.

Nec ſuſceptum geri, niſi intra juris, & fidei modum] " *Lib.* 3. *c.* 3. §. 5. Quando „ ex principiis Grotii juſtum ſit bellum jure „ naturæ, quando jure Gentium, explicavi„ mus in *Diſſ. Proœm. IX.* §. 162. *ſeq.* §. „ 163. *ſeq.* & §. 168.

Qui judiciis coërceri nequit]" I. e. qui ſu„periorem non habent, adeoque ſumma po„teſtate gaudent: tunc enim bellum eſt uni„cum medium tuendi juris noſtri. Grotius „alio ſenſu hæc verba Demoſthenis ſumit, „quia alibi docet, bellum quoque eſſe ſi is, „qui jurisdictionem habet, arma ad coërcen„dos ſubditos rebelles adhibere cogitur. At „id verum non eſſe, demonſtrabimus ad „ *L.* 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 2. Add. *Diſſert. Proœm.* „ *IX.* §. 166. *n.* 2. 3. & 4.

Adverſus eos, qui invalidiores ſe ſentiunt] „ Rectius, adverſus eos, qui ſuperiorem ha„bent, licet potentia pares ſint, vel præva„leant: uti ſi contra ſubditos rebelles agitur. „ *Vid. Grot. d. c.* 3. §. 4.

In eos, qui pares ſe faciunt, aut putant] „ Dixi, bella tantum eſſe in eos, qui ſum„mam poteſtatem habent, etſi nec poten„tia pares ſint aggreſſori, nec tales ſe pu„tent.

Ut recta ſint]" I. e. ex juſta cauſa ge„rantur.

Non minori religione, quam judicia exerceri ſolent] " Nam bellum quoque verum „ judicium eſt; ſunt enim duæ ibi partes „ litigantes: læſus injuriæ reparationem pe„tit: alter reparationem negat. Bello, & „ præliis cauſa diſceptatur; Deus judex eſt, „ qui litem decidit per ultimam victoriam: „ atque hic eventus eſt inſtar ſententiæ. „ *Vid. Grot. l.* 3. *c.* 8. *per tot.* Hanno Car„thaginenſis apud *Liv.* 21. 20. ait: *Id, de „ quo verbis dubitabatur, uter populus fœ„dus rupiſſet, eventus belli, velut æquus ju„dex, unde jus ſtabat, ei victoriam dedit.* „ Et Samnites *apud Liv.* 8. 23. *Campus Cam„panus, in quo concurrendum eſt, & arma, „ & communis Mars belli decernet.* Hinc „ Martem Deum, præſidem bellorum fece„re Gentes. Vide ſupra §. 3. & infra *not.* „ *ad* §. 27.

Ad §. 26.

Auctor ad illud, *quod inter arma ſileant leges*, reſpondet, intelligendum id eſſe de legibus civilibus: hæc enim inter arma omnino ſilent, non vero naturales.

Sed civiles illæ, & judiciariæ, & pacis propriæ]" Atque de his legibus civilibus lo-

„ quuntur Ennius, Cæſar, Marius, & Pom-
„ pejus ſupra §. 3. allegati. Quæſtio enim
„ ibi fuit de bello civili; verum autem eſt
„ inter cives armatos leges civiles ſilere: at
„ id non ex jure eſt, ſed ex injuria.

Non aliæ perpetuæ, & omnibus temporibus accommodatæ]" I. e. non leges na-
„ turæ.

Optime enim dictum eſt a Dione Pruſæenſi]" Poſtquam enim in *orat. 76. in pr.*
„ conſuetudinem definiiſſet, *quod ſit ſententia utentium aliquid communiter, quod non*
„ *ſit hominum inventum, ſed vitæ, ac temporis, quod ſemper obtineat, & in animis*
„ *noſtris cuſtodiatur*; ita pergit: *ſcriptarum*
„ *legum nulla valet in bello; conſuetudines*
„ *autem ſervantur apud omnes, etiamſi ad*
„ *extremam inimicitiam progrediantur.* Ad-
„ eoque loquitur Dion de jure naturæ, at-
„ que id opponit legibus civilibus, ſeu ſcri-
„ ptis, quod vel exinde apparet, quia ſta-
„ tim addit: *legem ſcriptam tranſgredientes*
„ *non manifeſte a Diis puniri; ſed eos, qui*
„ *conſuetudinem transgrediuntur.* Idque pro-
„ bat exemplo violatorum legatorum. *d. or.*
„ *p. m.* 649.

Scripta quidem jura non valere]" Quia
„ inter hoſtes non eſt ſuperior, qui jura ſta-
„ tuere poſſit.

Aut gentium conſenſus conſtituit]" Pro-
„ bavimus in *Diſſert. Proœm.* 1. §. 71. &
„ *ſeq.* Auctorem pauciſſima jura naturæ ex
„ ſuo Socialitatis principio deducere, ſed
„ plerumque ad *jus gentium voluntarium* in
„ deciſionibus cauſarum provocare; verum
„ tale jus gentium ſecundarium non exiſtit,
„ neque Dion Pruſæenſis ſub jure non ſcri-
„ pto, jus, quod gentium conſenſus con-
„ ſtituit, comprehendit: ſed loquitur de
„ conſuetudine gentium, *quæ animis noſtris*
„ *cuſtoditur*, cujusque vindictam Deus ſibi
„ reſervavit; adeoque de ſolo jure naturæ.

Eas res puto, pioque duello quærendas cenſeo]" Formula hac Feciales utebantur, ubi
„ bellum indicebant. *Liv.* 1. 32. Eaque, de-
„ clarabant, bella non niſi ex juſta cauſa
„ ab iis ſuſcipi, illudque ſepoſita pietate,
„ & jure, geri non poſſe.

Bella tarde, & nulla licentia ſuſcipiebant]
„ De Juſtitia Romanorum in ſuſcipiendis bel-
„ lis late B. Parens diſſerit in *Orat. An*
„ *reſpubl. armis magis, quam legibus conſer-*
„ *vetur. Add. inf. l.* 3. *c.* 2. §. 4. *& l.* 2. *c.*
„ 23. §. 4. *item L.* 2. *c.* 1. §. 1. *ibique no-*
„ *tata.*

Quod bellum nullum, niſi pium]" Adeoque
„ cum juſtitia conjunctum.

Apud alium]" Immo verba, quæ alle-
„ gat Auctor ex eodem Livii loco (ſcil. 5.
„ 27.) deſumta ſunt. Plutarchus *in Camil-*
„ *lo* eodem ſenſu ait: *ſæva res bellum eſt,*
„ *&c. ſunt tamen belli leges.*

Et quod difficillimum eſt, in bello innocentem]" Quia omnia vi aguntur, & per mi-
„ lites jurium plerumque ignaros.

Et in hoſtem nefas]" *Vid. L.* 2. *c.* 17. §.
„ 19. *l.* 3. *c.* 11. §. 1. *n.* 1. *& c.* 19. §.
„ 1. *n.* 1.

Ad §. 27.

Auctor continuat idem argumentum, & jus aliquod belli exiſtere, probat ab effectu juſtitiæ cauſæ. Sane, conſcientia juſtæ cauſæ animat ſubditos, audaces reddit milites, & vicinos, ac ſocios reddit faventes, quæ fiducia non vana nititur ratione. Etſi vero victoria plerumque ſequi ſoleat juſtam cauſam, quia victoria eſt quaſi ſententia, qua lis deciditur a ſummo rerum arbitro, in cujus poteſtate eſt belli alea; ille tamen ſententiam fert, victoriamque largitur, non ſemper ex jure præſentis negotii, ſed juxta merita agentis. Eodem fere modo quemadmodum dicit Tryphoninus de depoſito a prædone: *quod, ſi jus contractus inſpicias, debeat depoſitum reſtitui prædoni; at ſi æquitatem totius negotii conſideres, debeat reſtitui hoc depoſitum vero domino. Conſ. l.* 2. *c.* 10. §. 1 *n.* 4. Sane, in cauſa belli duo ſunt, juſtitia cauſæ præſentis, & qualitas, ſeu juſtitia ſuſcipientis bellum. Hinc in bello, ſi conſilium divini Numinis inſpiciamus, Deus illud judicium ſæpe fert, non de cauſa belli tantum, ob quam homines hoc ſuſceperunt; ſed de tota injuſtitia populi totius, vel de ejusdem innocentia. Ideo ſæpius fieri poteſt ut ei, qui in hoc bello juſtam habet cauſam, tamen propter alia peccata victoria denegetur. *Vid. Diſp. de Jur. bell. & pac. regn. Port. Sect.* 3. *art.* 1. *quæſt.* 3.

Paſſim oſtendunt hiſtoriarum ſcriptores] Hoc illuſtris ille dux Samnitum mirifice agnovit. Cum Samnites fœdere rupto bellum contra Romanos moviſſent, diffidit cauſæ, & victoriæ, nec voluit confligere, niſi miſſis prius legatis, qui offerrent auctores belli, dederent

dederent res captas, & bona auctorum. Cum Romani non acciperent, jam belli promptus est, & oratione habita ait: *Ne nihil hac legatione actum censeatis; expiatum est quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit. &c. Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo? neminem, neque populum, neque privatum fugis. &c. Justum bellum est, Samnites, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis spes relinquitur. Proinde cum rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant Diis, pro certo habete, hoc, quod instat, bellum ducibus ipsis Diis gesturos.* Liv. l. 9. c. 1. & in c. 2. ait: *hæc non læta magis, quam vera vaticinatum, exercitum eduxisse.* Judas Maccabæus, milites animaturus ait: *invictum robur innocentiam esse. Joseph. Ant. L. 12. c. 10.* Mucianus ea ratione nutantem Vespasianum firmat contra Vitellium: *meliorem in bello, quam in pace causam habemus. Tac. 2. hist 77.* Herodes in Oratione ad milites ait: *cum quibus justitia, cum iis Deus est. Joseph. ant. L. 15. c. 8.* Scythæ dehortantur Alexandrum demonstrata injuriæ pœna, & calamitate. *Curt. 7. c. 9.* In Oratione Cæsaris ad Pompeium apud Lucanum ille ita loquitur: (*Lib. VII. v. 259.*)

Hæc, fato quæ teste probet, quis justius arma sumserit &c.

Hic vero ait: *ibid. v. 349.*

Causa jubet melior superos sperare secundos.

De bello Afrorum ait Justinus: *Uti eorum causa justior, ita fortuna superior fuit. L. 19. c. 1.* Scipio apud Livium Lib. 30. c. 30. ait: *vos lacessisse Dii testes sunt, qui & illius belli exitum secundum jus, fasque dedere, & hujus dant, & dabunt.* Alia exempla vide apud *Grot. in not. h. & l. 2. c. 26. §. 4. n. 6. item L. 2. c. 1. §. 1. n. 2. Add. Disp. nostra de arm. illic. §. 8. Disp. de justo prœliorum exitu, per tot. Orat. an respubl. armis magis &c. pag. 36, & 37.*

Nec movere quenquam &c.] „ Argumentum existentiæ juris naturalis in bellis, ab „ effectu justæ causæ desumtum, labefactari „ inde videtur, quod sæpius is, qui justam „ causam defendit, succumbat. Grotius nihil „ aliud reponit, quam satis esse gerentem „ bella in conscientia tutum esse, licet effectus non sequatur. At verius est, Deum „ varias ob causas victoriam, etiam injustum „ bellum gerenti, sæpius tribuere. Idque „ quatuor potissimum ex causis accidere potest. 1. Si bellum absque Dei, ceu Judicis, reverentia, & absque agnitione judicii susceptum est: hoc enim casu bellum „ geritur non ut reparetur justitia, sed vindictæ causa; indeque Deus non causæ conditoris judex, sed suæ potius vindex erit. „ 2. Sæpius supremus bellorum arbiter populi, pro quo stat justitia causæ, iniquitatem „ castigat; ubi non ad justitiam præsentis „ belli respicit: quo pertinent bella contra „ Cananæos, contra quos nullum fuit jus „ belli, sed Deus punire eos voluit, & executionem commisit Judæis. Sed & 3. temere sæpius suscipiuntur bella, v. g. si „ populus non satis armis instructus, potentissimum hostem adoriatur; quia enim „ Deus non immediate, sed per causas medias agere solet, tentare divinum Numen „ videtur qui suscipit bellum, cui gerendo „ par non est. 4. Aliquando non debita adhibetur diligentia: nam cum natura primæ sint petentium partes, alteræ deinde „ judicis, hujus non incipiunt esse vices, „ quamdiu petentes non suas implevere „ partes.

„ Quæ compendio hic exhibita sunt, integra Dissertatione illustravit B. Parens, „ eamque inscripsit: *De justo bellorum „ exitu.*

Prosperi successus iniquarum molitionum] „ Multi hinc ansam sumsere dubitandi de „ providentia divina, quia temerarii bellorum susceptores plerumque victoriam reportare solent: quod Deus, si curam „ haberet rerum humanarum, admittere non „ posset. Sed dubio huic satisfactum est in „ jam allegata dissertatione.

Satis enim est], Immo hæc responsio generalis nimis est, adeoque non sufficit: non „ enim explicat quænam sint illæ causæ, quæ „ vim illam agendi ab effectu impediunt. „ Nos quatuor allegavimus rationes, cur „ justissimæ causæ tristem sæpius habere exitum soleant.

Eamque magnam habet vim ad agendum] „ Scil. ratione propriæ conscientiæ, ratione „ militum, & subditorum, & denique ratione vicinorum, & sociorum.

Ut in rebus humanis accidit] „ Scelera, „ quæ a summo rerum arbitro permittuntur, „ non carent interim suo fructu in rebus humanis: cum adhibeantur aut ad punien-

„ dos alios non minus ſceleratos, aut ad „ corrigendos qui extra virtutis viam prolapſi „ ſunt, aut ad exigendum ſpecimen exi„ mium patientiæ, aut conſtantiæ, ab his, „ qui magnos in virtute profectus fecere. Po„ ſtremo & ipſi, quorum ad tempus diſſimu„ lata videntur ſcelera, pœnas eorum cum „ temporis uſura ſolvere ſolent, ut de iis „ fiat quod Deus voluit, qui fecerunt quod „ Deus noluit. Sed & ſi opprimantur boni, „ cum ſapientiſſimis viris ita colligendum eſt: „ cum Deus curet actiones humanas, juſtus„ que ſit, & iſta interim fiant, exſpectan„ dum eſt aliquod poſt hanc vitam judicium, „ ne aut inſignis improbitas ſine pœna, aut „ magna virtus ſine ſolatio, præmioque ma„ neat; quæ ſunt verba *Grotii de ver. rel. „ Chriſt. l.* 1. *c.* 19. 20, *&* 21.

Sæpe aliarum cauſarum oppoſitu ab effectu impeditur] „ Cauſas illas oppoſitas jam in „ genere ex Grotio, ſpeciatim ex diſſerta„ tione B. Parentis expoſuimus.

Etiam ad amicitias conciliandas] „ Vicini „ enim, & ſocii juſtæ magis cauſæ accedere, „ eamque defendere ſolent.

Quibus ut ſinguli, ita & populi, ad multas res opus habent] „ Hoc eſt quod Auctor *ſupr.* „ §. 22. dixit: nullam eſſe tam validam civi„ tatem, quæ non aliquando aliorum extra „ ſe ope indigere poſſit.

Multum valet opinio] „ Tum apud eos, qui „ juſtum bellum ſe gerere credunt; tum apud „ ſocios; tum apud medios. Ageſilaus mul„ tum in eo ſe conſequi dicebat, quod Tiſſa„ fernes perjurio ſuo & homines ſuis rebus „ abalienaret, & Deos ſibi iratos redderet; „ ſe autem ſervata religione confirmare exer„ citum, cum animadverteret deorum nu„ men facere ſecum, hominesque ſibi conci„ liari amiciores, quod his ſtudere conſueſ„ ſent, quos ſervare fidem viderent. *Corn. „ Nep. in Ageſilao c.* 2. Et *Livius L.* 8. „ *c.* 39. ait: *minime quidem mirum eſſe ſi im„ pio bello, & contra fœdus ſuſcepto, infeſtio„ ribus merito Diis, quam hominibus, ni„ hil proſpere agerent.*

Nemo enim illis facile ſe adjungit &c.] „ Quid enim aliud a tali ſocio ſibi promittere „ poteſt, quam ut ab eo decipiatur, qui fi„ dem fallere ſolet.

Ad §. 28.

Sequitur hic altera pars Præfationis. Poſtquam enim Auctor de exiſtentia juris naturæ egit, ejusque principium, cuſtodiam humanæ ſocietatis rationi convenientem, poſuit, refert hic cauſas, quæ ipſum ad ſcribendum hoc opus moverunt, & quarum præcipua fuit, abuſus bellorum, & vaſtandi, prædandi, occidendi &c. licentia, quam gentes, præcipue Chriſtianæ, invicem ſumunt.

Ob eas, quas jam dixi, rationes] „ Quarum compendium hoc eſt: 1. quia homi„ nes natura feruntur ad ſocietatem; ſocie„ tas autem ſine jure ſubſiſtere nequit: 2. „ quia juſtitia ſecuritatem affert conſcientiis: „ 3. quia victoria præcipue adſcribi ſolet ju„ ſtitiæ cauſæ.

Eſſe aliquod jus inter populos commune] „ Dari aliquod jus commune hominum, de„ monſtravimus *ſupra* §. 3. Integrum ſyſte„ ma propoſuimus *in Diſſert. Proœm. §. XII.*

Quod & ad bella, & in bellis valeret] „ Prius ad juſtitiam cauſæ, poſterius ad ju„ ſtitiam proceſſus bellorum pertinet.

Levibus, aut nullis de cauſis] „ Hinc „ Auctor ſeparatis capitibus hæc diſtinguit; „ quorum alterum injuſtas cauſas exhibet: „ alterum vero monita continet, ne etiam „ ex juſta cauſa, ſi levis ſit, bellum ſuſci„ piatur. *L.* 2. *c* 22. *&* *c.* 24.

Quibus ſemel ſumtis, nullam jam divini &c.] „ De incommodis, quæ bellum ſequi „ ſolent, vide late *L.* 2. *c.* 24. §. 1. & „ 10, *&* *L.* 3. *c.* 3. §. 6. 3.

Ad §. 29.

Mala, quæ ex bello ſequuntur, alios pios homines induxerunt, ut omne bellum injuſtum declararent, ſaltem inter Chriſtianos (Conf. *L.* 1. *c.* 2. §. 9. *n.* 2.); ea intentione, ut Principes religioſiores redderent in ſuſcipiendis bellis. Recte hos rejicit Auctor, & ait, periculoſum id eſſe: quia dum omnem vindictam armatam prohibent, eoque injuriis impunitatem quandam concedunt, (idque contra naturæ inſtinctum, & regulas,) Principes de aliis quoque juris Naturæ capitibus dubitare, & eorum veritatem in dubium vocare poſſent.

Multi homines minime mali] „ Quo in nu„ mero præcipue ſunt Anabaptiſtæ, quorum „ argumenta Auctor propoſuit, & ſimul re„ futavit *L.* 1. *c.* 2. §. 7. *&* *ſeq.*

Cujus diſciplina in omnibus hominibus diligendis

gendis consistit] „ Adeoque etiam inimicis: „ unde concludunt, bella illicita esse, quia „ inimicis, eos offendendo, bene non faci- „ mus; cui argumento respondet. *d. l.* 2. „ *c.* 2. §. 8. *n.* 9.

Ad quos accedere quandoque videntur, & Johannes Ferus, & Erasmus nostras] „ Flo- „ rebat Ferus temporibus Caroli V, & fuit „ ordinis minorum, & Moguntiæ concio- „ tor. Erasmus Roterodami natus, & mo- „ rum, & litterarum elegantia notissimus est. „ Utriusque verba cum censura sua exhibet „ Sixtus Senensis *Bibl. Sanct. annot.* 115. „ 116. Conf. *Zigl. h.* Alios scriptores Chri- „ stianos recenset Auctor *d. l.* 2. *c.* 2. §. 9, „ illisque simul respondet.

Ut obsit etiam] „ Si enim tanti viri in re „ tanti momenti semel falsi deprehenduntur, „ facile denegabitur fides aliis eorum assertis, „ quæ res sane periculosissima est. Bene igi- „ tur hic monet Gronovius, fas non esse ut „ per falsa, & mendacia, verum commen- „ detur.

Medicina ergo adhibenda fuit, tum ne nihil, tum ne omnia crederentur licere] „ Hinc „ Auctor in sequenti *Libro primo* probat, „ bellum aliquod licitum esse; at non om- „ nia licita esse in bello, demonstrat *Libro* „ *Tertio:* ubi distinguit ea, quæ licita sunt „ ex *jure gentium voluntario* in bello publi- „ co solenni, ab eis, quæ licent *jure natu- „ ræ.* De priori licentia agit *L.* 3. *c.* 1, usque „ ad *c.* 10. de posteriori vero *L.* 3. *c.* 10, „ usque ad *c.* 17. Quod systema plenius exa- „ minavimus *in Diss. Proœm. IV.*

Ad §. 30.

Alterram causam suscepti operis Auctor affert: illustrationem juris Romani. Cum enim jus Romanum collectum sit ex principiis juris naturæ, & gentium; non melius juris ratio cognosci potest, quam cognito ejus juris principio, unde originem ducit. Quod, an Auctor perfecerit, singulis locis examinabimus.

Additio.

„ Cicero juris Romani disciplinam ex inti- „ ma Philosophia hauriendam tradit *in libr.* „ 1. *de leg. c.* 39. & *c.* 40; & eos, qui „ aliter jus civile tradunt, non tam justitiæ, „ quam litigandi tradere vias, ait *dict. l.* 1. „ *c.* 42.

Indigne e patria ejecto] „ Historiam exhibet „ *Bayle*, voce, *Hugo Grotius*,

Artis formam ei imponere multi] „ Roma- „ ni JCti de jure civili in artem redigendo ad- „ modum solliciti fuerunt. Crassus pollicitus „ est, se jus civile diffusum, & dissipatum, „ in certa genera coacturum, & ad artem „ facile redacturum apud *Cic. L.* 2. *de orat.* „ *c.* 49. Ipse Cicero methodum, quomodo „ id fieri possit, exhibet his verbis: *Com- „ plectenda in hac disputatione* (de fonte le- „ gum, & juris) *tota causa universi juris est, „ ac legum: ut hoc, quod civile dicimus, in „ parvum quendam, & angustum locum „ concludatur naturæ. Natura enim juris no- „ bis explicanda est, eaque ab hominibus re- „ petenda natura: considerandæ leges, tum „ hæc tractanda, quæ composita sunt.* Liber „ ejus de jure civili in artem redigendo, ci- „ tatur apud *Gell. N. A. L.* 1. *c.* 22. Cæsar „ quoque jus civile ad modum redigere, „ atque ex immensa, diffusaque legum copia, „ optima quæque, & necessaria, in pauci- „ simos conferre libros voluit. *Suet. in Cæs.* „ *c.* 44. Recentiorum JCtorum infinita ex- „ tant Schemata de novo Codice conficien- „ do. Ipse B. Parens incomparabile opus, „ quo jura Romana ex fonte suo deducere vo- „ luit, morte præventus ad finem perducere „ non potuit: interim ex variis dissertatio- „ nibus, *de jure pœnitendi; de obligatione „ successoris ex delicto defuncti; de directa „ probatione negativæ: de jure ejus, quod fa- „ cti est; de fundata in territoriis potestate,* „ &c, satis apparet, quid præstiturus fuisset, „ si per fata ultimam operi imponere manum „ licuisset. Quamquam in hoc Commentario „ principia generalia juris naturæ exposita in- „ venies. Periculum hujus rei ipse feci in „ Dissertatione Proœmiali XII; & nova pla- „ ne methodo, servato ordine juris Romani, „ demonstravi, verum esse quod JCti Ro- „ mani dixere, jus civile collectum esse ex „ præceptis juris naturæ, & gentium.

Quæ ex constituto veniunt] „ I. e. ex jure „ gentium voluntario. At cum tale jus gen- „ tium non dari, toties dictum sit, *vid.* §. „ 19, frustra de ejus separatione a juribus „ naturæ quæritur.

Nam naturalia cum semper eadem sint, facile possunt in artem colligi] „ Jus enim na- „ turæ certis, ac immotis constat principiis: „ facile igitur demonstrari potest, an, & „ quatenus leges civiles cum his principiis „ conveniant. Atque id perfecisse credimus „ in Systemate, quod propositimus in Dis- „ sertatione proœmiali XII.

Illa

Illa autem, quæ ex conſtituto ſunt] „ I. „ e. quæ gentes, uſu, & neceſſitate exi- „ gente, inter ſe conſtituerunt; vel quæ „ gentes ad imitationem, vel fortuito rece- „ perunt: *vide Diſſ. Proœm. IV.* Verum, „ fruſtra de *tali jure*, quod non exiſtit, in „ artem redigendo quæritur; *vid. ſupr.* „ §. 17.

Cum & mutentur ſæpe, & alibi alia ſint] „ *Vide Diſſ. Proœm. IV.* §. 22. Inprimis „ hoc contingere, ait, in jure gentium ar- „ ctiori. *ibid.* §. 26.

Ut aliæ rerum ſingularium perceptiones] „ Quæ non cohærent, adeoque in ordinem „ redigi non poſſunt.

A D §. 31.

PROPONIT Auctor modum, quo corpus aliquod componi poſſit juris naturæ, ſi ſinguli jurisconſulti partem diſciplinæ tractandam ſuſciperent. Verum miror a viro incomparabili tale conſilium ſuppeditari; non enim ex hujusmodi centonibus ſcientiæ compages, & ars juris exiſteret: ſed male conſuti, & conſarcinati opinionum diverſarum panni; denique monſtrum, non ſcientia juris naturæ.

Veræ juſtitiæ ſacerdotes] „ Qui veram „ non ſimulatam Philoſophiam affectant, „ eoque ſacerdotes juſtitiæ vocantur ab Ulpia- „ no in *L.* 1. *pr. Juſt. & jur.*

Semotis iis, quæ ex voluntate libera ortum habent] „ I. e. arbitrio legislatorum: addo, „ & ſemotis iis, quæ ficto juri gentium tri- „ buuntur ab Auctore.

Alius quidem de legibus] „ Nimirum, „ qui leges ſtatuere, & de quibus rebus „ ſtatui poſſint; earumque effectu.

Alius de tributis] „ Quis ea imponere, & „ quibus, ac ex quibus cauſis imponi poſ- „ ſint.

Alius de officio judicum] „ Quod conſi- „ ſtit in tuendo jure ſubditorum.

Alius de voluntatum conjectura] „ I. e. „ de teſtamentis, & ultimis voluntatibus.

Poſſet deinde ex omnibus] „ Si omnes in „ principiis conſentirent, poſſet corpus tale „ aliquando ex omnibus partibus collectis „ conſtitui: ſed cum in principiis nondum „ conveniant, concluſiones uniformes inde „ formari non poterunt. Facilior longe me- „ thodus eſſet corpus tale colligendi, ſi alius „ materiam *de jure, juſtitia, & Legibus:* „ alius *jus perſonarum*, ſeu ſtatum hominum: „ alius *jus rerum*: alius *obligationes perſona-* „ *rum*: alius *judicia* elaboranda ſuſciperet.

A D §. 32.

RECENSET Auctor *hic*, & §§. *ſeq.* ordinem, quem in ſuo tractatu obſervat; & contenta trium librorum, in quos opus ſuum diſpeſcuit, refert. Ubi notandum 1. Auctorem fateri, ſe non omnes hujus diſciplinæ partes tractare, ſed ſaltem nobiliſſimam, ſcil. jus belli, & pacis. 2. Totum tractatum niti falſo principio, ſcil. cuſtodia ſocietatis humanæ: adeoque fruſtra in Auctore quæri principia juris naturæ. 3. Auctorem concluſiones, ſeu leges naturales, vix ex ſocialitate, ſed *vel* ex jure naturæ laxiori, *vel* ex jure divino voluntario, *vel* ex jure gentium ſecundario, *vel* ex conjectura voluntatis deducere; eoque totum jus naturæ incertum reddere, deficiente quippe obligationis principio. 4. Auctorem perpetuo confundere ea, quæ *juris naturæ* ſunt, cum eis, quæ ſunt perfectionis, ſeu virtutis; quæ ei *juris naturæ laxioris* nomine veniunt, & quæ ratione obligationis toto cœlo differunt.

Additio.

„ Grotium ex jure naturæ laxiori nullam „ inter homines invicem obligationem naſci, „ ſed hominem Deo ſaltem inde teneri; „ adeoque hactenus a jure naturæ ſociali diſ- „ ferre, ipſe quoque ſtatuit. *vide ſupra* §. 9.

Longe nobiliſſimam:] „ ſcil. jus gentium „ publicum, ſeu jus belli, & pacis.

A D §. 33.

PRÆFATI *de juris origine*] „ Antequam „ enim definit, *ſitne bellum aliquod juſtum*? „ varias ſignificationes *juris* præmittit. Ait „ enim, *jus* ſumi *vel* pro attributo actionis, „ ſeu pro eo, quod juſtum eſt: *vel* pro „ qualitate morali perſonæ competenti ad „ aliquid juſte habendum, vel agendum: „ *vel* pro regula actuum moralium, obli- „ gans ad id, quod rectum eſt: *Vid. l.* 1. „ *c.* 1. §. 3. *uſque ad* §. 11.

Sitne bellum aliquod juſtum] „ Examinat „ hanc quæſtionem in *L.* 1. *c.* 2. *per tot.*

Publici, privatique belli diſcrimina] „ De „ quibus agit *Libr.* 1. *c.* 3. §. 1. & §. 4. „ Conf.

„ Conf. *Diſſ. Proœm. IV.* §. 21. 22. 40. „ & 48.

Vim ipſam ſummi imperii] „ Quia ſola „ ſumma poteſtas gerere bellum poteſt; de „ origine Imperii agit *dict. l.* 1. *c.* 3. §. 5. „ *n.* 7. & §. 6. Conf. *Diſſert. Proœm. VIII.* „ *per tot.*

Qui eam populi] „ In ſtatu ſcilicet popula„ ri. *L.* 1. *c.* 3. §. 7. & 8.

Qui Reges ſolidam] „ In ſtatu Regio *d. c.* „ 3. §. 9. *ſeq.*

Qui ex parte] „ In ſtatu mixto. *d. c.* 3. §. „ 13. *ſeq.* & §. 17.

Qui cum alienandi jure] „ Ejusmodi re„ gna Auctor vocat patrimonialia. *d. c.* 3. „ §. 11. *n.* 1. §. 12. *ſeq.*

Qui aliter] „ I. e. jure uſufructuario, non „ pleno jure proprietatis. *d.* §. 11. §. 13. „ & *ſeq.*

Deinde & de ſubditorum &c. officio] „ *Vid. l.* 2. *c.* 4. & *cap.* 5. §. 4.

AD §. 34.

CUM *omnes cauſas, ex quibus bellum oriri poteſt*] „ Grotius in genere obſervat, „ quot actionum forenſium ſunt fontes, to„ tidem eſſe belli. *L.* 2. *c.* 1. §. 2. *n.* 1. „ Earumque capita recenſet *ibidem.*

Quæ res communes ſint] „ *Vid. l.* 2. *c.* 2.

Quæ propriæ] „ *Vid. l.* 2. *c.* 3. & 4.

Quod jus in perſonas] „ *Vid. L.* 2. *c.* 5.

Quæ ex dominio naſcatur obligatio] „ *Vid.* „ *L.* 2. *c.* 6. 8. 9. & 10.

Quæ ſucceſſionum regiarum norma] „ *Vid.* „ *L.* 2. *c.* 7.

Quod jus veniat ex pacto, aut contractu] „ *Vid. L.* 2. *c.* 11. 12, & 14.

Quæ fœderum] „ *Vid. L.* 2. *c.* 15.

Quæ jurisjurandi] „ *Vid. L.* 2. *c.* 13. „ & 14.

Atque interpretatio] „ *Vid. L.* 2. *c.* 16.

Quid ex damno dato] „ *Vid. l.* 2. *c.* 17.

Quæ legatorum ſanctimonia] „ *Vid. l.* 2. „ *c.* 18.

Quale jus humandi mortuos] „ *Vid. L.* 2. „ *c.* 19.

Quæ pœnarum natura] „ *Vid. L.* 1. *c.* 20. „ & 21.

AD §. 35.

PRIMUM *ſubjectam ſibi habens materiam, id, quod in bello licet*] „ *Vid. l.* 3. „ *c.* 1. *uſque ad c.* 20.

Cum id, quod impune fit, aut etiam apud populos exteros pro jure defenditur, ab eo, quod vitio caret, diſtinxiſſet] „ Auctor „ enim anguſtis admodum finibus circum„ ſcribit licentiam bellorum: & ſtatuit, in „ hoſtem *jure naturæ* nihil licere, niſi bel„ lum geratur ex juſta cauſa, & intra mo„ dum debiti, ac pœnæ. Atque hoc ſolum „ bellum *vitio carere*, ait. At porro ſtatuit, „ gentes communi aliquo conſenſu inter ſe „ conſtituiſſe, ut in bello publico ſolenni „ (i. e. quod inter duas ſummas poteſtates ge„ ritur, & indictum eſt,) licite bellum ge„ ri etiam ex injuſta cauſa, & hoſtis lædi „ poſſit in infinitum, ac ultra modum debi„ ti, ac pœnæ. Effectum autem hujus juris „ gentium eſſe, ait 1. ut bellum gerens „ apud alias gentes non poſſit tamquam fur, „ & latro puniri, ſed impunis ſit: 2. ut „ poſſeſſio, & dominium, quod hoſtis in „ res, & perſonas hoſtis acquirit, apud „ exteros per judicia defendatur. At hos ef„ fectus non carere vitio, nec hoc jus gen„ tium ex omni parte juſtum eſſe, ait. Vid. „ ſupra *in not. ad* §. 17, & infra §. 41. „ Quæ principia late expoſuimus, & refuta„ vimus in *Diſſert. Proœm. IV.*

Deſcendit ad pacis genera] „ *Vid. l.* 3. „ *c.* 20.

Et omnes bellicas conventiones] „ Tum „ quæ a ſumma poteſtate contrahuntur, *L.* „ 3. *c.* 21: tum quæ a minoribus poteſta„ tibus, *l.* 3. *c.* 22: tum quæ a privatis, „ *l.* 3. *c.* 23, ſive expreſſe, ſive tacite, „ *l.* 3. *c.* 24.

AD §. 36.

AUCTOR hic repetit, argumentum hoc a nemine adhuc tractatum eſſe, nec a gentili, nec a Chriſtiano: ubi dolet jacturam libri Ariſtotelis, cui nomen *jura bellorum*: & Scriptorum Romanorum *de jure feciali* §. 36. Equidem noviores quosdam, præcipue Theologos, de jure belli ſcripſiſſe, ait, ſed parciſſime, §. 37; ubi commendat, Fabri Semeſtria: Alberici Gentilis Angli tractatum de jure belli: Balthazaris Ayalæ, apud Belgas exercitus regii ſupremi juridici, librum ejusdem argumenti. §. 38.

Totum hoc argumentum] „ Nimirum, „ jus illud, quod inter populos plures, aut

„ populorum rectores intercedit : idem „ enim jam monuit *ſupra* §. 1.

Et qui tractarunt partes] „ Ut Ayala, Gentilis, &c. de quibus §. ſeq.

Ut multum reliquerint alienæ induſtriæ] „ Nemo enim veterum ſcriptorum, ſi *Winklerum* excipias, & *Hemmingium*, principium juris naturæ poſuit, ac certas concluſiones exinde deduxit; ſed omnes, caſus ſaltem aliquos decidunt, rationibus tum ex jure civili, & Canonico, tum ex ſacra ſcriptura, tum ex Ethicis, tum ex auctoritatibus Doctorum deſumtis: adeo ut parum ſubſidii in conſcribendo ſyſtemate exinde peti poſſit.

Romanorum veterum libri de jure feciali] „ Cicero enim ait: *belli æquitatem ſanctiſſimo populi Romani jure perſcriptam eſſe*, *lib.* 1. *de off.* 11. De auctoritate, & moribus fecialium *vid. inf. L.* 2. *c.* 23. §. 4. & 8. *Adde Alex. ab Alex. Gen. Diſſ.* 5. 3. *ibique Tiraquellum.*

Caſuum, quos vocant conſcientiæ] „ Vulgo Caſuiſtæ dicti.

Capita fecerunt] „ Non vero univerſim, ac certo ordine tractarunt. *ſupr.* §. 1.

Ad §. 37.

Partim *a Theologis ſcriptos*] „ Qui rationes ex Sacra Scriptura, vel ex Ethicis, vel ex Canonibus ſumſerunt, non ex naturæ principiis.

Ut a Franciſco Victoria] „ In libro, quem *Relectiones morales* inſcribit; in primo enim tomo, Relectione VI, tractat caput *de Indis, ſive de jure belli Hiſpanorum in Barbaros.*

Henrico Gorichemo] „ Cujus liber inſcribitur, *propoſitionum de puella militari, libri duo.* Sed nihil in paucis his pagellis continetur, quod ad jura belli pertineat.

Wilhelmo Matthæi] „ Auctor in *not. h.* addit Johannem de Carthagena editum Romæ anno clo Io ClX. Titulus hujus libri eſt: *Propugnaculum catholicum, de jure belli Romani Pontificis adverſus Eccleſiæ jura violantes.* 1609. Vitam hujus Theologi vide in Lexico univerſali magno, voce *Carthagena.*

Johanne Lupo] „ Scripſit hic librum, *de bello, & bellatoribus:* qui tractatus non exſtat inter opera ejus an. 1616. impreſſa: ſed in Tractatu Tractatuum Tomo XVI. „ Sed & præterea alia juris gentium capita illuſtravit, librum enim publici juris fecit „ *de confœderatione Principum :* item *de obtentione & retentione regni Navarræ :* Exſtat quoque tractatus Hiſpanico idiomate „ ſcriptus *Tractado del eſfuerço bellico heroico.*

Franciſco Ario] „ Liber inſcribitur *de bello, & ejus juſtitia* : & continetur in Tractatu tractatuum Tom. XVI. p. 325. Auctor ille non Arius vocatur, ſed Arias.

Johanne de Lignano] „ Præter librum *de bello*, etiam publici juris fecit librum *de amicitia*, & *de duello ; vid. Catal. biblioth. Francof. voce Lignano.* Vitam ejus recenſet Pancirollus, de claris legum interpretibus, *l.* 3. *c.* 25, & Marcus Mantua, *epit. illuſtr. vir. n.* 167.

Martino Laudenſi] „ Martinus de Caratis, Laudenſis, Sapiæ, & Senis jurisprudentiam docuit, ac maxime floruit ab an. 1438. ad an. 1445. *Marc. Mantua epit. ill. vir. n.* 188. Liber, cujus Auctor mentionem facit, *de bello* inſcribitur. Præterea „ *de repreſſaliis, de confœderatione, pace, & conventione Principum, de legatis principum, de milite, de Principibus* ſcripſit. *Vid Catalog. biblioth. francof.* Voce *Laudenſis.* His adde porro *Petrinum Bellum*, qui itidem tractatum ſcripſit *de re militari.* Nec non *Pariſium a Puteo, de re militari.* Ac denique Claudium Cotereum, *de jure, & privilegio militum ;* ubi multa de juſtitia belli, de captis, de poſtliminio, de repreſſaliis invenies. Exſtant autem illi Auctores in *Tract. Tract. Tom. XVI.*

Pauciſſima dixerunt] „ Omnino igitur illuſtri Grotio hoc tribuendum, quod primus (ſi Winklerum exceperis. *Vid. Diſſ. proœm. XI.* §. 13.) fuerit, qui univerſum „ Jus naturæ ex principiis deduxit, illudque in artem redegit. Licet vero in ipſo principio juris cum eo non conveniamus ; ſingula tamen jura egregiis adſtruxit rationibus, illaque exemplis, ac conſenſu gentium firmavit : adeo, ut difficile non fuerit ejus interpretibus, quæ deſunt ſupplere. Opus igitur hoc ob conatum viri, ob ſtyli elegantiam, & ob eruditionis ubertatem ſatis commendari nequit.

Ad §. 38.

Historiarum *lucem*] „ Unde conſenſus gentium elicitur, qui in moralibus „ magnæ

„ magnæ eſt auctoritatis. *Vid. L.* 1. *c.* 1. „ §. 13.

Faber] " Senatus Toloſani præſes. Is enim „ in *Libro primo* ſemeſtrium *cap.* 7. de fœ„ deribus, & de jure Gentium: in *cap.* 8. „ de pœnis civitatum, & quibus modis civi„ tates deſinunt, egregia affert. In *Libro ſe„ cundo* tractat de jure naturali, & gentium, „ & de juribus, quæ inde ſequuntur, in „ *cap.* 1. & 2. De ſervis, & bello quæſi„ tis in *cap.* 3. De jure belli *cap.* 4; ſin„ gulaque capita exemplis firmat.

Et ut ad definitiones aliquas exemplorum congeriem referrent &c.] " Ita enim AYALA „ paucas ſaltem definitiones propoſuit, ni„ mirum, *de bello juſto*: *de pignorationibus*: „ *de bello captis*: *de fide hoſti ſervanda*: *de* „ *fœderibus*, & *induciis*: *de jure legatorum.* „ &c. Reliqua omnia pertinent ad diſcipli„ nam militarem, vel politicas ſpectant ra„ tiones. GENTILIS plures quidem de„ finitiones poſuit, ſed nihil ex certo juris „ naturæ principio deduxit, & definitiones „ in bellorum cauſis exemplis ſaltem illuſtra„ vit.

Balthasar Ayala] " Exercitus regii apud „ Belgas ſupremi Juridici; tractatum ſuum „ inſcripſit *de jure*, & *officiis bellicis in di„ ſciplina militari.*

Albericus Gentilis] " Profeſſor Oxfordien„ ſis: cujus vitam vide apud *Bayle* voce „ *Gentilis.* Hic tres libros *de jure belli* ſcri„ pſit: & tres *de legationibus*: aliumque *de vi* „ *civium in regem ſemper injuſta.*

Ita quid in docendi genere] " Auctor enim „ non tantum jura belli, ſed & jura pacis „ tractavit, & cauſas, ex quibus bellum ge„ ri poſſit, expoſuit, fontesque juris, quod „ cuique tum ex ſtatu hominum, tum ex „ jure rerum, tum ex obligatione perſonæ, „ competit, demonſtravit. Cum prædicti „ Scriptores pauciſſima ſaltem capita belli „ tractaverint.

Quid in ordine] " Auctor juris naturæ „ principium *primo* ponit: *deinde* de perſo„ nis agit, quæ habent jus belli gerendi; „ eaque occaſione jus imperii explicat. Porro „ cauſas, ex quibus bellum oriri poteſt, „ tractat, (quo refert jus, quod homines „ habent in perſonas, & res, nec non ex „ obligatione perſonæ); & *tandem* exhibet „ remedia, quæ pro vindicando jure naturæ „ dantur, quæ ſunt pœna, & bellum, „ bellum autem finitur per pacem. E contra„ trario in allegatis Auctoribus omnia abs„ que ordine confuſe admodum, & potiori„ bus capitibus omiſſis, tractata invenies.

Quid in diſtinguendis quæſtionibus] " Auctor in ſingulis capitibus, poſitis prius „ principiis, quæſtiones obvenientes ſepara„ tim, & diſtincte proponit; cum illi au„ ctores tumultuarie admodum generalia ſal„ tem capita belli proponant, quæſtiones „ autem non diſtinguant.

Juris diverſi generibus] " Auctor in do„ cendo jure naturali quatuor jurium genera „ adhibet: 1. Jus ſociale, 2. jus naturæ la„ xius, 3. jus voluntarium divinum univer„ ſale, 4. jus voluntarium humanum uni„ verſale. *Vid. ſupr.* §. 8. 9. 12. 17. & *inf.* „ *L.* 1. *c.* 1. §. 3. 4. 13. & *ſeq.* Quæ jurium „ genera explicavimus in *Diſſert. Proœm. I.* „ *II. III. IV.* Nos *unum* ſaltem *jus univer„ ſale* agnoſcimus, quod intuitu Dei, & in„ tuitu hominum obligationem producit. „ Adeoque hactenus potius cum prædictis „ Scriptoribus ſentimus, qui unum ſaltem „ jus naturale, ſeu gentium agnoſcunt. *Vid.* „ *Ayala de jure & offic. belli in præfat. L.* 1. „ *c.* 2. *n.* 6. 9. 2. 1. & *Alber. Gentilis de* „ *jure belli L.* 1. *c.* 1.

Illud tantum dicam] " Auctor merito no„ tat *Albericum Gentilem*, quod in decidendis belli controverſiis, aut exempla pa„ rum probata, aut reſponſa, & conſilia „ JCtorum ſequatur: cum ex naturæ ratio„ nibus jura gentium demonſtrari debeant.

Ayala non attigit] " Equidem *Ayala in* „ *dict. tract. L.* 1. *c.* 2. *n.* 11. *ſeq.* ju„ ſtas belli cauſas recenſet; at cur juſtæ ſint, „ rationem non addit.

Gentilis ſumma quædam genera] " Gen„ tilis diſtinguit inter juſtas cauſas efficien„ tes, & materiales; hasque facit, vel di„ vinas, vel naturales, vel alias hominum. „ *Alber. Gent. de jur. bel. L.* 1. *c.* 7. 8. 12. „ 19, & 20.

Multos vero & nobilium, & frequentium controverſiarum locos] " Jus enim, quod „ competit hominibus in res, & perſonas, „ i. e. quod oritur ex obligatione perſonæ „ & ex dominio, quodque totum Auctoris „ librum ſecundum occupat, ac in explica„ tione juris naturæ præcipuum eſt, vix „ attigit.

AD §. 39.

AUCTOR hic declarat, qua cura aggreſſus ſit hanc diſciplinam. Præcipue autem

sibi curæ fuisse, ait, ut certas, & a nemine negatas rationes poneret, ex quibus singula jura naturæ necessario sequantur: quia principia certa, & indubitata esse debent.

Ne quid tale indictum abiret] " Nam no-„ tavit §. *præc.* Ayalam causas, unde bel-„ lum justum, aut injustum dicatur, non „ attigisse; Gentilem autem multas nobiles, „ & frequentes controversias non attigisse: „ utrumque curæ sibi fuisse, ait.

Indicatis etiam dijudicationum fontibus] „ Quam parum illi fontes sufficiant, vidi-„ mus *ad* §. 8. & 9.

Unde facile esset] " Diximus *ad* § 8. & 9. „ ex fontibus illis nullam sequi obligationem, „ & si sequeretur, non omnia jura naturæ „ inde deduci posse.

Probationes referrem ad notiones tam certas, ut eas nemo negare possit, nisi sibi vim inferat] " Notiones hæ (i. e. innatæ intelligen-„ tiæ, quæ in animum similiter imponun-„ tur omnibus, *Cic. l.* 1. *leg.* 10. *vid. Gron. h.*) consistunt 1. in appetitu sociali, „ 2. in judicio recte conformato ad discernen-„ dum ea, quæ delectant, aut nocent. Le-„ ctoris judicio jam relinquo, an hæ notio-„ nes adeo certæ sint, ut nemo eas negare „ possit? & si quoque certæ essent, an om-„ nia, quæ ad jus naturæ pertinent, inde „ probari possint. Sæpius jam monuimus, „ præprimis in *Dissert. Proœm.* 1. non exi-„ stere *appetitum socialem*, quo totum hu-„ manum genus ad jurium communionem fe-„ ratur; adeoque frustra jus inde deduci. „ Probavimus porro, pauciſſima naturæ ju-„ ra (posita etiam *socialitate*) ex ea fluere. „ Sed & porro demonstravimus in *Diss.* „ *proœm. II.* nec ex *judicio illo recte con-*„ *formato* jus naturæ inferri, nec virtutum „ regulas inde sequi.

Principia enim ejus juris, si modo animum recte advertas, per se patent. atque evidentia sunt, ferme ad modum eorum, quæ sensibus externis percipimus] " Mens Auctoris „ hæc est: uti sensus externi non fallunt, „ si instrumenta sentiendi bene conformata „ adsint; ita, ait, notiones innatas nos non „ fallere, si animum recte advertamus. Equi-„ dem in thesi hoc verum est: jura naturæ, „ (quæ nihil aliud sunt, quam justæ ratio-„ nis conclusiones), per se patent; at ne-„ gamus illa patere ex appetitu sociali, ac „ judicio recte conformato ad discernendum „ ea, quæ delectant, aut nocent: quod in „ allegatis Dissertationibus plenius demon-„ stravimus.

Bene conformatis sentiendi instrumentis] „ Intelligit organa ad sentiendum, vel per-„ cipiendum rite disposita.

Et si cætera necessaria adsint] „ Nimirum, „ ætas, mens sana, &c.

Rudibus pariter, & doctis patent] „ Ex „ asserto Polynicis quidem constat, jura „ naturæ doctis pariter, ac indoctis innote-„ scere: sed non ait, jura illa fluere ex af-„ fectu sociali, & ex judicio discernendi ea, „ quæ delectant, & nocent.

Statim addit chori &c.] „ Verba chori „ hæc sunt.

Mihi quidem, etiamsi non in Græcia Simus educatæ, videtur tamen prudenter dicere.

Ad §. 40.

Auctor exponit subsidia, quibus usus est in conscribendo hoc opere; & nominatim refert Philosophos, historicos, Poëtas, & Oratores: quia communis consensus magnæ auctoritatis est; quod argumentum late persequitur Auctor *L.* 1. *c.* 1. §. 12, indeque necessario *vel* ipsum jus naturæ inferri, statuit, si illatio illa ex naturæ principiis procedit: *vel* saltem jus gentium voluntarium; quia cum ex principiis naturæ inferri nequit, & tamen ubique obtineat, concludit, id ex libera voluntate ortum habere.

Additio.

„ In Dissertatione Proœmiali IV. probavi, „ tale jus Gentium voluntarium non dari: „ & consensum gentium universalem indicium „ regulariter esse juris natura constituti, de-„ monstravi in *Dissert. Proœm. XII.* §. 48.

Solent enim Sectæ, argumento, causæ servire] " Adeoque non assertis eorum simpli-„ citer fides habenda, sed rationes exami-„ nandæ sunt. *Add. Gron. h.*

Id ad causam universalem referri debet] „ Si de causa illa universali constat, vel ea „ saltem probabilis est, maximum ei additur „ pondus, si omnes diversis temporibus idem „ pro certo affirmant. Si de causa tali non „ constat, vel plane jus non efficiet, si „ consensus ille rationi repugnat, *Dissert.* „ *Proœm. XII.* §. 48; vel saltem erit jus „ civile, quod quælibet gens ob utilitatem in „ sua civitate constituit. Ex hoc autem jure „ cives quidem singularum civitatum, non „ vero civitates inter se obligantur. *Dissert.* „ *Proœm. IV.* §. 32.

In

In noſtris quæſtionibus] " Ubi de jure naturæ, de dictamine rectæ rationis, agitur.

Aut recta illatio ex naturæ principiis &c.] " Nam univerſalis effectus univerſalem requirit cauſam: talis autem exiſtimationis cauſa vix ulla videtur eſſe poſſe, præter ſenſum ipſum, communis qui dicitur. *Grot. l.* 1. *c.* 1. §. 12. *n.* 1.

Ex naturæ principiis procedens] " Per *naturæ principia* intelligit *appetitum ſocialem*, unde deducit jus naturæ ſociale: & *judicium rite conformatum ad eligenda ea, quæ delectant, aut nocent.* Unde infert jus naturæ laxius, ſeu naturæ humanæ. Ex neutro autem principio jus aliquod ſequi, demonſtravimus in *Diſſert. Proœm. I, & II.*

Aut communis aliquis conſenſus, &c. " Quatenus conſenſus gentium *latius patens* jus conſtituat, quatenus *arctius*, ex mente Grotii in *Diſſ. Proœm. IV.* §. 10. *ſeq.* explicavimus.

Illa] " Scilicet recta illatio ex naturæ principiis procedens.

Jus naturæ indicat] " Rationem modo allegavimus.

Hic] " Scilicet, conſenſus aliquis communis ex naturæ principiis non procedens.

Jus gentium] " Scilicet, voluntarium: at ſæpius jam dictum eſt, tale jus gentium non exiſtere. *Diſſert. Proœm. IV.* §. 32.

Quorum diſcrimen non quidem ex ipſis teſtimoniis] " Imo ipſe in probando hoc jure ad ſapientum judicia, *L.* 2. *c.* 18. §. 4. *n.* 2. & 3. & ad teſtimonia peritorum provocat *L.* 1. *c.* 1. §. 14. *n.* 2.

Paſſim enim ſcriptores voces juris naturæ, & gentium permiſcent] " Et merito; quia Scriptores illi nullam differentiam inter jus naturæ, & gentium agnoſcunt, & jus gentium voluntarium ipſis incognitum fuit. Uti late id demonſtravimus in *Diſſert. Proœm. IV.* §. 33. *ſeq.*

Quo ſenſu autem Ulpianus jus naturæ a jure gentium diſtinxerit, explicavimus *ibid.* §. 42. Conf. infr. *L.* 1. *c.* 1. §. 11.

Sed ex materiæ qualitate] " An ſcilicet actus repugnet appetitui ſocietatis, vel judicio recte conformato; an non.

Sequitur ut ex voluntate libera ortum habeat] " Omnino ortum habet ex voluntate libera; ſed inde non conſtituitur jus gentium. *Diſſert. Proœm. IV.* §. 29. *ſeq.*

Ad §. 41.

Auctor ſe curaſſe, ait, ut diſcerneret 1. *jus naturæ* a *jure gentium ſecundario*: & utrumque a *jure Civili.* 2. Ut diſtingueret in jure gentium *id, quod ex omni parte juſtum eſt*, ab eo, *quod ſaltem effectum externum producit.* 3. Ut ſepararet ea, *quæ juris ſunt proprie, ac ſtricte ſic dicti*, ab eis, *quæ aliter agere cum aliquo rectæ rationis dictato pugnant.*

Priorem diſtinctionem admittimus. At *altera* mera eſt fictio. Reſpicit Auctor ad differentiam, quam conſtituit inter bellum jure Gentium ſolenne, & minus ſolenne. In illo enim gentes conſenſiſſe, fingit, ut licet injuria alter bellum gerat, tamen effectus juſti belli cum eo obtineant. Verum, negari nequit, bellum non eſſe niſi juſtum: & ſolennitates, quæ ex jure naturæ requiruntur, etiam jure Gentium requiri. *Tertia* diſtinctio vera eſt; at Auctor ſæpius confundit ea, quæ juris ſunt, cum eis, quæ ad virtutum regulas pertinent.

Additio.

" Nos nec *primam* diſtinctionem admittimus, quia jus gentium diſtinctum a jure naturæ non datur. *Diſſert. Proœm. IV.* §. 29. *ſeq.*

Itaque hæc duo] " Nimirum, jus, quod ex naturæ principiis per rectam illationem infertur; & illud, quod ex communi aliquo conſenſu, eoque ſolo, procedit.

Quam a jure civili] " Per jus civile hic intelligit jus, quod alibi vocat jus gentium arctius, quod apud plures gentes quidem obtinet; at non ex condicto, nec cum mutua obligatione, &c. *Vid. Diſſert. Proœm. IV.* §. 24.: & quod eſt quaſi civile plurium gentium, *ibid.* §. 25.

Immo, & in gentium jure diſcrevi id, quod vere, & ex omni parte jus eſt: & id, quod duntaxat effectum quendam externum; &c.] " Obſcura hæc admodum ſunt, uti ſolent, quæ ratione carent. Eo magis autem diſcrimen hoc noſſe intereſt, quia potiſſima pars operis Grotiani ex hoc diſcrimine lumen accipere debet.

" Supponit enim Auctor, dari aliquod jus gentium voluntarium, a gentibus communi conſenſu, ob mutuas neceſſitates, conſtitutum. *Vid. ſup.* §. 1. §. 17. §. 41. & *inf.*

„ *inf. l. 1. c. 1. §. 14.* Sub hoc jure gentium „ duo jurium genera contineri, ait. I. Quæ„ dam, quæ vere, & ex omni parte jus „ sunt. *Vid. §. b.* vel ut alibi rem explicat, „ *quæ recta ex omni parte, piaque sunt. L.* „ *3. c. 4. §. 2. n. 1.* Quo refert modos acqui„ rendi juris gentium, *vid. l. 2. c. 8*, jura „ legatorum, *l. 2. c. 18*, jura sepulturæ, *L.* „ *2. c. 19*, jura repræsaliarum, *l. 3. c. 2. §.* „ *4*, aliaque, de quibus late egimus in *Dis„ sert. Proœm. IV. §. 19.* II. Quædam, quæ „ duntaxat effectum externum pariunt. *Vid.* „ *§. b.* Quod *in l. 3. c. 4. §. 2. n. 2*, ita ex„ plicat, *quæ apud omnes homines pœnæ non* „ *subjacent, etsi salva pietate, & officiorum* „ *regulis fieri non possint.* Atque huc refert „ licentiam belli, i. e. jus interficiendi ho„ stes, eorumque fœminas, & liberos; jus „ capiendi res, & personas; jus vastandi, „ &c. etiam sine justa causa, vel ultra quan„ titatem debiti, & modum pœnæ; aliaque, „ de quibus vide *Diss. Proœm. IV. §. 20.*

„ Effectum horum jurium externorum hunc „ esse, Auctor ait, ut in iis actibus, quos „ contra jus naturæ gentes permittunt, agens „ non possit in alieno territorio tamquam „ homicida puniri, *L. 3. c. 4. §. 3*; nec is, „ qui rapit, aut vastat res hostiles, si in „ alieno territorio deprehenditur, pro fure „ haberi, *L. 3. c. 4. §. 3* : sed potius ra„ piens, & qui ab eo causam habet, in „ possessione rerum talium apud omnes gen„ tes tuendus sit. *L. 3. c. 6. §. 3.* Indeque „ licitos esse hos actus, & jus inde oriri, „ ait, non ex justitia interna, sed ad effe„ ctum impunitatis. *L. 3. c. 2. §. 1. c. 3. §.* „ *1. c. 4. §. 2. 3. & 4. c. 5. §. 1. c. 6. §. 2.* „ *c. 7. §. 1. & 2. c. 10. §. 1. c. 13. §. 1.* „ Quod Systema latè expositum in *Dissert.* „ *Proœm. IV. §. 24. seq.*

„ At tota hæc fabula, quam tam operosè „ composuit Auctor, sponte sua corruit: quia „ demonstravimus I. jus gentium non dari, „ adeoque frustra quæri, an illud ex omni „ parte justum sit, an non? *Dissert. Proœm.* „ *IV. §. 29. seq.* II. Pleraque, quæ Grotius „ jure gentium recta, & ex omni parte ju„ sta esse, statuit, vel plane jura non esse, „ vel pertinere ad verum jus naturæ. *Vid.* „ *Dissert. Proœm. IV. §. 41.* Denique & III. „ verum non est, licentiam illam belli, læ„ dendi hostem, & acquirendi res ejus ultra „ debiti, & pœnæ modum, ex jure gen„ tium voluntario oriri. Nam jus lædendi „ hostem, & acquisitiones bellicæ, etiam „ ultra debiti, & pœnæ modum, oriuntur „ ex ipso jure naturæ. *Dissert. Proœm. IX.* „ *§. 68.* Ut proinde totum hoc discrimen, „ in tractatione jurium, quæ inter populos „ obtinent, nullum effectum habeat. *Vid.* „ *Dissert. Proœm. IV. §. 29. seq.*

Ad instar illius primitivi juris] " Ut ad „ instar veri juris naturalis actus illi defen„ dantur: quod ex exemplis subjectis ma„ gis eluceseet.

Nempe ne vi resistere liceat] " Scilicet, Prin„ cipi vim inferenti. Grotius enim statuit, „ jure naturæ omnes homines ad arcendam „ a se injuriam jus habere; adeoque sub„ ditis quoque contra superiorem jus resi„ stendi competere natura: Civitates autem „ jus illud promiscuum resistendi intuitu „ Principum sustulisse, *L. 1. c. 4. §. 2. n.* „ *1.* Indeque jure gentium hunc effectum „ externum oriri, putat, ut is, qui resistit „ Principi injusta jubenti, gravissimis pœnis „ affici debeat. *d. l. n. 3.* At male Auctor ju„ re naturæ jus resistendi tribuit subditis; „ id enim verum non esse, ex ipsa naturæ „ ratione suo loco demonstrabitur. Prohibi„ tio ergo de non resistendo Principi non „ est ex jure gentium, sed ex ipsa ratione „ naturali. *Dissert. Pr. IV. §. 20. n. 4.*

Aut etiam, ut ubique vi publica defendi debeat] " Juxta principia Grotii, naturali „ jure quilibet homo est vindex suæ, & „ alienæ injuriæ: id autem jure gentium „ mutatum, & constitutum esse, ait, ut „ non nisi per judicem jus suum persequi „ liceat. *Dissert. Proœm. I. §. 80. & Dissert.* „ *VIII. §. 17.* Si igitur læsus vi privata agit, „ injuria dicitur agere, quia peccat contra „ jus gentium, indeque pœnam debet ipsi „ læso. At hoc jus non verum jus esse, sed „ effectum saltem externum parere, ait. *Vid.* „ *Diss. Proœm. IV. §. 20.*

„ Equidem cum jure naturæ statutum sit, „ ne quis vindex sit suæ, vel alienæ inju„ riæ, negamus, hactenus aliquid jure Gen„ tium (quale plane non existit) mutatum „ esse: adeoque nec hoc exemplo discrimen „ illud probatur.

Utilitatis alicujus causa, vel ut gravia in„ commoda vitentur] " Ex his enim rationi„ bus in modo allegatis exemplis jus gen„ tium a jure naturæ recessisse, putat. Sa„ nè, jus resistendi Principi, publicæ pacis, „ & ordinis causa, gentium consensu subla„ tum esse, ait *L. 1. c. 4. §. 2. n. 1*; quia „ manere imperium, & majestas non potest,

si

„ ſi maneret reſiſtendi licentia. *L. 1. c. 4.* „ §. 2. *n.* 3. Sed & jus arcendi a ſe injuriam, quod natura ſingulis competere, „ ait, inſtitutis civitatibus, & judiciis ideo „ ſublatum eſſe, docet, *quia civitas aliter* „ *finem ſuum conſequi non poſſet. Nam ſi* „ *maneat promiſcuum illud jus reſiſtendi, non* „ *jam civitas erit, ſed diſſociata multitudo*, „ *d. c.* 4. §. 2. *n.* 1. Aliud exemplum, ubi „ ad vitandum grave incommodum a gentibus aliquid pro jure receptum eſſe ad effectum ſaltem externum, exiſtimat, adfert Auctor in *L.* 3. *c.* 4. §. 3. & 4. Ait „ enim, gentes in bello jure Gentium ſolenni ideo eos, qui hoſtes ſuos vel ex injuſta cauſa, vel ultra debiti, & pœnæ „ modum, occidunt, vel res eorum capiunt, „ pro homicidis, & furibus non habere; nec „ illis, licet in earum territorio deprehendantur, pœnas irrogare: quia periculoſum „ eſt, inter duos populos de jure belli pronunciare. Add. *L.* 3. *c.* 6. §. 2. & *Diſſert. Proœm. IV.* §. 20. *Diſſert. Proœm. VIII.* §. 63. *ſeq.* Quæ fabula ſponte ſua corruit; „ quia jus Gentium non exiſtit: adeoque „ bellum jure gentium ſolenne merum figmentum eſt. *Vid. dict. Diſſ. Proœm. IV.* „ §. 29. *ſeq.*

Quæ obſervatio quam ſit neceſſaria] " Immo nullum uſum, nullumque effectum „ hanc obſervationem habere, jam dictum „ eſt, & ulterius demonſtrabitur in libro „ tertio. Jus naturæ potius incertum reddi„ tur hoc diſcrimine.

Quæ juris ſunt ſtricte, ac proprie dicti] „ I. e, quæ repugnant, aut conveniunt affectui ſociali. Unde jus hoc ſociale vocat. „ *Vid.* §. 8. Id enim proprie, & ſtricte jus „ eſſe, ait. Tale autem jus naturæ, quod „ Grotius ex appetitu ſocietatis, ſemoto deo, „ oriri ſtatuit, non dari, illudque male jus „ proprie ſic dictum vocari, demonſtravi„ mus in *Diſſert. Proœm. I.*

Unde reſtitutionis obligatio oritur] " Nam „ ad jus ſociale in *d.* §. 8. retulit alieni abſtinentiam, & reſtitutionem alieni; quarum „ neutram ex jure ſociali fluere, vidimus „ *ibidem.*

Et ea, quæ juris eſſe dicuntur, quia aliter agere cum alio aliquo rectæ rationis dicto pugnat] " Intelligit Auctor *jus* illud *naturæ laxius*, ſeu *naturæ humanæ*, quod „ explicavit ſupra §. 9, & quod ei non oritur ex appetitu ſociali, ſed ex dictato rectæ rationis, ſeu ex judicio recte confor„ mato ad diſcernendum ea, quæ delectant, „ aut nocent: nam quæ huic repugnant, ea „ etiam naturæ humanæ repugnare, dixit *d.* „ §. 9. At jam demonſtravimus, dictatum „ hoc rectæ rationis, quod ſequitur ex judicio recte conformato ad diſcernendum „ ea, quæ delectant, aut nocent, jus non „ inferre, nec intuitu Dei: & perfectionum „ regulas, adeoque differentiam inter jus, „ & virtutem, ex aliis plane principiis petendam eſſe. *Vid. Diſſert. Proœm. II. c.* 2. „ *Sect.* 5.

Aliquid jam & ſupra diximus] " *Vid.* §. „ 8. 9. & 10. Et latius eam explicat Auctor in *L. 1. c. 1.* §. 4. & *ſeq.*

Ad §. 42.

Commendat Auctor Ariſtotelem tanquam Philoſophorum Principem: non tamen ubique ſe in ejus verba jurare, ait; ſed Eclecticorum more ex qualibet ſecta vera ſaltem adoptare.

Ariſtoteles] " De vita ejus, moribus, doctrina, & ſcriptis *vid. Stanlej. de Philoſ.* „ *veterum part. V. c. 1. ſeq.* Equidem non „ defuerunt obtrectatores, qui Atheismi eum „ reum faciunt; *vid. Zigl. h.* ſed ab hac ſuſpicione merito cordatiores ejus interpretes, ipſum liberarunt. Quod vero mundum æternum ſtatuerit, hoc ipſi commune fuit cum omnibus fere gentilibus, qui „ materiam æternam ſtatuerunt, vel univerſum pro Deo coluerunt. Adeoque non magis, ac hi, inter Atheos referri debuiſſet.

Utinam tantum principatus ille] " Merito „ de hac tyrannide queritur Auctor: tanta „ enim fuit, ut quicunque a dogmate quodam recederet, pro hæretico haberetur; „ quod exemplo Abelardi probat *Bayle* voce „ *Abelard*: adde Eundem voce *Ariſtoteles*. „ Conf. *Lud. Vives in Auguſt. de Civ. Dei L.* „ 8. *c.* 12.

Qui in nullius philoſophorum ſectam juraverant] " Et ideo Eclectici vocabantur, cujus „ ſectæ auctorem faciunt Potamonem. Hiſtoriam Philoſophiæ electivæ expoſuit *Stanlej.* „ *de vit. vet. Phil. part. ult. f.* 1205.

„ *Non quod eis aſſentirentur, qui nihil percipi poſſe dicebant*] " Quos Pyrrhoniſtas vocant, a Pyrrhone: cujus vitam, doctrinam, „ & ſcripta recenſet *Stanlej. in hiſt. Phil.* „ *Part. X. p. m.* 918. *ſeq.* Sceptici quoque „ dicti ſunt a σκεπτέω, quod diſpicerent ſemper

„ per, numquam reperirent. Stanl. *d. l. f.* „ 919. *Gell. noct. Att.* 11. *c.* 5. *& Teſm. h.* „ Tres autem gradus Scepticorum bene di„ ſtinguendi ſunt. *Quidam* enim omnia in„ certa eſſe, ajunt, ratione exiſtentiæ: ne„ gant, nimirum, certas rerum veritates; „ ajunt, omnia poſſe eſſe, & non eſſe; „ indeque dubitant quoque an exiſtat Deus. „ *Quidam* veritates rerum per ſe certas eſ„ ſe, affirmabant, at non conſtare de mo„ do: indeque propter imbecillitatem intel„ lectus humani nihil certi de modo exi„ ſtendi aſſeri poſſe, tradunt; quo quidam „ referunt philoſophiam Socratis, qui de „ omnibus rebus ita diſputavit, *ut nihil af„ firmet, ipſe refutet alios, nihil ſe ſcire di„ cat, niſi id ipſum. Cic. Ac. qu.* 1. 4. *Qui„ dam* denique ſunt, qui de omnibus qui„ dem dubitandum eſſe, ajunt, non quia „ negant exiſtere rerum veritates, vel quod „ putent modum exiſtendi ſemper incertum „ eſſe: ſed ut ſemotis omnibus præjudiciis, „ quæ ſenſus movere poſſunt, ad veritatem „ tandem perveniant, de qua dubitari nequit; „ & qua poſita, ſingulas veritates per ne„ ceſſariam conſequentiam deducunt, adeo„ que & veritatem rerum, & modum exi„ ſtendi demonſtrant. Hanc viam iniit Car„ teſius, male proinde inter ſcepticos rela„ tus. Is enim ut ſe a præjudiciis, & ſen„ ſuum fallacia liberet, per modum ſuppo„ ſitionis de omnibus dubitat donec ad cer„ tam veritatem pervenerit, de qua dubita„ ri nequit; indeque principii loco ponit, „ *Dubito ergo ſum*: de exiſtentia ergo ſui „ non dubitat, quia ſi non exiſteret, dubi„ tare non poſſet. Hac ergo veritate detecta „ aliæ veritates per neceſſariam conſequen„ tiam, & ultro ſequuntur.

Sed quod nullam eſſe ſectam] " Apud hos „ in proverbium abit: *amicus Plato, amicus „ Socrates; ſed magis amica veritas.* Cæterum „ de Eclecticorum philoſophandi methoho, „ & doctrina, vide *Stanlej. vet. phil. part.* „ *XV. f.* 1218. *Conf. Teſm. h.*

Id vero, exiſtimabant nihil eſſe aliud, quam vere chriſtianam tradere diſciplinam] Argu„ mentum veterum Chriſtianorum erat, om„ nia moralia, quæ docuit Chriſtus, etiam „ veteres Philoſophos docuiſſe. *Gron. h. not.* „ 97. *add. Petr. Nunneſius de ſtudio Philo„ ſophico c. 2. n. 9. & Auctor de l'hiſtoire „ de la philoſophie payenne.* Clemens Alexan„ drinus *Lib.* 1. *Strom. pag. m.* 188. ait: „ *quas ex uno aliquo Philoſophorum deriva„ re non liceret veritates, ex omnibus conqui„ ſivere, ut ita terram præpararent bono Evan„ gelii ſemini recipiendo.*

Grotii mentem explicat Lactantius *Inſtit. „ Lib.* 7. 7. *Docemus*, inquit, *nullam ſectam „ fuiſſe tam deviam, neque Philoſophorum „ quemquam tam inanem, qui non viderit „ aliquid ex vero. Sed dum contradicendi ſtu„ dio inſaniunt, dum ſua etiam falſa defen„ dunt, aliorum etiam vera ſubvertunt, non „ tantum elapſa illis veritas eſt, quam ſe quæ„ rere ſimulabant, ſed ipſi eam potiſſimum „ ſuo vitio perdiderunt. Quod ſi exſtitiſſet ali„ quis, qui veritatem ſparſam per ſingulos, „ per ſectasque diffuſam, colligeret in unum, „ ac redigeret in corpus, is profecto non diſ„ ſentiret a nobis.... Quare incredibilis eſt „ error illorum, qui cum aliquam ſectam pro„ baverint, eique ſe addixerint, cæteras dam„ nant tanquam falſas, & inanes.*

Ad §. 43.

Et *Platonici nonnulli*] " Platonici hoc „ inprimis vitio verterunt Peripatheticis, quod „ quantitate potius, quam qualitate, medio„ critatem illam, in qua virtutem ponebant, „ diſtinguerent; ſic enim ad vitium abire, „ qui nimium virtuti, aut honeſto addictus „ eſſet. *Vid. Zigl. h. & Heinſ. de Stat. Hor.* „ *Lib.* 2.

Quod ille naturam virtutis in mediocritate affectuum, actionumque poſuerit] Exemplum diſſenſus Auctoris ab Ariſtotele hic affertur circa celebrem quæſtionem, *an virtus in medio aliquo inter exceſſum, & defectum conſiſtat*? Merito id negat Grotius: ſed rationes ejus non ſatisfaciunt; in quo enim natura virtutis conſiſtat, non addit. Dicimus igitur, virtutem in perfectione, cujus unica norma Deus eſt, conſiſtere: quo major igitur perfectio, eo virtuoſior quis eſt. Adeoque verus non datur exceſſus in virtute; ſed ſi a virtute receditur, vitium ſemper conſiſtit in defectu perfectionis: nulla ergo ratione conſtitui in mediocritate poteſt. Neque verum eſt ſingulas virtutes duo vitia oppoſita habere, res ipſa id docet: nam 1. aliquando virtus ſaltem unum vitium oppoſitum habet in defectu, nullum in exceſſu. 2. Aliquando duo vitia opponuntur virtuti: neutrum autem vitiorum ut exceſſus opponitur, ſed ut defectus. 3. Aliquando plura ſunt oppoſita uni virtuti, quam duo vitia. Denique

&

& 4. plures dantur virtutes toto cœlo diverſæ, quæ eadem vitia oppoſita habent.

Ad I. pertinet *juſtitia*, cujus vitium unicum oppoſitum eſt defectus juris, ſeu injuria: adeoque ibi exceſſus non datur; & ipſum illud brocardicum, *Summum jus ſumma injuria*, non exceſſum juris indicat, ſed defectum juſtitiæ.

Ad II. referri poteſt *cultus Dei*, quæ virtus duo vitia oppoſita habet, ſuperſtitionem, & Atheiſmum; utrumque vitium autem defectum cultus infert. Sane, de Atheiſmo conſtat, ibi peccari in defectu: ſed idem quoque aſſerimus de ſuperſtitione. Nam is, qui ſuperſtitioſe colit Deum, eum non nimium colit (quia ſatis coli nequit), ſed cultu perverſo, indeque peccat in defectu: adeoque exemplum hic eſt virtutis, cui duo vitia opponuntur, quæ utraque defectum perfectionis inferunt; quod argumentum auctor §. *XLV.* latius perſequitur.

Ad III. pertinet *modeſtia*, cui non duo, ſed plura vitia opponuntur: jactantia, impudentia, arrogantia, contemtus aliorum, &c.

Ad IV. referimus *liberalitatem*, & *parſimoniam*, utraque enim hæc virtus media eſt inter prodigalitatem, & avaritiam: adeoque verum non eſt, unamquamque virtutem propria ſua latera, ſeu vitia oppoſita, habere.

Altera ratio, cur virtus non in mediocritate conſiſtat, deſumitur ab erroribus, qui cumulatim ex eo principio ſequuntur; quos Auctor duobus §§. notat, & de quibus jam plenius agetur.

Ut & virtutes diverſas, puta liberalitatem, & parſimoniam, in unam compingeret] Hic primus error Ariſtotelis. Cum enim videret verum non eſſe, unamquamque virtutem propria ſua latera habere: ſed duas virtutes diverſas eadem vitia oppoſita habere, uti liberalitas, & parſimonia; eo delapſus eſt, ut utramque virtutem unam, eandemque eſſe aſſeruerit: quod proinde merito improbat Grotius.

Additio.

„ Neque ſufficit, quod ad defenſionem „ mediocritatis affert Gronovius, parſimo„ niam non eſſe ſpeciem diverſam a libera„ litate, ſed ſaltem alteram ejus partem, „ vel officium: liberalitatem enim conſiſte„ re in erogando parce, ſeu frugaliter. Nam „ revera diverſæ ſunt partes, & proprio no„ mine diſtinctæ virtutes: *parſimoniæ* enim „ virtus in eo conſiſtit, ne liberalitatis ra„ tionem impediat; *liberalitatis* autem, ne „ parſimoniæ fontem exhauriat. Adeoque ille „ non parcet, qui erogat: & ille non ero„ gat, qui parcet.

Et veritati daret oppoſita minime ex æquo reſpondentia] Hic *ſecundus* error eſt Ariſtotelis, qui ut mediocritatem ſuam defendat, virtuti *veritatis* duo vitia opponit, quæ ei plane non reſpondent, unde ab Auctore merito reprehenditur.

Additio.

„ Gronovius ut cauſam Ariſtotelis tueatur, „ peculiarem excogitat veritatis definitionem, „ veritati parum convenientem. *Veritas* enim „ ei eſt virtus, qua quis præ ſe fert ver„ bis, & factis id, quod eſt, & eſſe debet, „ indeque concludit, ſi plus præ ſe fert, „ eſſe *jactantiam*; ſi minus, *diſſimulationem*. „ At 1. vera non eſt illa definitio; nam *ve„ ritas* per ſe res indifferens eſt, & conſiſtit „ in congruentia dictorum, & factorum. Eæ „ autem *aliquando* ad juſtitiam pertinet, ſi „ de jure tertii agitur: *aliquando* virtutem „ præ ſe fert, uti ſi quis interrogatus verita„ tem in ſui præjudicium dicit, ne menda„ cii accuſari poſſit: *aliquando* vitium, ſi „ conſiliarius ſecreta conſilii divulget, ſi quis „ convitium, quod verum eſt, dicat &c. „ Adeoque admitti non poteſt, veritatem „ ſemper virtutem eſſe. Sed & 2. ſi veritas „ pro virtute ſumitur, verum non eſt, vitia „ ei oppoſita eſſe *jactantiam*, & *diſſimula„ tionem*. Si quis enim *jactanter* nimis ſuas „ extollit actiones, hæc jactantia non veri„ tati opponitur (nam aſſertio vera eſſe po„ teſt), ſed modeſtiæ. *Diſſimulatio* vero non „ ſemper vitium eſt, ſed ſi jus alterius non „ læditur, eſt res indifferens, imo & virtus „ eſſe poteſt. *Vid. infra L.* 3. *c.* 1. §. 8. Ex „ quibus 3. ſequitur, unum tantum veritati „ oppoſitum eſſe vitium, ſcil. mendacium, „ quo jus alterius læditur; quod proinde in„ fert defectum perfectionis.

Et quibusdam rebus vitii nomen imponeret] Hic *tertius* eſt error Ariſtotelis, qui virtutem in medio ponens ſæpius vitia ſibi oppoſita fingit, quæ per ſe vitia non ſunt. Etenim plures ſunt actus per ſe indifferentes, ſed qui incidere æque in virtutem, ac in vitium poſſunt. Sic v. g. *contemtus voluptatis*, & *honorum*, vitium eſt in eo, qui eas voluptates negligit, quibus animus, & valetudo firmatur; qui opes negligit, quibus

aliis benefacere poteſt; ſi honoribus præfert ſordidum vitæ genus. At idem *contemtus* virtus eſt in illis, qui negligunt voluptates illicitas, qui honores, & opes contemnunt, ne iis corrumpantur. &c. Ita *ira* quoque res indifferens eſt; ſæpius enim in virtutem degenerat: nam Deus quoque iraſci dicitur 2. *Cor.* 7. *v.* 11; & in Sacris laudatur is, cujus ira in delicta, & improbos ſe effundit. Unde in *l.* 2. §. 3. *ff. ad leg. jul. de adult.* & *l.* 29. *ff. eod.* dicitur, maritum debere iraſci &c. At eadem ira ſæpius in vitium deflectit. His addimus *conſtantiam*, quæ in delictis vitium eſt, in rebus licitis virtus. De *veritate* idem jam aſſeruimus, eam in vitium degenerare poſſe. Et de *ſimulatione* diximus, eam aliquando virtutem, aliquando vitium inferre. Conf. *Diſp. noſtram de ſimulat.* §. 10. & *ſeq.*

Additio.

„ Gronovius, Ariſtotelis cauſam defenſu-
„ rus, ait, eum non intelligere *contemtum*
„ *voluptatum*, *opum*, & *honorum*, & ſic
„ nec *iram*, quatenus hic contemtus ex ra-
„ tione oritur: ſed quatenus ex feritate, &
„ ſtupiditate originem ducit. At vel ex hac
„ ſola reſponſione apparet, fateri aſſeclas A-
„ riſtotelis, contemtum, iram &c. eſſe res
„ indifferentes, ac non niſi abuſu in vitia
„ degenerare: indeque proprie oppoſita non
„ eſſe virtuti; neque ideo vitia eſſe, quia in
„ exceſſu peccatur, ſed quia a perfectione re-
„ ceditur.

AD §. 44.

HOC *fundamentum*] Quaſi natura virtutum in mediocritate affectuum, & actionum poſita ſit.

Vel ex juſtitia apparet] Hic *quartus* eſt error Ariſtotelis, qui cum videret, medium in juſtitia non dari, neque exceſſum in juſtitia inveniri, fingit aliquam mediocritatem bonorum, & juſtitiam ponit medium inter plus, & minus. Reſpondet his Grotius 1. Ariſtotelem nimium, & parum referre ſaltem ad *res*, circa quæ juſtitia verſatur, non ad juſtitiam ipſam, quæ in habitu, & affectu conſiſtit; indeque ait, Ariſtotelem deſilire de genere ad genus. 2. Minus, ſuo accipere eſſe aliquando vitium ab accidenti, ſi quis *ſibi*, & *ſuis* debeat; ſed cum juſtitia id non pugnare, quæ tota conſiſtit in *alieni* abſtinentia. At cum hæc obſcura admodum ſint, reſpondemus 3. falſum eſſe, juſtitiam eſſe medium inter nimium, & parum, utpote cum in mea poteſtate ſit de bonis meis pro lubitu diſponere; unde nunquam injuriam facio, ſi alii de meo plus tribuo: nec alter unquam injuria agit minus accipiendo. Salva enim juſtitia aliquis plus dare, alius minus accipere poteſt. Tota igitur virtus juſtitiæ conſiſtit in abſtinentia alieni; neque hic exceſſus fingi poteſt, quia nimium ab alieno abſtinere non poſſum.

Additio.

„ Gronovius his regerit, duo eſſe media;
„ Geometricum, ſeu *rationis*, & arithmeti-
„ cum ſeu *rei*. In *juſtitia*, ait, eſſe partim
„ medium *rationis*, ſive Geometricum, par-
„ tim *rei*, ſive arithmeticum. Sed in *cæteris*
„ *virtutibus* eſſe medium *rationis*, ſive Geo-
„ metricum. Unde concludit, Ariſtotelem
„ non deſilire de genere in genus, ſed tan-
„ tum dare explicationem & diſtinctionem
„ terminorum. Fateor me non intelligere
„ mentem Gronovii. Res clara eſt, nec tot
„ ſubtilitatibus indiget. Dictum enim eſt,
„ uti omnem virtutem, ita & juſtitiam, in
„ perfectione conſiſtere; adeoque eum de-
„ mum juſtum dici, qui conſtantem, & per-
„ petuam voluntatem habet jus ſuum cuique
„ tribuendi. Unde ſponte ſequitur, exceſſum
„ hic non dari, adeoque vitium, quod ha-
„ctenus opponi poſſet, non exiſtere: nemo
„ enim nimis juſtus eſſe poteſt; uti bene
„ Seneca *de vit. beat. C.* 13. *In virtute non*
„ *verendum ne quid nimium ſit.* Plinius ait:
„ *non vereor, ne in amore modum exceſſe-*
„ *rim; neque enim periculum eſt ne ſit ni-*
„ *mium, quod debet eſſe maximum. l.* 8. *Ep.*
„ 24. *Conf. Sen. de ira l.* 1. *c.* 13. Totum
„ igitur vitium oppoſitum juſtitiæ conſiſtit
„ in defectu, ſcil. in injuria. Neque obſtat
„ effatum Eccleſiaſtis *cap.* 7. *v.* 16. *Non eſto*
„ *juſtus nimium neque ſapere tibi videtor*
„ *amplius &c.* Nec non Brocardicum illud:
„ *ſummum jus ſummam eſſe injuriam*; &
„ *bonum incremento poſſe fieri malum. Sen.*
„ *l.* 1. *de Ira c.* 13. Nam hic ipſe exceſſus
„ hic rigor intempeſtivus judicis, ideo in
„ vitium abit, non quia nimium juſtus eſt,
„ ſed quia a juſtitiæ ratione deflectit.

Cui oppoſitum nimium, & parum] „ Juſti-
„ tiam enim in æqualitate conſtituit Ariſtote-
„ les: injuſtitiam autem in inæqualitate,
„ ſi quis, nimirum, vel plus, vel minus
„ ſuo habet. *Vid. l.* 2. *c.* 12. §. 8.

Cum

Cum in affectibus, & sequentibus eos actionibus invenire non posset] " In voluntate „ enim, affectu, & habitu jus suum cuique „ tribuendi, excessus concipi non potest.

In rebus ipsis, circa quas justitia versatur, utrumque quæsivit] " Nimirum, in commu„ tatione rerum: nam ibi tantum plus, vel „ minus esse statuit. *Dict. c.* 12. §. 8.

Quod ipsum primum est desilire de genere in genus alterum] " Genus enim, de quo „ Aristoteli quæstio est, in eo consistit, *quod „ natura virtutis in mediocritate affectuum, „ actionumque posita sit.* Ab hoc genere hic „ desilit in aliud genus; in *justitia* enim na„ turam virtutis, non in mediocritate *affe„ ctuum*, actionumque ponit (in his enim „ nimium, & parum invenire non potuit), „ sed in *rebus*, circa quas justitia versatur.

Deinde minus suo accipere, potest quidem adventitium habere vitium ex eo, quod quis pro rerum circumstantiis sibi, ac suis debeat] „ Sensus est, quod si minus accipiendo quis „ suum temere jactat, eoque efficit ut vel „ ipse indigeat, vel liberi ejus, &c. vitium „ hoc quidem sit, sed saltem adventitium; „ non autem excessus justitiæ: quia is, qui „ suum jactat, nihil alieni tenet, adeoque „ justitiæ fines non excedit.

At certe cum justitia pugnare non potest] „ Adeoque *minus suo* accipere, non est op„ positum justitiæ.

Quæ tota in alieni abstinentia consistit] „ Inter omnes enim virtutes sola justitia cir„ ca aliena versatur. *Cic. l.* 1. *de Offic.*

Quod adulterium ex libidine, cædem ex ira] Hic *quintus* est error Aristotelis, qui cum non potuerit medium invenire inter majus, & minus, circa adulterium, quod ex libidine fit, & cædem, quæ ex ira; statuit, hæc proprie ad justitiam non pertinere, sed ad Ethicam. Negat id Grotius; & omnino justitiæ ea vindicat, quia injuria omnis in usurpatione juris alieni consistit, sive illa ex ira, sive ex libidine proveniat: indeque omnia hæc incitamenta jure reprobari, ait, quia iis violatur humana societas &c.

Additio.

„ Gronovius negat, eam Aristotelis fuisse „ sententiam; & potius asserit, eum hæc vi„ tia non tantum ad justitiam universalem, „ sed & ad justitiam particularem retulisse. „ An jure, an injuria Aristoteles accusetur, „ vel excusetur, parum interest. Nam, po„ sita quoque sententia Gronovii, certum „ est etiam in *adulterio ex libidine, & cæde „ ex ira commissa*, semper peccari in de„ fectu, quia jus suum cuique non tribui„ tur.

Quam alieni usurpationem] " Quæ in alle„ gatis vitiis consistit in violatione thori, „ & privatione vitæ: adeoque in violatione „ juris alieni.

Nec referat an ex avaritia] " I. e. ob lu„ crum.

An ex libidine, an ex ira, an ex imprudente misericordia &c.] " Actio enim, quæ „ ex tali affectu sequitur, repugnat justitiæ, „ quia jus alienum turbat.

Hoc vero justitiæ proprium est] " Duo hic „ errat Auctor. 1. Quod ex illis incitamen„ tis humanam societatem violari putet. 2. „ Quod id justitiæ proprium esse, dicat „ non violari societatem humanam. Nam „ nec dari humanam societatem, probavi„ mus in *Dissert. Proœm. I.* §. 46. nec justi„ tiam consistere in non violanda societate „ humana (qualis non existit), sed in jure „ suo cuique tribuendo, diximus Diss. Pro„ œm. XII. §. 49, *& seq.*

Ad §. 45.

Sed *hoc non ideo, quod sit virtuti omni proprium*] " Auctor hic respondet ad du„ bium, *quod tamen virtutes aliquando af„ fectus nostros moderentur.* Hoc enim non „ sequi, ait, ex natura perfectionis, cujus „ ratio aliquando in medio, aliquando in „ summo, aliquando in neutro consistit. Ra„ tionem enim aliquando certos fines præ„ scribere, uti in liberalitate, parsimonia &c. „ aliquando vero ad summa incitare, ut in „ justitia, cultu divino &c.

Quia recta ratio, quam virtus ubique sequitur] " Nam virtus Auctori nihil aliud est, „ quam judicium recte conformatum ad æ„ stimanda ea, quæ delectant, aut nocent. „ *Vide supra* §. 9.

Superstitio enim non eo peccat, quod Deum nimium colat] Hoc solo argumento tota mediocritas Aristotelis evertitur. Si enim omnis virtus in medio aliquo inter excessum, & defectum consisteret, necessario sequitur, in religione quoque, & in odio peccati, duo opposita vitia ponenda esse. At certum est, neque satis coli Deum, neque peccata nimium odio haberi posse.

Additio.

„ Gronovius ut hic quoque *medium* inve-
„ niat, ait, Deum satis coli non posse cul-
„ tu recto, & hactenus non dari excessum;
„ sed actionem humanam, per quam exerce-
„ tur cultus, excedere modum, & in ex-
„ cessum degenerare posse: adeoque excedi
„ posse in adeundo templum, in flectendo
„ genua, orando supinis manibus, Eleemo-
„ synas ostentationis gratia dando, abstinen-
„ do a rebus non prohibitis &c; unde in-
„ fert, religionem mediam esse inter super-
„ stitionem, & impietatem. Verum hi actus
„ humani aut ex animo, totoque corde fiunt,
„ & tum non sunt vitiosi, neque iis pecca-
„ tur sive in excessu, sive in defectu: aut
„ non pia intentione fiunt, tunc impietatem
„ inferunt; adeoque ibi peccatur non in ex-
„ cessu, sed in defectu; neque nimium hic
„ colitur Deus, sed perverse colitur.

Vere igitur a Gellio dictum] *Noct. Att. l.
„ 4. c. 9. Qui adde auctoritates §. præc. lit.
„ 6. allegatas.

Sed cum ea libertate, quam ipse sibi in suos magistros] " Notum enim est Proverbium,
„ quod ipse passim repetiit: *Amicus Socrates,
„ sed magis amica est veritas.* Et alibi: *non
„ æque Socratis attendenda sunt dicta, quam
„ veritati studendum. Apud Stanlej. Hist.
„ Phil. part. 5. f. 413.* Unde in *Eth. Lib.
„ 1. c. 4.* ait: *cum enim & viri illi (a qui-
„ bus præconceptas opiniones accepimus), &
„ veritas in pretio nobis sit, religio tamen po-
„ stulat, veritatem ut præferamus.*

A D §. 46.

Auctor historiæ usum laudat, utpote quæ suppeditat & facta (ex quibus usum, & consuetudinem gentium, adeoque jus gentium secundarium inferri, ait), & judicia proborum Auctorum. Sed tantum habent probabilem auctoritatem, & accedunt probationi juris.

Et exempla suppeditant, & judicia] *Exempla* sunt ipsa facta; *judicia* autem sunt Prudentum sententiæ de illis factis.

Ideo Græca, & Romana] " Apud hos
„ enim solos humaniores litteræ floruere,
„ unde reliquas gentes omnes barbaras vo-
„ carunt. *Vid. Liv. præf. & Thucyd. L. 1,
„ Sallust. in Cat.* 8. Intelligenda autem sunt
„ tempora apud Romanos ante annum ab U.
„ C. 600. i. e. ante bellum Punicum tertium
„ Apud Græcos ante bellum Peloponensia-
„ cum. Vid. *Gron. h. Thucyd. l. 3. c.* 110.

Judicia]" Scil. Prudentum de exemplis,
„ & de factis. Casum vide *l. 2. c.* 18. §.
„ 4. *n.* 3.

Ut diximus, aliquo modo] " Si scil. res
„ ex certis principiis certa argumentatione
„ deduci potest. *Vid. supr* §. 40.

Jus vero gentium non est, ut aliter probetur]" Auctor supra declaravit, quod si ex
„ certis principiis, certa argumentatione
„ causa universalis, propter quam plures
„ idem affirmant, deduci non possit, inde
„ necessario sequatur esse jus gentium vo-
„ luntarium *Vid.* §. 40. At sæpius jam di-
„ ctum est, non dari jus gentium voluntarium, adeoque frustra de ejus probatione
„ quæri. *Vid. Dissert. Proœm. IV.*

A D §. 47.

„ Auctor usus quoque est Poëtis, &
„ Oratoribus: at parum iis tribuit auctori-
„ tatis. Poëtis enim mentiri licere, antiquis
„ jam creditum est. *Plin. l. 6. ep. 22. & L.
„ 9. ep. 33. August. de Civ. Dei L. c. 4. &
„ L. 2. c. 14. Ovid L. 3. Amor. 12. La-
„ ctant. 2. 10.* Oratorum vero officium est
„ ut persuadeant, sive vera res sit, sive fal-
„ sa. *Gell. Noct. Att. L. 1. c. 6.* ibi: *Aliter
„ Censor loqui debet, aliter Orator. Rhetori
„ concessum est sententiis uti falsis, audaci-
„ bus, subdolis, captiosis, si modo verosimi-
„ les sint, & possint ad movendos hominum
„ animos actu irrepere.* Add. *Lact. de Just. c.
„ 14.* & Cicero *pro Cornelio p.* 141. *Esse ora-
„ toriæ calliditatis*, ait, *ut, cum opus sit,
„ iisdem rebus ab utraque parte, vel a con-
„ trariis utantur.*

„ Verum id tam crude sumi non debet.
„ Sane, *Oratores* quoque veram sæpius cau-
„ sam defendunt, unde spernendæ eorum
„ rationes non sunt; etsi negari nequeat,
„ caute judicia eorum arripienda esse. Poë-
„ tis, præsertim antiquis, multa tribuit B.
„ Parens: eosque primos justitiam docuisse
„ homines, probat in *Orat. de progressu ju-
„ ris Europæi.* Verba ejus hæc sunt.

Primum fuere in Græcia viri sapientissimi, juris humani, divinique periti, iidemque, quod magis mirandum, Poëtæ; qui cum ratione non possent, cantu, & carmine subigere agrestes, efferatosque hominum mores, aggressi sunt. Apparebat iis satis, homines ad

omnem

omnem vim rationis penitus obtorpuisse, & diuturnæ barbariæ consuetudine duratas eorum mentes nimium occaluisse, quam ut monitis cederent. Feritas quippe quid est aliud, quam sensuum obsequium, & cupiditatum, libidinumque nullis legibus coërcita licentia. Hac nihil homini gratius: ut ex adverso legibus, quæ jugum, frenosque iis imponunt, nihil gravius. Quæ itaque spes erat, homines summæ jucunditatis usum cum summæ molestiæ fastidio permutaturos, & voluptatum suarum consuetudine tali pretio cessuros esse? Saluberrimo itaque consilio viri isti prudentissimi sensum sensu vincere, fixosque animis feritatis stimulos cantûs, carminumque concentu evellere; & ita, quibus adeo inescati, fascinatique erant, voluptatum illecebras alia exquisitiore modulorum suavitate, venustateque expellere moliti sunt. Ostentarunt igitur, justitiam non minus terribilem, præceptisque tetricam, sed scatentem vera felicitate, & affluentem bonorum omnium ubertate, ac copia; non supplicia ejus, sed præmia; non vincula sed decora, & commoda; non severitatem sed pulchritudinem: ut non compulsi homines, sed laudibus ejus allecti inflammatique, manus darent. Hoc autem non potuit feliciùs fieri, nec major justitiæ gratia, venustasque conciliari, quam carmine: quæ causa est, cur sapientes illi haud mediocrem operam, curamque in Musicis, & carminibus consumerent. Non ergo Poëta sapientiam, sed sapientes Poëticam, Musicamque sectati sunt, ut quos legibus adstringere non poterant, eorum studia cantu, versuque accenderent. Qua re effectum est, ut non homines modo in his studiis, sed & ipsa hæc studia, artesque inter homines admirandum in modum adeo tum excellerent.

Hoc remedio fluere, & liquescere cœpit, qui hominum animos obduxerat, stupor, & hebescere, qui iis insidebant, feritatis quasi aculei; humanumque illud ingenium, quod ad omnem tractationem obriguerat, blandiori fidium tactui concessit carminumque gratia emolluit. Inter hos sapientes antiquissimus, & clarissimus omnium maxime celebratur Orphëus, qui cum & ipse juris sciens, & ab Ægypto, in quam profectus legitur, edoctus esset, non sylvas tantum, & feras, sed ipsum Ditem, inferosque (per quos affectuum, perturbationumque in homines regnum significasse veteres, constat) cantu demulsisse dicitur: ejusdemque Musæ, & ætatis Viri ab Asia eruditi, Linus, Musæus, aliique, ab iisdem studiis commendantur. Hinc est, quod primi omnium scientiarum in Europa auctores, primi legumlatores, Poëtæ fuerint; omnisque Theologia Gentilis, i. e. de Deo, Deique voluntate (quæ omnem justitiæ paginam facit) tractatio, carminum integumentis latitet. Hinc tantum antiquorum vatum nomen, tanta artis hujus admiratio. Non itaque fabulis justitiæ Europææ cunabula repeto, natalesque arcesso; non vana, non incerta refero: sed nota, & constanti totius antiquitatis per Europam fide, fama, consensu tradita. Quid multis? fidem ejus rei facit tota, quæ hodieque supereſt, gentilium Mythologia, ipsaque sacrorum arcana ratio ex Poëtis, eorumque sensu mystico hausta. Quin id firmat universa quasi rei litterariæ constitutio, cui præfecerunt veteres Græci Apollinem, Musasque, qui iidem carminibus præsint: atque adeo litterarum quasi regnum penes Poëtas esse voluerunt.

Sed & graviter rem totam depingit Horatius cum ita de Orpheo canit: (de arte Poët. c. fin.)

Sylvestres homines sacer, interpresque Deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus;
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque Leones.
Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare jura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit. —— ——
. . . . . .
—— —— dictæ per carmina sortes:
Et vitæ monstrata via est. —— ——

A D §. 48.

AUCTOR ait, se usum esse sacris libris, scil. bibliis utriusque fœderis: at distinxisse antiquam, & novam legem. Ubi rejicit eos, qui legem Mosis pro jure naturæ venditant; & eos, qui legem Mosis per novum fœdus sublatum ajunt.

Librorum, quos a Deo afflati homines aut scripserunt, aut probarunt] " Intelligit li-
„ bros veteris, & novi testamenti; a qui-
„ bus excludit apocryphos, utpote quos a
„ Deo afflati homines non approbaverunt.

Auctoritate sæpe utor] " Nam ex his libris
„ probat *jus divinum voluntarium universale*,
„ quod ter humano generi publicatum esse,

ut vis vi repellatur. Atqui is erat Paulus, qui nullam occasionem edocendi officii aut omitteret ipse, + aut omitti ab aliis vellet, 2. Timoth. IV, 2.

12. NONUM accedat, quod rei honestæ, ac debitæ finis proprius non potest non esse honestus, ac debitus. + Tributa ut solvamus honestum est, + atque etiam præceptum conscientiam obligans, ut Paulus + Apostolus explicat: tributorum autem (ε) finis est, ut potestates publicæ habeant + unde sumtum faciant ad bonos tuendos, ac coercendos malos, Rom. XIII, 3. 4. 6. Tacitus [a] apposite ad hanc rem: *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Cui dicto simile est Augustini illud: [b] *Ad hoc tributa præstamus, ut propter necessaria militi stipendium præbeatur.*

a *Hist.* IV. c. 74.

b *Lib.* XXII. *contra Faustum. cap.* 74.

13. DECIMUM argumentum præbet locus ille Actor. XXV, 11. ubi Paulus ita loquitur: *Si injuria quemquam affeci, & dignum aliquid morte commisi,* [y] *non recuso mori.* Unde colligo, ita censuisse Paulum, etiam post publicatam Euangelii legem quædam esse crimina, quæ morte plecti æquitas ferat, aut etiam exigat: + quod & Petrus docet, 1. Epist. cap. II, 19. 20. Quod si ea tum fuisset Dei voluntas, ut capitalibus judiciis absisteretur, potuerat quidem purgare se Paulus, + sed non debuerat in hominum animis eam relinquere opinionem, quasi capite plectere nocentes nunc non minus quam olim liceret. Probato autem capitales pœnas post Christi adventum recte exerceri, + simul probatum arbitror, bellum aliquod licite geri, puta adversus nocentes multos, & armatos: [89] qui ut rei fiant, acie vincendi sunt. Vires enim, & resistentia nocentum, sicut + in prudenti deliberatione [90] suum habere momentum potest, + ita de jure ipso nihil imminuit.

14. UNDECIMUM sit, quod in Apocalypsis prophetia prædicuntur bella quædam piorum cum manifesta approbatione, XVIII, 6. & alibi.

15. DUODECIMUM esse potest, quod + Christi lex solam legem Mosis, [91] + qua gentes ab Hebræis separabat, sustulit, Ephes. II, 14. + Quæ autem natura, + & bene moratarum gentium consensu honesta censentur, adeo non sustulit, + ut sub generali præcepto omnis honesti, ac virtutis comprehenderit, Phil. IV, 8. 1. Cor. XI, 13. 14. Jam vero + criminum pœna, + & arma, quæ injuriam arcent, + natura habentur laudabilia, + & ad justitiæ, + & ad beneficentiæ virtutem referuntur. Atque hic + obiter notandus eorum est error, [92] qui Israelitarum jus ad bellum deducunt ex eo solo, quod terram

GROTII.

y *Non recuso mori*] Sic & Act. XXVIII, 18. *quia nulla in me erat mortis causa. Justinus* Apologetico II. μαλάξεσθαι δὲ τὰς ἐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιῶντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανούς, ἢ ὑφ' ὑμῶν, ἀξιοῦμεν. *Ut autem puniantur, qui non convenienter præceptis illis vivunt, & nomine solo sunt Christiani, & quidem à vobis, & nos optamus.* (Pag. 50. *Edit. Sylburg.*)

GRONOVII.

89 *Qui ut rei fiant*] Ut compellantur facere quod jus & æquum est. *Taciti* verba imitatur 3. Ann. 13. *Petitam armis rempublicam, atque reus agi posset, acie victum.*

90 *Suum habere momentum*] Potest facere, ut intutum sit illos aggredi.

91 *Qua gentes*] Ea parte, qua nationes alias præter Israelis posteros excludebat à fœdere Dei.

92 *Qui Israëliterum*] Non aliam ob causam jus belli gerendi Hebræis fuisse, quam ut acquirerent terras septem populorum devotorum, à Deo illis attributas.

(ε) Hic, scilicet, inter alios, quos Auctor minimè excludit, ut ineptè hoc nomine eum carpunt quidam Interpretes. *J. B.*

GRO-

ram Cananæam illis Deus dediſſet. + Eſt enim hæc juſta quidem cauſa, + ſed non unica. Nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella geſſerunt : & + ipſi Iſraëlitæ poſtea aliis de cauſis, + ut David ob legatos violatos. Tum vero + quæ 93 humano jure quiſque poſſidet, + non minus ejus ſunt, quam ſi Deus donaſſet : + id autem jus per Euangelium non tollitur.

VIII. Videamus nunc etiam + quibus argumentis ſe fulciat adverſaria ſententia, quo facilius judicet pius æſtimator utra præponderent.

I. PRIMUM adferri ſolet z + vaticinium Eſaiæ, qui futurum dicit, ut populi gladios contundant in ligones, & lanceas in falces ; neque gladium ſumant alius in alium, neque bellum ultra addiſcant, II, 4. Sed hoc vaticinium aut ſub conditione quadam accipiendum eſt, quemadmodum multa alia ; ut nimirum intelligamus talem fore rerum ſtatum, a + ſi omnes populi Chriſti legem ſuſcipiant, atque impleant ; quam ad rem Deus nihil ſua ex parte paſſurus ſit deſiderari : + certum autem eſt, ſi omnes ſint Chriſtiani, & Chriſtiane vivant, nulla fore bella : quod a Arnobius ita enuntiat : *Si omnes omnino, qui homines eſſe ſe non ſpecie corporum, ſed rationis intelligunt poteſtate, ſalutaribus ejus, pacificiſque decretis aurem vellent commodare pauliſper, & non faſtu & ſupercilio tumidi ſuis potius ſenſibus quam illius commonitionibus crederent, univerſus jamdudum orbis mitiora in opera converſis uſibus ferri, tranquillitate in molliſſima degeret, & in concordiam ſalutarem incorruptis fœderum ſanctionibus conveniret.* Lactantius vero hoc modo : b *Quid fiet, ſi omnes in concordiam conſenſerint ? quod certe fieri poterit, ſi pernicioſo, & impio furore projecto, innocentes ac juſti eſſe velint ?* + Aut intelligendum eſt pure ; + quo modo ſi accipiatur, docet res ipſa impletum hoc nondum eſſe, ſed

a *Adv. Gentes*, Lib. I. pag. 6. *Edit. Lugd. Bat. Salm.*

b *Inſt. Div.* Lib. I. Cap. 18. n. 16.

GROTII.

z *Vaticinium Eſaiæ*] Id de pace, quæ orbi contigit beneficio Romani imperii, interpretatur *Chryſoſtomus* oratione Chriſtum eſſe Deum : ἡ ὅτι ἀ παγία ἐϛὶ μόνον ἡ ἀκίνητ@ ἡ ἀῤῥαγὴϛ, ἀλλὰ ἡ πολλὴν πρυτανεύσει τῇ οἰκεμένῃ εἰρήνην, ἡ αἱ μὲν κατὰ πόλεις πολυαρχίαι ταπαλυθήσονται, ἡ αἱ μοναρχίαι, μία δέ τις ἔσαι βασιλεία εἰς πάντας ἀῤθεῖσα, ἡ τὸ πλέον ἀυτῆς ἐν εἰρήνῃ ἔσαι, ἀ καθάπερ ἔμπροσθεν. τὸ μὲν παλαιὸν χειροτέχνοι πάντες ἡ ῥήτορες ὅπλα ἐπίθεντο ἡ ἐπὶ παρατάξεως ἐϛήκασαν τῷ Χριϛῷ δὲ παραγενομένῳ πάντα ἐκεῖνα διελύθη ἡ εἰς μέρ@ διωρισμένον τὰ τῶν πολέμων περιέχη. *Neque vero prædictum tantum eſt, ſtabilem fore, immotam, atque inconcuſſam hanc religionem : ſed cum ea adventuram orbi pacem, deſituras illas in ſingulis civitatibus plurium potentias, regnaque ipſa, & unum fore ſuper omnes imperium, ac ejus pleraque pacem habitura, contra quam ante fiebat ; olim enim & opifices, & oratores induebant arma, conſiſtebant in acie : Poſt Chriſti vero adventum ceſſavit mos iſte, & ad definitum hominum ordinem redacti ſunt actus bellici.* (Tom. VI. p. 628.) Habes ſenſum plane eundem apud *Euſebium* de Præparation. l. I. c. 4.

a *Si omnes populi Chriſti legem ſuſcipiant, atque impleant.* Nam de Chriſtianis *Juſtinus* ἀ πολεμῶμεν τοῖς ἐχθροῖς, *non pugnamus in hoſtes.* (Apolog. II. pag. 60. in fin. *Ed. Sylb.* ubi legitur, τὰς ἐχθρὰς.) Plane ut de *Eſſenis Philo* in oratione Omnem bonum eſſe liberum : (Pag. 877. A. *Edit. Pariſ.*) βελῶν, ἢ ἀκόντων, ἢ ξιφιδίων, κράνες, ἢ θώρακ@, ἢ ἀσπίδ@ ὁϛέον παρ' ἀυτοῖς ἂν ἕυροις ὁπλοποιὸν ἢ ὁπλοποιὸν, ἢ μηχανοποιόν. *Nullum inter eos reperias, qui aut jacula, aut ſagittas, aut gladium, aut galeam, aut loricam, aut ſcutum fabricet, nullum qui aut arma conficiat, aut machinas.* Simile eſt quod *Chryſoſtomus* ait I. ad Corinth. XIII, 3. *Si eſſet inter homines qualis oportet dilectio, nullas fore pœnas capitales.* (Οὔτε γὰρ νόμων, ὅτε δικαϛηρίων ἔδει, ἀ κολάσεων, ἀ τιμωριῶν, ἐκ ἄλλε τῶν τοιούτων οὐδενὸς· ἐι γὰρ ἅπαντες ἠγάπων, ἡ ἠγαπῶντο, οὐδὲν ἂν ἠδίκησεν οὐδεὶς &c. Tom. III. pag. 454. *Ed. Savil.*]

GRONOVII.

93 *Humano jure*] *Juſto* titulo poſſidendi, quem vel naturæ, vel gentium, vel civile jus ſanxit.

GRO-

„ possunt: teste Osiandro *in not. h. Casaub. Exerc.* 16. *n.* 15.

Ad §. 50.

Novo *ædere in hoc utor, ut doceam quid Christianis liceat*] „ Nam inter jura „ divina voluntaria, quæ ex libera voluntate „ Dei fluunt, Auctor refert legem Evange- „ lii; unde solos Christianos inter se obliga- „ ri, ait. Vid. *Diss. Proœm. III. c.* 2. „ *Sect.* 3.

Quod non aliunde disci potest] „ Quia jux- „ ta hypothesin Grotii Servator in novo te- „ stamento demum novam hanc legem anti- „ quæ addidit. *Diss. Proœm. III.* §. 44.

Quid Christianis liceat] „ Systema Aucto- „ ris de Lege Evangelii proposui in dicta „ *Dissert. Proœm. III.* §. 39. *seq.* Et quo- „ modo illam a lege Mosaica distinguat, „ demonstravi ibidem §. 44.

Quod ipsum tamen, contra quam plerique faciunt, a jure naturæ distinxi] „ Grotius „ sententiam eorum: qui statuunt, *in Evan- „ gelio extra præcepta credendi, & Sacra- „ mentorum, nihil esse, quod non sit juris „ naturalis*, refutat in *Lib.* 1. *c.* 2. §. 6. „ *n.* 1; ejusque duplicem rationem affert. „ *I.* Quia lege Evangelii multa in vetitum „ eunt ex Dei voluntate libera, in quibus „ extra legem divinam nefas non apparet. „ *L.* 1. *c.* 2. §. 6. *n.* 1. II. Quia in illa „ sanctissima lege major nobis sanctimonia „ præcipitur, quam solum per se jus naturæ „ exigit. *Multa enim sunt* (verba hæc sunt „ Auctoris), *quibus abstinere honestius esse, „ dictat ipsa ratio; non tamen ideo statim „ nefas in illis est, sed accedente lege Servato- „ ris illicita fiunt: atque hoc sensu ulterius „ nos obligamur legibus Christi, quam jure „ naturæ. L. I. c.* 2. §. 6. *n.* 2. At hæc „ omnia gratis dicuntur. Demonstravi in „ Dissertatione proœmiali III. §. 39. *& seq.* „ in legibus Mosis æque, ac in præceptis Ser- „ vatoris, nihil inveniri, quod non sit ju- „ ris naturalis (ubi rationibus Grotii satisfe- „ cimus §. 43): & Servatorem tantum in- „ terpretem agere Legum Mosaicarum, i. e. „ juris naturalis, *ibid.* §. 51; simulque, „ quid occasionem præceptis Servatoris dede- „ rit, explicavi *dict.* §. 43. *&* §. *fin.*

Quam solum per se jus naturæ] „ Sive so- „ ciale, sive laxius; legem enim Evangelii „ multa etiam vetare, ait, quæ jure sociali „ permissa sunt, *dict. Diss. Proœm. III.* „ §. 44. *n.* 3: cui respondemus *ibidem.*

Si qua sunt, quæ commendantur magis, quam præcipiuntur] „ Non enim omnia dicta „ Servatoris leges esse, vel ex lege venire, „ ait *L.* 1. *c.* 3. §. 3. *n.* 8, *&* 9. Unde „ notat Christianos primorum temporum, „ quod sæpius consilia divina pro præceptis „ amplexi fuerint. *L.* 1. *c.* 2. §. 9. *n.* 4. „ Cæterum jure Canonico quoque hæc distin- „ ctio commendatur in *c.* 14. *q.* 1. *c.* 3. „ Conf. *Diss. proœm. III.* §. 44. *n.* 2. *&* „ *n.* 8.

Ut a præceptis declinare, sciamus nefas, & pœnæ obnoxium: ad summa quæque contendere, generosi esse consilii] „ Auctor in ju- „ re naturæ laxiori hujus distinctionis usum „ commendavit; præcepta enim juris illius „ naturæ ad eas saltem virtutes spectare, ait, „ quæ aliis hominibus utilitatem afferunt: „ reliqua virtutis præscripta quidem hone- „ sta esse, ait, sed non obligantia. *Supra* „ §. 10. *&* *l.* 1. *c.* 1. §. 8. *n.* 1. Quod sy- „ stema uberius, & exemplis quoque, il- „ lustravimus in *Diss. Proœm. II.* §. 9. Ean- „ dem distinctionem repetit Auctor in lege „ Evangelii (quæ ipsum est jus naturæ la- „ xius): nam hic quoque quædam præcipi „ sub lege pœnæ, quædam saltem com- „ mendari, ait *d. l.* 1. *c.* 3. §. 3. *n.* 8. *&* 9. „ *&* *c.* 2. §. 9. *n.* 4. At ex Dissertatione „ proœmiali II. repetendum est, omnia „ honesta, sive aliis hominibus utilitatem af- „ ferant, sive non, virtutum nomine com- „ prehendi, & ad perfectionum regulas per- „ tinere. Cum vero juris naturalis sit colere „ Deum, ejusque perfectiones imitari; ne- „ cessario sequitur, homines obligari ad om- „ nia, quæ perfectionem sapiunt: *Dict.* „ *Diss. II.* §. 9. §. 36. Hæc obligatio au- „ tem tantum est intuitu Dei, qui præmium „ actibus perfectis destinatum, hominibus „ minus virtuosis denegat, *ibid.* §. 37.

Et sua non carituri mercede] „ Quænam „ sit illa spes præmii virtutibus propria, Au- „ ctor exposuit supra §. 11.

Ad §. 51.

Auctor ad illustrandum novum fœdus commendat 1. Canones conciliorum, ex quibus constare, ait, quid lex divina præ-

præcipiat, aut quid saltem commendet. 2. Mores primorum Christianorum. 3. Auctoritatem patrum. Verum, in genere notandum est, parum subsidii ad instruendum jus naturæ in his inveniri, quia Præceptorem suum secuti, non juris, sed perfectionis saltem regulas tradiderunt.

Additio.

„ Grotius ex his subsidiis præcepta virtu-
„ tum, quæ jus naturæ intuitu Dei consti-
„ tuunt, illustrat. *Vid. Diss. Proœm. II.* §. 30.
„ *seq.* Adeoque magni illa subsidia sunt mo-
„ menti. Sane, magis interesse generis huma-
„ ni hanc juris naturalis partem, quam jura
„ inter homines addiscere, diximus in *Dissert.*
„ *Proœm. II.* §. 38.

Qui recti sunt] „ Nam concilia aliquando
„ errant. Ecclesia non nisi quatuor universa-
„ lia agnoscit. *Vid. B. Par. Dissert. de jure*
„ *circa hæreticos.*

Ex generalibus legis divinæ pronunciatis ad ea, quæ occurrunt, aptatæ] „ Interpretatio enim
„ eorum, quæ dubia sunt in Sacra historia,
„ nonnisi universæ ecclesiæ competit.

Quod divina lex præcipit] „ Ad eum effe-
„ ctum, ut Deus præmium æternæ salutis
„ tribuat. *Vid.* §. *præced. in fin.*

Aut ad id, quod Deus suadet, hortantur]
„ Dixerat enim Auctor, quædam a Deo com-
„ mendari magis, quam præcipi. *Vid.* §. *præc.*
„ Canones autem in hac quoque specie occu-
„ pari, ait, dum hortantur, ut homines ea
„ faciant, quæ Deus suadet. At hæc quoque par-
„ tem juris naturalis constituere, modo dixi-
„ mus. Deum enim imitari tenemur in omni-
„ bus, quæ perfectionem quandam inferunt.

Et hoc vere ecclesiæ christianæ est officium &c.] „ Nam cum in fidei capitibus sæpius
„ dubia quædam, & controversiæ oriantur,
„ & quælibet pars ex verbo Dei se pugnare,
„ eoque nixam se testari soleat; videndum
„ omnino est, quænam sit sententia univer-
„ salis ecclesiæ ut inde formula fiat, quam se-
„ quentes pro membris Ecclesiæ Catholicæ
„ Christianæ haberentur, atque ad ejus Ec-
„ clesiæ exercitia cultus jura, & beneficia
„ admitterentur: reliqui autem ab hoc cœtu
„ excluderentur. Potuitque eo securius hæc
„ totius Ecclesiæ sententia pro regula hacte-
„ nus haberi, quod tali suæ Ecclesiæ Ser-
„ vator spiritus veritatis promiserit; nec
„ adeo concessurus sit, si pio zelo, & ve-
„ ritatis studio congregetur, ut a vero aber-
„ ret. *Vid. B. Parens in Disp. de jure circa hæreticos* §. 11.

Sed & mores apud Christianos illos veteres recepti, aut laudati] „ i. e. mores primiti-
„ væ Ecclesiæ.

Secunda post hos est auctoritas eorum, qui suis quique temporibus pietatis, & doctrinæ fama inter Christianos floruerunt] „ Neque
„ enim probabile est, Ecclesias, quæ ab
„ Apostolis constitutæ sunt, au subito, aut
„ omnes defeciisse ab iis, quæ Apostoli bre-
„ viter perscripta ore liberalius explicave-
„ rant, aut etiam in usum introduxerant;
„ quæ sunt verba *Grotii l.* 1. *c.* 2. § 9. Sæ-
„ pius tamen patres errasse, extra omne du-
„ bium positum est. Hinc consensus eorum
„ probabile tantum præbet argumentum: si
„ non cum scripturarum auctoritate congruit,
„ plane rejici debet. *Zigl. b.*

Neque gravis cujusdam erroris notati sunt]
„ Ut Ebionitæ, Docetes, Manichæi, Ar-
„ rius, Origenes, & alii, quorum opiniones
„ communi ecclesiæ consensu improbantur.

Momentum non exiguum habere debent ad interpretanda, quæ obscura videntur] „ Atque
„ ex hac ratione quatuor concilia œcumeni-
„ ca pro norma haberi debent fidei Christia-
„ næ; quia dubia, quæ circa officium Chri-
„ sti, ejusque personam, ac doctrinam, sta-
„ tim ab ejus obitu orta sunt, communi
„ consensu decidunt.

Quo & plurium apparet consensus] „ Ex
„ pluralitate enim asserentium, factorum ve-
„ ritas probatur.

Cum nec dominatus adhuc &c.] „ i. e.
„ Imperium, & Monarchia Papalis.

Nec coitio ulla] „ i. e. ubi nullum Eccle-
„ siæ Schisma fuit.

Ad §. 52.

Scholasticos laudat Auctor, quod acuta eorum sint scripta. Quod quidem verum est. At illi parcissime jura naturæ tractarunt; sed vel Philosophiam saltem, vel Theologiam: quæ utraque disciplina ipsa in mera verba abiit.

Scholastici] „ E schola Petri Lombardi,
„ Magistri sententiarum. *Vid. Gron. b.* Qui
„ philosophiam, & maxime logicam, tra-
„ ctant; jura vero, inprimis naturæ, vix
„ tangunt. *Conf.* §. 55.

Quantum ingenio valeant, sæpe ostendunt]
„ Acutissima enim eorum scripta esse, nega-
„ ri nequit.

Sed in infelicia, & artium bonarum ignara secula inciderunt] „ Eo enim tempore

„ Philoſophiæ moralis ſtudium, quod in con-
„ templatione, & multiplicitate lectionum
„ conſtat, incognitum fere fuit.

Aliqua & condonanda ſint] „ Si enim
„ errant, magis id imputari debet ruditati
„ ſeculi.

Tamen ubi in re morum conſentiunt &c.]
„ i. e. in Ethicis, ubi de moribus agitur. Etſi
„ enim hæc præcepta morum ad diſciplinam
„ juris naturæ, quod inter homines obtinet,
„ plane non pertineant; inſignis tamen eo-
„ rum uſus eſt in illa parte juris naturalis,
„ qua homines Deo obligantur.

In quo ipſo tamen] „ Commendat Auctor
„ Scholaſticos a modeſtia, & improbat me-
„ thodum convitiis certandi.

Ad §. 53.

Auctor tres claſſes JCtorum facit. 1. Eorum, qui in Pandectis, Codice, & Novellis, ſuam ſententiam declararunt. 2. Eorum, qui invento Piſis Digeſtorum opere, ejus interpretationem primi ſuſceperunt. 3. Eorum, qui humaniores literas cum legum ſtudio conjunxerunt.

In pandectæ] „ Pandectæ dicuntur a πάντα
„ & δέχεσθαι, quia omnes juris antiqui ma-
„ teriæ in unum corpus digeſtæ ſunt. In his
„ Digeſtis continentur leges Regum; inter-
„ pretationes, & reſponſa Prudentum; leges
„ populi, edicta Prætorum, & conſtitutiones
„ Principum. Hæ Pandectæ maximum uſum
„ in demonſtrando jure naturæ habent, quod
„ facto ipſo in Diſſert. Procem. XII. probavi.
„ Totum enim Syſtema juris naturalis, ex
„ jure Romano compoſitum ibi propoſui.

Codicibus, Theodoſiano, & Juſtinianeo]
„ Notandum eſt, jam ante Theodoſium Co-
„ dices duos collectos fuiſſe, quorum primus
„ *Gregorianus* dicitur, & complectebatur
„ conſtitutiones ab Hadriano ad Valerianum:
„ alter *Hermogenianus*, qui a Claudio ad Dio-
„ cletianum uſque latas leges continebat. Poſt
„ hos ſecutus eſt Codex *Theodoſianus*, in quo
„ leges Conſtantini ad Theodoſium uſque col-
„ lectæ exſtabant. Tandem *Juſtinianeus* pro-
„ diit, in quo Juſtinianus conſtitutiones trium
„ priorum Codicum, & præterea a Theodo-
„ ſii temporibus ad ſuum ſeculum promulga-
„ tas collegit.

Et in novellis conſtitutionibus] „ Quas
„ Juſtinianus poſt publicatum Codicem edidit.

Secundum eos habet, qui Irnerio ſucceſſe-
runt] „ Poſt Juſtiniani tempora in utroque
„ imperio eviluit jus Romanum. Sane, in
„ Italia jam anno 493, Theodoricus Gotho-
„ rum regnum ſtabilivit, propriumque jus
„ ſtatuit. Secutum tum eſt regnum Longo-
„ bardicum An. 568. Tandem Carolus M.
„ victo An. 771. Deſiderio, regnum Italiæ
„ acquiſivit, ac priora jura confirmavit. Adeo-
„ que periit quaſi omnis Juris civilis memo-
„ ria, uſque ad Lotharii II. tempora, qui an-
„ no 1128. inventis Piſæ pandectis Irnerium
„ Romæ, ac Bononiæ, jus Romanum pu-
„ blice docere juſſit. Atque is Irnerius pri-
„ mus corpus Juris gloſſis ſuis illuſtravit. *Vid.*
„ *Panzirol. de clar. jur. interpr. L. 2. c. 13.*

Accurſium] „ At multi celebres JCti eum
„ anteceſſerunt: nimirum, Martinus, Otto
„ Papienſis, Bulgarus, Jacobus, Rogerius,
„ Balduinus &c. *Vid. Panzirol. d. l. c. 14. uſ-*
„ *que ad c. 29.* Accurſii fata vide *ibid. c. 29.*

Bartolum] „ Vitam ejus, & merita in Ju-
„ riſprudentiam, lege apud *Panzirol. d. l.*
„ *c. 67.*

Qui humaniores literas cum legum ſtudio]
„ Uti Faber, Alciatus, Budæus, Antonius,
„ Cujacius, Briſſonius. &c.

Primis multum defero] „ At inter illos
„ multum intereſt. JCti Romani, auctores
„ Pandectarum, veri, & ſoli ſunt auctores ju-
„ ris. Illi præter lumen naturæ aliam nor-
„ mam jura ſtatuendi non habuerunt. At jura,
„ quæ in Codicibus, & Novellis continentur,
„ monarchiam ſapiunt, & ab æquitate illa,
„ quæ tempore Reipubl. obtinuit, paſſim
„ recedunt.

Nam & rationes optimas] „ Ipſi enim
„ teſtantur, jus Romanum collectum eſſe
„ ex principiis juris naturæ, ſeu gentium.

Et eidem juri] „ Scil. juri naturæ, ſeu gen-
„ tium.

Neque minus gentium juri] „ Auctor pu-
„ tat, JCtos Romanos juri gentium volun-
„ tario quoque teſtimonium præbere. At ſæ-
„ pius jam dictum eſt, tale jus gentium ſe-
„ cundarium non dari, *vid. Diſſert. Procem.*
„ *IV. §. 29;* & incognitum illud fuiſſe JCtis
„ Romanis; eoſque dum juri gentium teſti-
„ monium præbent, de ipſo jure naturæ id
„ intellexiſſe, probavimus *ſupra §. 17. & Diſ-*
„ *ſert. Procem. IV. §. 33. ſeq.* Quo ſenſu vero
„ jus naturæ a jure gentium diſtinxerint, ali-
„ bi explicabimus. *Vid. l. 1. c. 1. §. 11. &*
„ *dict. Diſſert. IV. §. 42.*

Nomina hæc ſæpe miſceant] „ Et merito,
„ quia vera, & realis differentia inter jus na-
„ turæ,

„ turæ, & jus gentium non eſt. Utrumque „ enim, etiam ex JCtorum Romanorum doctrina, ex ratione oritur; utrumque Deum „ authorem habet; utrumque omnes homines „ obligat: *d.* §. 17. *dict. Diſſert. Proœm. IV.* „ §. 33. *& ſeq.*

Id, quod quorundam duntaxat populorum eſt] „ Immo hoc ſenſu JCti nullibi jus gentium ſumunt, uti mox videbimus. Add. „ *Diſſert. Proœm. IV.* §. 24. *ſeq.*

Nec tanquam ex condicto] „ i. e. non ex „ communi conſenſu gentium. *Diſſert. Proœm. IV.* §. 9. §. 24. Atque ideo Auctor jus „ hoc *arctius* vocat: cum id, quod tanquam „ ex condicto oritur, jus Gentium *latius patens*, ſeu *proprie ſic dictum*, vocare ſoleat. „ *Diſſ. Proœm. IV.* §. 8. At nec tale jus gentium ex condicto dari, vidimus. Conf. *Diſ-* „ *ſert. Proœm. IV*, §. 29.

Sed quod alii aliorum imitatione, aut fortuito, &c.] „ Auctor hanc ſpeciem juris Gentium vocat legem civilem plurium gentium, *l.* 2. *c.* 8. §. 1. *l.* 2. *c.* 3. §. 5, ſeu „ jus gentium improprie ſic dictum, *d.* §. „ 1. *n.* 2, quod pluribus gentibus placuit „ ſine mutua obligatione, *l.* 3. *c.* 1. §. 8 *n.* „ 2. *& l.* 2. *c.* 8. §. 26; quod proinde ab „ uno populo inconſultis aliis mutari poſſe, „ ſtatuit *l.* 2. *c.* 3 §. 5. *& c.* 8. §. 1. *n.* 2: „ eoque refert omnes modos acquirendi, quos „ JCti juris Gentium dicunt, *d. c.* 8. §. 2. „ Conf. *Diſſert. Proœm. IV.* §. 8. §. 9. §. 24. „ *& Diſſert. VI.* §. 49. *ſeq.* Verum, cum „ plane non detur jus gentium ſecundarium, „ nec proprie ſic dictum; multo minus exiſtentiam juris gentium improprie ſic dicti „ agnoſcimus: uti late probavimus in *Diſ-* „ *ſert. Proœm. IV.* §. 39. *ſeq.* Neque eo ſenſu „ JCti Romani ullibi voce juris Gentium uſi ſunt: nam modi illi acquirendi, quos JCti „ ad jus Gentium referunt, pertinent ad jus „ gentium primævum, quod eſt ipſum jus „ naturæ: uti *d. l.* 2. *c.* 8. videbimus. Conf. „ *Diſſert. Proœm. XII.* §. 242. *ſeq.*

„ Equidem negari nequit, dari quædam „ jura, quæ apud plures gentes æque obtinent, ut teſtamentorum uſus: lex illa de „ occidendo fure nocturno, non diurno, „ &c. At hæc ſunt mera jura civilia, quæ „ quæque civitas ad utilitatem ſuæ civitatis „ conſtituit. *Vid. ſupr.* §. 17.

Sed & quæ vere juris Gentium ſunt, tractant promiſcue &c. cum his, quæ ſunt juris Romani] „ Notandum hic eſt, JCtos Romanos nullibi promiſcue tractare ea, quæ ve- „ *re juris Gentium* (voluntarii) ſunt, cum „ his, quæ juris ſunt Romani: quia tale *jus* „ *Gentium* ipſis incognitum fuit. Cæterum „ hæc eſt natura juris civilis, ut *juri gen-* „ *tium*, ſeu naturæ aliquid addat, vel detrahat: atque id quoque contigit in materia de captivis, & poſtliminio reverſis.

Ut ex titulo de captivis, & poſtliminio apparet] „ Hanc meteriam a JCtis Romanis „ ex jure gentium tractatam eſſe, ait Auctor; „ ſed confuſe nimis: ita ut quæ juris gentium, „ quæque civilis, Romani eſſe vellent, lector „ nequiret diſtinguere. *l.* 3. *c.* 9. §. 1. *n.* 1. Ad „ jus civile enim pertinere, ait, quod poſtlimi- „ nium non ſit in his, qui virtute bellica ſuperati ſunt, *d. c.* 9. §. 4. *n.* 2; nec in transfugis, *ibid.* §. 10; nec in redemptis, *dict.* „ §. 10. *n.* 2: quod fingatur captum, & reverſum, numquam fuiſſe in hoſtium poteſtate, *l.* 3. *c.* 9. §. 10. *n.* 3: quod hæredes „ ei, qui in captivitate mortuus eſt, ſuccedant quaſi retro mortuus ſit, *d.* §. 10. *n.* 4.

„ At ſuo loco videbimus, jura poſtliminii „ in genere ex juris naturalis principiis illuſtrari, & JCtos Romanos ſingulos fere caſus ex iſtis principiis decidiſſe. Cæterum in „ quibusdam, ob utilitatem publicam, JCti „ receſſerunt a jure naturali. Quo pertinet 1. „ quod ea, quæ in bello uſum non habent, „ poſtliminio non recipiantur. 2. Quod bello „ captis non ſit poſtliminium in pace. 3. „ Quod capti, & reverſi, vel mortui, nunquam videantur fuiſſe in hoſtium poteſtate. (Adeoque JCti Romani nunquam hæc „ pro jure naturali venditarunt. Quod vero „ 4. in transfugis poſtliminium non ſit, id „ ex ipſa naturæ ratione ſequitur. Denique & „ 5. verum non eſt, redemtis poſtliminium „ non eſſe. *Vid. Diſſert. Proœm. XII.*

Hæc ergo ut diſcernerentur, laboravimus] „ Ita enim Grotius *occupationem rerum nullius* ad jus naturæ pro certo rerum ſtatu „ (*Diſſ. Proœm.* VI. §. 23.); *occupationem rei hoſtilis*, & eam, quæ fit *jure repreſſaliarum*, ad jus gentium voluntarium (*ibid.* „ §. 47. §. 48.) *Incrementa fluvialia, acquiſitionem per ventrem, ſpecificationem, acceſſionem, perceptionem fructuum ex re aliena, traditionem, &c.* ad jus Romanum „ refert, (*ibid.* §. 51.) At in diſſertatione „ Proœmiali XII. §. 242. *ſeq.* §, 251. *ſeq.* rationibus naturæ probavimus, omnes hos „ acquirendi modos ex vero jure naturæ oriri.

Ad §. 54.

Primi interpretes Juris Romani magnam auctoritatem habent, quia commentarii eorum sunt fœtus proprii ingenii, nullum alium ducem præter rationem habuerunt, illamque non ex Doctorum consensu, sed ex ipsis legibus sumsere: quamquam negari nequeat, eos pauciſſima Romanorum jura ex rationibus naturæ illustrasse, nedum principia juris naturæ rite intellexisse. Qui hos secuti sunt JCti, pestes fuere jurisprudentiæ: Rhapsodias fecere ex commentariis prædecessorum, eorumque indices compilarunt, non de jure, sed de opinionibus Doctorum certantes; unde jus controversum. Tunc communes opiniones, & tandem communes contra communes ortæ sunt.

Additio.

„ Egregie infelicitatem hujus seculi descri-
„ bit Cujacius *in præf. parat. Hæc* (loquitur
„ autem de glossis primorum interpretum)
„ *cum non explerent obtusiora ingenia, nec*
„ *satis jus illustrare viderentur, supervenere*
„ *alii, qui, non mutato nomine, glossas au-*
„ *ctiores redderent, quam pateretur ipsum glos-*
„ *sarum nomen. Atque ita paulatim glossæ*
„ *gravidæ factæ quæsiverunt sibi libros ingen-*
„ *tes, immanes, insanos commentarios.* A-
„ pud *Zigl. b.*

Secunda classis] „ Scil. eorum, qui Irne-
„ nerio, primisque interpretibus successerunt;
„ *vid. §. præced.*

Juris divini, & Historiæ veteris incuriosa] „ Adeoque parum apta ad jura naturæ, &
„ gentium (quæ posteriora Grotius ex exemplis
„ demum, & peritorum judicio probari, di-
„ xit *supra* §. 46.) indaganda.

Omnes regum, populorumque controversias definire voluit ex legibus Romanorum] „ Ap-
„ paret hoc ex consiliis, quæ passim in vo-
„ luminibus illorum Auctorum exstant; ubi
„ consulti de controversiis Regum &c, per-
„ petuo rationes juris civilis allegant.

Assumtis interdum canonibus] „ Postquam
„ enim sub Lothario II. jura veterum Ro-
„ manorum reviviscerent, & publica aucto-
„ ritate docerentur, Pontifex id obfuturum
„ auctoritati suæ ratus, per Gratianum Mo-
„ nachum Pontificum decreta congessit, & ex
„ veterum Synodorum Canonibus multa in-
„ texuit, quæ Pontificis auctoritatem extol-
„ lere, & confirmare poterant. Et sic ad stu-
„ dium juris antiqui Romani, quod nunc
„ civile vocatur, alterum accessit, quod di-
„ citur Canonicum: cujus patroni deinde in-
„ venti sunt Canonistæ, & Scholastici; *vid.*
„ *Guthberl. Chronol. in Loth. II. & Peucer.*
„ *fol.* 851. *seq.*

Impedimento fuit, quo minus leges illas recte intelligerent] „ Bene tamen inter hos quoque
„ distinguit B. Parens, nam primi interpre-
„ tes corporis Juris ex sola ratione interpre-
„ tabantur leges; sequentes autem indices
„ compilabant, & ex multitudine opinionum
„ omnia decidebant: ex illis aliquid, ex his
„ nihil subsidii esse potest.

Satis solertes alioqui, ad indagandam æqui, bonique naturam] „ i. e. justa statuebant;
„ at rationes ignorabant.

Cum tali consuetudini, quæ nostrorum temporum jus gentium facit, testimonium perhibent] „ Cum dictum jam sit, plane non da-
„ ri jus gentium voluntarium, frustra testi-
„ monium perhiberent illi JCti de jure,
„ quod nec olim exstitit, nec nostris tem-
„ poribus existit.

Ad §. 55.

„ Auctor ait, recentiores JCtos, qui Scho-
„ lasticam subtilitatem cum legum, & cano-
„ num cognitione, etiam in decidendis re-
„ gum controversiis, conjungebant, vix ul-
„ lum usum in disciplina juris universalis ha-
„ bere: eoque refert Covarruviam, & Vas-
„ quium.

Tertii ordinis magistri] „ Qui humanio-
„ res literas cum legum studio conjunxerunt;
„ *vid. §. præced.*

Qui juris Romani finibus se includunt] „ Qui
„ verba legum captant, in rationes non in-
„ quirunt, nedum earum interpretationem in
„ principiis naturæ quærunt.

Scholasticam subtilitatem] „ Cœpit ea an-
„ no circiter 1160; ejusque auctor fuit Pe-
„ trus Lombardus Parisiensis, magister sen-
„ tentiarum dictus, quia composuit quatuor
„ libros sententiarum: *Guthberl. chron. fol.*
„ 404. Quem tum secuti sunt Albertus Ma-
„ gnus, Thomas Aquinas, Johannes Duns
„ Scotus, Wilhelmus Occam &c. Hi dum
„ a lectione Sacrorum Bibliorum longius re-
„ cessissent, & Aristotelis Philosophiam ad
„ Theologiam transtulissent, Sacrarum litte-
„ rarum studium fere aboleverunt; indeque
„ Pontificiæ traditiones invectæ sunt: adeo

„ ut

„ ut in ſcholis nil niſi argutiæ metaphyſicæ, „ & dialecticæ fuerint auditæ : qui abuſus „ etiam ad Jurisprudentiam tranſiit Conf. „ *ſupr.* §. 52.

Ita ut a controverſiis etiam populorum] „ Quaſi auctoritates Canonum, legumque „ Romanarum, diſtinctionibus metaphyſicis „ ſuffultæ, Regibus, populisque legem dare „ valeant.

Hic magna libertate] „ Reſpicit Auctor ad „ doctrinam Vasquii aſſerentis, Principem, „ qui inſontem inſultat, ipſo facto Principem „ eſſe deſinere. *Vid. inf. L.* 2. *c.* 1. §. 9. *n.* „ 2. Quæ ſententia non tantum libera nimis, „ ſed & falſa, & periculoſa admodum eſt.

Modeſtius alter, nec ſine evacto quodam judicio] „ Covarruvias negat, Principem a „ privato, quem lædit, occidi poſſe, *tom.* 1. „ *c.* 3. *f.* 68. *n.* 6: unde merito modeſtiam „ ejus commendat Auctor. Sed & alia juris „ gentium capita circa bellum, & circa jura „ Principis, non ſine judicio tractat.

Hiſtorias magis eidem legum ſtudio] „ Hiſtorias, indeque deſumta exempla, com„ mendavit Auctor, quia jus naturæ aliquo „ modo exinde probari, ait: jus gentium ſem„ per. *Vid. ſupra* §. 46. & §. 54.

Ille perpetuo opere, &c.] „ Scil. in libro, „ quem inſcribit de *republica*: ubi multa „ de ſtatu reipublicæ, ejusque forma; de ju„ ribus Principis; de ſucceſſione regnorum; „ de juribus familiæ; de bellis, & fœderibus „ diſſerit: eaque omnia exemplis gentium „ firmat.

Hic ſparſis quæſtionibus] „ In libro, cui „ nomen, *quæſtionum illuſtrium liber*. Hic „ varias quæſtiones de regnorum ſucceſſio„ ne, *q.* 1. 2. 3. 4; de jure poſtliminii, *qu.* „ 5; de fide ſervanda, *q.* 6. *&c*, proponit, „ & decidit.

Et pronunciata] „ i. e. ſententiæ, ac deciſiones ejus: ſpeciatim in ſucceſſione re„ gnorum.

Sæpe nobis inquirendi veri ſuppeditabunt occaſionem] „ *Vid. L.* 2. *c.* 7. §. 27. & 30.

Ad §. 56

Auctor ait, curam ſibi fuiſſe, ut tractatus ubique perſpicuus, definitiones evidentes, & ordo materiarum facilis ſit, ac denique negotia, & cauſæ, rite diſtinguantur.

Ut definiendi rationes redderem quam maxime evidentes] „ Et unde facile eſſet etiam „ ſi quid omiſſum ab eo eſſet, definire. *Vid.* „ *ſupr.* §. 39. Quo ſucceſſu, partim vidimus, par„ tim in ſequentibus videbimus. Sane, cum „ Grotius ne veram quidem definitionem juris „ naturæ dederit, & jus aliquod *ſociale, natu„ ræque humanæ*, ſemoto Deo, principium „ obligationum fecerit; facile apparet, ex ejus„ modi definitionibus nulla jura, nedum na„ turæ, deduci poſſe. Sed & vidimus, eum „ definitiones finxiſſe juris *divini univerſalis*, „ & *humani, ſeu gentium*; quæ tamen ju„ ra non exiſtunt.

Ordine certo diſponerem] „ Ordo operis ſa„ tis aptus eſt juxta inſtitutum Auctoris: qui „ non totum jus naturæ tradere voluit, ſed „ præcipuam ejus partem, ſcil. *jus belli*. De „ ordine operis vide ſupra §. 33. 34. 35. & „ 38.

Et ut quæ eadem inter ſe videri poterant, nec erant] „ Dixit enim, ſe jus naturæ di„ ſtinxiſſe a jure gentium: utrumque a jure „ civili, §. 40. §. 41. Se in gentium jure diſ„ creviſſe id, quod vere, & ex omni parte jus „ eſt: & id, quod duntaxat effectum exter„ num, ad inſtar illius juris primitivi habet. „ Se ſeparaſſe ea, quæ juris ſunt proprie, „ ac ſtricte ſic dicti: & quæ ex jure naturæ „ humano, ſeu jure naturæ laxiori oriuntur. „ *Vid. ſupr.* §. 41. Se diſcreviſſe ea, quæ „ vere ſunt juris Gentium, ab eis, quæ juris „ ſunt Romani; vel quorundam duntaxat „ populorum. *Vid.* §. 53. At notavimus ibi„ dem, omnia hæc diſcrimina nullum in pru„ dentia juris naturalis uſum habere.

Ad §. 57.

Recte Auctor politicam a jure naturæ diſtinguit. *Jus naturæ* docet, quid Princeps, vel privatus præciſe facere, vel non facere teneatur: *politica* autem, quid eis expediat. Sane, in omni belli, ac pacis negotio, prima ſemper quæſtio ſolet eſſe, an juſte fieri poſſit? altera, an conducat? *Conf. l.* 3. *c.* 12. §. 7. *n.* 1. & *l.* 1. *c.* 3. §. 19.

Quid ex uſu ſit facere] „ i. e. quid utile ſit? „ quid expediat? quid conducat?

Quam recte ita ſolam tractat] „ Politica de„ finitur prudentia inſtituendæ, conſervandæ, „ ac regendæ reipublicæ: Juſtitia vero eſt „ prudentia ſuum cuique tribuendi. Hinc po„ teſt Princeps gravem belli gerendi cauſam „ habere; ſed eam negligere, forte quod non „ expediat ideo bellum inchoare: id vero

„ ex rationibus politicis constare Principi debet. Econtrario, sæpius contingit, Principem ob leviſſimam causam bellum gerere, „ si scil. id ei conducit, alias forte bellum „ non gesturus. Et huc pertinet distinctio inter causam justificam, & suasoriam. *Vid. L.* „ 2. *c.* 1. §. 1. Posterior ad politicam pertinet. *Contra, quam fecit Bodinus*] „ Is artem „ reipublicæ, & in genere quomodo gubernari „ debeat, tradere voluit; adeoque non regulas „ tantum juris, sed & politicas adhibere debuit. *Ejus, quod utile est, feci mentionem*] „ Inprimis hoc fecit toto *capite* 24. *Libri secundi*: ubi monita suppeditat, de non temere, etiam ex justis causis, suscipiendo bello. Add. *l.* 3. *c.* 25.

Ad §. 58.

Ad *ullus nostri seculi controversias*] Periculosa res est de Principum controversiis judicium ferre; neque privati est, tale judicium sibi arrogare; nisi vel Principis sui jura defendat, vel de controversiis præteritis judicium ferat.

Figuras a corpore semotas] „ Adeoque quæ „ in idea, & solo conceptu mentis consistunt. Nam mathematicæ disciplinæ a materia omni formas separant, uti Auctor ait, „ *L.* 2. *c.* 23. §. 1.

Ad §. 59, 60, & 61.

„ Auctor tribus his posterioribus §§§. ait „ 1. se dicendi genere conciso usum esse: „ addo, & Latio, & elegante. 2. Se Scriptorum verba aliquando allegasse. 3. Se „ eandem, qua ipse usus est, libertatem judicandi, & monendi omnibus concedere. „ Et tandem cavet, quod si quædam religioni, vel veritati contraria dixit, ea pro „ non dictis habere velit.

CAPITA

LIBRI PRIMI.

I. *Quid Bellum, quid Jus?* Tom. I. Pag. 1
II. *An bellare unquam justum sit.* 76
III. *Belli partitio in publicum, & privatum. Summi imperii explicatio.* 162
IV. *De bello subditorum in Superiores.* 330
V. *Qui bellum licite gerant.* 388

LIBRI SECUNDI.

I. *De belli causis, & primum de defensione sui, & rerum.* Tom. II. 1
II. *De his quæ hominibus communiter competunt.* 53
III. *De acquisitione originaria rerum: ubi de mari & fluminibus.* 119
IV. *De derelictione præsumta, & eam secuta occupatione: & quid ab usucapione & præscriptione differat.* 163
V. *De acquisitione originaria juris in personas: ubi de jure parentum: de matrimoniis: de collegiis: de jure in subditos, & servos.* 200
VI. *De acquisitione derivativa facto hominis: ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.* 339
VII. *De acquisitione derivativa, quæ fit per legem: ubi de successionibus ab intestato* 366
VIII. *De acquisitionibus, quæ vulgo dicuntur juris Gentium.* 467
IX. *Quando imperia, vel dominia desinant.* 521
X. *De obligatione, quæ ex dominio oritur.* 557
XI. *De promissis.* 583
XII. *De contractibus.* 655

LOCI

In Tomo I. & II. ſpecialiter explicati, aut examinati, aut emendati.

TOMO PRIMO

Ex Sacris Litteris:

VETERIS TESTAMENTI.

	Caput	Verſ.	Pag.
Geneſis	IV.	14.	83
——	IX.	5, 6.	82
——	XIV.	20.	80
Exodus	XVII.		80
——	XXII.	2.	164
——	XXXIV.	6.	343
Deuter.	XVII.	12. & 14.	333
——	XX.	10. & 15.	80
Judic.	III.	15.	354
I. Reg.	VIII.	11.	333
I. Paralip.	XIX.	11.	203
——	XXIII.		353
——	XXVI.	32.	203
Pſalm. II.			89
Eſaias	II.	4.	95
Jerem.	XXXVIII.	5.	203

NOVI TESTAMENTI.

	Caput	Verſ.	Pag.
Matth.	V.	17, 27, 30.	96
——	——	21. & *ſeq.*	87
——	——	38. & *ſeq.*	96
——	——	39.	164
——	——	44. & *ſeq.*	92
——	XI.	13.	91
——	XXII.	20.	354
——	XXVI.	54.	167
Act. Ap.	VIII.	27.	18
——	X.	2.	17
——	XVII.	4.	*ibid.*
Ad Rom.	III.	27.	88
——	VII.	14.	*ibid.*
——	X.	5.	21
——	XII.	17.	101
——	XIII.	1.	90
——	——	2. & 45.	333
——	——	3, 4, 6. 94 &	100
II. ad Cor.	X.	3.	102
Ad Gal.	III.	25.	21
Ad Epheſ.	VI.	12.	102
I. ad Tim.	II.	1, 2, 3.	88
Ad Hebr.	VII.	16.	*ibid.*
——	——	19.	21
——	VIII.	7.	*ibid.*
——	XI.	32, 33.	80
Jacob.	IV.	1.	102
I. Petri	II.	17, 18.	336
I. Joh.	III.	16.	87

Ex Theologis.

Synodus Nicæenſis Can. XII. 110
Synodus Arelatenſis I. Can. III. 113
Leonis Epiſtola. 112
Auguſtinus de libero arbitrio. 165
Franciſcus Victoria relectione de Indiis: & de Jure Belli. 170

Ex Jure.

Lex Solonis. 164
Lex XII. Tabularum. 98 & 164

Ex Digeſtis.

De Juſtitia & Jure, l. ex hoc jure. 82
L. 1. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. 81
De Furtis l. 1. 9
De Verborum ſignificationibus, l. probrum. ibid.

Ex Codice.

Quando Imperator inter pupillos cognoſcat. 200

Ex Juriſconſultis.

Guil. Barclajus adverſus Monarchomachos VI. 23, 24. 341

Ex Philoſophis.

Ariſtoteles Nicomachiorum V. 7 & 13
—— *Politicorum IV.* 14. 173

Ex Hiſtoricis.

Eucherius in hiſtoria Martyrum Agaunenſium. 348 & ſeq.

TOMO SECUNDO.

Ex Sacris Litteris:

VETERIS TESTAMENTI.

	Caput	Verſ.	Pag.
Geneſis	XXV.	6.	375
——	XXXVIII.	24, 39.	591
Exodus	XXII.	2.	13
Levitic.	XVIII.	24,25,27.	211
Numer.	XX. & XXI.	——	64

NOVI TESTAMENTI.

	Caput	Verſ.	Pag.
I. ad Cor.	V.	1.	212
——	VII.	21.	226
——	VII.	36.	208
II. ad Cor.	XI.	3.	55
——	XII.	14.	372
Ad Galat.	IV.	1.	121
Ad Epheſ.	VI.	5.	226
Ad Col.	III.	22.	*ibid.*
Ad Tit.	II.	9.	*ibid.*
I. Petri	II.	16.	226

Ex Theologis.

Concilium Toletanum. 217
Auguſtinus de libero arbitrio. 16
C. ſi quis ſervum XVII. quæſt. 4. 226
Franciſcus Victoria relectione de Indis : & de Jure Belli. 71

Ex Jure.

Lex Solonis. 14
Lex XII. Tabularum. 13

Ex Digeſtis.

De diviſione rerum, l. quædam. 122
Ad l. Aquil. l. quemadmodum, §. Item. 60
Depoſiti l. bona fides. 559
II. De legatis & fideicommiſſis, l. cum ita legatum, §. in fideicommiſſo. 387
Si tabulæ teſtamenti nullæ exſtabunt, unde liberi, l. ſcripto §. 1.
De acquirendo rerum Dominio l. quod in littore. 122
l. in agris limitatis. 129
Ne quid in loco publico, vel itinere fiat, l. littore. 123
De diverſis temporum præſcript. l. ſi quiſquam. ibid.
De incendio, ruina, naufragio, l. quo naufragium §. quod ait. 60
Ad legem Corneliam de ſicariis, l. furtum. 14

Ex Codice.

De Judæis, l. non dubium. 218

Ex Inſtitutionibus.

De rerum diviſione §. 1. 122

Ex Juriſconſultis.

Didacus Covarruvias in Clem. ſi furioſus : de Homicidio parte III. §. 1. 7
Franciſcus Comanus commentariorum Juris Civilis lib. I. *cap.* 6. & lib. V. *cap.* 1. 583
lib. III. *cap.* 6. 472 & 477

Ex Philoſophicis.

Plato, de legibus IX. 13
Xenophon I. *Socraticorum* IV. 210
Plutarchus quæſtionum Romanarum CVIII. 209

Ex Hiſtoricis.

Livius V. 70
Tacitus hiſtoriarum III. 523
Plinius VIII. Epiſtola ad Ariſtonem. 220

HUGONIS

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Quid Bellum, quid Jus ?

I. *Ordo operis.*
II. *Belli definitio, & origo nominis.*
III. *Jus pro attributo actionis describitur, & dividitur in Rectorium & Æquatorium.*
IV. *Jus pro qualitate dividitur in facultatem & aptitudinem.*
V. *Facultatis sive juris stricte dicti divisio in potestatem, dominium, creditum.*
VI. *Facultatis alia divisio : in vulgarem & eminentem.*
VII. *Aptitudo quid ?*
VIII. *De justitia expletrice & attributrice : easque proprie non distingui per proportionem Geometricam & Arithmeticam : nec quod hæc circa res communes, illa circa res singulorum versetur.*
IX. *Jus pro regula definitur, & dividitur in naturale & voluntarium.*
X. *Juris naturalis definitio, divisio, & distinctio ab his quæ non proprie sic dicuntur.*
XI. *Instinctum cum aliis animantibus communem, aut proprium hominibus, non facere aliam juris speciem.*
XII. *Quomodo probetur jus naturale.*
XIII. *Juris voluntarii divisio in humanum & divinum.*
XIV. *Jus humanum dividitur in civile, civili arctius, & civili latius, quod est jus Gentium : ejus explicatio, & quomodo probetur.*
XV. *Jus divinum dividitur in universale & unius populi proprium.*
XVI. *Jure Hebræorum nunquam obligatos fuisse alienigenas.*
XVII. *Quæ argumenta Christiani petere possint ex lege Hebræa, & quomodo.*

I. CONTROVERSIÆ + eorum [1] quos nulla juris civilis tenet communio, + quales sunt & qui [2] in gentem nondum coierunt, + & qui inter se diversarum sunt gentium, + tum (aa) privati, + tum Reges ipsi, + quique par Regibus jus obtinent, + sive illi [3] optimates sunt, sive populi

GRONOVII NOTÆ.

1 *Quos nulla juris*] i. e. qui non sunt ejusdem Reip., qui communi legum vel civitatis sponsione, ut loquitur JCtus seu lex 2. D. *de legibus*, non tenentur, neque judicem eundem agnoscunt.

2 *In gentem nondum*] Ut Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, solutum atque liberum, *Sallust.* Catilin. 6. Apud eundem Gætuli & Libyes, asperi incultique, neque moribus, neque lege aut imperio cujusquam regebantur. Jugurth. 18. Et ex eadem Africa, qui in familias passim & sine lege dispersi nihil in commune consultant. *Melæ* 1, 8. Adde *Ciceronem* de Invent. 1, 2 infra 1, 2, 2. In sacris literis. Patriarchæ sub tentoriis habitantes, & hoc tempore multi Arabum.

3 *Optimates*] Aristocratia, Democratia, ut *Venetiæ*.

(aa) Scilicet ubi in loco, qui nullius est, aliquid negotii inter se habent. Vide infra, Lib. II. Cap. XI. §. 5. num. 3. *J. B.*

puli liberi, + aut ad belli, aut ad pacis tempora pertinent. + Sed quia bellum pacis causa suscipitur, + & nulla est controversia unde non bellum oriri possit, occasione bellici juris, quæcunque tales incidere solent controversiæ, recte tractabuntur: ipsum deinde nos bellum + ad pacem, ut finem suum, deducet.

II. 1. De + Belli ergo jure acturi, videndum habemus, + quid bellum sit, de quo quæritur: + quid jus, quod quæritur. + Cicero dixit Bellum 4 certationem per vim. Sed usus obtinuit, + ut [a] non actio, sed status eo nomine indicetur, ita ut sit 5 Bellum status per vim certantium, 6 qua + tales sunt: + quæ generalitas omnia illa bellorum genera comprehendit, de quibus agendum deinceps erit: + neque enim 7 privatum hic excludo, + ut quod reipsa 8 prius sit 9 publico, & haud dubie cum publico + communem habeat naturam, + quæ propterea uno eoque proprio nomine signanda est.

2. Neque + hujus nominis origo repugnat; + est enim bellum ex voce veteri duellum, ut duonus quod fuerat factum est bonus, & duis bis. 10 Duellum autem + à duobus dictum simili sensu, + quo pacem unitatem dicimus. Sic Græcis ex multitudinis significatione 11 πόλεμος: veteribus etiam 12 λύη + à dissolutione, quomodo & corporis dissolutio + δύη (bb).

3. Ne-

GROTII NOTÆ.

a *Non actio, sed status*] *Philo* 11. de legibus specialibus: [pag. 790. *Edit. Paris.*] ὥσπερ γὰρ οἶμαι πολεμίως ἃ μόνον τὰς ἤδη ναυμαχοῦντας ἢ πεζομαχοῦντας νομιστέον, ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς ἑκάτερον παρεσκευασμένας, καὶ τὰς ἐλεπόλεις ἐφιστάντας τοῖς λιμέσι καὶ τείχεσι, κἂν μὴ συμπλέκωνται, κρίνομεν. *Hostes non soli existimantur, qui jam navali aut terrestri prælio certant, sed pro talibus habendi & qui machinas admovent portubus aut mœnibus, etiamsi nondum pugnam incipiunt.* *Servius* ad illud primæ Æneidos, (vers. 545.)

nec bello major & armis.

Bellum & consilium habet: arma tantum in actu ipso sunt. Idem ad VIII. (vers. 547.) *Bellum est tempus omne, quo vel præparatur aliquid pugnæ necessarium, vel quo pugna geritur. Prælium autem dicitur conflictus ipse bellorum.*

GRONOVII.

4 *Certationem per vim*] Nam alias certatur res controversa, & decernitur aliis quoque modis, veluti per sententias & calculos, ut in foro apud judices; per suffragia, ut in comitiis populorum; denique & per sortem, ut quis quam provinciam habere, quis judicare debeat. *Cic.* 1. de Offic. 11. *Cum sint duo genera decertandi, alterum per disceptationem, alterum per vim.* [Vide PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. XIII. ubi agit de aliis modis litigandi in statu libertatis naturalis. *J. B.*]

5 *Bellum status*] i. e. Conditio certa populorum. Explicatio hæc Tullianæ definitionis est, non alia definitio. Neque enim *Cicero* per certationem intellexit actionem vel actum unum, velut aciei, oppugnationis, vastationis; sed durantem temporis tractum, quo diffidetur, & pro occasionibus aut comparatur vis aut fit, aut cavetur atque eluditur. Bellum est tempus & conditio manibus atque armis, quod habent controversiæ, decernentium, donec victoria aut colloquio transigatur.

6 *Qua tales sunt*] Sc. certantes, vel quatenus certant; non quatenus aliquid agunt ad certamen non pertinens: quatenus exercent eum statum aut gerunt aliquid rerum ei convenientium, vel quod sit certantium officii aut moris, (nam per bellum alia aguntur quæ id non spectant.) [Respicit Auctor pacta, quæ inter hostes, durante statu hostili, fiunt, nec minus tamen sanctè observari debent, quàm extra bellum: de quo, suo loco, plenè acturus est. *J. B.*]

7 *Privatum*] Quoties singuli paucive, nullo justo imperio præditi, armis inter se depugnant, (ut viator contra latronem.)

8 *Prius sit*) *Horat.* 1. Sat. 3. *Cum proreperunt primis animalia terris, Mutum & turpe pecus glandem atque cubilia propter Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus.* (Vers. 99. & *seqq.*

9 *Publico*] Prius enim certabant homines, quam in civitatem coierunt.

10. *Duellum*] Etymologia *Ciceronis* in Orat. c. 45. & *Varronis* in *perduelles* 6. de L. L. (pag. 74. *Ed. H. Steph.* Adde *Quintil.* Instit. Orat. Lib. 1. Cap. IV. *J. B.*)

11 Πόλεμος] q. à πολύς.

12 Λύη] Στάσις· μάχη, διαφορά· à dissolutione. Δύη autem, δυστυχία· ἔνδεια· πόνος· παλαιπωρία· δυσπάθεια· quævis infelicitas.

(bb) Ita habent omnes Edd. & nihil mutandum. In animo habuit Etymologiam vocis λύπη

à

3. Neque + usus (cc) vocis laxiorem hanc notionem repudiat. Quod si quando belli nomen publico tantum tribuitur, + nihil id nobis obstat, cum certissimum sit, [13] nomen + generis sæpe speciei, præsertim excellentiori, peculiariter adhæresce re. + Justitiam in definitione non includo, quia hoc ipsum in hac disputatione quærimus, sitne aliquod bellum justum, & quod bellum justum sit. + Distingui autem debet id, quod quæritur, ab eo de quo quæritur.

III. 1. De + jure belli cum inscribimus hanc tractationem, primum + hoc ipsum [14] intelligimus, quod dictum jam est, sitne bellum aliquod justum, + & deinde quid in bello justum sit? Nam + jus hic nihil aliud quam [15] quod + justum est significat, + idque negante magis sensu quam ajente, + ut jus sit [16] quod injustum non est. + Est autem injustum, quod naturæ societatis ratione [17] utentium [18] repugnat. + Sic alteri detrahere sui commodi causa, contra naturam esse dicit [a] Cicero, atque ita probat, + quia si id fiat, societas hominum & communitas evertatur necesse sit. Hominem homini insidiari nefas esse, evincit [b] Florentinus +, quia + cognationem quandam inter nos constituerit natura. [c] Seneca + : *ut omnia inter se membra consentiunt, quia singula servari totius interest; ita homines singulis parcent, quia ad cœtum* [19] *geniti sumus.* [b] *Salva enim esse societas nisi amore & custodia partium non potest.*

2. + Sicut autem societas [c] alia est sine inæqualitate, + ut inter fratres, + cives, + amicos, + fœderatos: + alia inæqualis, [20] *καθ' ὑπεροχὴν* [d] Aristoteli, ut + inter patrem & liberos, + dominum & servum, + regem & subditos, [d] Deum + & [a] De Officiis, Lib. III. c. 5. [b] *L. ut vim* 3. *D. de Just. & Jur.* [c] *De Ira l.* II. c. 31. [d] *Ethic. ad Nicom.* Lib. VIII. c. 8.

[a] PLATONE traditam, ἀπὸ τῆς διαλύσεως τῷ σώματος, ἣν ἐν τάφῳ τῷ παθεῖ ἔοικε τὸ σῶμα. In *Cratyl.* p. 419. T. I. *Ed. H. Steph.* Ad hoc exemplum, τὸ Δύη, quod, inter alia, per λύπη, exponitur, Auctor noster, veteris Philosophiæ placitis innutritus, secundum quam *Dolor* est *solutio continui*, ἀπὸ τῷ δύω deduxit: *dissolutionem* partium *corporis* ita opponens *dissolutioni* seu diffidio *animorum*, quod innuit vox Λύη, nullibi, quod quidem sciam, alio sensu usurpata. *J. B.*

(cc) Vide. e. g. *Horat.* Sat. I. 3. 107. *Terent.* Eunuch. Act. I. Scen. I. vers. 16. *J. B.*

GROTII.

[b] *Salva enim esse societas nisi amore & custodia partium non potest*] *Seneca* idem epistola XLVIII. *Hæc societas diligenter & sanctè colenda est, quæ nos omnes omnibus miscet, & judicat aliquod esse commune jus generis humani.* Videri potest hac de re *Chrysostomus* I. Cor. XI, 1. [Tom. III. pag. 405, 406. *Edit. Savil.*]

[c] *Alia est sine inæqualitate*] Ut in Grammaticis alia *constructio convenientiæ*, alia *regiminis*.

[d] *Deum & homines*] De hac societate vide *Philonem* in ἐξηγήσει Νώε. (pag. 281, 282. *Edit. Paris.*) Habet & *Plutarchus* quædam in Numa. (pag. 62. Tom I. *Ed. Wech.* Potuisset Auctor addere locum *Ciceronis*, longè luculentiorem, & aptiorem, quem reperies *De Legib.* Lib. I. Cap. 7. *J. B.*)

GRONOVII.

[13] *Nomen generis*] Ut quum JCti. *adoptionem* dividunt in *arrogationem* & *adoptionem*: *Aristoteles* πολιτείαν in μοναρχίαν, ἀριστοκρατίαν, πολιτείαν. Vide *Voss.* de Constructi. c. 24. Sic & JCti *adoptionem* distinguunt in *arrogationem* & *adoptionem* specialius dictam. Sic *cognatos* in *agnatos* & *cognatos*. (Vide Auctorem infra, II. 16. 9.)

[14] *Intelligimus*] scil. nos quæsituros vel hoc disputaturos.

[15] *Quod justum*] i. e. pro facto concessio & non improbato. *Plaut.* Cistel. I, 1, 2. *jus fasque est.* Persa I, 3, 26. *jus est.* XII. Tabb. *Paterfamilias uti legassit super pecuniæ tutelave rei suæ, ita jus esto.* (Immo, *super pecuniæ tutelæve suæ*, ut habet L. 53. D. *De Verb. signific.* in Edit. Florent. *J. B.*

[16] *Quod injustum non est*] i. e. quod licet, quia lege nulla prohibetur: quod sine culpa & injuria facere possis.

[17] *Utentium*] Hominum.

[18] *Repugnat*] Verba *Cic.* I. Off. 16.

[19] *Geniti*] Quia homini naturalis appetitus societatis.

[20] Ὑπεροχὴν] Ubi altera pars contrahentium superior, altera inferior.

+ & homines: + ita juſtum aliud eſt [21] ex æquo inter ſe viventium, + aliud ejus [22] qui regit & qui regitur, + qua tales ſunt: quorum hoc jus+ Rectorium, illud + Æquatorium recte, ni fallor, vocabimus.

IV. Ab + hac juris ſignificatione + diverſa eſt altera, (dd) ſed + ab hac ipſa veniens, + quæ ad perſonam refertur: + quo ſenſu [23] jus eſt [24] Qualitas moralis + perſonæ competens + ad aliquid juſte habendum vel agendum. Perſonæ competit hoc jus, + etiamſi rem interdum ſequatur, + ut ſervitutes [25] prædiorum, + quæ jura realia dicuntur, + comparatione facta ad alia mere perſonalia; + non quia non ipſa quoque perſonæ [26] competant, + ſed quia non alii competunt, quam qui rem certam [27] habeat. + Qualitas autem moralis perfecta, [28] facultas nobis dicitur, minus perfecta, [29] aptitudo: + quibus reſpondent in naturalibus, [30] illi quidem actus, huic autem potentia.

V. + Facultatem + Juriſconſulti [31] nomine ſui appellant, + nos poſthac jus proprie aut ſtricte dictum appellabimus: + ſub quo continentur + poteſtas, tum [32] in ſe, e + quæ libertas dicitur, + tum in alios; ut patria, dominica: f [33] + Dominium, (ee) + plenum ſive + minus pleno, ut [34] uſusfructus, jus [35] pignoris: & [36] creditum +, (ff) cui ex adverſo reſpondet debitum +.

VI. + Sed hæc facultas + rurſum duplex eſt: [37] vulgaris + ſcilicet, quæ uſus particularis cauſa comparata eſt; & [38] eminens +, quæ ſuperior eſt jure vulga-

GROTII.

e *Quæ libertas dicitur*] Quam propterea facultatis nomine optime definiunt Romani Juriſconſulti.

f *Dominium*] *Jus pro Dominio*, Scholiaſtes ad *Horatium*. (Vid. 11. Ep. 2. 174. & 11. Sat. 3. 217. *J. B.*)

GRONOVII.

21 *Ex æquo*] Ut omnibus inter ſe liceant eadem, eadem non liceant, vel, quo omnes ex æquo inter ſe vivere & agere naturæ aut ſocietati placuit.

22 *Qui regit*] Ut liceat majori in minorem, quod non licet minori in majorem aut in parem. Sic Cyrus *feciſſe ſe ut regem* reſpondebat. *Juſtin.* I. 5.

23 *Jus eſt*] Pro auctoritate, ut in XII. Tabb. *rei furtivæ æterna auctoritas*, pro re incorporali, quæ poſſidetur vel acquiritur ab eo cujus eſt. Sic *jus obtinere*, *Plaut.* Caſin. 1, 2, 22. *Cic.* pro Quinct. 9. 1. Ver. 26. *jus uſurpare*, *Liv.* 3, 71. & 5, 12. *jus experiri*, pro Cæcina 12. pro Sext. 42. *Tacit.* 3. ann. 36. *impertiri tralaticium jus. Sueton.* Oct. 10.

24 *Qualitas moralis*] i. e. moribus & legibus fundata vis, copia, licentia.

25 *Prædiorum*] Vide *Inſtit.* l. 1. tit. 2. de ſervit. prædiorum.

26 *Competant*] Jura realia.

27 *Habeat*] Domino ſcil. prædii.

28 *Facultas*] i. e. rei.

29 *Aptitudo*] i. e. meritum. *Metus à prætore receſſi.* Perſius. (Locus iſte, qui eſt è Sat. v. 88. non huc pertinet, ſed ad §. ſeq. ubi *Libertas* dicitur *poteſtas* quam quis *in ſe* habet. *J. B.*)

30 *Illi*] Facultati.

31 *Nomine ſui*] Sic *Suum*, *quod vindicari poteſt.* l. 27. §. 2. D. de aur. arg. Sic *Suum cuique tribuere. Suum recipere.* l. 7. §. 6. D. Quæ in fraud. cred. *Suum conſequi.* l. 15. §. 5. de re judic. *Sua tutela.* l. 50. pr. de leg. 3. *Suus hæres. Sui ſervi & ancillæ.* l. 73. de leg. 3.

32 *In ſe*] Ut quis ſit ſui juris l. 50. pr. de leg. 3. in ſuam tutelam & in ſuam poteſtatem. *Plaut.* Perſa 4, 3. Ita *ancillæ mea quæ fuit hodie, ſua nunc eſt.* Curt. 5, 6. *Tandem ſuis rex corporibus & cultu fœminarum abſtineri juſſit.* (Vid. GRONOV. ad *Livium*, XXVII. 24.

33 *Dominium*] Sic *ſuum cuique tribuere*, in juris præceptis.

34 *Uſusfructus*] Cum alienis rebus utimur fruimur, ſalva illarum ſubſtantia.

35 *Pignoris*] Quod datur in ſecuritatem crediti.

36 *Creditum*] Quod alicui mutuum datum. Sic *Suum recipere.* l. 7. §. 6. quæ in fraud. cred. *Suum conſequi.* l. 15. §. 7. de Re jud.

37. *Vulgaris*] Privatorum facultas in bonis ſuis.

38 *Eminens*] Publica & magiſtratuum, facultas reip. aut ſummæ poteſtatis in privatorum bonis.

(dd) Confer. PUFENDORF. De Jur. Nat. & Gent. *Lib.* 1. Cap. 1. §. 19. 20. *J. B.*

(ee) Confer. PUFENDORF. De Jure Nat. & Gent. *Lib.* IV. *Cap.* IV. §. 2. *J. B.*

(ff) Voces *Creditum* & *Debitum*, non tantum ſpectant, ex mente Auctoris, id quod ex qualibet cauſſa, etiam ex delicto, debetur, *L.* 11. 12. D. *De verb. & rerum ſignif.* (vid. infr. *Lib.* 11. *Cap.* 1. §. 2. & *Cap.* XVII. §. 1.) Sed etiam *jus puniendi*, & *obligationem ad pœnam*, heic complectuntur. Vid. Prolegom. §. 8. *in fin.* & *Lib.* III. *Cap.* XIII. §. 1, 2. *J. B.*

GRONO-

vulgari, + utpote 39 communitati competens in 40 + partes & 41 res partium, + boni communis causa. + Sic regia potestas sub se habet & 42 patriam & dominicam potestatem: sic g in res singulorum + majus est dominium Regis ad bonum commune, quam dominorum singularium: sic 43 reipublicæ quisque ad usus publicos magis obligatur, quam creditori.

VII. Aptitudinem vero h 44 ἀξίαν, + id est 45 dignitatem vocat [a] Aristoteles. Michael Ephesius, id quod + secundum eam æquale dicitur, interpretatur τὸ προσαρμόζον & τὸ πρέπον, + *id quod convenit.* [a] L.V. *Nicom.* c. 6.

+ VIII. 1. + Facultatem 46 respicit justitia 47 expletrix, + quæ propriè aut strictè

GRONOVII.

39 *Communitati*] Reipublicæ & rempublicam tenenti.

40 *Partes*] In ipsos subjectos.

41 *Res*] Patrimonia subjectorum.

42 *Patriam & dominicam*] & eas potest intendere, ut Romæ; vel remittere, ut Athenis.

43 *Reipubl. quisque*] Hinc illud *Liv.* 23, 14. *Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicati in vinculis essent, qui eorum milites apud se fierent, eos noxa pecuniaque se exsolvi jussurum.* Idem lib. 26, 35. *Servos agricultores rempublicam abduxisse, nunc ad militiam parvo ære emendo, nunc remiges imperando, si quod cui argenti æriſve fuerit, stipendio remigum & tributis annuis ablatum.*

44 ἀξίαν] i. e. meritum. *Aptitudinem* barbare vocat vulgus.

45 *Dignitatem*] Expressit vocem Gr. sed melius reddidisset *meritum.* Voce autem *dignitatis* in simili re supra utitur. Sic & ipse appellare debuit, omissa voce *aptitudinis*, quam sine dubio refugerunt Romani. *Victorinus* in Rhet. Cic. de inventione: *Justitia est habitus animi ita informatus, ut omnibus rebus tribuat dignitatem.* i.e. suum. *Sueton.* Jul. 41. *Commendo vobis illum & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant. Sallust.* Catil. 35. *fructu laboris industriæque meæ privatus statum dignitatis non obtinebam.* Et quemadmodum Facultati *Suum*, sic Dignitati subjicere poterat *Meritum.*

46 *Facultatem respicit Justitia expletrix*] Expletricem dicit justitiam, quam vulgo commutativam vocant, opinor, inde, quod per eam expletur & satisfit cuique pro eo, quod ab illo accipimus: nam *explere* Latinis interdum est *satisfacere*, ut apud *Justinum*: (Lib. V. Cap. 4. n. 16.) *explent detrimenta muneribus, contumelias honoribus, execrationes precibus.* Hoc facile tolero: sed quod idem statuit nimis arctum vocabulum συναλλακτικῆς, id est, *contractoriæ*, sive *commutatoriæ*, vel, ut vulgo loquuntur, *commutativæ*, id probare argumento non videtur. Nam, inquit, ut possessor meæ rei eam mihi reddat, non est ἐκ συναλλάγματος, & tamen ad hanc justitiam pertinet. At Aristotelici omnino dicunt hoc quoque esse ἐκ συναλλάγματος, sive *ex contractu.* Nam ut jurisconsuli contractus alios faciunt justos, alios quasi contractus, ut negotiorum gestionem, tutelam, rem communem sine inita societate &c. Sic *Aristoteles* lib. 5. Eth. cap. 5. contractus ait esse alios voluntarios, alios involuntarios: & illos quidem, emtionem, venditionem, mutationem, sponsionem, fœnerationem, depositum, locationem, conductionem: hos autem, alios clandestinos, ut furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, servi corruptelam, cædem dolo factam, falsum testimonium: alios violentos, ut flagellationem, vincula, mortem, rapinam, convitium, contumeliam. Palam est calsum, quem objicit auctor, ad hoc genus ἀκούσιον sive *involuntarium* pertinere. (Potuisset addere Vir Doctissimus, τὸ Συνάλλαγμα, apud *Aristotelem*, non significare fundamentum obligationis ex hac Justitia oriundæ, sed tantum rem ipsam, circa quam versatur Justitia, quæ propterea dicitur Δικαιοσύνη vel Δικαιον, τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν, Lib. V. Cap. 5. τὸ διορθωτικόν, ὅ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι, ἢ τοῖς ἑκουσίοις, ἢ τοῖς ἀκουσίοις. Cap. 7. Sed parum refert, quid sensit Stagyrita, cujus divisio non accuratè respondet divisioni Auctoris nostri, & à plerisque jam negligitur. Vide *Pufendorf.* 1. 7. 12. *J. B.*)

47 *Expletrix*] Quæ alias *commutativa* seu *correctiva*, & respicit illud *suum.*

GROTII.

g *In res singulorum majus est dominium regis*] *Philo* περὶ Φυτουργίας. (p. 222. Edit. Paris.) ἢ μὲν ἀργυρός τε ἢ χρυσὸς ἢ ὅσα ἄλλα κειμήλια παρὰ τοῖς ἀρχομένοις θησαυροφυλακεῖται, τῶν ἡγουμένων μᾶλλον ἢ τῶν ἐχόντων ἐστίν· *Certe argentum, aurum, & quæ pretiosa alia apud subditos custodiuntur, eorum qui regnant magis sunt quam possidentium.* Plinius Panegyrico: (cap. 27.) *cujus est quidquid est omnium, tantum ipse, quantum omnes, habet.* Et mox: *Ecquid Cæsar non suum videat?* (cap. 50. qui locus tamen malè adfertur & aptatur. *J. B.*) Adde *Sarisberiensem* in Policratico lib. VI. c. 1. (p. 335. Ed. Lugd. Bat. 1639.)

h Ἀξίαν] *Cicero* de Officiis 1: (Cap. 17.) *Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officii, principes sint, patria, & parentes, quorum beneficiis maxime obligati sumus; proximi liberi, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium, deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum etiam communis plerumque fortuna est: quamobrem neces-*

ſtrictè juſtitiæ nomen obtinet, 48 συναλλακτικὴ + Ariſtoteli, 49 nimis + arcto vocabulo, + nam ut poſſeſſor 50 meæ rei eam mihi reddat, 51 non eſt ἐκ συναλλάγματος, + & tamen ad eandem hanc juſtitiam pertinet: + itaque 52 ἐπανορθωτικὴν idem felicius dixit. + Aptitudinem reſpicit 53 attributrix, + quæ Ariſtoteli διανεμητικὴ, + comes earum virtutum, + quæ aliis hominibus utilitatem adferunt, ut + liberalitatis, + miſericordiæ, + providentiæ rectricis.

2. Quod vero idem Ariſtoteles ab expletrice ait reſpici 54 + proportionem 55 ſimplicem, quam ἀριθμητικὴν vocat; ab attributrice autem 56 comparatam, quam + γεωμετρικὴν appellat, quæ ſola apud Mathematicos i nomen habet + proportionis; + ex eorum genere eſt quæ ſæpe locum habent, non ſemper: neque verò per ſe juſtitia expletrix ab attributrice + differt tali proportionum uſu, ſed materia circa quam verſatur, ut jam diximus. + Itaque & contractus ſocietatis expletur proportione comparata, & 57 ſi unus tantum aptus inveniatur ad munus publicum, + non alia quam ſimplici 58 commenſione attributio fiet.

3. Ne-

ſaria præſidia vitæ debentur iis maxime, quos ante dixi. Vita autem victuſque communis, conſilia, ſermones, cohortationes, conſolationes, interdum etiam objurgationes in amicitiis vigent maxime. Vide quæ infra dicentur libro II, cap. VII. §. IX, & X. *Seneca* de Beneficiis libro IV. c. II. ubi de teſtamentis agit: *Quærimus digniſſimos, quibus noſtra tradamus*; ipſum locum vide. Adde *Auguſtinum* de Doctrina Chriſtiana lib. I. cap. XXVIII, & XXIX.

i *Nomen habet proportionis*] Habitudinis comparationem vocat *Caſſiodorus*. (Locus exſtat in Lib. *De Dialectic.* pag. 408. *Ed. Paris.* 1589. *In proportione*, inquit, *non eſt ſimilitudo rerum, ſed quædam* HABITUDINIS COMPARATIO. *J. B.*) Eſt hujus proportionis, qua Juſtitia attributrix uti ſolet, non incommoda apud *Homerum* deſcriptio. (Iliad. XIV, 382.

Ἔφλα μὲν ἐφλὸν ἔδωκε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν.

Præſtanti dabat hic præſtantia, vilia vili.

GRONOVII.

48 Συναλλακτικὴ] Quaſi diceretur *contractoria.*

49 *Nimis arcto*] Quaſi non ſufficiat denominationes à potiore ſumi. 3, 3, 2.

50. *Meæ rei*] Qui meam rem me inſcio, quacunque occaſione, poſſedit.

51 *Non eſt ἐκ συναλλάγματος*] Imo ex contractu ἑκουσίῳ, ut appellat *Ariſtoteles* 5. Eth. 5. non voluntario, fortuito, &, ut JC. loquitur, ex quaſi contractu. Dein eſt tacitum pactum omnium hominum poſt inventa dominia privata, ut cuique maneat & reſtituatur ſuum.

52 Ἐπανορθωτικὴν] *correctivam.*

53 *Attributrix*] *Diſtributiva.* Alibi dicit *aſſignatricem* 2, 27, 2.

54 *Proportionem ſimplicem*] Dicit Arithmeticam, cum numeri diſtant paribus intervallis, ut duo, quatuor, ſex, octo; vel tres, ſex, novem, duodecim; nam illic ubique duo, hic tres numeri interſunt. *Comparatam* Geometricam, cum quoties primus numerus in ſecundo, toties tertius in quarto: ut tria, ſex, duodecim: nam quoties tria ſunt in ſex, toties ſex in duodecim. Contractum ſocietatis fieri proportione comparata Ariſtotelicorum filii non concedent ei, niſi ſit ſocietas, quam JCti vocant Leoninam ex *Æſopi* fabula. Princeps Arauſionenſis de mille aureis collatis in Indicas ſocietates, in diſtributione redituum, non teruncium accipit amplius quam privati. Quum vero in ſocietate alicui major pars lucri datur propter eximiam operam, aut artem, quam adfert ad lucrum quærendum, non tamen intervenit Geometrica proportio, quia non habetur reſpectus perſonæ, ſed rei quam in commune confert, idque accipit ex pacto. Itaque ibi quoque Arithmeticum par pro pari datur hoſtimentum, opera pro pecunia, ut loquitur *Plautus*. Vide *Hornejum* lib. 3. Ethic. cap. 12. num. 14. [At vero Auctori noſtro rationem ejus, quod dicit, conſtare, in Notis Gallicis oſtendimus *J. B.*]

55 *Simplicem*] Cum diſtant numeri paribus intervallis, ut 2, 4, 6, 8. vel 3. 6, 9, 12. Proportio Arithmetica.

56 *Comparatam*] Cum quoties primus numerus in ſecundo, toties tertius continetur in quarto: ut tres bis in ſex, ſex bis in duodecim, quæ proportio eſt Geometrica.

57 *Si unus tantum*] Ponit caſum impoſſibilem nempe omnes civem præter unum eſſe æquales; quod tum eveniet, quum omnes eundem naſum, os, oculos & faciem habebunt. Vide & *Hornejum* 3, 12, 7.

58 *Commenſione*] Vide *Hornejum* 3. Ethicor. 12. num. 7. caſum ait poſſibilem, proportione Arithmetica.

GRO-

3. Neque magis verum eſt quod à nonnullis dicitur, + attributricem verſari circa res communes, expletricem circa 59 res ſingulorum. + Contra enim ſi quis de re ſua legare velit, attributrice juſtitia uti ſolet: + & civitas quæ de communi reddit, (gg) quod civium quidam 60 in publicum impenderunt, nonniſi expletricis juſtitiæ officio fungitur. + Recte hoc diſcrimen notatum à 61 Cyri magiſtro: nam cum Cyrus puero minori minorem tunicam, ſed alienam, attribuiſſet, & majori contra majorem, docuit eum magiſter: ὅτε ὁπότε μὴ καταφανὴς τοῦ ἀρμόττοντος κριτὴς, οὕτω δέοι ποιεῖν. ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι ὁποτέρου ὁ χιτὼν εἴη, τοῦτο σκεπτέον τίς κτῆσις δικαία ἐστὶ· πότερα τὸν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὸν ποιησάμενον ἢ περιάμβριον κτήσασθαι; *Tunc quidem ubi conſtitutus eſſet arbitrator ejus quod cuique conveniret, ita agendum eſſe; at ubi judicandum eſſet utrius eſſet tunica, id ſpectandum* k *utra poſſeſſio juſtior, eumne rem habere qui vi abſtuliſſet, an qui feciſſet aut emiſſet.*

+ IX. 1. Eſt & [l] + tertia juris ſignificatio, + quæ idem valet quod lex, + quoties vox legis 62 largiſſime ſumitur, ut ſit + regula actuum moralium + obligans ad id 63 quod rectum eſt. 64 Obligationem + requirimus: + nam conſilia, (hh) & ſi qua ſunt alia præſcripta, honeſta quidem, ſed non obligantia, + legis aut juris nomine non veniunt. 65 Permiſſio + autem proprie non actio eſt legis, (ii) ſed actionis negatio, + niſi quatenus alium ab eo cui permittitur obligat ne impedimentum ponat. Diximus autem, 66 + ad rectum obligans, non ſimpliciter ad juſtum, quia [m] + jus hac notione, non ad 67 ſolius juſtitiæ, qualem expoſuimus, + ſed & aliarum

GROTII.

k *Utra poſſeſſio juſtior*] Vide eundem *Xenophontem* παιδείας ſecundo. Huc ſpectat lex per Moſem data: *non miſereberis in judicio pauperis.* Exod. XXIII, 3. *Levitic.* XIX, 5. Oportet enim, ut *Philo* ait, τὰ πράγματα ἀφέλκειν τῆς τῶν δικαζομένων φαντασίας, *res abſtrahere à litigatorum reſpectu.* [Locus *Philonis* legitur in Lib. *De Judiciis*, pag. 720. *Ed Par.* Apud *Xenophontem* vero, quod huc faciat, nil reperio, niſi quod videre poteris Cap. II. Libri indicati, §. 10, 11. *Ed. Oxon. J. B.*]

l *Tertia juris ſignificatio quæ idem valet quod lex*] Hoc ſenſu dixit *Horatius* (I. Sat. III., 211.)

Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt.

Et alibi: *Jura neget ſibi nata.* (Art. Poët. verſ. 122.) Ubi Scholiaſtes: *legum ſit contemtor.*

m *Jus hac notione, non ad ſolius juſtitiæ, qualem expoſuimus, ſed & aliarum virtutum materiam pertinet*] Exemplum ſit in Zaleuci lege, pœnam irrogante ei qui contra Medici præceptum vinum bibiſſet. (Habet ex ÆLIANO, *Var. Hiſt.* II. 37. Adde Notam *Perizonii* in Lib. III. c. 34. ejuſdem Auctoris. *J. B.*)

GRONOVII.

59 *Res ſingulorum*] Vide *Hornejum* 3. Ethic. 11, 24.

60 *In publicum*] Exemplum eſt apud *Livium* 31, 13. eorum qui in publicum quid impenderunt.

61 *Cyri magiſtro*] Apud *Xenophontem* in Cyripædia, (Lib. I. Cap. III. §. 14. *Ed. Oxon.*)

62 *Largiſſime*] Ne quis decipiatur, ut in tit. 2. Inſtit. (Vult dicere, ne quis putet, eodem ſenſu *Legis* vocem heic uſurpari, ac ſumebatur apud Romanos, ut patet ex §. 4. Tit. *Inſt.* laudati. *J. B.*

63 *Quod rectum eſt*] Officiorum regula *Sen.* 2. de Ira 21. *Sen.* 4. ben. 12. legem juſti injuſtique regulam eſſe.

64 *Obligationem*] Reddit rationem quare *obligans* dixerit, & non *conſulens.*

65 *Permiſſio*] Reddit rationem quare *obligans* dixerit, & non *permittens.*

66 *Ad rectum*] Nam & *honeſte vivere* inter juris præcepta eſt.

67 *Solius juſtitiæ, qualem*] Particularis, quæ vel συναλλακτικὴ vel διανεμητικὴ. i. e. commutativa vel diſtributiva.

(gg) Reſpicit heic Auctor ad locum *Ariſtotelis*, Ethic. Nicom. v. 7. pag. 62. E. *Edit. Paris.* de quo in Notis Gallicis egimus, & in eo Philoſophum non ſatis rectè ratiocinari, oſtendimus. *J.B.*)

(hh) Vide PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. I. Cap. VI. §. 1. *J. B.*

(ii) *Permiſſionem* non eſſe meram actionis negationem, à parte Legis, oſtendimus ad PUFENDORF. Lib. I. Cap. VI. §. 15. *Not.* 2. & de ea re pleniùs egimus in Notis Gallicis ad hunc *Grotii* noſtri locum. *J. B.*

GRO-

rum virtutum materiam pertinet. + Attamen ab hoc jure, [68] quod rectum eſt, laxius juſtum dicitur.

2. + Juris ita accepti + optima partitio eſt, quæ apud Ariſtotelem exſtat, (kk) ut ſit + aliud jus naturale, + aliud voluntarium, + quod ille legitimum vocat, + legis vocabulo [69] ſtrictius poſito: interdum & [70] τὸ ἐν τάξει, + conſtitutum. + Idem diſcrimen apud Hæbræos reperire eſt, (ll) qui cum diſtincte loquuntur, jus naturale vocant [n 71] מצות, jus conſtitutum + חקים, quorum illud + δικαιώματα, hoc + ἐντολὰς ſolent vertere [72] Helleniſtæ +.

X. 1. [o] + Jus naturale eſt [73] + dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui, [74] + ex ejus convenientia aut diſconvenientia cum ipſa natura [75] rationali ac (mm) ſociali, + ineſſe moralem [76] turpitudinem, + aut [77] neceſſitatem moralem, + ac conſequenter + ab auctore naturæ Deo talem actum aut vetari, aut præcipi.

2. + Actus + de quibus tale exſtat dictatum, [78] + debiti ſunt aut [79] + illiciti [80] + per ſe, (nn) + atque ideo à Deo neceſſario præcepti aut vetiti intelligun-

GROTII.

[n] משפט [מצות]. Sic *Maimonides* lib. III. ductoris dubitantium cap. XXVI.

o *Jus naturale eſt dictatum rectæ rationis*] Philo libro, omnem virum bonum eſſe liberum: Νόμῳ δὲ ἀψευδὴς ὁ ὀρθὸς λόγῳ, οὐχ ὑπὸ τῦ δεῖνος, ἢ τῦ δεῖνος ἀνθρώπε, φθαρτῦ, ἐκ ἐν χαρτιδίοις ἢ σήλαις ἀψύχοις ἀψύχως, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτε φύσεως, ἀφθάρτῳ, ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθείς· *Lex mentiri neſcia eſt recta ratio, quæ lex, non ab hoc aut illo mortali mortalis, non in chartis aut columnis exanimis exanima, ſed corrumpi neſcia, quippe ab immortali natura inſculpta in immortali intellectu.* (Pag. 871. B. Ed. Par.) *Tertullianus* de corona militis: (*Cap.* VI.) *Quæres igitur Dei legem, habens communem iſtam in publico mundi, in naturalibus tabulis.* M. Antoninus lib. II. τέλος λογικῶν ζώων, τὸ ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ. (§. 16.) *Finis animantium ratione utentium, ſequi legem ac normam civitatis ac reipublicæ omnium antiquiſſimæ.* Adde Ciceronis locum de Republica III, quem adducit *Lactantius* VI, 8. Præclara ſunt quæ in hanc rem habet *Chryſoſtomus* XII, & XIII. de ſtatuis. Nec ſpernenda quæ *Thomas* Secunda Secundæ LVII. 2. & *Scotus* III. diſt. 37.

GRONOVII.

68 *Quod rectum eſt*] Laudabile ac probandum.

69 *Stricte*] Non pro lege ſcripta, aut pro juſſu imperantis.

70 Ἐν τάξει] i. e. ordinatum, conſtitutum.

71 מצות, *jus conſtitutum* חקים] מצות præcepta, חקים ſtatuta, leges, à חק jus. Ab altera ſpecie definitur δικαιοσύνη, ἀρετὴ διανεμητικὴ τῦ κατ' ἀξίαν. περὶ ἀρετ. ᾗ κακ. p. 373. Ab altera δικαιοσύνη ἐςὶ τὸ δίκαιον ἐν ἰσότητι συμβολαίων. Hθ. Μεγαλ. I. 34.

72 *Helleniſtæ*] Interpretes LXX. Bibliorum.

73 *Dictatum rectæ rationis.*] Lex mentibus inſita bene natis. Admonitio inteſtina conſcientiæ. Inſtinctus, inſita notio.

74 *Ex ejus convenientia*] Propterea quod rectæ rationi, vel ingenitis homini veri & æqui principiis congruat aut repugnet. *Perſ.* Sat. 5, 96. *Stat contra ratio & ſecretam gannit in aurem, Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.*

75 *Rationali*] Humana.

76 *Turpitudinem*] Ad abſtinendum, vel cavendum.

77 *Neceſſitatem*] Ad faciendum, vel præſtandum.

78 *Debiti*] Cum ineſt neceſſitas moralis.

79 *Illiciti*] Cum ineſt turpitudo.

80 *Per ſe*] Etiam non accedente juſſu Dei aut hominis.

(kk) In *Ethic. ad Nicom.* Lib. V. Cap. 10. Sed utrumque, ſecundum Philoſophum, partem facit *Juris Civilis*, quod vocat Δίκαιον Πολιτικόν, ut ea, de quibus agitur, Δίκαιον Φυσικόν, & Δίκαιον Νομικόν. Adeoque paullo aliter diviſio Auctoris noſtri ſeſe habet. *J. B.*

(ll) Hoc diſcrimen non ſemper obſervari, ipſe Auctor fatetur, in Adnotat. ad *Luc.* 1, 6. Vide & Clar. *Clericum*, in Geneſ. XXVI, 5. *J. B.*

(mm) Voces illas, *ac ſociali*, quamquam in omnibus Edd. deſint, confidenter addidimus, Auctorem ipſum ducem ſequuti, qui infra §. 12. *num* 1. eas habet, & heic à Typographis omiſſas facilè potuit non animadvertere; ut in aliis locis, ubi res majoris adhuc momenti erat, id ei acciderſe, oſtendemus. *J. B.*

(nn) Verum quidem eſt, Deum non potuiſſe, ſalvâ ſapientiâ ſuâ, actus, qui heic vocantur *debiti*, vetare, aut contrarios præcipere. Attamen vinculum ipſum *Obligationis*, quâ quis tenetur illos exercere, ab his abſtinere, non ex ipsâ naturâ actuum oritur, ſed à *voluntate* Dei, quatenus eſt Auctor naturæ rerum, & ſuminus Hominum

liguntur : qua nota † distat hoc jus non ab humano tantum jure, † sed & à [81] divino voluntario, quod non ea præcipit aut vetat † quæ per se ac suapte natura aut [82] debita sunt, aut illicita, † sed vetando illicita, præcipiendo debita facit.

3. Ad juris autem naturalis intellectum, notandum est, † quædam dici ejus juris non proprie, sed ut [83] scholæ loqui amant, [84] reductive, quibus jus naturale non repugnat, † sicut justa modo diximus appellari ea quæ [85] injustitia carent : † interdum etiam per abusionem ea, quæ ratio [86] honesta, † aut oppositis meliora esse indicat, etsi non debita, solent dici juris naturalis.

4. Sciendum præterea, jus naturale [87] non de iis tantum agere † quæ citra voluntatem humanam existunt, sed de multis etiam † quæ voluntatis humanæ actum [88] consequuntur. † Sic dominium, quale nunc in usu est, voluntas humana [89] introduxit : † at eo [90] introducto † nefas mihi esse id arripere te invito quod tui est dominii, † ipsum indicat jus naturale ; † quare [p] furtum † naturali jure prohibitum dixit † Paullus [a] Jurisconsultus, † natura turpe Ulpianus, † Deo displicere [91] Euripides his in Helena versibus : [909, & *seq.*]

Namque odit ipse vim Deus : nec divites
Nos esse rapto, sed probe partis cupit.

Spernen-

[a] *L. 1. B. de Furtis. L. Probrum, 42. D. de verb. significat.*

minum Legislator. Adeoque, accuratè loquendo, tales actus non possunt dici *per se* debiti, aut illiciti. Quâ de re aliquid diximus in Præfatione Gallicâ ad PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* pag. 66. secundæ Edit. & nuperrime egimus fusè satis in examine *Judicii* Illustris LEIBNITZII, subjecto quartæ Editioni versionis nostræ Libelli *De Offic. Hom. & Civ. J. B.*

GROTII.

p *Furtum naturali jure prohibitum*] Julianus : ὁ δεύτερος νόμος (post illum de Deo agnoscendo & colendo) ἱερὸς φύσει καὶ θεῖος, ὁ τῶν ἀλλοτρίων πάντη καὶ πάντως ἀπέχεσθαι κελεύων, μήτε ἐν λόγῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐν αὐτοῖς λανθανούσης τῆς ψυχῆς ἐνεργείας ταῦτα ἐπιτρέπων συγχεῖν. (Orat. VII. pag. 209. *C. D. Ed. Spanheim.*) *Lex altera & ipsa suapte natura sancta atque divina ea est, quæ semper & ubique alienis abstineri jubet, neque vero aut verbo, aut facto, aut arcanis animi cogitationibus contrairi sinit.* Cicero de Officiis III. (c. 10.) ex Chrysippo : *In vita sibi quemque petere quod pertineat ad usum, non iniquum est : alteri surripere, jus non est.*

GRONOVII.

81 *Divino voluntario*] Infra num. 15. ut cum Deus præcepit non tangi arborem scientiæ boni & mali ; abstineri porcis & aliis animalibus, quæ pro immundis præscripsit Lex Mosaica.

82 *Debita*] Ut tegere verenda, ut *Paulus* 1. ad Corinth. XI. 14. scribit, comam longam natura dedecere virum. i. e. honestate morum, quæ inter homines. Apostolus φύσεως vocabulum etiam adhibet.

83 *Scholæ*] Scholastici.

84 *Reductive*] Per applicationem aut interpretationem.

85 *Injustitia carent*] Ut quæ nullius sunt cedere occupanti : quod per se naturæ non est, sed tamen eo refertur.

86 *Honesta, aut oppositis*] Ut velare notas sexus, nec cum Cynicis in publico prurire. Sic *Paulus* 1. Corinth. XI. 14. ἢ οὐδὲ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστίν. (Exempla aptiora, ex mente Auctoris nostri, vide infra, circa *Concubinatum, Divortium, Polygamiam*, I. 2. 6. *num.* 2. Adde II. 12. n. 2. III. 3. 6. n. 3. & III. 4. 2. *num.* 1. *J. B.*)

87 *Non de iis tantum agere*] i. e. subjectam habere materiam non modo ea, quæ ipsa natura comparavit sine disputatione aut constitutione humana, sed etiam res, ut sese habent, postquam in eis id, quod natura erant, judicium humanum & consuetudo, aliquam partem mutavit.

88 *Consequuntur*] Ubi homines fecere quod natura non erat.

89 *Introduxit*] Intelligit dominium privatum quale nunc in usu, quo unusquisque suæ rei est dominus ; nam natura omnia fecit communia.

90 *Introducto*] Postquam hoc placuit, ut omnia non essent amplius communia.

91 *Euripides*] Vide similem locum in *Plauti* Prolog. Rudent. v. 10. & *seqq.*

Spernenda, ſi non jure veniat, copia eſt.
Communis æther hominibus, tellus quoque,
In qua ampliare cuique ſic fas eſt domum,
Ut ab alienis rebus ac vi temperet.

5. + Eſt autem jus naturale adeo immutabile, (oo) ut ne à Deo quidem mutari queat. Quanquam enim immenſa eſt Dei potentia, + dici tamen quædam poſſunt, ad quæ ſe illa 92 non extendit; + quia quæ ita dicuntur, 93 dicuntur tantum, ſenſum autem qui rem exprimat nullum habent, ſed ſibi ipſis 94 repugnant. + Sicut ergo ut bis duo non ſint quatuor 95 ne à Deo quidem poteſt effici, + ita ne hoc quidem, ut quod 96 intrinſeca ratione malum eſt, malum non ſit. + Et hoc eſt quod ſignificat Ariſtoteles, cum dicit: (pp) 97 ἔνια εὐθὺς ὠνόμαϛαι συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος. + Nam 98 ut eſſe rerum poſtquam ſunt & qua ſunt aliunde non pendet, ita & proprietates, quæ eſſe illud neceſſario conſequuntur; + talis autem eſt malitia quorundam actuum, comparatorum ad naturam ſana ratione utentem. + Itaque & Deus ipſe ſecundum hanc normam de ſe judicari patitur, ut videre eſt Gen. XVIII, 25. Eſai. V, 3. Ezech. XVIII, 25. Jerem. II, 9. Mich. VI, 2. Rom. II, 6. III, 6.

6. + Fit tamen interdum ut in his actibus, de quibus jus naturæ aliquid conſtituit, 1 imago quædam mutationis fallat incautos, + cum revera non jus naturæ mutetur, quod immutabile eſt, ſed res, de qua jus naturæ conſtituit, quæque mutationem recipit. Exempli gratia: ſi creditor quod ei debeo 2 acceptum ferat, + jam ſolvere non teneor, non quia jus naturæ deſierit præcipere ſolvendum quod debeo, ſed quia quod debebam deberi deſiit: ut enim recte in Epicteto [a] Arrianus: οὐκ ἀρκεῖ τὸ δανείσασθαι πρὸς τὸ ὀφείλειν, ἀλλὰ δεῖ προσεῖναι καὶ τὸ ἐπιμένειν ἐπὶ τοῦ δανείου, καὶ μὴ διαλελύσθαι αὐτό· *non ſufficit ut debeatur pecunia datam eſſe mutuam, ſed oportet + ut & maneat adhuc indiſſoluta mutui obligatio.* Ita ſi quem Deus occidi præcipiat, ſi res alicujus auferri, + non licitum fiet homicidium aut furtum, + quæ voces vitium

[a] Lib. I. Diſſ. C. 7. pag. 34. *Ed. Colon.* 1595.

GRONOVII.

92 *Non extendit*] Quæ, ſi ita licet loqui, Deus non poſſit.

93 *Dicuntur tantum*] Quaſi ſint aliquid, mente concipiuntur, & efferuntur tantummodo ac pronuntiantur; ut Centaurus, Chimæra, Gorgo: effectum autem habent nullum, & exiſtere nequeunt. Phil. *Entia rationis.*

94 *Repugnant*] Hoc eſt, ut ſcholæ dicunt, contradictoria ſunt.

95 *Ne à Deo quidem poteſt effici*] Quia Deus ſemel aliter ſtatuit.

96 *Intrinſeca*] Per ſe ac ſua natura.

97 Ἔνια] Quædam ſtatim nominantur conjuncta cum vitio (malitia,) vel, quædam ſtatim ut nominata ſunt, junctam pravitatem præ ſe ferunt.

98 *Ut eſſe rerum, poſtquam ſunt, & qua ſunt*] Ut res, ex quo ſemel extiterunt, ſpeciemque & habitum acceperunt, non aliam ſumunt cauſam, & quod ſunt, non precario, ſed jam per ſe & ob ſuam materiam ſunt; neque ut ſint, alienum beneficium exſpectare, aut aliunde pendere neceſſe habent: ita & affectiones, quæ illis naturis materiiſque neceſſario adhærent.

1. *Imago*] i. e. videatur imprudentibus & minus intentis aliquid mutari, ubi tamen jus conſtat, & ejus mutatum nihil eſt.

2 *Acceptum ferat*] i. e. ſe accepiſſe ſcribat aut teſtatum faciat.

(oo) Vide PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 5.

(pp) Locus eſt *Ethic. ad Nicom.* Lib. II. Cap. VI. Sed tu inſpice, & non ſatis apte heic adferri animadvertes. *J. B.*

GRO-

vitium involvunt, sed 3 non erit homicidium aut furtum, + quod vitæ & rerum supremo domino auctore fit.

7. + Sunt & quædam juris naturalis non simpliciter, sed pro certo rerum statu: + sic communis rerum usus naturalis fuit, quamdiu dominia introducta non erant; + & jus suum per vim consequendi 4 ante positas leges.

XI. 1. Discrimen autem quod + in Juris Romani libris exstat, (qq) + ut jus immutabile aliud sit + quod animantibus cum homine sit commune, + quod arctiori significatu vocant jus naturæ; + aliud hominum proprium, + quod sæpe jus gentium nuncupant, 5 usum + vix ullum habet. + Nam juris proprie capax non est nisi natura præceptis 6 utens generalibus, quod recte vidit Hesiodus: a

a Oper. & Dier. vers. 276, & seqq.

Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων·
Ἰχθύσι γὰρ, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
Ἔσθέμεν ἀλλήλους· ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτῶν.
q Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη.

Humano generi nam lex datur ab Jove summo:
Quippe feræ, pisces, avium genus altivolantum
Mutua se vertunt in pabula, juris egentes.
Justitia at nobis, quæ res est optima, cessit.

In equis, in leonibus justitiam non dicimus, inquit Cicero de Officiis b primo. Plutarchus c in vita Catonis majoris νόμῳ γὰρ καὶ δικαίῳ πρὸς ἀνθρώπους μόνον χρῆσθαι πεφύκαμεν· *lege & justitia adversus homines tantum natura utimur.* Lactantius d lib. V. *In omnibus enim videmus* 7 *animalibus, quæ sapientia carent, conciliatricem sui esse naturam.* + *Nocent enim aliis ut sibi prosint: nesciunt enim quia malum est nocere. Homo vero, quia scientiam boni & mali habet, abstinet se à nocendo etiam cum incommodo suo.* Polybius, cum narrasset

b Cap. 16.
c Tom. I. pag. 339. A.
d Cap. 17.

GROTII.

q Ἀνθρώποισι δ' ἔδοκε δίκην] *Juvenalis* Satyra XV. (vers. 142. & seqq.)

——— *Venerabile soli*
Sortiti ingenium divinorumque capaces,
Atque exercendis capiendisque artibus apti,
Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cujus egent prona & terram spectantia Mundi
Principio indulsit communis Conditor illis,
Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præstare juberet,
Dispersos trahere in populum, &c.

Chrysostomus ad VII. Rom. (Homil. VIII. pag. 118. Tom. III. *Ed. Eton. Savil.*) τὸν τῇ δικαίᾳ καὶ ἀδίκῳ λόγον δοῦναι καὶ εἰπεῖν δεῖ ἐπὶ τῶν ἀψύχων καὶ ἀναισθήτων. (Id est, justi & injusti regulas, neque adversus inanimata & sensu carentia, movendas aut negligendas. Quod igitur innuere potius videtur, jus aliquod esse Brutis cum Homine commune. *J. B.*)

GRONOVII.

3 *Non erit homicidium*] Non magis quam si morbo hominem solvat; si naufragio aut alio casu, vel mortalitatem ejus finiat, vel rem familiarem aut imminuat, aut ad alium transferat.

4 *Ante positas leges*] Quibus illud jus à privatis ad selectos judices translatum est.

5 *Usum vix ullum*] Neque enim brutorum inter se, neque hominum cum brutis societas est: tantum turpiores facit homines id non servantes.

6 *Utens generalibus*] Quæ circa similia similiter agere novit, ut dixit in Prolegomenis, §. 7.

7 *Animalibus, quæ sapientia carent*] Omnia animalia muta & ratione defecta quærere sua commoda; quamvis damno aliorum.

(qq) Vide PUFENDORFIUM nostrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 2, 3. *J. B.*

set quibus initiis primum conveniissent homines, addit, [r] si quis in parentes aut beneficos injurius fuisset, fieri non potuisse quin id cæteri ægre ferrent, [e] ratione addita: τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων, ζώων ἢ μόνης αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ, φανερὸν ὡς οὐκ ἂν εἰκὸς παρατρέχειν αὐτοὺς πρὸ προειρημένου διαφορὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὰ γινόμενα [f] καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι. *Quoniam enim humanum genus hoc aliis animantibus distat, quod mente ac ratione utitur, + omnino credibile non est tam alienum à natura sua actum ab ipsis dissimulatum iri, ut in aliis animantibus: sed quod factum est, revocatum iri ad animum cum offensæ significatione.*

e *Lib.* VI. Cap. 4.

2. Quod [t] si quando + brutis animantibus justitia tribuitur, + id fit improprie [u] + ex quadam in ipsis umbra rationis atque vestigio. + An verò actus ipse, de quo jus naturæ constituit, sit nobis communis cum aliis animantibus, + ut prolis educatio, an nobis proprius, + ut Dei cultus, + ad juris ipsam naturam nihil refert.

+ XII. 1. Esse autem aliquid juris naturalis probari solet + tum ab eo quod prius est, + tum ab eo quod posterius, quarum probandi rationum + illa subtilior est, + hæc popularior. A priori, + si ostendatur rei [8] alicujus convenientia aut disconvenientia necessaria + cum natura rationali ac sociali: à posteriori verò, si non certissima fide, (rr) certe probabiliter admodum, + juris naturalis esse colligitur id, quod apud omnes gentes, aut moratiores omnes tale esse creditur. + Nam [9] universalis effectus universalem requirit causam; + talis autem existimationis causa vix ulla videtur esse posse præter [10] sensum ipsum, communis qui dicitur.

2. Hesio-

GROTII.

r *Si quis in parentes injurius fuisset*] Exemplum vide in Chamo, Gen. IX. 22. Ubi pœna sequitur.

f Καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι] Chrysostomus XIII. de statuis: (*Tom.* VI. *pag.* 550. *Edit. Savil.*) καὶ γὰρ τὸ συνεγκλαιεῖν τοῖς ὑβριζομένοις, φυσικὸν ἅπαντες ἔχομεν. εὐθέως ἂν τοῖς ἐπηρεάζουσιν ἐχθροὶ γινόμεθα κἂν μηδὲν ὧν μὲν αὐτοὶ πεπονθότες. *Naturæ id habemus, ut indignationem nostram conjungamus cum iis qui male tractati sunt; illico enim injuriosis hominibus infensi sumus, etiamsi ad nos nulla pars injuriæ pervenit.* Scholiastes ad *Horatium* Satyra III. lib. I. (vers 97.) *Sensus aliter indignatur & animus, cum audierit homicidium factum, aliter cum furtum.* (In fine loci Polybiani, pro vocibus τὰ γινόμενα, legitur τὸ γινόμενον, in Edit. *Casauboni.*)

t *Si quando brutis animantibus justitia tribuitur*] Divinationem quandam justitiæ in elephantis notat *Plinius* lib. VIII. cap. V. Idem libro X. narrat aspidem fuisse quæ suum ipsa catulum necaret, quod is catulus hospitis filium interemisset.

u *Ex quadam in ipsis umbra rationis atque vestigio*] Seneca de Ira libro I, cap. III. feras ira carere dixit, sed pro ira habere impetum. *Muta animalia*, ait, *humanis affectibus carent: habent autem similes illis quosdam impulsus.* Sic in bestiis non esse κακίαν sed ὡσανεὶ κακίαν, non vitia sed vitiorum simulacra, dixit *Origenes* contra *Celsum*: ὡς ἂν θυμοῦσθαι τὸν λέοντα, *velut iracundi leonem.* (Lib. IV. pag. 225. *Edit. Cantabrig.*) Peripatetici apud *Porphyrium*, de non esu animantium tertio. (Pag. 309. *Ed. Lugd.* 1620. Adde quæ habet de *Stoicis*, Cl. HEINECCIUS, *Elem. Juris Civil. secundum ordinem Institution. Justin.* Lib. I. Tit. XXVI. §. 303. in Not.

GRONOVII.

8 *Alicujus convenientia*] Ut cum ostenditur, innoxium hominem occidere, esse injustum, quia natura appetit conservationem sui & omnium, quæ sunt ejusdem societatis.

9 *Universalis*] Effectus ad omnes plurimosve pertinens causam juxta late patentem & inter multos plurimosve communicatam.

10. *Sensum ipsum, communis*] *Cic.* de leg. 16. *Communis intelligentia*, *Horat.* 1. Sat. 3. *Communi plane sensu caret. Gell.* 20, 22. *cum sensus intelligentiæque communis fide nobis notas res efficit.* Juvenal. 8. Sat. 73. *Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna.* Arrian. *Epictet.* 3, 6. ὁ κοινὸς νοῦς. Marcus κοινονημοσύνην, lib. 1. ad se ipsum, ubi Cas. *Lactant.* 3. 28. *in tantos errores inciderunt, ut etiam communem sapientiam non tenerent. Phædrus* fab. 7. *quibus honorem & gloriam Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.* Seneca ep. 5. & 9.

(rr) Quousque ratio illa valere queat, vide apud PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 7, 8. & in Præfatione nostra Gallica ad hoc Opus, §. 4. *J. B.*

GRO-

2. Hesiodi + est dictum à multis laudatum : (ff)

Φήμη δ' ἔτις πάμπαν ἀπόλλυται ἥντινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζωσι.

Non etenim penitus vana est sententia, multi
Quam populi celebrant.

x Τὰ κοινῇ φαινόμενα πιστὰ, (tt) *quæ communiter ita videntur fida sunt*, ajebat Heraclitus statuens 11 λόγον τὸν ξυνὸν optimum esse veritatis 12 κριτήριον. Aristoteles : κράτιστον πάντας ἀνθρώπους φαίνεσθαι συνομολογοῦντας τοῖς ῥηθησομένοις· *potentissima probatio est, si in id quod dicimus omnes consentiant.* Et [a] Cicero : *In re consensio omnium gentium jus naturæ putanda est.* + Seneca [b] : *Argumentum veritatis est aliquid omnibus videri.* Quinctilianus [c] *Pro certis habemus ea in quæ communi opinione consensum est.* Non frustra autem dixi gentes moratiores : nam, ut recte notat Porphyrius, [d] γ τινὰ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται, καὶ ἐστὶ φύσει θηριώδη, ἐξ ὧν οὐ φρονίμεις τοὺς εὐγνώμονας τῆς ἀνθρωπίνης καταψεύδεσθαι φύσεως.

a 1. *Tusc.* c. 13.
b *Epist.* 117.
c Inst. Orat. V. 10.
d *De non esu Animantium*, Lib. IV. pag. 428. *Ed. Lugd.*

GROTII.

x Τὰ κοινῇ φαινόμενα πιστὰ,] *Aristoteles* Nicom. x, 11. ὅ γὰρ πᾶσι δοκεῖ τοῦτο εἶναι φαμὲν, ὃ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίστιν οὐ πάνυ πιστότερα ἐρεῖ· *Quod omnibus ita videtur, ita esse dicimus, qui vero hanc fidem velit tollere, nihilo ipse credibiliora dicet.* Seneca Epist. 81. *In tanta judiciorum diversitate referendam bene merentibus gratiam omnes imo tibi, quod ajunt, ore affirmabunt.* Quinctilianus : *Consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut vivendi, consensum bonorum.* (Instit. Orat. 1. 6.) *Josephus* antiquæ historiæ XVI. (Cap. VI. §. 8. *Edit. Hudson.*) ἔθεσιν μὲν γὰρ οὐδὲν ἐσι γένος ὃ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ χρῆται, κατὰ πόλεις δ' ὅπη πολλῆς γινομένης τῆς διαφορᾶς· τὸ δίκαιον δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐπιτηδεύει, λυσιτελέσατον ὂν ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἢ πλεῖσον ἐι παρ' ἡμῖν νόμοι λόγον ἔχοντες, ἅπασιν ἡμᾶς, ἐι καθαρῶς ἐμμένοιμεν αὐτοῖς, εὐνους καὶ φίλους ἀπεργάζονται. διὸ καὶ ταῦτα παρ' ἐκείνων ἡμῖν ἀπαιτητέον, καὶ δεῖν ἐκ ἐν διαφορᾷ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὀφεσθαι τὸ ἀλλότριον, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς καλοκἀγαθίαν ἐπιτηδείως ἔχειν· τοῦτο γὰρ κοινὸν ἅπασι, καὶ μόνον ἱκανὸν διασῴζειν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. *Moribus gens nulla est quæ iisdem tota utatur, sæpe oppidatim discrepatur plurimum. At jus ipsum omnibus æqualiter hominibus expedit, tam barbaris utile quam Græcis, cujus quidem rationem habentes maximam, quæ apud nos sunt leges, faciunt nos, eas pure modo observemus, cunctis hominibus benevolos & amicos. Talia sunt quæ exigi a legibus par est. Neque illas aversari ut à se alienas arbitrari debent alii, in eo quod institutis differunt, sed id potius spectandum an ad virtutem ac probitatem sint accommodatæ. Hoc enim ad omnes communiter pertinet, solumque per se sufficit ad tutandam hominum vitam. Tertullianus* præscriptione adversus hæreticos (Cap. 28.) : *Quod apud multos unum invenitur, non est erratum sed traditum.* [Omnia ista loca, si duo priora excipias, parum ad rem faciunt. Immo verba *Quinctiliani* contrarium innuere potius videntur. *J. B.*

y Τινὰ των ἐθνῶν ἐξηγρίωται] *Justinus* colloquio cum Tryphone : πλὴν ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς, καὶ ἐθῶν φαύλων καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες, τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν· *Exceptis illis qui ab impuris spiritibus abrepti, & per malam educationem, instituta prava & leges iniquas corrupti, naturales notiones perdiderunt* (Pag. 281. *Edit. Oxon.*) *Philo* libro, Omnem bonum esse liberum : διὸ καὶ θαυμάσαι ἂν τις τῆς ἀμβλυωπίας τὰς τραπὰς ὅτω πραγμάτων ἰδιότητας μὴ συνορῶντας· merito igitur miretur quis, tantam illis offusam caliginem, ut tam claras rerum proprietates non videant. (Pag. 871. B. Ed. Par.) *Chrysostomus* oratione, Christum Deum esse : μὴ τοίνυν ἀπὸ τῶν διεφθαρμένων τὰς γνώμας, τὰς κρίσεις ποιῶ τῶν πραγμάτων· *Ne ergo rerum dijudicationem ab illis mutuare quibus corruptus est animus.* (Tom. VI. pag. 634. init. *Edit. Savil.*)

GRONOVII.

11 Λόγον] Omnes idem sentire ac dicere.

12 Κριτήριον] Discrimen.

(ff) Extat in *Operib. & Dieb.* vers. pennlt. sed ibi agitur tantum de rumoribus adversus aliquem sparsis, qui, falsi licet, famam ejus nonnihil lædunt. *J. B.*

(tt) Refert id SEXTUS EMPIRICUS, Lib. VII. *Adversus Mathematic.* Ὅθεν τὸ μὲν κοινῇ πᾶσι φαινόμενον, τοῦτ' εἶναι πιστόν. §. 134. pag. 399. *Ed. Fabric.* Vide sequentia. Porro locus *Aristotelis* postea laudatus, Κράτιστον &c. exstat *Eudemior.* Lib. I. Cap. 6. pag. 199. C. *Edit. Paris.* Tom. II. *J. B.*

φύσεως· *quædam* + *nationes efferatæ sunt*, & [13] *factæ inhumanæ, ex quibus non oportet ab æquis judicibus æstimatione facta humanæ naturæ convitium fieri.* Andronicus Rhodius : [a] παρ' ἀνθρώποις τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἐστὶ δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται· εἰ δ' ὅτι τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις οὐ δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει. οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ· *Apud homines recta sanaque mente præditos immutabile est jus illud naturæ quod dicitur. Quod si his, qui morbido distortoque sunt animo, aliter videtur, nihil id ad rem pertinet. Nam nec mentitur qui mel dulce esse dicit, ideo quod ægrotis aliter videatur.* A quibus non abit Plutarchi [b] illud in vita Pompeji : φύσει μὲν ἄνθρωπος οὔτε γέγονεν, οὔτ' ἔστιν ἀνήμερον ζῶον οὐδ' ἄμικτον, ἀλλ' ἐξίσταται τῇ κακίᾳ παρὰ φύσιν χρώμενος, ἔθεσι δὲ καὶ τόποις καὶ βίοις μεταβολαῖς ἐξημεροῦται· *natura quidem nullus hominum aut est aut fuit ferum atque insociabile animal; sed efferatur ubi extra naturæ modum peccare assuescit, rursumque alia consuetudine vitæque & locorum mutatione redit ad mansuetudinem.* Aristoteles [c] descriptionem hominis, ex eo quod ipsi proprium est, hanc facit : ἄνθρωπος, [z] ζῶον ἥμερον φύσει· *homo animal est suapte natura mansuetum.* Idem [d] alibi ; δεῖ δὲ σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι· μᾶλλον τὸ φύσει καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις· *quid naturale sit spectandum in his quæ bene secundum naturam se habent, non in depravatis.*

a Paraphr. in Arist. Ethic. Nicom. V. 10. pag. 303. *Ed. Heinsi.*

b Pag. 633. D.

c Top. V. 2.

d Pol. 1. V.

XIII. + Alteram juris speciem esse diximus jus voluntarium, (uu) + quod ex voluntate originem ducit : + estque vel humanum vel + divinum.

XIV. 1. Ab + humano incipiemus, quia [14] id pluribus innotuit. Est ergo hoc + vel civile, + vel latius patens, + vel arctius. + Civile est quod à potestate civili proficiscitur. [15] Potestas + civilis est, quæ civitati præest. + Est autem civitas [16] cœtus perfectus liberorum hominum, + juris fruendi & communi-

GROTII.

z Ζῶον ἥμερον φύσει] Idem dicit *Chrysostomus* XI. de Statuis. [Tom. VI. *pag.* 537. *Ed. Savil.*] Latius id explicat *Philo* decalogo : ἀγελαστικὸν γὰρ καὶ σύννομον ζῶων τὸ ἡμερώτατον ἡ Φύσις γεννήσασα, πρὸς ὁμόνοιαν καὶ κοινωνίαν, λόγον ὅσα συναγωγὸν εἰς ἁρμονίαν καὶ κρᾶσιν ἠθῶν· [Pag. 763. A. Edit. Paris.] *Quod animantium esse debeat mansuetissimum, idem natura fecit gregale & coetus appetens, & ad concordiam societatemque vocavit; sermonem etiam præbens qui ingenia attemperando & ad concentum perducendo conciliaret.* Idem de Mundi immortalitate : ἡμερώτατον γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος, λόγον δωρησαμένης Φύσεως αὐτῷ γέρας, ᾧ καὶ τὰ ἐξημερωμένα πάθη κατεπάδεται καὶ τιθασσεύεται. *Mansuetissimum animantium homo est, ut cui natura pro munere sermonem dederit, quo affectus quantumvis efferati velut incantando cicurantur.* (Pag. 945. E.)

GRONOVII.

13 *Factæ inhumanæ*] Ut ἀνθρωποφάγοι, & quales Thraces pingit *Florus* 3, 4. quales qui conjugiis matrum usi, qui decrepitos parentes, ne alerent, occidere, qui cadaveribus suorum pro cibo usi, aut canes pavere. *Plutar.* de Fort. Alex. 328. *Cic.* 1. Tusc. 45.

14 *Id pluribus*] Divinum quippe tantum Hebræis & Christianis.

15 *Potestas*] Hic pro persona. *Liv.* 23, 11. *Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit. Lucan.* 10, 136. *Discubuere toris reges majorque potestas Cæsar.*

16 *Cœtus perfectus*] Αὐτάρκης *Aristot.* 3. Pol. 6. Πόλις δὲ ἡ γενῶν καὶ κωμῶν κοινωνία, ζωῆς τελείας καὶ αὐτάρκους χάριν· τοῦτο δ' ἐστὶν, ὡς φαμεν, τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς. Et 7, 4. Hein. 495. Ἡ δὲ πόλις αὐταρκες. Et mox : πλῆθος αὐταρκες πρὸς τὸ εὖ ζῆν κατὰ τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν. *Cicero* 3. de rep. apud Augustin. *multitudo juris consensu & utilitatis communione sociata.* Et iterum, cœtus, i. c. & u. c. sociatus. Perfectus, sufficiens ad ea, quæ desiderat natura ad bene commodeque vivendum. [Circa definitionem *Civitatis*, vide PUFENDORF. *de Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. II. §. 13. cum Notis nostris Gallicis. *J. B.*

(uu) Confer. PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. I. Cap. VI. §. 18. *J. B.*

GRO-

munis utilitatis causa sociatus. + Jus arctius patens & ab ipsa potestate civili [17] non veniens, + quanquam ei subditum, varium est, + præcepta patria, + dominica, & + si qua sunt similia in se continens. + Latius autem patens est jus Gentium; id est + quod Gentium omnium [a] aut multarum (xx) voluntate vim obligandi accepit. + Multarum addidi, + quia vix ullum jus reperitur + extra jus naturale, + quod ipsum quoque gentium dici solet, omnibus gentibus commune. Imo sæpe + in una parte orbis terrarum est jus gentium quod alibi non est, [18] + ut de captivitate + ac postliminio suo loco dicemus.

2. + Probatur autem hoc jus gentium pari modo quo jus non scriptum civile, + usu continuo & testimonio peritorum. Est enim hoc jus, ut recte notat Dio [a] Chrysostomus, εὕρημα βίου καὶ χρόνου, + *repertum temporis & usus.* Atque in eam rem maximum nobis usum præbent + illustres annalium conditores.

[a] *Orat.* XXXVI. pag. 648. B. *Edit. Morell.*

XV. 1. Jus + voluntarium divinum quod sit, satis ex ipso vocum sono intelligimus: (yy) + id nimirum quod ex [19] voluntate divina ortum habet: + quo discrimine à jure naturali, + quod [20] item divinum dici posse diximus, internoscitur. + In hoc jure locum habere potest, + quod nimium indistincte [b] dicebat Anaxarchus apud Plutarchum in Alexandro: non ideo id Deum velle, quia justum est, sed justum esse, id est jure debitum, quia Deus voluit.

2. Hoc autem jus + aut datum est humano generi, + aut populo uni. + Humano generi ter jus datum à Deo reperimus: + statim (zz) [21] post hominem conditum, + iterum [22] in reparatione humani generis post diluvium, + postremo in sublimiori reparatione [23] per Christum. Tria hæc jura haud dubie + omnes homines obligant, ex quo, quantum satis est ad eorum notitiam pervenerunt.

XVI. 1. Ex + omnibus populis unus est, + cui peculiariter Deus jura dare dignatus est, + populus scilicet Hebræus, quem sic alloquitur Moses Deut.

GROTII.

2 *Aut multarum*] Vasquius II. Controvers. LIV. 4.

b *Dicebat Anaxarchus*] Est apud Plutarchum in Alexandro. [Pag. 595. A. Tom. I. Vide quæ de illo loco scripsimus, in PUFFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 4. Not. 1. *J. B.*

GRONOVII.

17 *Non veniens*] Sed partim à natura, partim à jure gentium.

18 *Ut de captivitate ac postliminio suo loco dicemus*] 3, 7. 3, 9.

19 *Voluntate divina*] Cognita & patefacta per singularem & propriam declarationem, non per insitum omnibus hominibus sensum.

20 *Item divinum*] Quia naturæ rationali unus id insevit Deus.

21 *Post hominem*] Adamo.

22 *In reparatione*] Noacho.

23 *Per Christum*] Quippe qui Ecclesiam antea Palæstinæ inclusam reddiderit Catholicam.

(xx) Tale Jus non datur. Quæ enim ad illud referuntur, vel ad *Jus Naturæ* immutabile pertinent, vel meri sunt mores, inter plures aut pauciores Gentes recepti, qui per se nullam vim obligandi habent, sed tunc demum illam accipiunt, quando quis heic & nunc se illis subjicit, pacto expresso vel tacito. Qua de re diximus in Notis Gallicis ad hunc nostrum Auctorem. Vide & PUFFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* II. 3, 23. *J. B.*

(yy) Vide Auctoris Epist. Part. II. Epist. 429. ubi refellit, quæ SALMASIUS adversus eum dixerat. *J. B.*

(zz) De his omnibus fusè egimus in Notis nostris Gallicis ad hunc locum, *J. B.*

GRONO-

Deut. IV, 7. *Quæ gens tam magna, cui Dei propinqui, ſicut dominus Deus noſter, ad omnia vota quæ ei facimus? quæ gens tam magna, cui ſint conſtitutiones & jura æqua, qualis eſt lex hæc tota, quam ego hodie coram vobis propono?* Pſalmographus Pſalmo [a] CXLVII: *Indicat Deus verba ſua Jacobo, conſtitutiones ac jura ſua Iſraëli, non ita fecit genti ulli: ideo jura iſta non noverunt.*

[a] Verſ. 19. 20.

2. Nec dubitandum, quin fallantur [24] Judæorum illi (quos inter + Tryphon in diſputatione cum Juſtino) + qui exiſtimant etiam alienigenis, ſi ſalvi eſſe vellent, [25] ſubeundum fuiſſe legis Hebraicæ jugum. (aa) + Neque enim eos obligat lex, [26] quibus data non eſt. + At quibus data ſit lex, ipſa loquitur: [27] + *Audi Iſraël.* Et paſſim fœdus + cum ipſis ictum, + ipſi in peculiarem

GRONOVII.

24 *Judæorum illi*] Nam & Judæorum quorumdam eadem ſententia quæ *Grotii. Munſterus* ad Geneſ. 9, 4. Item *Thomæ Aquinatis* & *Mar. Bevani.*

25 *Subeundum fuiſſe legis Hebraicæ jugum*] De judiciali lege concedo: ſed de lege ſacrorum & cærimoniarum fidentius aſſentirem, ſi viderem quomodo gentibus tempore veteris fœderis potuerit innoteſcere Chriſtus extra Judaiſmum. Nam ut in N. T. agnum immolatum pro peccatis mundi monſtrant Verbum & Sacramenta: ita Agnum immolandum in V. T. monſtrabant cærimoniæ & ſacrificia. Et ut nos vitam æternam ſperamus per fidem in Chriſtum, qui jam apparuit, & pro nobis Patri ſatisfecit: ita prior ætas per Chriſtum in fidem appariturum & ſatisfacturum: Extra Chriſtum autem non eſt ſalus quantum quidem nobis revelatum eſt. Sunt ſane in Patribus, qui hac de re paullo crudius & liberius loquuntur. *Clemens Alexandrinus* affirmat Judæis legem, gentibus Philoſophiam ante adventum Chriſti & univerſalem vocationem ad ſalutem ſufficiſſe. Et alibi, Philoſophiam quondam per ſe Græcos juſtificaſſe. *Chryſoſtomus* ſcribit, notitiam Chriſti illis, qui nativitatem ejus & ἐνσάρκωσιν ſive incarnationem præceſſerunt, neceſſariam non fuiſſe. At *Juſtinus Martyr* dixit, quia Chriſtus eſt λόγος, *Chriſtianos cenſeri debere, quicunque* μετὰ λόγου, hoc eſt, *cum ratione vitam inſtituerint*: quos inter nominabat *Socratem* & *Heraclitum*: & alibi, *Socrati* ait *Chriſtum ex parte agnitum.* Vide *Caſaubonum* Exercitatione prima adverſus *Baronium*: hæc nemo facile Theologorum ſanorum hodie conceſſerit. Nec videtur pati *Paulus* ad Epheſios cap. 2. verſ. 12. *Mementote vos aliquando gentes in carne cum vocabamini præputium* [id eſt incircumciſi] *ab ea, quæ circumciſio dicta eſt, facta in carne manu, vos, inquam, illo tempore fuiſſe ſeparatos à Chriſto, alienos à civitate Iſraëlitarum, expertes fœderum, promiſſionis ſpem non habentes, & atheos in mundo.* Sic ille: nec credibile eſt in tanta Epheſiorum, maximi populi, turba neminem fuiſſe, qui legi naturæ obtemperaret, & ut inter homines innocentiam coleret. Cum illæ tamen ſua innocentia Apoſtolus illos facit expertes pactorum, ſpe vitæ æternæ deſtitutos, extra Chriſtum, Atheos.

26 *Quibus data non eſt*] Judæis quidem electo populo, lex primum data eſt, ſed ut conditio fœderis, quod cum illis pepigerat Deus, promittens cœleſtia gaudia, ſi quis illam ſervaret. Si quis ergo de alienis participare fœdus illud & commodis ejus frui vellet, huic conſequenter juſſum erat, ut ſibi quoque legem illam datam putaret. Quemadmodum XII. tabulæ non ſunt poſitæ niſi civibus Romanis: itaque externos non obligabant: at ſi quis peregrinus privilegia & honores civis Romani appeteret, is non poterat ſe exeludere ab obligatione juris Quiritium.

27 *Audi Iſraël*] Similis eſt præfatio decalogi, ſive legis moralis: *qui eduxi te ex Ægypto*: quæ ſolis Judæis competit: & tamen nemo dubitat decalogum obligaſſe omnes homines. Deinde cum Deus dicit, *Audi Iſraël*: ſæpe non tantum intelligere debemus Iſraëlem ſecundum carnem; ſed etiam ſecundum ſpiritum, ut Iſraël ſint omnes fideles, ſeu qui *ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia*, ut loquitur Pſalmus 50. (Quod heic dicitur, *Decalogum obligaſſe omnes homines*, præterquàm quod de Sabatho verum non eſt, de reliquis etiam præceptis eo ſenſu tantum admitti poteſt, qui nihil facit ad rem. Neque enim Ethnici ad obſervanda Præcepta Moralia Decalogi tenebantur, tamquam Leges cœlitus in monte *Sinaï* latas, verum tamquam *opus Legis mentibus eorum inſcriptum*, ut ait PAULUS, in loco infra adlato. Vir Doctiſſimus, dum heic & alibi, ſecurè & ἀνεξετάστως Theologos nonnullos exſcribit, planè alium ſe oſtendit, ac ubi in Auctoribus veteribus explanandis occupatur. Talia igitur plerumque diſſimulabimus; quum præſertim non hoc agamus, ut quæcumque in Notis ipſius reperiuntur, expendamus & notemus. *J. B.*]

(aa) Quæſtio de *ſalute Ethnicorum* heic omnino ſeponenda, utpote ad rem nihil faciens. Sive enim Ethnici, abſque cognitione & obſervatione Legis Hebraïcæ vitam æternam conſequi potuerint, ſive non potuerint: hoc certum, eos, qui

peculiarem Dei populum adſciti dicuntur: quod verum eſſe agnoſcit & [+] ex loco Deuteron. XXXIII, 4. probat Maimonides.

3. [+] Quin inter ipſos Hebræos vixerunt ſemper aliqui exteri homines εὐσεβεῖς καὶ σεβόμενοι τὸν Θεὸν, qualis [+] Syrophœniſſa Matth. XV, 22. [+] qualis [28] ille Cornelius Actor. X, 2. τῶν σεβομένων ἑλλήνων. Actor. XVII, 4. Hebraice [29] חסידי אומות [+] pii ex gentibus: ut legitur [c] titulo Thalmudico de Rege. Talis qui eſt, in lege dicitur [30] בן-נכר Levit. XXII, 25. [31] גר ותושב Levit. XXV, 47. ubi Chaldæus dixit [d] incolam incircumciſum. Hi, ut narrant ipſi Hebræorum magiſtri, [+] leges Adamo & Noæ datas ſervare tenebantur, [+] abſtinere ab idolis [+] & ſanguine, [+] & aliis quæ infra ſuo loco memo-

qui illâ excludentur, non ideo damnatum iri, quod Legem eam ignoraverint, adeoque non obſervaverint, cujus nullam notitiam habebant, nec habere poterant; ſed quòd adverſus Legem Naturalem, quam ex lumine Rationis haurire eis licebat, peccaverint. *J. B.*

GRONOVII.

28 *Ille Cornelius*] Si non præputio, animo certè judaïzabat. Quomodo enim poterat eſſe religioſus, & perpetuo in veneratione veri Dei, ſi verum Deum non norat? ut norat tum nemo gentilium, niſi à Judæis edoctus. A publica profeſſione videtur abſtinuiſſe, metu amittendæ militiæ: neque enim poterat manere civis Romanus & miles honoratus, præſertim, ſi palam Judaiſmum profeſſus eſſet: ut hodie ſub dominatione & jugo Tridentino multi ſunt, qui ſtant animo nobiſcum: ſed tamen, metu amittendarum fortunarum, non id præ ſe ferunt, & manent ubi ſunt. Quales uti non condemnamus, ita propterea non definimus omnibus auctores eſſe, ut exeant quantum poſſint è Babylone. Hæc videtur & in *Cornelio* fuiſſe infirmitas: qui perſuaſum habebat penes Judæos eſſe fœdus, & verum Deum coli, & colebat religione privata: non tamen in legem illorum tranſibat. At id tum etiam non erat neceſſe, quia jam venerat Chriſtus, & legi ſatisfecerat. Huic igitur infirmitati & erranti conſcientiæ occurrens Deus miſit ei Petrum Apoſtolum. Religioſi Græci appellantur ab eo, quòd fuerunt poſt auditum verbi Dei; non ex eo quod erant, antequam illud acciperent. Quod peregrinis inter Judæos viventibus conceſſa quædam, quæ non ipſis, non eos ſolvit omni lege: ſed argumentum eſt voluiſſe Deum, ne cogerentur illi pro imperio ad inſtituta Judæorum, ſed ut eſſet libertas conſcientiæ. Ipſo illo, qui allegatur, loco illis licere dicitur, Judæis non, *quia*, addunt, *gens eſtis ſacrata Domino Deo.* Ergo non illi ſacrati ſic, quibus licebat. Quod exteris licuit ſupplicare, & victimas offerre, in eo tantum illis conceſſum videtur, quantum Hiromo Tyrio, quum ei honor habitus, ut templo ædificando præberet materias: non quaſi hæc perinde placuiſſent Deo ac Judaicus ab ipſo præſcriptus cultus, ſed ut electo populo iterum vaſa aurea ad ſacrum præſtarent Ægyptii: ut gentes hæc templo quaſi tributa darent. Inde enim Judæorum opes. *Tacit.* 5. Hiſt. cap. 5. *Peſſimus quiſque ſpretâ religionibus patriis tributa & ſtipes illuc congerebant: unde auctæ Judæorum res*, debebat dicere: *Religioſiſſimus quiſque.* Sed hoc erat pravum de Judaiſmo Romanorum judicium. Quæ cum Syro Naamane, cum Ninivitis, Nabuchodonoſoro, Tyriis, Moabitis, Ægyptiis agenda habuere Prophetæ, temporariæ erant ac ſpeciales vel indulgentiæ, vel denunciationes: ex quibus non eſt colligendum, quod in univerſum fuerit faciendum adfectanti propria Hebræorum bona, *adoptionem, gloriam, fœdus, legislationem, cultum & promiſſiones*, ut loquitur *Paulus* Rom. 9. Quod autem Prophetæ abſtinuerunt vocandis ad Judaiſmum gentibus, ratio eſt evidens; non enim debebant involare officium Meſſiæ, cujus erat plenitudo gentium, cujus vocare omnes, cujus reddere Eccleſiam Catholicam. (Ut alia mittam, mirum eſt, à Viro doctiſſimo concoqui potuiſſe, quod adſerit audacter: *Cornelium* coluiſſe verum Deum, non apertè, ſed tantum *religione privatâ.* At, ait, *non poterat Cornelius manere Civis Romanus, & miles honoratus præſertim, ſi palam Judaiſmum profeſſus eſſet.* Quid audio? Non veniſſe in mentem Viro Eruditiſſimo vel exemplum *Pauli*, Judæi nati, & tamen Civis Romani, idque ſibi tam apertè tribuentis! Vide Illuſtris SPANHEMII *Orb. Roman.* Diſſ. 1. Cap. 17. *J. B.*

29 חסידי אומות] Pii nationum de gentibus.

30 בן נכר] Filius peregrinitatis.

31 גר ותושב] Πάροικος καὶ παρεπίδημος.

GROTII.

c *Titulo Thalmudico de Rege*] Et titulo de Synedrio cap. XI.

d *Incolam incircumciſum*] De tali agitur & Exodi XII, 45. A quo diſtinguitur proſelytus, id eſt circumciſus advena, ut oſtendit collatio loci Num. IX, 14. De piis illis incircumciſis multa habet *Maimonides* libro de Idololatria c. X. §. 6. Idem in commentario ad *Miſnajoth*, & alibi ſæpe, pios illos ex gentibus participes ait futuros bonorum futuri ſæculi. *Chryſoſtomus* ad Romanos cap. 11. ποῖον Ἰωβαῖον ἐνταῦθά φησιν, ἢ περὶ ποίων Ἑλλήνων

memorabuntur, + at non item leges proprias Iſraelitarum. Itaque cum + Iſraelitis non liceret veſci carne beſtiæ quæ fato ſuo periiſſet, peregrinis tamen inter ipſos viventibus id licebat, Deuter. XIV, 21. + Niſi quod quibuſdam legibus ſpecialiter expreſſum eſt, ut incolæ iis non minus quam indigenæ teneantur (bb).

4. + Extraneis etiam, qui aliunde advenirent, neque inſtitutis Hebraicis ſubjicerentur, + in templo Hieroſolymitano licuit Deum adorare, & victimas offerre, e ſtantibus + tamen in loco peculiari ac ſeparato à ſtatione Iſraelitarum, 1. Reg. qui Latinis III. Reg. VIII, 41. II. Macc. 35. Johan. XII., 20. Actor. VIII, 27, f Neque + Eliſæus Naamani Syro, + neque Jonas Ninivitis, + neque Daniel Nabuchodonoſoro, neque Prophetæ alii Tyriis, Moabitis, Ægyptiis, ad quos ſcribunt, unquam ſignificarunt opus ipſis eſſe ut Moſis legem ſuſciperent. (cc)

5. + Quod de tota lege Moſis dixi, idem & de circumciſione, + quæ legis quaſi introitus erat, dictum volo. + Hoc tantum intereſt quod lege Moſis Iſraelitæ ſoli tenebantur, + circumciſionis autem lege tota Abrahami poſteritas: + unde Idumæos à Judæis coactos circumciſionem ſuſcipere in hiſtoriis Hebræorum + & Græcorum legimus. Quare qui populi extra Iſraelitas circumciſi ſunt (ſunt autem complures, quorum + Herodotus, + Strabo, Philo, Juſtinus, Origenes, Clemens Alexandrinus, Epiphanius, g Hieronymus, meminerunt) eos credibile eſt 32 ab Iſmaele, aut ab Eſavo, aut h ex Cethuræ poſteris veniſſe.

6 Cæ-

Ἑλλήνων διαλέγεται ; τῶν πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας· ἅπω γὰρ εἰς τὰς τῆς χάριτος ἔφθασε χρόνους ὁ λόγος· *quem Judæum hic indicat, & de quibus Græcis differit? de iis qui ante Chriſti adventum fuere: nondum enim ad Gratiæ tempora perducta eſt oratio.* Deinde : Ἕλληνας δὲ ἐνταῦθά φησιν, ἃ τὰς εἰδωλολατρείας, ἀλλὰ τὰς θεοσεβούντας, τὰς τῷ φυσικῷ πειθομένας λόγῳ, τὰς πλὴν τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν συντελοῦντα διατηροῦντας. Exemplaque dat in Melchiſedeco, Jobo, Ninivitis, Cornelio, mox: Ἕλληνα δὲ πάλιν ἃ τὸν εἰδωλολάτρην, ἀλλὰ τὸν θεοσεβῆ καὶ ἐνάρετον καὶ τῶν νομικῶν παρατηρήσεων ἀπηλλαγμένον φησί· *Græcos hic dicit, non idolorum cultores, ſed in Deum pios, naturali rationi obſequentes, qui, præter Judaica inſtituta, cuncta quæ ad pietatem facerent ſervabant. Et Græcum rurſum vocat, non cultorem idolorum, ſed pium, virtute præditum, à legis vero ritibus liberum.* Eundem in ſenſum trahit illud, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, *lege ſolutis ut lege ſolutus.* & oratione XII. de Statuis : Ἕλληνα ἐνταῦθα καλεῖ ἃ τὸν εἰδωλολάτρην, ἀλλὰ τὸν προσκυνοῦντα μὲν τὸν Θεὸν μόνον, οὐκ ἐνδεδεμένον δὲ τῇ τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων ἀνάγκῃ, σαββατισμοῖς λέγω καὶ περιτομῇ καὶ καθαρισμοῖς διαφόροις, ἀλλὰ φιλοσοφίαν ἅπασαν καὶ εὐσέβειαν ἐνδεικνύμενον. *Græcum hic appellat, non idolis deditum, ſed unius Dei invocatorem, talem tamen qui Judaicorum rituum neceſſitati aliigatus non ſit, ſabbatorum puta obſervationibus, circumciſioni, variis ablutionibus, interim qui in omnibus ſapientiæ ſtudium pietatemque oſtendat.* (Tom. VI. pag. 54. *Edit. Savil.*)

e *Stantibus in loco peculiari*] Vide *Joſephum* ubi Templi Salomonis hiſtoria tractatur. Confer. doctiſſimum SELDENUM, *de Jur. Nat. & Gent. ſecundum Hebr.* Lib. III. Cap. 6. *J. B.*

f *Neque Eliſæus Naamani Syro*] Idem ſentit *Hilarius* ad Matth. XI.

g *Hieronymus*] Addi poteſt *Theodoretus.*

h *Ex Cethuræ poſteris*] Ex his orti videntur Æthiopum illi, quos circumciſis annumerat *Herodotus*: Homeritas illos vocat *Epiphanius.* (*Homeritæ* pars erant *Idumæorum*; & Auctor ipſe id dixit, in libr. *De Verit. Relig. Chriſt. L.* 1. §. 16. pag. 63. Not. 75. nuperæ Edit. Amſt. 1718. Ceterum heic, ex ſententiâ ipſius ævo receptâ, ponit pro certo, circumciſionem ab *Hebræis* ad alias gentes manaſſe. Quem tamen probabile eſt aliud ſenſurum fuiſſe, ſi MARSHAMI & SPENCERI, Eruditiſſimorum Anglorum, opera videre potuiſſet. *J. B.*

(bb) Ut in prohibitione operis faciendi die Sabbathi, *Exod.* XX. 10. *J. B.*

(cc) Adde, quæ Auctor habet in alio Opere, *de Verit. Relig. Chriſt.* Lib. V. §. 7. *J. B.*

GRONOVII.

32 *Ab Iſmaële aut Eſavo aut Cethuræ poſteris*] Mira conjectura. Atqui & Ægyptios, & Colchos, & Æthiopes circumciſione uſos, teſtis *Herodotus.*

6. Cæterum + in aliis omnibus + locum habebat Pauli illud, Rom. II, 14. *Cum gentes quæ legem non habent*, i *natura ſuapte* + (id eſt moribus ex primævo fonte manantibus : + niſi quis malit illud *natura* referre ad præcedentia, ut opponantur Gentes Judæis + quibus ſtatim natis lex inſtillabatur) *faciunt ea quæ legis ſunt : iſti legem non habentes ſibi ſunt lex :* + *ut qui oſtendant ipſum opus legis mentibus ſuis inſcriptum, ſimul teſtimonium reddente ipſorum conſcientia, & cogitationibus ſeſe mutuo accuſantibus aut etiam excuſantibus.* Et illud ibidem 26. *Si præputium* (id eſt præputiatus homo) + *obſervet mandatum legis*, + *nonne præputium illius pro circumciſione reputabitur?* Bene ergo in [a] Joſephi hiſtoria 33 Ananias Judæis Izaten Adiabenum (Ezaten hunc [b] Tacitus vocat) docebat k + etiam citra circumciſionem Deum recte coli & propitium haberi poſſe. Nam quod extranei multi circumciſi ſunt, + & per circumciſionem legi ſe obligarunt (ut explicat Paulus Gal. V, 3.) id fecerunt partim ut jus civitatis adipiſcerentur + (nam proſelyti qui Hebræis 34 גרי צדק hoſpites juſtitiæ, l + pari jure erant cum Iſraëlitis, Num. XV.) m partim ut earum promiſſionum eſſent participes, + quæ non communes humano generi, + ſed Hebræo populo erant peculiares : quanquam non

a *Antiq. lib.* XX. *c.* 2 §. 5. *Ed. Hudſon.*
b Ann. L. XII. C. 14.

rodotus. Hi autem non Cethuræ, non Eſavi, aut Iſmaëlis, nec omnino Heberi aut Semi progenies, ſed Ægyptii ac Æthiopes à Chami filiis deſcendunt, Mesreno, unde Ægyptus Hebræis terra Mesraim, & Chuſp, unde iiſdem Æthiopia terra Chuſi. Et credibile eſt Ægyptios accepiſſe circumciſionem ab Hebræis inquilinis, Æthiopes ab Ægyptiis. Colchi autem, origine Scythæ, Japetidæ fuerunt : & videntur circumciſionem etiam accepiſſe ab Ægyptiis, cum Seſoſtris expeditione in Aſiam facta coloniam Ægyptiorum ibi collocaviſſet, cujus meminit etiam *Valerius Flaccus* lib. V. Argonaut. 418. Seſoſtrin autem ſucceſſiſſe Pharaoni in mari rubro ſubmerſo, ſentit *Jacobus Uſſerius* Archiepiſcopus in Hibernia, in Chronologicis.

33 *Ananias Izaten docebat*] At ibidem refert *Joſephus*, alium Judæum Eleazarum monuiſſe Regem, grandem ab eo injuriam Deo & legi fieri, & magnam eſſe impietatem, quod aguita veritate non circumcideretur : & huic paruiſſe Izaten : atque inde in omni vita, Deo propitio ac vindice, felicem & magnum fuiſſe.

Hæc ſunt quæ reſponderi ad illa poſſint, quæ tradit Auctor. Nos tamen ex duriſſimis non ſumus, nec miſericordiam Dei circumſcribimus, & quid de bonis & honeſtis viris in Paganiſmo ſtatuerit, arcano illius & adorando judicio relinquimus.

34 גרי צדק] Προσήλυτοι δικαιοσύνης.

GROTII.

i *Natura ſuapte*] Τοῖς τῆς φύσεως λογισμοῖς· *collectionibus naturalibus*, ait *Chryſoſtomus*. Idem mox : διὰ τοῦτο γάρ, φησὶν, ἐστὶ θαυμαστοὶ, ὅτι νόμῳ οὐκ ἐδιήθησαν *Ob hoc, inquit, admirandi ſunt quod lege opus non habuerint.* Item : ἀρκεῖ ἀντὶ τοῦ νόμου τὸ συνειδὸς καὶ λογισμός· *Sufficit pro lege conſcientia & rationis uſus. Tertullianus* adverſus Judæos. (Cap. 2.) *Ante legem Moyſis ſcriptam in tabulis lapideis, legem fuiſſe contendo non ſcriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à patribus cuſtodiebatur.* Non longe hinc abit *Iſocrateum illud* : (Pag. 148. A. *Ed. H. Steph.* in Orat. Areopag.) δεῖ τοὺς εὖ πολιτευομένους ἀλ τὰς οἰκίας ἐμπιπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον. *Qui bona republica frui velint, ii debent non literis implere porticus, ſed in animis quod juſtum eſt ferre.*

k *Etiam citra circumciſionem Deum recte coli & propitium haberi poſſe*] Ipſe *Tryphon*, de rigore remittens, *Juſtino* ſic ait : μένοντί σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ τῆς φιλοσοφίας τρόπῳ ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνων μοίρας· *ſi in illa philoſophandi ratione manſiſſes, erat tibi reliqua ſpes aliqua ſtatus melioris.* (Pag. 29. *Edit. Oxon.* Cæterum de *Anania* iſto vide quæ habet V. C. PETRUS WESSELING, *Obſervat.* Lib. I. Cap. 9.)

l *Pari jure erant cum Iſraëlitis*] *Juſtinus* colloquio cum *Tryphone* : προσήλυτον περιτεμνόμενον, εἰ τῷ λαῷ προσεχώρησεν, ἐξὶν ὡς αὐτόχθων *Proſelytus qui circumciſus populo ſe aggregavit, par eſt indigenæ.* (Pag. 357. *Edit. Oxon.*)

m *Partim ut earum promiſſionum eſſent participes*] Et ob id ad *Paſchalis* ritus communionem admittebantur. [Vid. *Exod.* XII, 19. 47. 48.

non negem + posterioribus sæculis accessisse etiam in nonnullis pravam opinionem, quasi extra Judaismum salus non esset.

7. Hinc colligimus, nulla parte legis Hebrææ, + qua lex est proprie, nos obligari, quia obligatio extra jus naturæ venit + ex voluntate legem ferentis. Deum autem voluisse + ut alii quam Israëlitæ ista lege tenerentur, nullo indicio potest deprehendi. + Non igitur, nos quod attinet, probanda est ulla legis abrogatio: + nam nec abrogari potuit eorum respectu, quos nunquam obstrinxit. Sed ab Israëlitis ablata est obligatio, + quoad 35 ritualia quidem, statim postquam lex Evangelii cœpit promulgari; + quod Apostolorum principi clare fuit revelatum, Act. X. 15. quoad cætera vero, + postquam populus ille, per excidium urbis & desolationem, præcisa (dd) omni spe restitutionis, populus esse desiit.

8. Nos vero alienigenæ non id Christi adventu consecuti sumus, + ut Mosis lege non teneremur, sed ut qui antea + spem tantum satis obscuram in Dei bonitate positam habere poteramus, + nunc diserto fœdere fulciamur, + utque in unam Ecclesiam coalescere possimus cum Hebræis filiis Patriarcharum, sublata ipsorum lege, quo velut intersepimento à nobis distinebantur. Ephes. II. 14.

+ XVII. 1. Cum + ergo directam obligationem lex per Mosem data in nos inducere non possit, ut jam ostendimus, videamus + ecquem alium usum habere possit, tum in hac de jure belli, + tum in similibus aliis quæstionibus. + Id enim scire ad multa refert.

2. *Primum* ergo ostendit lex Hebræa, id quod ea lege præcipitur + non esse contra jus naturæ. Nam cum jus naturæ, ut ante diximus, + sit perpetuum atque immutabile, + non potuit à Deo, qui injustus nunquam est, quicquam adversus id jus præcipi. Adde quod lex Mosis vocatur + immaculata & recta, Psalm. XIX. qui Latinis XVIII, 8. & Apostolo Paulo + sancta, justa, bona Rom. VII., 12.

+ De præceptis loquor: + nam de permissis distinctius agendum est. + Permissio enim quæ lege fit + (nam 36 quæ nudi est facti, & impedimenti remotionem significat, huc non pertinet) + aut plena est, quæ jus dat ad aliquid omnino licite agendum; + aut minor plena, quæ tantum impunitatem dat apud homines + & jus ne quis alius impedire licite possit. + Ex prioris generis permissione + non minus quam ex præcepto sequitur id + de quo lex agit + contra jus naturæ non esse. n De posteriori genere + aliter se res habet. + Sed raro locum habet 37 hæc collectio: + quia cum permit-

GROTII.

n *De posteriori genere aliter se res habet*] Vide *Chrysostomum* ad finem VII. ad Romanos. [Tom. VI. pag. 103. *Edit. Savil.*]

GRONOVII.

35 *Ritualia*] Capita de cærimoniis.

36 *Quæ nudi facti*] Nam & permissio extra legem est, permissumque habetur, quod nusquam vetitum ea non juris est, sed facti, & tantum significat nihil obstare aut impedire, quo minus facias, si lubeat.

37 *Hæc collectio*] Hoc vel illud in lege Mosaica permissum est; ergo est juris naturæ.

(dd) Ita edidimus, quum antea in omnibus Editionibus fuerit, *desolationem præcisam sine spe restitutionis.* Nihil est illud *præcisam*, junctum τῷ *desolationem.* Unde autem error typothetarum,

mittentia verba ſint ambigua, magis ex jure naturæ interpretari nos convenit utrius generis ſit permiſſio, quam ex permiſſionis modo ad jus naturæ argumentando procedere.

3. Huic primæ obſervationi affinis eſt *altera*, + licere nunc his qui imperium inter Chriſtianos obtinent, leges ferre ejus ſenſus cujus ſunt leges per Moſem datæ, niſi ſi quæ ſint leges, + quarum tota ſubſtantia ad tempus Chriſti exſpectati & Evangelii nondum revelati pertineat, + aut niſi Chriſtus ipſe contrarium, aut in genere aut in ſpecie, conſtituerit. Nam + his tribus cauſis demptis nulla poteſt alia excogitari, + cur quod olim Moſis lege fuit conſtitutum, nunc ſit extra ea quæ licent.

4. *Tertia* obſervatio hæc ſit: + quicquid ad eas virtutes pertinens quas Chriſtus à ſuis diſcipulis exigit, lege Moſis præceptum eſt, o + id nunc etiam, ſi non & amplius, à Chriſtianis præſtandum. Fundamentum hujus obſervationis eſt, + quod quæ virtutes à Chriſtianis exiguntur, ut humilitas, patientia, dilectio, exiguntur P in majore gradu + quam ſtatu legis Hebraicæ exigebantur: idque merito; + quia etiam promiſſiones cœleſtes in Evangelio multo clarius proponuntur. + Hinc lex vetus comparatione Evangelii dicitur fuiſſe nec perfecta, + nec ἀμεμπτίᾳ Heb. VII, 19. VIII, 7. & + legis finis dicitur Chriſtus, Rom. X. 5. + lex autem manuductrix ad Chriſtum, Gal. III, 25. + Sic lex vetus de ſabbato, q & altera de decimis, monſtrant Chriſtianos obligari, ne minus ſeptima temporis parte ad cultum divinum, nec minus fructuum decima, in alimenta eorum, qui in ſacris rebus occupantur, aut ſimiles pios uſus ſeponant.

rum, ab Auctore ipſo, rebus potiùs quam verbis intento, non animadverſus, manaverit; quivis facilè conjicere poteſt. *J. B.*

GROTII.

o *Id nunc etiam, ſi non & amplius à Chriſtianis præſtandum*] *Tertullianus* de Pudicitia: *Libertas in Chriſto non fecit innocentiæ injuriam; manet lex tota pietatis, ſanctitatis, humanitatis, veritatis, conſtantiæ, caſtitatis, juſtitiæ, miſericordiæ, benevolentiæ, pudicitiæ.* (Cap. 6.)

p *In majore gradu*] *Chryſoſtomus* de Virginitate LXXXIV. (Tom. VI. pag. 295. *Ed. Savil.*) μείζονα ἐπιδείκνυσθαι δεῖ τὴν ἀρετὴν, ὅτι πολλὰ ἡ τῆ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται νῦν, ᾗ μεγάλη τῆς τῆ Χριστῆ παρουσίας ἡ δωρεά. *Major nunc virtus oſtendenda eſt, quia multa nunc ſpiritus effuſa eſt gratia, & ingens donum eſt Chriſti adventus.* Similia habet idem oratione, Eſſe ex neglectu vitia; & de jejuniis tertio; & ad Romanos VI, 14. & VII, 5. Adde *Irenæum* lib. IV, cap. XXVI. Scriptor Synopſeos Sacræ Scripturæ, quæ inter opera eſt Athanaſii, de capite quinto Matthæi agens, ἐπιτείνει τὰς ἐν τῷ νόμῳ ἐντολὰς, *intenſiora facit hic Chriſtus legis præcepta.* (Tom. II. pag. 122. A. *Ed. Colon.* (ſeu *Lipſ.*) 1686.]

q *Et altera de decimis*] Sic lege hac apud *Chriſtianos* utitur *Irenæus* lib. IV. cap. XXXIV. & *Chryſoſtomus* ſub finem capitis ultimi prioris ad Corinthios, & ad Epheſios II, 10.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII

LIB. I. CAP. I.

§. I.

CONTROVERSIÆ *eorum quos nulla juris civilis tenet communio*] i. e. lites inter ſummas poteſtates: Nam controverſiæ illorum quos juris civilis tenet communio, judicio deciduntur & tranſactione, non bello & pace.

Additio.

„ Quæritur, an hi quos juris civilis tenet „ communio obligentur præceptis juris natu- „ ralis, ſi legibus civitatis nihil de iis ſtatu- „ tum ſit? Et merito id affirmatur: quia ipſa „ natura ejusque Auctor hæc præcepta ho- „ minibus dedit, adeoque obtinent, etſi le- „ legibus civilibus nulla eorum mentio fiat. „ Imo etſi aliquid præceptis naturalibus con- „ trarium iis ſtatuatur: Egregie id firmat „ Cicero *de Legibus L. 2. p. m.* 438. *Nec* „ *quia tempore Tarquinii lex de ſtupro non* „ *erat lata, idcirco non contra legem illam* „ *ſempiternam S. Tarquinius vim intulit Lu-* „ *cretiæ*? *Erat enim ratio profecta a verum* „ *natura, & ad recte faciendum impellens,* „ *& a delictis avocans, quæ non tum de-* „ *mum incipit lex eſſe cum ſcripta eſt, ſed* „ *tum, cum orta eſt: orta autem eſt cum* „ *mente divina.* Atque hinc notanter Gajus „ ait: *Omnes populos, qui legibus & moribus* „ *reguntur, partim ſuo proprio, partim com-* „ *muni omnium hominum jure uti. l. 9. ff.* „ *de juſt. & jur. Conf.* §. 3. *Inſt. de juſt.* „ *& jur. &* §. 5. *Inſt. de jure Nat. &* „ *Gent. &c.* Cives igitur inter ſe obligan- „ tur & ex jure naturali, & ex jure civili.

Quales ſunt, & qui in gentem nondum coiverunt] Multi enim fuere, & hodieque ſunt homines, qui nullo vinculo juris civilis inter ſe tenentur, ubi familia quæque ſeparatim habitat; inter quas cum omnia omnibus ſufficiant, nullæ lites exiſtunt, adeoque nec judicio inter eas opus eſt: Exempla talia ex ſacris litteris quoque nota ſunt: Loth & Abraham patres ſingularum erant familiarum, nec in gentem coivere, nec communem judicem habuerunt; indeque ſolo jure naturæ tum inter ſe, tum cum aliis familiis utebantur: Tales quoque fuere Aborigenes apud Salluſtium, *Catil. 6.* Getuli apud eundem, *Iugurth. c.* 18. Cyclopes apud Euripedem, *in Tragoedia hoc nomine inſcripta.* Tales perhibentur fuiſſe homines initio, qui inſtar ferarum in antris habitaſſe dicuntur, antequam in civitates collecti ſunt. *Cic. L.* 1. *de invent. pr.* Unde fabulæ ortæ Orphei & Deucalionis, quorum *ille* ſaxa & arbores, i. e. homines in ſpeluncis ſaxis & ſylvis habitantes, in ſocietatem coegit; *hic* ex oſſibus homines fecit oſſibus rejectis: *Conf. Orat. mea de progreſſu juris Europæi. & Becm. hiſt. orb. p.* 1. *c.* 9. §. 8.

Additio.

„ Exempla ejusmodi gentium collegit Au- „ ctor *Lib. I. c.* 4. §. 2. quibus addendi Sar- „ mazeni, *Ammian. Marc.* 14. 10. Ody- „ riſes, *Id.* 27. 28. Hunni *Id* 31. 4. Conf. „ *Polyd. Vergil. de invent. rer.* 3. 9. Unde „ vero civitates originem ceperint, & quæ „ cauſa ſit cur homines in civitatem coive- „ rint, alibi demonſtravimus: *Conf. Diſſert.* „ *Prooem.* §. 612

Et qui inter ſe diverſarum ſunt Gentium] „ Uti ſi duæ civitates ſeu gentes, ex pluri- „ bus familiis conſtantes, invicem controver- „ tunt. v. g. Spartani cum Athenienſibus. &c. „ Controverſiæ igitur, quæ inter hos oriuntur, „ non niſi bello decidi poſſunt.

Tum privati] „ Duorum regnorum ſub- „ diti

„ ditiinter se non jure aliquo civili, (quia „ communem superiorem non habent) sed „ sed solo jure naturæ tenentur: De modo „ autem agendi inter duarum civitatum ci„ ves infra agemus. *Vid. L. 1. c. 1. §. 1. L. 3. „ c. 15. §. 2. l. 3. c. 25. & Dissert. Proœm. „ VIII. §. 166.*

Tum Reges ipsi] „ Si scilicet inter se „ controvertunt; nam cum superiorem non „ habeant, solo jure belli controversiæ eo„ rum deciduntur.

Quique par regibus jus obtinent] i. e. omnes potestates quæ summæ sunt, nec superiorem habent.

Sive illi optimates sint, sive populi liberi] „ Auctor innuit triplicem statum: regium, „ optimatum, & popularem.

Aut ad belli, aut ad pacis tempora pertinet] Omnes lites inter summas potestates, eorumque subditos, necessario referuntur aut ad *belli* aut ad *pacis* tempora: *Tertium* ergo tempus inter bellum & pacem medium non datur: Licet enim longæ aliquando contrahi inter partes litigantes soleant induciæ, illæ statum belli non tollunt, sed suspendunt; Eodem modo uti feriæ inter cives litem suspendunt; non dirimunt. Status igitur belli durat, donec vel ultima victoria vel pace finiatur.

Neque allegari potest *Lex 5. §. 2. ff. Capt. & postl.* ubi tempore *pacis* quoque inter eos, qui hostes non sunt, belli jura obtinent, quia id, quod ad alterum pervenit, ejus fit; Adeoque tertium hic tempus ex pace & bello mixtum dari videtur: At ex ipsis verbis legis apparet, statum ibi esse pacis, non hostilem, ibi, *in pace*, & mox, *hi hostes quidem non sunt.* Rationem autem, cur id quod ad alterum cum quo nobis amicitia non est pervenit ejus fiat, infra demonstrabimus. *Vid. infr. l. 3. c. 9.*

At, ais, dari bella civilia, quæ nec verum bellum sunt, nec ad pacis tempora referri possunt: Resp. Imo verus status pacis hic est, quia bellum non est nisi inter duos populos liberos: Pugnæ ergo civium inter se nec legitimum statum faciunt, nec eum mutant. Hoc ergo casu superior, vel ea pars cui superior accedit, alteram partem non jure belli sed jure impetii coercet.

Cæterum duo hæc tempora belli & pacis admodum celebrantur a veteribus scriptoribus: Justinianus in præfatione ad Institutiones, *omne tempus*, ait, *esse aut pacis aut belli*, i. e. legum vel armorum; Vespasianus Tito filio mandat, *ut bello armisque rempublicam attollat, sibi pacem domumque curæ fore. Tacit. L. 4. hist. 52.* Hinc formulæ: *pace & bello: sago & toga: domi militiæque. Vide Sallustium de bello civili c. 9. Add. proleg. §. 2.*

Sed quia bellum pacis causa suscipitur] „ Finis enim belli est, ut pax perpetua eo „ obtineatur: *L. 3. c. 15. §. 2. L. 3. c. 25. „ per tot.*

Et nulla est controversia, unde non bellum oriri possit] Uti in Republica nulla est controversia, ex qua lites inter subditos oriri non possint, ita recte asseritur, inter summas potestates nullam esse controversiam ex qua bellum oriri nequeat. Uti enim ex omni jure privato mihi competit actio, ita ex omni jure publico Principi competit jus belli. *L. 2. c. 1. §. 2. n. 1.* Adeo, ut ex leviſſima quoque causa bellum suscipi possit, ut ex leviſſima causa processus intentari & actio institui. An vero id conducat alia quæstio est, quam separato capite tractat Auctor *L. 2. c. 25. per tot.* Quod igitur inter privatos est judicium, id inter gentes est bellum: bellumque nihil aliud est quam actio, quam summa potestas contra aliam intentat.

Occasione bellici juris, quæcunque tales incidere solent controversiæ, recte tractabuntur] Eodem enim ordine processus gentium tractari debet, quo processus inter privatos: Atque hinc Auctor *Libro primo* exponit, quænam personæ agere, i. e. bellum gerere possint. In *Libro secundo* agit de causis, quæ in judicium publicum deduci, i. e. bello causam dare possunt. In *Libro tertio* agit de processu, i e. de modo procedendi in bello, ubi simul de ultima victoria agit, quæ instar sententiæ est, & rei judicatæ.

Ad pacem, ut finem suum deducet:] Quia, uti dictum est, bellum pacis causa suscipitur.

Ad §. II.

De belli ergo jure acturi] „ In qua quæs„ tione Auctor duo examinat, 1. sitne ali„ quod bellum justum, 2. quid in bello „ justum sit. *Vid. infr. §. 3.*

Quid bellum sit, de quo quæritur; quid jus &c.] „ Unde Auctor merito justitiam „ excludit a descriptione belli, quod *n. 3.* „ explicabitur.

Cicero

Cicero dixit bellum certationem per vim:] Cicero ait, duo esse decertandi genera de jure, *alterum* per disceptationem, i. e. verbis & coram judice; Unde hodieque litis contestatio Germanis vocatur, *Die Kriegs-Befestigung: alterum* per vim, quando judicia cessant & superior non est. *Cic. l. 1. off. c. 11.*

Ut non actio, sed status eo nomine indicetur] Imo, hoc non usu saltem, sed ex sermonis proprietate est; nam certatio Ciceroni quoque non actum, sed jus seu facultatem certandi denotat: eodem modo, uti actio in jure Romano describitur, *jus* persequendi id quod nobis debetur; §. 1. *Inst. de Act.* hæreditas, *jus* succedendi in omne jus defuncti; ususfructus, *jus* utendi fruendi re aliena. &c.

Bellum igitur non denotat actum ipsum quo certatur, sed facultatem moralem seu jus certandi: Est enim bellum idem, quod actio, hæc autem, uti diximus, jus agendi denotat.

Insto, sæpius bellum esse ubi tamen jus seu facultas lædendi non est, uti tempore induciarum. Resp. per inducias suspenditur quidem illa facultas lædendi, at non tollitur; (nam alio tempore, aliaque vice ex eadem causa vis exerceri potest,) tunc autem demum jus sublatum dici potest, quando in perpetuum cessat; Uti enim jus agendi inter privatos non cessat etsi feriæ, vel justitium interveniat, sed demum per sententiam & transactionem; ita nec jus certandi per bellum finitur induciis, sed per ultimam demum victoriam aut pacem.

Ita ut sit bellum status per vim certantium] Rectius, jus seu facultas legitima certandi per vim, pro defensione (quod necessario addendum erat) juris nostri: Nullum enim bellum justum est, nisi pro defensione juris nostri, & tunc justum erit licet cum offensione alterius suscipiatur.

Additio.

„ Cum Auctor tantum quærat, quid *bellum* sit? non quid *justum bellum* sit? „ merito cum Cicerone bellum describit „ *certationem per vim:* Cicero enim non „ intelligit actum certationis, utpote qui „ prælium vel pugna dicitur; sed totum „ illud spatium quo lis inter disceptantes „ durat. Bene Isidorus, *differentiarum L. 2.* „ 210. *Inter bellum, aciem, prælium, &* „ *pugnam, hoc interest, quod bellum dicitur* „ *totus conflictus, acies ordinatur, prælium* „ *committitur pugna, geritur.*

Qua tales sunt] i. e. qua sunt certantes; adeoque quousque lisper pacem decisa non est.

Quæ generalitas omnia illa bellorum genera comprehendit] „ Scil. publicum, (il- „ ludque vel solemne vel minus solemne) „ privatum, & mixtum: de quibus suo loco „ agemus *Vid. l. 1. c. 3. §. 1. & 4.*

Neque enim privatum hic excludo] Privatum Auctori est, quando privatus, qui ab alio vi petitur, per vim se defendit. *Vid. L. 1. c. 3. §. 1. n. 2.* Naturaliter enim vim vi repellere licet, adeoque justum hoc bellum est, sed privatum.

Additio.

„ Imo, Auctori bellum privatum est non „ solum si quis ab alio vi petitur, adeoque „ quod ex moderamine inculpatæ tutelæ ge- „ ritur; sed quoties privatus jus suum, „ vel alterius, vi & armis vindicat. Auctor „ enim statuit natura non dari judicia, sed „ unumquemque esse tum sui tum alieni „ juris vindicem & jure gentium demum „ jus illud belli privati ad casum inculpatæ „ tutelæ restrictum esse. Proleg. §. 41. & „ *Lib. 3. c. 18. §. 5.* quæ refutavimus in „ *Differt. Proœm. VIII. §. 167.*

Ut quod reipsa prius sit publico] „ Ita „ enim Horatius *1. Sat. 3.*

Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter,
Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro,
Pugnabant armis quæ post fabricaverat usus.

„ Nam institutis demum civitatibus injurias „ singulorum publica auctoritate vindicari „ Auctor ait; adeoque bella publica de- „ mum cum civitatibus orta esse putat; quod „ verum non esse vel exinde patet, quia „ familiæ a natura sunt, quarum capita jus „ belli & judiciorum ante institutas civita- „ tes exercuisse alibi demonstrabimus.

Communem habeat naturam] „ Nam ni- „ hil interest, an pauci an plures invicem „ certent: Utrumque bellum dici potest, „ i. e. certatio per vim.

Quæ propterea eoque proprio nomine signanda est] „ Ita scilicet, ut quidem *belli* no- „ mine comprehendatur, sed proprio nomi- „ ne *belli privati* veniat.

Neque hujus nominis origo repugnat] 2 „ Adeoque bellum privatum ex vocis ori- „ gine sub generalitate vocis *belli* continetur.

Est enim bellum ex voce veteri duellum] Imo, est eadem vox; pronunciationis enim emolliendæ causa consonans initialis vel non, vel

vel vix exprimitur; altera vocalis vero concursu consonantis durius : unde pro *duellum* veteres pronunciarunt *vellum*, & tandem res usu eo devenit, ut scriberetur *bellum*; exempla similia in *duonus* & *duis* allegat Auctor, unde *bonus* & *bis* ortum est: Idque aliis vocum exemplis confirmatur, ita enim pro Guilhelmus, pro Guarenda &c. pronunciare solemus Wilhelmus, Warenda &c.

Additio.

„ *Bellum* a veteri voce *duellum* esse Varro in *perduelles* 6. *LL.* & Festus, voce „ *duellum* confirmant, & Cicero quoque in „ *Orat. ad Brutum c.* 45. *Quid vero licentius*, ait, *quam quod hominum quoque* „ *nomina contrahebant, quo essent potiora?* „ *nam duellum, bellum, duis bis : sic Duellium eum, qui Pœnos classe devicit, Bellium nominaverunt, cum superiores Sempronio apellati essent Duellii :* & Quinctilianus „ *Inst.* 1. 4. *ex duello bellum, unde duellios* „ *quidam dicere bellios ausi :* Aliam belli derivationem suppeditat Theodoricus Gothorum Rex, apud Cassiodorum 1. *var.* 30. „ *Belus ferreum gladium primus produxit,* „ *a quo & bellum placuit nominari. Vid.* „ *Tessin. h.*

A duobus &c.] Quia duæ tantum partes sunt adversæ, etsi plures homines vel populi uni aut alteri adhæreant, unam enim plures illi defendunt causam : Unde simul apparet, si plures separatam causam habent, plura esse duella seu bella, licet communibus viribus quisque suam defendat

Quo pacem unitatem dicimus] „ Etsi plures sub illa pace comprehendantur.

Δύη *A dissolutione*:] „ Quia bellum dissolvit.

Δύη] „ Quæ vox denotat infortunium, „ labores, strages, ærumnas &c. a δύω, occido, mergor. &c. *Vid. Schrev. Lexic.*

Neque usus vocis laxiorem hanc rationem repudiat] „ Adeoque non tantum ex origine vocis, sed etiam ex ejus usu, privatum bellum voce belli continetur.

Nihil id nobis obstat] Diximus enim duellum, sensu etiam proprio, posse dici intuitu duarum personarum certantium.

Nomen Generis sæpe, Speciei præsertim excellentiori, peculiariter adhæresce re] „ Exemplum alibi affert in *Cognatione*, quæ vox „ generalis est, & etiam agnationem continet: at aliquando sumitur pro cognatione „ in specie, & eatenus opponitur agnationi, „ *Vid. l.* 2. *c.* 16. §. 9. Idem est in *adoptione*, quæ iterum est vel arrogatio, vel adoptio in specie. Sic *liberi* sunt vel *liberi* in „ specie, vel nepotes.

Justitiam in definitione non includo] Male Auctor excludit justitiam a definitione belli; Sane bellum non potest aliter definiri, quam *jus per vim agendi :* & hoc ipsum quæritur, *an tale jus detur*? Omnes reliquæ certationes per vim non bella sunt, sed latrocinia, & hoc sensu inter bruta quoque bella forent. *Conf. l.* 24. *ff. de capt. & postl.*

Distingui autem debet, id quod quæritur, ab eo de quo quæritur] Imo idem potest esse id quod quæritur, & id de quo quæritur. Ita enim actio est *jus persequendi in judicio*, & tamen quæritur an Christiano liceat actionem instituere. Ita Magistratus definitur persona publica juri dicundo destinata, & tamen quæri solet an talis magistratus a natura sit: Sed & ipse Auctor jus naturæ definit quod justum est. *Vid.* §. *seq.* & tamen quæsivit in prolegomenis an tale jus naturæ detur. Atque eadem ratione in bello etiam quæri potest, quid sit bellum, scil. *jus certandi per vim*: & an detur bellum, *seu tale jus certandi :* Bellum ergo necessario includit justitiam, & ad essentiam definitionis pertinet, ut justum sit.

Additio.

„ Auctor recte mihi videtur separare duplicem quæstionem, 1. quidnam bellum sit: „ 2. an, & quodnam bellum justum sit? In „ priori quæstione plane de justitia non quæritur. Etsi enim facile concedam, bellum esse „ *jus* certandi per vim, non tamen inde infertur, bellum illud justum esse. Nam per *jus* „ ibi intelligitur facultas seu libertas agendi, „ quæ esse potest, etiamsi causa sit injusta: „ Ita enim actio inter privatos itidem denotat „ *jus* seu facultatem agendi in judicio : neque „ tamen inde sequitur omnem actionem justam „ esse, sed id ex sententia demum apparere so„ let: Uti ergo in actione aliud est *id quod quæ„ ritur*, *an* scil. *& quando actio justa sit*? „ aliud de quo quæritur, scilicet *quid sit actio*? „ ita idem quoque in bello distingui debet: „ Sane experientia docet bellum geri inter „ duos, quorum alter saltem justam habere „ causam potest : Ratione alterutrius igitur „ bellum est sine justitia: adeoque hactenus „ jus a bello separari potest & debet.

Ad §. III.

De *jure belli cum inscribimus hanc tractationem*] „ Auctor hactenus quæsivit, *quid*

„ *bellum sit*? non habita ratione justitiæ. *Vid.* „ §. *præc.* jam quærit *de jure belli*.

Hoc ipsum intelligimus, &c. sitne aliquod bellum justum] „ i. e. an bellare umquam li„ ceat, *Vid. c.* 2. §. 1. *n.* 1. quam quæstio„ nem examinat *capite sequenti*.

Et deinde, quid in bello justum sit] „ I. e. „ quid quantumque in bello liceat, & quibus „ modis. *Vid. L.* 3. *c.* 1. §. 1. De *causis* ex „ quibus bellum geri potest, mentionem hic „ non facit, quia controversias illas occasione „ saltem bellici juris tractat. *Vid. supr.* §. 1. „ *n.* 1.

Nam jus hic nihil aliud quam quod justum est significat] Auctor tres ponit *juris* significationes: 1. *jus* sumit pro eo quod justum est, vel potius negative, pro eo quod injustum non est, i. e. quod socialitati non repugnat. §. *h.* 2. Pro qualitate morali, quæ personæ competit ad juste, i. e. socialitati & judicio recte conformato convenienter, aliquid habendum vel agendum. §. 4. 3. Pro præcepto & pro lege naturæ, unde oritur obligatio ad faciendum id, quod rectum est, §. 4.

At rectius juris significationes ad duas classes referuntur: *duæ* enim *priores* nihil aliud sunt, quam jus permissivum, & inferunt facultatem a natura concessam: tertia significatio infert jus præceptivum. *Conf. Pos. jur. gent.* 1. & 2.

Additio.

„ Grotius h. & sequentibus §. §. pro variis „ jurium speciebus (nam quatuor jura univer„ salia fingit) varias juris significationes pro„ ponit, quæ a nemine hactenus eo sensu „ usitatæ fuerunt. Præterea singulas has spe„ cies per alias subdivisiones, adhibitis no„ vis terminis, adeo obscuras reddit, ut to„ tum jus naturæ incertum inde reddatur: „ Provocamus ad has ipsas significationes, „ quæ juri naturali vix formam juris relin„ quunt.

„ Ait enim I. *jus* in abstracto significare id „ quod *justum est*, vel potius negante sensu, „ *quod injustum non est*; i e. quod naturæ „ societatis humanæ non repugnat. §. 3. *n.* 1. „ §. 10. *n.* 3. *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 3.

„ Quia vero societas alia est æqualis alia in„ æqualis; hinc *jus* hoc sensu aliud *rectorium*, „ aliud *æquatorium* recte vocari ait. § 3 *n.* 2. „ *L.* 2. *c.* 25. §. 8. *n.* 1.

„ II. *Jus* in concreto, i. e. respectu habito „ ad personam, significare, ait, *qualitatem* „ *moralem personæ competentem, ad aliquid* „ *juste habendum vel agendum*.

„ *Qualitatem* autem illam *moralem* distin„ guit in *perfectam* & *imperfectam*: Perfecta „ Grotio dicitur *facultas*, quæ ICtis nomine „ *sui* venit: Eamque *jus proprie & stricte sic* „ *dictum* appellat. Imperfectam autem vocat „ *aptitudinem* §. 4. & 5.

„ Porro *Facultatem* illam duplicem esse ait: „ *vulgarem*, quæ usus particularis causa com„ parata est; & *eminentem*, quæ competit „ communitati in partes, & res partium, boni „ communis causa. §. 6.

„ Denique facultatem respicere ait *justitiam* „ *expletricem*, aptitudinem autem *justitiam* „ *attributricem*: ubi simul probat, verum „ non esse quod in illa obtineat *proportio arith*„ *metica*, in hac *geometrica*: nec quod illa „ versetur circa *res singulorum*, hæc circa *res* „ *communes*. §. 8.

„ III. *Jus* idem valere ait quod *lex*: ut sit „ *regula actuum moralium obligans ad id quod* „ *rectum est*. §. 9. *n.* 1.

„ *Rectum* autem hic continere, ait non „ tantum, quod *justum*, sed & quod *aptum* „ est; & laxius justum ei dicitur. *d.* §. 9. *n.* 1.

„ IV. *Jus ita acceptum* dividit in *jus natura*„ *le*, & *voluntarium*. *d.* §. 9. *n.* 2.

„ *Jus naturale* esse ait, quicquid convenit „ cum natura rationali, i. e. cum *natura so*„ *ciali*, & cum *natura humana* §. 10. *n.* 1.

„ Ubi notat 1. quædam *juris naturalis* dici „ non *proprie*, sed *reductive*, quibus jus na„ turale non repugnat. §. 10. *n.* 3. 2. Jus na„ turale non tantum agere de iis *quæ citra vo*„ *luntatem humanam existunt*, sed de multis „ etiam *quæ voluntatis humanæ actum conse*„ *quuntur*. §. 10. *n.* 4. 3. Esse quædam juris „ naturalis non simpliciter, sed pro certo re„ rum statu. §. 10. *n.* 7.

„ V. *Jus voluntarium* (quod itidem voce „ *legis* comprehendit §. 9. *n.* 2.) facit vel *di*„ *vinum*; illudque triplex, *Adamiticum*, „ *Noachicum*, & *Legem Evangelii*: §. 13. „ §. 15. Vel *gentium*, illudque vel latius, „ vel arctius. &c. §. 14.

„ Quid circa singulas has significationes mo„ nendum sit in sequentibus §§. notabimus: „ Interim hæc ipsa farrago jurium, novæ hæ ac „ parum cognitæ definitiones, variæ ac in„ usitatæ divisiones & subdivisiones, jus uni„ versale, seu naturæ, quod simplicissimum „ est, non tantum obscurum, sed &, ut mo„ do diximus, incertum reddunt.

„ Nos unam saltem *juris universalis* speciem „ admittimus, nimirum *jus naturæ*: adeoque „ triplex illud jus divinum universale, & jus

„ gen-

„ gentium, tum latius patens tum arctius, „ non agnoſcimus.

„ Præterea negamus, *juſtum* natura eſſe „ quod convenit cum natura humana, ſeu ſo„ ciali: & *injuſtum* quod ei repugnat: inde„ que alibi probavimus jus naturæ ſociale & „ jus humanæ naturæ ex ſenſu Auctoris non „ dari.

„ Denique aſſerimus, juris naturæ diviſio„ nes 1. in æquatorium & rectorium; 2. in „ qualitatem perfectam, & minus perfectam „ 3. in facultatem vulgarem & eminentem, „ 4. in juſtitiam expletricem ac attributicem; „ nec non 5. diſtinctiones in jus naturæ pro„ prie ſic dictum, & reductive tale; 6. in ea „ quæ citra voluntatem hominum exiſtunt, „ & quæ voluntatis humanæ actum conſequun„ tur; 7. in ea quæ juris naturalis ſunt ſim„ pliciter, & quæ pro certo rerum ſtatu ob„ tinent; ſupervacaneas eſſe, & nulla ratio„ ne niti: Quod ex ſequentibus principiis „ magis eluceſcet.

„ I. Cum omnis quæſtio de *jure* eo refera„ tur *quid natura juſtum ſit*, i. e. *quid juſtitiæ* „ *naturali conveniat*, ſeu *quid homines licite* „ *facere poſſint*, *quid non poſſint*? id non ali„ ter intelligi poteſt, quam ex ipſa definitio„ ne juſtitiæ, quæ conſiſtit *in jure ſuo cuique* „ *tribuendo*.

„ II. Hæc igitur definitio ſupponit 1. jus „ cuique hominum quæſitum eſſe: 2. jus il„ lud cuique tribuendum eſſe:

„ III. Ex hac definitione apparet, Jus, „ quatenus ſumitur pro eo quod natura juſtum „ eſt, duplicem habere ſignificationem: & „ 1. ſumi pro jure quod cuique natura, i. e. „ ex voluntate Creatoris, ſuum, proprium, „ & quæſitum eſt: quod Grotius deſcribit *fa„ cultatem moralem habendi vel agendi*. 2. Pro „ juſſu, lege, & præcepto Auctoris naturæ, „ jus illud tribuendi ei cui natura quæſitum eſt.

„ IV. Hæ ſignificationes non conſtituunt „ diverſas juris ſpecies; nec vere dici poteſt, „ aliud eſſe jus conceſſivum ſeu permiſſivum, „ aliud præceptivum: ſunt enim ejusdem juris „ naturæ partes: Etenim ſi *alicui jus* ex volun„ tate Creatoris conceſſum, eoque *ſuum*, „ *proprium*, & *quæſitum eſt*, inde neceſſario „ ſequitur, *alterum id jus ei tribuere debere.* „ *Objectum* igitur *juris naturæ* eſt, *jus* quod „ cuique ſuum eſt. *Effectus* autem hujus juris „ eſt lex, & præceptum *jus* illud tribuendi „ ei cujus eſt Quod plenius probavimus *in* „ *Diſſ. Proœm. X.* § 17. & *Diſſ. X.* § 21.

„ V. Hinc jam ſponte ſequitur definitio *juris* „ *naturalis*. Eſt enim *Lex juſſus & præceptum* „ *Auctoris naturæ jus ſuum cuique tribuendi*: „ Natura ergo *juſtus* eſt, i. e. licite agit, qui „ intra fines juris *ſui* habet vel agit. *Injuſtus* „ autem eſt, & illicite agit, qui fines juris „ alterius turbat; adeoque unde obligatur ad „ jus ſuum cuique tribuendum.

„ VI. Præcipua autem quæſtio eſt, quæ„ nam ſint illa jura cuique naturali ratione ſua „ & propria? Et alibi diximus *jus cuique ſuum* „ *eſſe* vel intuitu Dei, vel intuitu hominum: „ *Deo* ut enti perfectiſſimo & omnium rerum „ Creatori. *Hominibus*, vel ex ſtatu homi„ num, vel ex jure rerum, vel ex obligatio„ ne perſonæ.

„ VII. Cum autem rite probari debeat *quæ„ nam jura cuique ſua ſint*? Non ad fictam „ aliquam ſocietatem humanam, ejusque „ cuſtodiam; nec ad vagum illud judicium „ recte conformatum ad diſcernenda ea quæ „ noxia ſunt & quæ delectant; nec ad triplex „ aliquod jus divinum univerſale; nec ad fa„ bulam de placitis gentium convolamus, ſed „ modos naturales, quibus omnis voluntas, „ adeoque & Auctoris naturæ, probatur, & „ quos ratio ſuppeditat, adhibemus: ex qui„ bus certiſſima ratione inferri poteſt quæ„ nam jura tum Deo, tum cuique hominum „ ſua, propria & quæſita ſint. Vid. diſſert. „ Proœm. XII. §. 41. *ſeq.*

„ VIII. En principia ſimpliciſſima, cujus„ vis captui adaptata, uti oportet diſciplinam „ quæ ex ratione fluit, & imprudentioribus „ quoque cognita eſſe debet. Sane ex his „ principiis omnia & ſingula naturæ jura ne„ ceſſario inferuntur, cujus periculum feci„ mus in Diſſertatione proœmiali XII.

Quam quod juſtum eſt] „ Hactenus bene: „ jus enim a juſtitia, ſeu ab eo quod juſtum „ eſt denominatur. *l.* 1. *pr. ff. juſt. & jur.*

Id negante magis ſenſu quam ajente] „ Imo „ ajente magis ſenſu quam negante: ſi enim „ aliquid juſtum eſt, eo ipſo affirmatur id li„ cite fieri poſſe, & cuique jus ita agendi „ ſuum, proprium & quæſitum eſſe: quod „ argumento ex ipſo Auctore deſumto mox „ probabimus.

„ Hinc minus recte Auctor infra §. 10. *n.* 3. „ tradit, *ea quæ hoc ſenſu juris naturalis dicun„ tur, non dici proprie ſed reductive*; nam „ ſenſu maxime proprio jus ſumitur pro eo „ quod juſtum eſt, imo nec aliter ſumi poteſt. „ Sane ipſe Grotius jus ſtricte ſic dictum ap„ pellat, *quod NB. facultatem agendi in ſolo* „ *ſocietatis reſpectu ſignificat. l.* 3. *c.* 1. § 2 *n.* 1.

„ Nam eo ipso dum jus permittit, i. e. dum „ facultatem habendi vel agendi concedit, „ aliquid agit, & ex hac actione legis jus ali- „ quod quæritur, quod cuique suum est. Id- „ que Auctor *infra* §. 17. *n.* 2. confirmat, „ dum ait *ex permissione, non minus quam „ ex præcepto sequitur, id NB. de quo lex „ agit contra jus naturæ non esse.*

„ Grotius non sine ratione discrimen hoc, „ inter præcepta juris & ejus permissionem, „ toties inculcat: Cum enim ex ejus hypothe- „ si jus naturæ ex internis fluat principiis, „ quæ nec a Deo mutari possunt, ex sacris „ autem literis observaverit, Deum sæpius „ aliquid decrevisse quod juri naturæ contra- „ rium videbatur, hoc dubium, adhibito illo „ discrimine inter præcepta & permissiones „ juris, solvere conatur: ita ut Deus præcep- „ ta naturæ mutare non possit, permissa pos- „ sit. Quod examinabimus infra *l.* 1. *c.* 2. §. 5.

Ut jus sit quod injustum non est] Anne hoc idem est ac si dicerem, verum est quod falsum non est.

Additio.

„ Grotius quid per *injustum* intelligat statim „ addit, *quod scilicet naturæ societatis ratione „ utentium repugnat* : adeoque differentiam „ inter justum & injustum non in incerto re- „ linquit.

„ At ex hoc ipso apparet justum Auctori „ esse *quod societati convenit, Prol.* §. 7. *in fin.* „ & §. 8. *L.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 1. qui sensus est „ aiens, non negans.

Est autem injustum quod naturæ societatis &c. repugnat] „ Dixi ex hac definitione „ *injusti* a contrario & necessario sequi, *justum* „ esse quod societati ejusque appetitui con- „ gruit, quod ipse asserit *proleg.* §. 6. Atqui „ hic sensus est ajens non negans; Et hæc „ *permissio juris* est actio legis, non actionis „ negatio: de quo plenius agemus *infra* §. 7. „ *n.* 1. Ceterum has definitiones justi & in- „ justi veras non esse, nec ullam obligatio- „ nem inferre, in præcedentibus demonstra- „ vimus. *Vid. Proleg.* §. 8 & *Differt. Proœm.* „ 1. *per tot:* Nos ex definitione justitiæ pro- „ bavimus, *justum* esse, i. e. jure fieri posse, „ quicquid agitur intra fines juris sui a Deo „ cuique concessi : *injustum* esse, quicquid „ fit extra illos fines, i. e. si jus alterius tur- „ batur. Hanc enim injuriam homo reparare, „ eoque jus suum cuique tribuere tenetur:

„ Systema Grotii DE JURE NATURÆ SOCIA- „ LI expositimus in dissertatione proœmiali I. „ ejusque compendium exhibuimus in *not ad „ proleg.* §. 8.

Sic alteri detrahere sui commodi causa contra naturam esse] „ Adeoque injustum. *Vid.* „ *prol.* §. 8. & *infra L.* 2. *c.* 10. §. 2.

Quia si id fiat, societas hominum & communitas evertatur necesse sit] Verum non est, ideo prohibitum esse jus alteri quæsitum auferre quia id pugnat cum societate. Sed vera ratio est, quia alteri a natura, i. e. ab Auctore naturæ, concessa est facultas sibi acquirendi; hanc facultatem qui impedit contra voluntatem Creatoris agit, eoque injuste. Sed & si ratio vera prohibitionis in repugnantia cum societate consisteret, non tamen ea esset primaria, sed secundaria: indeque debuisset Grotius allegare, ideo injustum esse, quia voluntati divinæ id repugnat, quæ homines sociales esse jussit.

Additio.

„ Addimus talem societatem universalem „ generis humani non existere, ejusque de- „ structionem frustra metui : adeoque male „ prohibitionem furti exinde deduci.

Florentinus] „ Thesis vera est, at ratio, „ quo Florentinus eam allegat sensu, impia „ est. *Vid. Proleg.* §. 14. ubi mentem hujus „ JCti explicavimus.

Quia cognationem quandam inter nos constituerit natura.] „ Homo hominem lædere non „ potest, non ex aliqua societatis aut cogna- „ tionis ratione, sed quia Creator cuique ho- „ mini jus vivendi concessit, hoc ergo nemo „ hominum, etsi alter plane cognatus non sit, „ intervertere potest, quia id repugnat volun- „ tati Creatoris. *Vid. proleg.* §. 8.

Seneca] „ Dogma, de societate inter ho- „ mines, ex impio principio originem duxis- „ se, alibi ex ipso Seneca demonstravimus. „ *Vid. Diss. proœm. I.* §. 19. *seq.*

Sicut autem societas] Cum Auctor omne 2
jus naturæ ex appetitu *societatis humanæ* deducat; societates autem illæ vel æquales vel inæquales sint; ideo duas juris socialis species fingit : & jus quod ex societate æquali oritur vocat *jus æquatorium*, quia ibi omnes æquo jure inter se vivunt : quod ex societate inæquali oritur, vocat *rectorium*, quod obtinet inter eos, qui in societate inæquali vivunt, ut Imperantes & subditi. Quæ omnia corruunt sublata socialitate.

Additio.

„ Merito B. Parens improbat hanc distinctio- „ nem, quia alibi probavimus appetitum so- „ cietatis universalem inter homines non dari, „ adeoque nullum jus ex non ente deduci pos- „ se: *Jus* igitur *sociale*, sive *æquatorium* sive

„ *recto-*

„ *rectorium*, nullum usum in disciplina juris „ naturalis habet. Sanè jus quod inter fratres, „ cives, amicos, fœderatos; item inter pa„ rentes & regentes, dominum & servum ob„ tinet, non sequitur ex aliqua societate sive „ æquali sive inæquali, sed ex simpliciſſimo „ principio, nimirum ex præcepto Creatoris „ jus suum cuique tribui volentis: non autem „ tribueretur, si jus fratri, civi, fœderato, „ Principi, subditis &c. quæsitum auferre li„ ceret.

Ut inter Fratres] „ Fratres enim socios „ vocat ejusdem familiæ, qui proinde æquale „ jus habent natura.

Cives] „ Hos socios esse, ait, ejusdem " civitatis, & inter se æquales ex pacto.

Amicos] „ Inter hos nullo sensu societas „ fingi potest, omnium autem minime ex tali „ societate jus aliquod æquatorium inferri „ posset.

Fœderatos] „ Intelligit socios æquali fœde„ re junctos. *Vid. l.* 2. *c.* 15. §. 6. *&* 7.

Alia inæqualis] „ Ubi sociorum inæqualis „ est conditio. *d. l.* 2. *c.* 15. §. 6.

Inter patrem & liberos] „ Potius enim est „ jus patris in filium: at id jus non oritur ex „ societate aliqua inæquali, sed ex generatione.

Dominum & servum] „ Verum est omne „ jus domino in servum competere, nullum „ servo in dominum: at id pariter non est „ ex societate aliqua inæquali, sed ex jure „ belli; unde jus domino in servum tanquam „ in hostem, eoque crimini reum, compe„ tit. *Diss. proœm. XII.* §. 130.

Regem & subditos] „ Hic impar quidem „ est conditio, sed jus hic itidem non oritur „ ex societate inæquali, sed ex pacto.

Deum & homines] Ziglero in not. h. dura videtur hæc assertio; at scrupulosus nimis in hac re est: Etsi enim ineffabilis inter Deum & homines sit differentia, est tamen conjunctio quædam inter utrumque ex fœdere, quod inter ipsos ex ipsa Dei confessione intercedit, & hactenus quædam societas est.

Additio.

„ Equidem gentilium quoque Philosophi „ societatem inter Deum & homines, inde„ que & jus aliquod agnoverunt. Ita enim „ Cicero: *Est igitur, quoniam nihil est ratio„ ne melius, eaque in homine & in Deo, pri„ ma homini cum Deo societas. Inter quos au„ tem ratio, inter eosdem etiam recta ratio „ communis est, quæ cum sit lex, lege quoque „ consociati homines cum diis putandi sunt.* „ *L. I. de Leg.* Verum, si dicendum quod „ res est, jura, quæ inter Deum & hominem „ obtinent, non sequuntur ex aliqua societa„ te; quæ nulla est nisi ob communem utili„ tatem. *Vid. inf. L.* 2. *c.* 15. §. 6. *&* *c.* 13. „ §. 4. Talis societas autem cum Deo concipi „ nequit, quia nulla utilitas Creatori a crea„ tura præstari potest. Homines ergo Deo jus „ ex ejus natura & essentia quæsitum tribuere, „ i. e. Deum colere tenentur, non jure socie„ tatis, sed ex natura & essentia Creatoris per„ fectissimi; perfectionis enim æstimatio est „ cultus. Deus vero obligatur hominibus, „ eisque tenetur promissa præmia præstare, „ non ex necessitate aliqua extrinseca socie„ tatis, verum citra ullum societatis respec„ tum, ex promissione. Ciceronem autem ex „ erroneo religionis principio societatem ratio„ nis cum Deo statuisse, alibi vidimus; quia ra„ tionem putat esse particulam auræ divinæ, „ adeoque portionem divinitatis. *Diss. Proœm.* „ *I.* §. 19.

Ita justum aliud est, ex æquo inter se vi„ ventium] „ Fratres enim, cives, fœderatos „ &c. ob æqualitatem societatis pari jure uti „ statuit.

Aliud ejus qui regit, & qui regitur] „ Pa„ rentes enim & liberi, reges & subditi, &c. „ impari jure utuntur ob inæqualem societa„ tem, quam Auctor inter eos intercedere putat.

Qua tales sunt] „ Principes enim quædam „ peragunt non ut Principes, sed ut privati. „ *L.* 2. *c.* 14. §. 6. In his igitur existimat „ Auctor æquali eos jure uti cum reliquis civi„ bus: quod verum est, at id non sequitur „ ex societatis inæqualis jure.

Rectorium] „ Seu gubernatorium, quia „ rectoribus populorum speciale jus in subdi„ tos quæsitum esse ait. *Vid. L.* 2. *c.* 25. §. 8. „ *n.* 1. De justitiæ rectricis seu gubernatricis „ officio Auctor agit infra *L.* 2. *c.* 20 §. 24. „ *n.* 1. §. 27. *&* *c.* 24. §. 7.

Æquatorium] „ Quia jus naturæ æquat „ hos socios, quorum conditio ex hypothesi „ Auctoris æqualis est. Nos passim jam proba„ vimus, nullum esse jus sociale, adeoque „ nec *rectorium* nec *æquatorium*: simulque „ demonstravimus; jura hæc ex plane alia „ ratione, citra ullum societatis respectum, „ sequi.

Ad §. IV.

Ab *hac juris significatione*] Qua jus in abstracto sumitur pro eo quod justum est, i. e. quod cum natura societatis convenit.

Diversa est altera] „ Qua jus in concreto „ sumitur pro eo quod justum est intuitu per- „ sonæ.

Sed ab hac ipsa veniens] „ Ideo enim „ personæ jus agendi competit quia *justum* „ est, i. e. quia jure agit quod agit. Notan- „ dum tamen est, hanc *significationem vocis* „ non venire à priori denominatione, ut Auc- „ tor statuit; quia in priori sensu *jus* saltem „ *sociale* intelligit, cum in hac posteriori sig- „ nificatione *jus* intelligat quod personæ com- „ petit non tantum ex *qualitate morali per- „ fecta*, i. e. ex vi sociali: sed & ex *qualitate „ morali minus perfecta*, i. e. ex aptitudine, „ & ideo quia meretur, & quia dignus est: „ Ut proinde hæc significatio plane diversa sit „ a priore.

Quæ ad personam refertur] „ Adeoque „ unde personæ jus competit agendi vel ha- „ bendi.

Quo sensu est qualitas moralis &c] „ Quæ „ continet, & *facultatem* quæ ex jure sociali; „ & *aptitudinem* quæ ex jure naturæ humanæ, „ seu laxiori oritur: utramque autem ex prin- „ cipiis internis oriri ait, adeo ut Deus abesse „ possit: Nos hanc significationem non agnos- „ cimus: Jus naturæ non competit personæ, „ nisi ex voluntate & concessione Dei; ex hac „ sola *jus cuique suum* esse, adeoque ex ea „ sola facultas habendi vel agendi ei compe- „ tere potest.

Personæ competens] „ Adeoque in hac sig- „ nificatione non quæritur quid in abstracto „ justum sit, i. e. jure fieri possit. Sed in „ concreto, quid intuitu personæ justum sit, „ i. e. quid persona jure facere possit.

Ad aliquid juste habendum vel agendum] „ Adeoque *jus* hic non denotat legem seu præ- „ ceptum, sed solam facultatem habendi vel „ agendi, i. e. jus permissivum: seu jus natu- „ ra cuique quæsitum. *Conf.* §. *seq.*

Etiamsi rem interdum sequatur] „ I. e. etsi „ persona jus in ipsa re aliquando habeat.

Ut servitutes prædiorum, quæ jura realia dicuntur.] „ Etsi igitur dominus habeat jus „ in rem ipsam, illud ipsum jus personæ com- „ petit, & consistit in facultate, v. g. eun- „ di &c.

Additio.

Exemplum hoc non quadrat. Jure naturæ servitutes non pertinent ad jura realia, sed omne jus hic oritur ex pacto, unde tantum oritur obligatio personalis. *Vide diss. Proœm. XII.* §. 302.

„ Magis igitur huc pertinet *jus dominii*, „ hoc enim est quidem *jus*, seu qualitas mo- „ ralis personæ competens, sed saltem in- „ tuitu rei, adeo ut omne jus personæ ex- „ stinguatur exstincta re.

Quæ jura realia dicuntur] „ Postquam sci- „ licet servitutes jure Romano inter jura in re „ relata sunt.

Comparatione facta ad alia mere personalia] „ I. e ad jura quæ personæ non competunt „ ideo quia res ejus est, sed quia aliquid ei „ debetur, vel ex contractu, vel ex delicto, „ vel ex variis causarum figuris.

Non quia non ipsa quoque personæ competant] „ Servitutes enim prædiorum dominis prædiorum vicinorum, adeoque personæ constituuntur, *l. 6. pr. l. 8. Com. præd.*

Sed quia non alii competunt, quam qui certam rem habeat] Adeoque qua possessoribus prædiorum. *l. 1. ff. Serv l. 20.* § 1. *A. R. D.*

Qualitas autem moralis perfecta facultas nobis dicitur] Quia ex qualitate illa morali personæ competente, sequitur plenissima *facultas* habendi, seu agendi, adeoque & *facultas* exigendi vindicandi &c.

Minus perfecta, aptitudo.] Auctor per aptitudinem intelligit regulas perfectionis. *Vid. proleg.* §. 9. At ibidem notavimus, eam male inter species juris referri, quia ex perfectione nulla obligatio oritur: Præterea hæc *aptitudo* minus recte *qualitas moralis imperfecta* vocatur, cum non tantum æque, sed etiam magis perfecta sit ac *facultas*, quia latius virtutum regulæ patent quam regulæ juris.

Additio

„ Repetendum hic est 1. neutram qualita- „ tem voce *juris* contineri, quoties cum Auc- „ tore supponitur Deum ab illa qualitate abes- „ se posse. 2. At posito Deo verum est utram- „ que qualitatem *juris* nomine venire: Jus „ enim naturæ continet non tantum jus inter „ homines, sed etiam jus inter Deum & „ homines, quod etiam perfectionum regulas „ continet. Cæterum 3. recte monet B. Pa- „ rens, minus recte posteriorem juris natura- „ lis partem *qualitatem imperfectam* vocari.

Quibus respondent in naturalibus illi quidem actus, huic autem potentia] Putat Auctor, qualitatem moralem *perfectam*, seu id quod stricte & in specie justum dicitur, in naturalibus esse instar *actus*; *imperfectam* vero, seu virtutem, instar *potentiæ*. At nullo sensu distinctio inter actum & potentiam hic applicari potest: Nam diversi sunt actus, & cuique sua potentia. Uti igitur in *jure* aliud est actus, aliud potentia; ita *virtus* quoque suos habet actus

actus, suasque potentias, utriusque actus & potentiæ autem essentia invicem differunt. Patet ex his, quam confusi adhuc fuerint conceptus Auctoris in definiendo jure naturæ, & quo delapsus sit vir incomparabilis defectu verorum principiorum. Dictum jam est, qualitatem moralem minus perfectam plane non esse speciem juris.

Additio.

„ Ex hypothesi Auctoris admitti potest dis„ tinctio inter actum & potentiam: Auctor „ enim statuit *qualitatem moralem perfectam* „ verum jus tribuere, quod persona, cui „ facultas illa competit, petere & exigere a „ tertio, & hactenus in *actum* deducere po„ test? *Qualitas* autem *moralis minus perfecta*, „ non verum jus personæ tribuit, sed nititur „ sola convenientia & aptitudine. Adeoque „ cum jus exigendi & petendi inde non com„ petat, indeque in *actum* deduci non possit, „ eatenus in *potentia* consistere dici potest.

„ Nos in §. *præc.* jam demonstravimus, no„ vas has obscurasque vocum significationes, „ vagas illas descriptiones, & incognitas *qua„ litatum* divisiones nullum in disciplina juris „ naturalis usum habere.

Ad §. V.

Facultatem] „ I. e. qualitatem moralem „ perfectam, quæ personæ competit ad ali„ quid juste habendum vel agendum. §. *præc.*

Facultas sæpius etiam sumitur pro facultate mere naturali, est enim à *facul*, quasi a facili potestate agendi, uti *Festus* interpretatur. *Vid. Calvin. Lex. jur. voc. jus.* hinc libertas definitur *facultas naturalis agendi quicquid lubet. l.* 4. *pr. ff. stat. hom.*

Ici nomine sui appellant] Proprie & accurate loquendo *suum* non est *facultas*, sed facultatis objectum: Nomine *sui* enim nihil intelligitur quam *jus suum*, seu suum cujusvis hominis: & cum quilibet de suo disponendo facultatem habeat, ea facultas erit vel *mea* vel *tua* vel *sua*; Ex quibus apparet *meum* facultatis nomine non venire posse nisi objective; quia *meum* dicitur in quo ego facultatem, i. e. potestatem agendi habeo: Eodem sensu & *tuum* dici potest facultas, in quo tu potestatem habes; & sic porro.

Additio.

„ Objectum facultatis moralis habendi vel „ agendi, i. e. justitiæ naturalis, est *suum*: „ ea enim consistit *in suum* cuique tribuen„ do; Hinc formulæ: *suum consequi l.* 15. „ §. 5. *de re jud. l.* 96. §. 1. *ff. de solut. l.* 4. „ §. *idem. Julianus. ff. de dol. except. l.* 14. „ *Novat. l.* 37. *ff. jure fisci*, *l.* 7. *de cess. bon.* „ suum recipere. *l.* 7. §. 6. *quod in fraud. cred.* „ Suum vindicare *l.* 27. §. 2. *de aur. & arg. leg.* Ad suum pervenire. *l.* 1. *ff. quod certo „ loco. l.* 1. §. *illud verum. ff. si quis test.* Qui„ bus denotatur *facultas* jus suum consequen„ di, recipiendi &c.

Nos posthac jus proprie aut stricte dictum appellabimus] „ *Add. Diss. Proœm.* 3. §. 11. „ Quia scil. verum jus inde personæ competit, „ quod peti quoque & exigi a tertio potest. „ Unde Auctor illud opponit juri naturæ im„ proprie sic dicto, quod ex aptitudine & „ convenientia alicui competit; quod in sola „ potentia consistit; adeoque exigi ac vindicari „ nequit. *Diss. proœm. I.* §. 16. *Diss. II.* §. 11.

Sub quo continetur] „ Rectius cum JCtis „ Romanis dicimus *meum* esse, i. e. jus seu „ facultatem moralem mihi competere, vel „ 1. ex statu homiuum, vel 2. ex jure rerum, „ vel 3. ex personæ obligatione. *Vid. supr.* „ §. 3. *pag. b.* 27. *col.* 2. *VI.*

Potestas tum in se, quæ libertas dicitur] „ Jus hoc cuique suum est ex statu hominum. „ Natura enim singulis hominibus facultatem „ moralem dedit agendi quicquid lubet. §. 1. „ *Inst. de jur. pers.* adeoque jus pro lubitu „ de suis actionibus disponendi. Tertius igitur „ facultatem hanc naturalem impedire abs„ que injuria nequit.

Quæ libertas dicitur] „ Libertas enim de„ finitur JCtis, *facultas naturalis agendi quic„ quid lubet. l.* 4. *pr. stat. hom.*

Tum in alios, ut patria, dominica] „ In „ genere quoque jura hæc sub libertate conti„ nentur; quia facultas domino & patri com„ petit in filios & servos, quin & reliqua „ quoque, jam ab Auctore relata, libertatem „ inferunt: Ita enim *usufructus* est facultas „ utendi fruendi fundo: *pignus* potestas in„ sistendi rei pignoratæ: *creditum* facultas „ persequendi id quod nobis debetur.

Additio.

„ Patria potestas non continetur sub statu „ libertatis, sed sub statu familiæ: Dominica „ autem potestas est privatio status libertatis: „ Illa oritur ex generatione, hæc ex jure bel„ li: Neutra ex jure aliquo sociali.

„ Cæterum Grotius per *libertatem* non intel„ ligit quamlibet facultatem habendi vel agen„ di; sed *statum libertatis*, i. e. facultatem „ agendi quicquid lubet, jure non restrictam.

Domi-

Dominium] „ Jus hoc cuique ſuum eſt ex „ *jure rerum.* Dominium enim eſt, quando „ res ipſa in meam proprietatem tranſit, eo- „ que mea fit, & à JCtis ſpecialiori ſenſu „ *meum* dicitur, *l.* 27. §. 2. *aur. leg.*

„ Species autem dominii quoque eſt *hære-* „ *ditas*; quæ proinde itidem à JCtis Roma- „ nis inter jura in re refertur. Cum enim Pater „ tamquam caput familiæ non ſibi ſoli, ſed „ ſuæ familiæ acquirat, & ea lege, ut in li- „ beris continuetur dominium; hoc ipſum „ dominium cum familia in liberos trans- „ fertur. Hinc liberi dicuntur eſſe quodam- „ modo domini bonorum paternorum viven- „ te patre: Adeoque hæreditas quoque voce „ *ſui* continetur. *Vid. Diſſ. prooem. XII.* „ §. 287.

Plenum] Si res pleniſſime in noſtra poteſta- te eſt, ut pro lubitu de ea diſponere poſſimus.

Additio.

„ Auctor per *dominium plenum* intelligit „ quod ab alio dominio non dependet:

Sive minus plenum] Ubi facultas diſponendi reſtricta eſt.

Additio.

„ Ex hypotheſi Auctoris primæ acquiſitio- „ nes a populo, aut populi capite ita fiunt, ut „ non ſolum imperium, ſed & privatum ple- „ numque dominium generaliter primum po- „ pulo quæreretur: atque ut deinde particu- „ latim in privatos ita fieret diſtributio, ut ta- „ men dominium eorum ab illo priori domi- „ nio penderet: Atque huc pertinere, ait, mul- „ tas ſpecies juris in re. *L.* 2. *c.* 3. §. 19. Et hoc „ ſenſu etiam ſervitutes, & pignoris jus ad „ dominium minus plenum refert, quia ab „ alio dominio dependent: cujus effectum in- „ ſignem hunc eſſe ait, quod deficiente hoc „ jure res non fiat nullius, ſed ad plenum do- „ minum redeat. *d.* §. 19. *n. f.*

„ Nos infra demonſtrabimus talem occupa- „ tionem generalem dominii contrariari natu- „ ræ dominii. Sed & porro probabimus domi- „ nia minus plena jure naturæ incognita eſſe, „ omnesque illas ſpecies, quas Auctor eo re- „ fert, eſſe talia negotia unde non jus in re „ oritur, ſed ſola perſona obligatur ad aliquid „ dandum vel præſtandum: Si igitur quis pa- „ ciſcitur ut alter habeat rem meam, jure „ *ſervitutis*, vel jure *pignoris*, per hanc diſ- „ poſitionem non jus in rem ipſam transfe- „ ro, ſed alter agit contra me actione perſo- „ nali, ut id quod promiſi præſtem. *Diſſert.* „ *Prooem. XII.* §. 30. *ſeq.*

Et creditum] „ Creditum nulla ratione ad „ dominium minus plenum referri poteſt: „ etſi enim id quod mihi debetur *meum* ſit, „ *l.* 7. *ff. quæ in fraud. cred. l.* 15. §. 7. *re* „ *jud.* non tamen *meum* eſt ex jure aliquo in „ re, ſed ex obligatione perſonæ, quæ jus „ quod meum eſt ideo mihi præſtare tene- „ tur, vel quia contraxit, vel quia deli- „ quit. &c.

Cui ex adverſo reſpondet debitum] Male debitum ad facultatem ſeu ad meum refer- tur: debitum enim potius ſupponit obligatio- nem, adeoque neceſſitatem præſtandi. Non igitur eſt in facultate debitoris ſolvere vel non ſolvere, ſed is obligatur ex regulis juſ- titiæ tribuere creditori quod ipſius eſt.

Additio.

„ Auctor debitum non refert ad *facultatem*, „ ſeu ad *meum*: ſed, ait, debitum *ex ad-* „ *verſo* reſpondere credito. Nam ex eo quod „ *meum* ſit creditum, a contrario ſequitur „ debitorem aliquid *alieni* habere: Unde *cre-* „ *ditum* à JCtis æs meum vocatur: *debitum* „ æs alienum. Adeoque ex Auctoris quoque „ doctrina debitum eſt jus *alienum* quod tri- „ bui neceſſario debere, ait, ei cujus eſt, „ quia alias ſocietas everteretur. *Vid. ſupr.* „ §. 3.

Ad §. VI.

Sed hæc facultas „ Quæ *ſui* nomine JCtis „ venit, & quam Auctor appellat jus proprie „ & ſtricte ſic dictum.

Rurſum duplex eſt] Auctor ſtatuit, perſo- næ competere facultatem habendi vel agen- di aut ad *vulgares*, i. e. ad privatos uſus; aut ad uſus *publicos*: & hanc poſteriorem fa- cultatem jus dare, ait, in facultatem vul- garem, uſus publici cauſa: At novi hi ſunt termini, obſcuri, & pleriſque ignoti; rectius igitur jus ſtricte dictum eſt vel *publicum* vel *privatum*: nam ex juris prudentia Romana cognitum eſt, omne jus vel publicum vel privatum eſſe. §. *fin. Inſt. de juſt. & jur.*

Additio.

„ Grotius per facultatem eminentem non „ intelligit *jus publicum* in genere: ſed in ſpe- „ cie illam *partem juris publici*, quæ civita- „ ti jus dat in bona & jura ſingulorum: „ Cives enim in civitatem coeuntes quaſi „ communi pacto promittunt ſe communem „ utilitatem propriæ præferre velle. *Vid.* „ *Prol.* §. 15. & 17. *l.* 2. *c.* 13. §. 20. *l.* 3. *c.* 20.

„ 20. §. 7. *n.* 1. & *C.* 25. §. 3. *n.* 4. *l.* 1. *c.* „ 4. §. 4. & §. 7. *n.* 2. *l.* 3. *c.* 20. §. 9. Unde „ necessario sequitur, communitati jus competere in partes, & res partium, boni communis causa: Conf. *l.* 1. *c.* 3. §. 6. *n.* 2. „ ita, ut non tantum res subditorum huic „ juri subjaceant, sed & eorum actiones. *l.* „ 3. *c.* 19. §. 7. & *l.* 2. *c.* 13. §. 20. Atque hactenus recte Auctor ait, in res singulorum majus esse jus civitatis ad bonum „ commune, quam dominorum singularium. „ *b.* §. 5. & unumquemque reipublicæ magis „ obligari quam creditori *ibid.* Supponit autem Auctor 1. ut id fiat utilitatis publicæ „ causa. *dict. loc.* 2. ut damnum inde datum „ reparetur sumtu communi; *L.* 2. *c.* 14. §. „ 7. §. 8. & §. 14. *l.* 3. *c.* 20. §. 7. *n.* 1. & §. „ 52. adeo ut Princeps aliter faciens ipse ex „ propriis teneatur ad reparandum. *d. c.* 14 §. 8.

„ Atque hanc facultatem Auctor vocat „ dominium eminens, *l.* 1. *c.* 3. §. 6. *n.* 2. „ vel supereminens *l.* 2. *c.* 14. §. 7.

„ Equidem 1. cum Auctor nihil aliud „ per *dominium eminens* intelligat quam id „ quod *jure imperii* in subditos licet, (unde „ dominium hoc & jus regendi pro synonimis habet *l.* 1. *c.* 13. §. 8. *n.* 6.) res ipsa „ censuram non meretur: at 2. cum vox *dominii* sua natura facultatem pro lubitu disponendi, adeoque & abutendi, inferat, „ tutius est ab ejusmodi vocibus ob facilem „ earum abusum abstinere: Docet enim experientia, eos qui auram aulæ captant multa huic dominio eminenti (quod & plenitudinem potestatis vocant) tribuere, quæ „ directo cum natura justi imperii pugnant: „ uti quod Princeps ex plenitudine potestatis „ jus subditis quæsitum auferre, quod judicata tollere possit, &c. de quo plenius *ad* „ *l.* 1. *c.* 3. §. 6. & *l.* 3. *c.* 7. §. 25. *seq.*

Vulgaris scilicet, quæ usui particularis causa comparata est] „ Adeoque quæ singulis „ hominibus competit ad agendum ea quæ „ ad usus vulgares pertinent.

Et eminens, quæ superior est vulgari] „ „ Facultatem hanc eminentem alibi vocat „ *dominium eminens*: quæ denominatio ob „ abusum admitti non debet, & rectius dicitur imperium. *Vid. l.* 215. *ff. V. S.* Quomodo autem imperium & dominium differ„ rant, mox explicabimus *vid. L.* 1. c. 3. §. „ 7. & §. 12.

Utpote communitati competens in partes] „ „ Ex conventione scil. eorum qui in civitatem coeunt, nam coeuntes promittunt „ quod publicam utilitatem privatæ anteferre velint.

In partes] „ In membra illius communitatis, eorumque actiones.

Et res partium] „ I. e. in patrimonia eorum qui membra sunt illius communitatis.

Boni communis causa] „ Adeoque ob utilitatem publicam. *L.* 1. *c.* 3. §. 6. *n.* 2. Non „ ergo pro lubitu Princeps facultatem vulgarem, i. e. jus singulis quæsitum, auferre „ potest.

Sic regia potestas sub se habet & patriam & dominicam potestatem] Imo distinctæ hæ sunt species, quæ non confundi debent, etsi in una persona concurrant. Certum enim est, potestatem regiam toto cœlo differre à potestate patria, nec commune aliquid inter utramque esse: regiam Rex exercet publice, patriam privatim & domi: illam ex concessione populi habet, hanc ex generatione. Objecto quoque differunt, illa enim versatur in negotiis civilibus civitatis, hæc in domesticis. Sed & effectu, nam ex illa jus vitæ & necis competit, ex hac saltem jus educandi.

Egregie rem explicat Taurus Philosophus, qui, cum pater privatus in præsentia filii præsidis sedere nollet, ita differit: *In publicis locis, atque muneribus, atque actionibus, patrum jura cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paulum. Sed cum extra rempublicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari discumbatur: tum inter filium magistratum & patrem privatum publicos honores cessare*, NB. *naturales & genuinos oriri: apud Gell. l.* 2. *c.* 2.

Unde Rex potest esse in patria potestate privati, & pater in potestate regia filii: ille parebit patri in negotiis domesticis, hic parebit filio in negotiis publicis. Exemplum illustre est in Ptolemæo Ægypti rege, qui regnum filio tradidit, & privatus ei officium inter satellites præstitit, omnique regno pulchrius patrem Regis esse dixit, apud *Justin. L.* 16. *c.* 2. Aliud Exemplum, sed infelicius, refert *Justinus. L.* 10. *C.* 1. ubi Artaxerxes Dario filio regnum cessit. Quintus Fabius maximus filio suo Quinto Fabio, Consuli & Imperatori belli, qui male in Samnites pugnaverat, legatus datus est, in quem proinde filius imperium habuit. Hic, cum ad castra venisset, filiumque cum 12. fascibus obvium haberet, jam 11. fasces equo prætervectus

erat, at filius ultimum lictorem animadvertere juſſit & clamare, ut ex equo deſcenderet; tum pater deſiliens *experiri*, ait, *volui, fili, ſatisne ſcires te Conſulem eſſe. Liv. L. 24. c. 45. Val. Max. L. 2. c. 2. n. 4. Gell. N. A. l. 2. c. 2.* Idem fecit Fabius Rullianus Fabio Gurgiti filio, & filium triumphantem deinde ſecutus eſt. *Liv. L. 2. C. 2. Val. Max. l. 5. c. 7. n. 1.* Et recentiora exempla exſtant in Carolo V. & Philippo I. qui regna filiis ceſſerunt. Regina Galliæ, filium allocuta, egregie duplicem hanc poteſtatem diſtinxit: Amo Te, ait, ut filium, veneror ut Dominum, *Gramm. L. 1. ad ann. 1614. pag. 33. Add. Priol. Hiſt. Gall. L. 6. Bœcl. in not. ad Grot. L. 2. C. 5. §. 1. Puſend. de Jur. nat. L. 6. c. 2. §. 8.*

Idem quoque dicendum eſt in concurſu poteſtatis Regiæ & maritalis, qualia exempla noviora exſtant in Regina Angliæ & Sueciæ; tunc enim maritus eſt in poteſtate uxoris regia; regina vero in poteſtate maritali privata.

Additio.

„ Mens Auctoris plane alia eſt, nimirum „ filios & ſervos, etſi reverentiam & obe„ dientiam debeant patribus & dominis, „ majorem tamen debere civitati, ob emi„ nentem illam facultatem: quod verum „ omnino eſt. In concurſu igitur harum po„ teſtatum merito præfertur poteſtas civita„ tis: adeoque ſi pater vel dominus quæ„ dam facere jubeant filiis ac ſervis in præ„ judicium civitatis, hi tuto illud omittunt, „ & impune non parent.

Majus eſt Dominium Regis ad commune bonum, quam dominorum ſingulorum] Imo non majus eſt, ſed alterius generis: nam quod Princeps dominio privatorum derogare poſſit, eſt conſequens juris tuendi rempublicam, ad cujus conſervationem quilibet de ſuo tribuere tenetur. Repetendum hic eſt, quod antea monuimus, tutius eſſe abſtinere a voce dominii, ubi de juribus Principum in ſubditos agitur: quia vox dominii proprie non ſignificat jus regendi & conſervandi, ſed id quod directo contrarium eſt, nimirum poteſtatem conſumendi, abutendi, & pro lubitu de re diſponendi.

Sic Reipublicæ quiſquis ad uſus publicos magis obligatus, quam creditori] Imo utrique quisque æque debet natura: quod vero pecunia publico debita prælationem habeat, id ex mero jure civili eſt, uti pleraque privilegia fiſci.

Additio.

„ Si debitor aliquis debet & privato & rei„ publicæ v. g. tributa, nec bona ſufficiunt „ utrique debito ſolvendo, ipſa naturali ra„ tione ſequitur debitum publicum prius „ ſolvendum eſſe, quia ad defenſionem pu„ blicam deſtinata eſt hæc pecunia: Atque „ hinc eſt, quod debita privata aliquando „ remitti poſſint à Civitate, ſi utilitas pu„ blica id exigat: uti ſæpius factum ſub Re„ publica Romana.

Ad §. VII.

Aptitudinem *vero ἀξίαν, i. e. dignitatem, vocat Ariſtoteles*] Auctor *facultatem*, quæ *ſui* nomine venit, *qualitatem moralem perfectam* appellat; at qualitatem moralem minus perfectam, vocat *aptitudinem, dignitatem*, vel rectius meritum.

I. e. dignitatem] Dignum enim dicitur, quod valet, vel quod meretur, ut dignus loco, *&c. l. 19. ff. ad leg. falc. L. 4. C. de Leg.* Hinc dignitas Germanis *Würde* vocatur, à merito.

Apparet ergo, dignitatem Grotio nihil aliud eſſe quam id quod perfectum, honeſtum & laudabile, adeoque quod virtutis eſt: (utpote quæ ex merito menſuratur) quæ doctrina ad Ethicam pertinet, non ad jus naturæ: Unde perpetuus hic eſt error Auctoris, qui ea quæ perfectionis ſunt cum jure naturæ confundit.

Additio.

„ Veriſſimum eſt homini in hominem ex „ aptitudine nullum jus competere: ſed nec „ Grotius id aſſerit, ſed potius contrarium „ ſtatuit. Ceterum obligationem quæ ex per„ fectionum regulis intuitu Dei oritur eſſe „ partem juris naturalis, negari nequit. „ *Vid. Diſſert. Prooem. II. §. 31. ſeq.*

Secundum eam æquale dixit] „ Nam Au„ ctor omnem obligationem mutuam ponit „ in æqualitate. *L. 2. c. 12. §. 8. & ſeq.* „ cum autem ei jus naturæ duplex ſit, *ſtri„ ctе ſic dictum & laxius*, æqualitatem in „ priori ſenſu ſumit juxta juſtitiam exple„ tricem: in hoc juxta juſtitiam attributri„ cem: de quibus §. *ſeq.*

Id quod convenit] „ Juxta meritum ſcil. „ perſonæ. Hinc juſtus eo ſenſu non eſt „ qui pecuniam non rite diſpenſat, *vid. Prol.* „ §. 10. qui caritatis leges non obſervat. *L.*

3. *c.* 11.

„ 3 *c.* 11, §. 2. qui liberalis aut misericors „ non est, *Vid.* §. *seq. n.* 1. & in genere qui „ virtutes omittit, quæ aliis hominibus di- „ gnis utilitatem afferunt: *ibid.* At nullum „ jus exigendi inde oriri ipse Grotius fatetur.

Ad §. VIII.

Auctor, jus sociale definiturus, illud dixit *qualitatem moralem* : hanc qualitatem iterum divisit in *perfectam* & *minus perfectam*, *illam* vocavit facultatem, *hanc* aptitudinem. Hic jam porro statuit in qualitate perfecta, seu facultate, obtinere *justitiam expletricem*; quæ plerumque respiciat *proportionem arithmeticam*: in hac vero obtinere *justitiam distributivam*; quæ plerumque respiciat *proportionem Geometricam* : quæ nunc plenius examinabimus.

Equidem proportionum usus in jure Philosophiæ Aristotelis debetur, utpote qui justitiam τὸ ἴσον, i. e. æquale, & consequenter medium inter plus & minus esse dixit, indeque ipsam justitiam proportionem vocavit: *Vid. Disp. nostra de proport. iust. & susp.* § 2. *& disput. de proportionibus pag.* 1. & pro duplici proportione etiam duplicem justitiam fecit, *commutativam* scil. in qua servaretur proportio arithmetica, sive absoluta, ut in contractibus &c. & *distributivam*, in qua servaretur proportio geometrica sive comparata; ut in distributione præmiorum, (*vid. prol.* §. 9.) omnibusque virtutibus quæ aliis hominibus utilitatem afferunt. *Vid. h.* §. *n.* 1. *& dict. disp.*

Grotius probat quidem divisionem justitiæ in commutativam, quam expletricem vocat, & distributivam, quam attributricem (*alibi vero assignatricem. l.* 2. *c.* 17. §. 2.) appellat, sed proportionum usum negat: Nos jam olim in disputatione de proportionibus & *divisionem* illam, & *proportionum usum* rejecimus: Quod enim primum attinet, ficta & plane inutilis est illa distinctio in justitiam expletricem & attributricem. 1. quia posterior, fatente Aristotele & Auctore, tantum aptitudinem respicit: adeoque usum non habet nisi in distribuendis præmiis, & exercitio virtutum quarundam; at cum objectum hoc non ad justitiam sed ad Ethicam pertineat, facile constat *justitiam* distributivam non dari: Sane 2. juxta regulas justitiæ quilibet præmia potest distribuere etiam inæqualiter, quin & immeritis dare, nam de jure suo disponit, neque tum contra regulas juris peccat; nec ideo à magistratu tamquam vindice jurium naturæ puniri potest, sed peccat contra regulas Ethices. Equidem 3. negari nequit in jure fieri distributiones, & quidem aliquando æqualiter, aliquando inæqualiter, ut in societate, pœnis &c. Sed ideo hæc proportio non fit species justitiæ: nam sæpe quoque calculatores, agrimensores &c. in jure adhibentur, neque tamen inde propria fit species juris calculatoria, agrimensoria &c. Neque 4. in re communi ejus usus est, ut quidam opinantur, quia in re communi quoque sæpissime distributio fit juxta regulas justitiæ expletricis. *Vid.* §. 5, *h n.* 3. Sed & porro Auctor merito distinctionem inter proportionem Arithmeticam & Geometricam à disciplina juris naturæ removet: *Vid.* §. *h. n.* 2. Nam justitia ipsa distributiva est non ens, purumque inventum Aristotelis, totamque hanc doctrinam ad Ethicam pertinere dixi: frustra ergo de proportione hujus justitiæ quæritur quæ non est.

Additio.

„ Usum hæc distinctio in nulla juris par- „ te habet, adeoque frustra circa has subti- „ litates laboramus sudantes: Certum quip- „ pe I. est, in justitia *commutativa*, seu *ex-* „ *pletrice*, sæpius observari proportionem geo- „ metricam, & è contrario in justitia distri- „ butiva proportionem arithmeticam. Prius „ patet exemplo 1. *hæreditatis*, ubi hære- „ des pro rata obligantur. *L.* 4. *V. O.* 2. *juris accrescendi* ubi portiones pro rata ac- „ crescunt hæredibus. *L.* 66. *hær. inst.* 3. „ *Societatis*, ubi lucrum & commodum pro „ rata dividuntur. *L.* 6. *ff. pro soc.* Vid *disp.* „ *B. Par. de proport. c.* 2. Posterius in ipsa „ præmiorum distributione accidere potest, „ si enim merita sunt æqualia, æqualiter „ quoque distributio fieri debet. *d. disp. c.* „ 2. Sed & II. aliquando in eadem specie „ utræque proportiones concurrunt, uti si „ servus communis stipuletur dominis in ge- „ nere, acquirit utrique pro dominica parte. „ §. *fin. stip. serv.* Si servus eis stipulatur expres- „ sis nominibus propriis, singulis æqualiter „ acquirit. *L.* 37. *stip. serv.* adeoque vel geo- „ metrica vel arithmetica proportione domi- „ ni acquirent, prout servus vel prius nomen „ dominorum, vel nomen proprium dixit. „ *dict. disp. de proport. c.* 2. Accedit III. „ quod proportiones tantum ostendant quis

„ numerus alii numero conveniat; (propor-
„ tio enim eſt numeri ad numerum majo-
„ rem vel minorem, ſeu rei ad rem com-
„ paratio) hæc ergo proportio jus non facit,
„ niſi lex vel ratio talem convenientiam, ut
„ inter onera, fructus, &c. ſtatuat. Sane IV.
„ proportiones tantum ſunt inſtrumenta &
„ quaſi menſuræ, quibus debitum lege jam
„ definitum computatur atque dividitur,
„ adeoque non magis ad ſpeciem juſtitiæ re-
„ ferri poſſunt, quam menſura ad agrum,
„ vel additio & multiplicatio ad debitum
„ quod computatur, *d. diſp. c.* 2. Sed & V.
„ aut aliquis tenetur commutare vel diſtri-
„ buere, aut non tenetur; *illo caſu* non di-
„ ſtribuit ſecundum proportionem: ſed ex le-
„ ge obligationis, etſi nulla ſit proportio:
„ *hoc caſu*, quia plane non tenetur, nec
„ tenetur ad proportionem: ut proinde ex
„ proportione nulla ſit obligatio. Imo VI.
„ multi ſunt caſus juris, qui evidentem ha-
„ bent æquitatem & juſtitiam, nec tamen ad
„ ullam proportionem referri poſſunt: Ita di-
„ ſtributio onerum perſonalium ex ipſa ratio-
„ ne naturali diviſa eſt inter ſingulos cives
„ ſine ulla proportione; Alia Exempla *vide*
„ *in d. diſp. cap.* 2. Sed nec VII. ullum video
„ effectum juſtitiæ illius commutativæ, ad
„ proportionem arithmeticam exigendæ; ut-
„ pote cum in omnibus commutationibus
„ diviſio fiat non ex proportione, ſed vel ex
„ lege vel ex voluntate defuncti, vel deni-
„ que ex diſpoſitione partium: idque ſive
„ æqualiter voluerit lex &c. diſtribui, ſive
„ inæqualiter: Eodem modo uti VIII. juſtitia
„ diſtributiva (quæ plane non ad jus ſtri-
„ ctum pertinet) non neceſſario fit ad pro-
„ portionem, neque præciſe juxta merita,
„ ſed pro lubitu diſtribuentis, qui etiam in-
„ dignis tribuere poteſt.

1. *Facultatem reſpicit juſtitia expletrix*] „ Omnis juſtitia eſt expletrix, quia ſemper „ obligamur ad eam explendam.

Additio.

„ Grotius, & cum eo Doctores commu-
„ niter, per *juſtitiam expletricem* intelligunt
„ eam juſtitiam quæ ſupponit homini jus ali-
„ quod quæſitum eſſe, quod alii ei tribue-
„ re, adeoque explere juſtitiam debent Per
„ *juſtitiam attributricem* autem intelligunt
„ eam juſtitiam quæ perfectionum regulas
„ continet, ubi homini nullum jus quæſi-
„ tum, adeoque nihil eſt quod *expleri* de-
„ bet: Hæc ergo juſtitia tantum meritum
„ reſpicit, & ei qui plus meretur etiam
„ plus diſtribuit, minus autem ei qui mi-
„ nus meretur. Fruſtra autem de his ſubtili-
„ tatibus diſputari alibi demonſtravimus.

Quæ proprie aut ſtricte juſtitiæ nomen obtinet &c.] „ Hoc eſt, quod *ſupra* §. 5. di-
„ xit, ſe facultatem, quam JCti *ſui* nomine
„ appellant, poſthac *jus proprie ac ſtricte*
„ *dictum* appellaturum; explere enim Lati-
„ nis eſt ſatisfacere. *Gron. h.*

Συναλλακτικὴ *Ariſtoteli*] I. e. commutativa „ juris.

Nimis arcto vocabulo] Recte hic Auctor nomen juſtitiæ commutativæ rejicit, quia non omnes ſpecies, nec omnia capita juris exhaurit; ſed ad ea ſaltem jura pertinet, quæ ex conſenſu oriuntur, & cauſam continent: *L.* 7. §. *de pact. l.* 19. *V. S.* Neque ſufficit cum Gronovio dicere denominationem à potiori deſumi, *in not. ad h.* §. *pr.* nam debuiſſet nomen invenire quod plene rem explicaret: Sane privatorum non eſt rebus nomina imponere quæ rem non ſignificant.

Nam ut poſſeſſor meæ rei eam reddat, non eſt ἐκ συναλλάγματος] Neceſſitas reſtituendi rem ei cujus eſt, non oritur ex commutatione aliqua juris; dominus enim qui rem vindicat à poſſeſſore, non habuit animum jus in eum transferendi: *Vid. inf. L.* 2. *c.* 10. Ita delinquens non obligatur ex eo, quod is contra quem delinquitur jus in eum tranſtulerit.

Additio.

„ Imo ex principiis Auctoris etiam jura in „ re ſequuntur ἐκ συναλλάγματος, quia homi-
„ nes tacito pacto poſt inventa dominia in-
„ ter ſe convenille ait, ut cuique reſtituatur
„ ſuum: *Vid. Gron. h.* Sed hæc ipſa princi-
„ pia vera non eſſe videbimus *infra l.* 2. *c.*
„ 10. §. 1. *n.* 2. 4.

Et tamen ad eandem hanc juſtitiam pertinet] „ Nimirum ad juſtitiam expletricem,
„ quæ in ſuum cuique tribuendo conſiſtit,
„ etſi nulla commutatio ſubſit.

Itaque ἐπανορθωτικὴν idem felicius dixit] i. e. correctoriam, quia juxta Ariſtotelem corrigit inæqualitatem, ſeu exceſſum vel defectum à medio: ſed hanc quoque denominationem veram non eſſe *infra L.* 2. *c.* 12. §. 8. *ſeq.* videbimus, ubi æqualitatem illam refutamus.

Additio.

„ Correctoria juſtitia non omnia capita ju-
„ ris continet, ſed ex hypotheſi Auctoris &
„ Ariſtotelis ſaltem ad contractus pertinet,
„ quorum rationem in æqualitate conſiſtere

ſta-

„ ſtatuunt: ſi proinde inæqualiter aliquid in „ his contractibus fit, id corrigi debere putant. Excludunt igitur ab hac juſtitia correctoria omnia jura quæ ex ſtatu perſonarum, ex jure rerum, item ex delictis, &c. „ oriuntur: certiſſimo indicio juſtitiam in genere correctoriam dici non poſſe.

Aptitudinem reſpicit attributrix] Scil. juſtitia; quam alibi diſtributivam & aſſignatricem vocat: At 1. dictum jam eſt *ad §. IV. & §. VII.* aptitudinem non eſſe ſpeciem juſtitiæ, ſed diſciplinam ab ea diſtinctam, unde ei nullo ſenſu juſtitia, adeoque nec diſtributiva applicari poteſt. 2. Vera non eſt oppoſitio; nam in jure quoque, i. e. in juſtitia expletrice, aliquando diſtributio, & quidem juxta proportionem geometricam, obſervatur.

Quæ Ariſtoteli διανεμητικὴ] „ A verbo „ διανεμητῶ, ex διὰ & νέμω tribuo.

Comes earum virtutum] „ Senſus eſt, quod „ juſtitia attributrix, quæ aptitudinem reſpi„ cit, i. e. id quod dignum eſt, comes ſit „ earum virtutum quæ aliis hominibus utili„ tatem afferunt; ita ut qui liberalitatem, „ miſericordiam, temperantiam, fortitudi„ nem exercet, tum demum juſte agat, ſi „ exerceat in eum qui dignus eſt, & qui me„ retur.

Quæ aliis hominibus utilitatem afferunt] „ Ex quibus proinde ſolis obligationem oriri „ putat Auctor, unde in §. *ſeq.* ſollicite di„ ſtinguit hæc præcepta a conſiliis, & iis præ„ ſcriptis quæ honeſta ſunt, at non obligan„ tia: quæ latius examinavimus *in Diſſ.* „ *proœm. II. §. 8. §. 9.*

Ut liberalitatis] „ Ex regulis juſtitiæ diſtri„ butivæ homo liberalis eſſe debet non niſi in „ merentes: An igitur, ſi in immerentes li„ beralis eſt, pecat contra regulas juſtitiæ? „ Omnino: quia imitari perfectiones divinas „ (in qua imitatione omnis ratio virtutum „ conſiſtit) pars cultus divini eſt: Deum au„ tem colere eſt prima juris naturalis regula. „ *Conf. Diſſ. proœm. II. §. 32. ſeq. Diſſ. XII.* „ *§. 52. §. 68. & 97.*

Miſericordiæ] „ Auctor miſericordiam exer„ cendam eſſe ait juxta juſtitiam diſtributi„ vam, ita ut ſit tempeſtiva &c. *Vid. L. 2.* „ *c. 20. §. 24. n. 2.* Inprimis vero in bello „ ejus uſum eſſe ait, *L. 3. c. 11. §. 7. & c. 15.* „ *§. fin.*

„ Hæc autem obligatio ex hypotheſi Au„ ctoris ſaltem eſt intuitu Dei: Hinc eam re„ fert ad jus naturæ laxius, non ad jus ſocia„ le, quod homines inter ſe obligat: Sane „ ipſe Auctor fatetur clementiam liberum ha„ bere arbitrium: *L. 2. c. 20. §. 23.* & id „ quod ex miſericordia debetur, nec in foro „ exigi, nec armis depoſci, *L. 2. c. 22.* „ *§. 20.* neque ob omiſſionem miſericordiæ „ aliquem puniri poſſe. *L. 2. c. 20. §. 20.*

Providentiæ rectricis] „ I. e. ejus virtutis, „ quæ in prudentia conſiſtit. *L. 2. c. 1. §. 9.* „ *n. 1.* Hinc contra legem naturæ, i. e. con„ tra jus naturæ laxius peccare ait, qui actus „ ſuos non juxta prudentiæ regulas regit. „ *d. §. 9.*

Proportionem ſimplicem, quam ἀριθμητικὴν vocat] In Arithmetica proportione eſt æqualitas ſingularum unitatum, quando nimirum duo numeri omnimoda unitatum æqualitate ab invicem diſtant, e. g. 2. 4. 6. 8. Ariſtoteles ideo in juſtitia commutativa utitur hac proportione, quia juſtitia ipſi eſt medium inter plus & minus, indeque exceſſus & defectus æqualiter diſtant a medio: Utrumque autem corrigendum eſſe ait per proportionem arithmeticam. Ponamus igitur *Sejo* legata eſſe 4. & *Cajo* 6. hæres contra intentionem teſtatoris *Sejo* ſolvit 2. *Cajo* vero 8. Juſtitia commutativa corrigit in priori defectum, in poſteriori vero exceſſum; indeque 2. quæ *Cajus* plus accipit, ei detrahit, & *Sejo* qui 2. minus accepit, adjicit: quo ipſo juxta voluntatem teſtatoris omnis inæqualitas corrigitur. Uſus ergo hujus proportionis unicus hic eſt, ut doceat judicem qua ratione exceſſum ab una parte detrahere, & defectum ab altera parte ſupplere debeat. Sed quid, quæſo, opus eſt operoſa hac demonſtratione? ad quid tantæ ambages? nonne hæc plana ſunt citra omnem proportionis doctrinam. Sane ratio dictitat, judicem *Cajo*; qui ex diſpoſitione defuncti jus quæſitum habet, præciſe 4. *Sejo* vero ſaltem 6. tribuere debere; quod ſi non facit, juſtitiam non exercet, nec ſuum cuique tribuit.

Γεωμετρικὴν] In Geometrica proportione eſt æqualitas rerum, ſeu integrorum: e. g. 3. 6. 12. adeoque hic non conveniunt æquali unitatum numero, ſed aliqua tamen ratione integri: uti 3. & 6. item 9. & 18. non unitatibus conveniunt, ſed aliqua tamen convenientia in eo eſt, quod numerus ternarius ter in 9. & numerus nonarius bis in 18. contineatur. Hanc proportionem applicavit Ariſtoteles ad virtutes, (quæ in perfectione conſiſtunt) & earum diſtributiones, ne ſcil. inæqualiter fiant, ſed juxta modum meritorum diſpenſatio fiat. Ponamus igitur *Cajum* habere me-

ritum 6. unciarum, *Sejum* vero meritum unciarum 18; si inter hos præmium viginti quatuor thalerorum distribuendum esset, juxta proportionem geometricam Cajo. 6 Sejo vero 18 thaleri tribuendi sunt, quia meritum hujus triplo majus est. Inutilis autem hæc proportionis doctrina, per se satis implicata, est in jure; uti enim virtutes ad disciplinam juris non pertinent, ita nec proportiones, quæ circa voluntatem versantur.

Ex quibus proinde denuo concludo, in tractatu de jure naturæ distinctionem inter justitiam commutativam & distributivam, item inter proportionem arithmeticam & geometricam, nullum usum habere.

Proportionis] „ Hæc proportio usum habere potest in jure, at non qua justitiæ species, sed eodem modo ut agrimensura.

Ex eorum genere est quæ sæpe locum habet, non semper] Imo numquam: nam geometrica in Ethicis quidem locum habere potest, quia ipsa proportio perfectio est, non in juris disciplina. Arithmetica in neutra.

Differt tali proportionum usu sed materia circa quam versatur.] „ Versatur autem ex „ hypothesi Auctoris justitia expletrix circa „ facultatem, seu id quod cuique suum est, „ adeoque circa jus proprie & stricte sic dictum. *h.* §. *n.* 1. Justitia autem attributrix „ circa virtutes, quæ aliis hominibus utilitatem afferunt. *ibid.*

Itaque & contractus societat's expletur proportione comparata] Societas indubie pertinet ad justitiam expletricem, & tamen ibi distinctio fit juxta proportionem geometricam; certissimo indicio hanc proportionem non esse propriam justitiæ attributrici. Ego plus dico, æqualitatem, quæ in societate est, non oriri ex natura proportionis, sed ex ipsa justitiæ essentia, quia cuique pro rata lucrum debetur. Non ergo hæc distributio est ex aptitudine, seu ex merito aliquo; sed ex necessitate juris, quia ex re sua id lucrum ei debetur: non quia *id ei convenit*, (quod est æquale juxta aptitudinem *vid.* §. 7.) sed quia suum est, adeoque ad *facultatem moralem perfectam* pertinet.

Ponamus igitur socios fundum trium jugerum communem habere, ita ut alter duas alter unam saltem partem pro indiviso habeat: Si jam ex hoc communi fundo 30. fructuum nomine nascuntur, prior 20. posterior 10. saltem consequitur; non quia hic aptitudo, vel meritum, vel convenientia subest; sed quia duas partes jugerum habet, adeoque duas partes fructuum, tamquam e re sua, consequi debet.

Non alia quam simplici commensione attributio fiet] Recte hic ait Auctor, aliquando nullam esse proportionem in justitia attributrice, si scil. unus tantum aptus inveniatur: quia non est proportio ubi non sunt plures numeri.

Attributricem versari circa res communes, expletricem circa res singulorum] Quidam interpretes Aristotelem corrigere voluere, quia usum proportionum, ex sensu Aristotelis, vel nullum vel promiscuum deprehendebant; Unde aliam excogitarunt differentiam; scil. justitiam expletricem versari circa res singulorum, attributricem vero circa res communes. 3.

At neque hactenus aliqnis est proportionum usus: quia necessitas restituendi res singulorum æque est ex justitiæ essentia, ac necessitas restituendi res communes: utrobique res nobis tribuitur non ex proportionis alicujus ratione, sed quia res nostra est, vel in totum, vel pro parte.

Contra enim si quis de re sua legare velit, attributrice justitia uti solet] „ Etsi igitur legatum ad res singulorum pertineat, non tamen spectat justitiam expletricem; quia tota res dependet ab arbitrio legantis, qui „ pro lubitu suo etiam inæqualiter disponere, „ & uni plus, alteri minus relinquere potest „ & solet. Adeoque verum non est, justitiam „ expletricem versari circa res singulorum.

Et civitas, quæ de communi reddit, non nisi expletricis justitiæ officio fungitur] „ Civitas enim, quæ debitum publicum solvit ex „ communi pecunia, explet justitiæ regulas, „ dum suum cuique tribuit, adeoque verum „ non est, justitiam attributricem versari circa res communes.

Recte hoc discrimen notatum est a Cyri magistro] Xenophon *in Cyropædia L.* 1. *p.* 9. refert, Cyrum casum sibi propositum male decidisse, & ideo a præceptore castigatum fuisse: Casus autem hic erat: Puer magno corpore, qui parvam tunicam habebat, alii puero parvo corpore, sed tunicam magnam habenti eam exuit, suaque permutare cogit: Cyrus id approbavit, convenientiusque esse judicavit, ut uterque aptam haberet tunicam. Sed a præceptore percussus & monitus est, ita se judicare potuisse si *de convenientia* quæreretur; at cum judicandum sit *utrius sit tunica*? de justa possessione, & quod cujusque sit, statuendum fuisse.

Ad §. IX.

„ Auctor vocem *juris naturalis* triplici „ ſenſu ſumi ait, (*Vid. ſup.* §. 3.) 1. pro „ eo quod juſtum eſt: vid. §. 3. 2. pro qua- „ litate morali quæ perſonæ competit ad ha- „ bendum vel agendum : (ſive jus illud ex „ facultate, ſive ex aptitudine oriatur) *Vid.* „ §. 4. *& ſeq.* 3. pro præcepto ſeu lege, „ unde homines obligantur ad agendum tum „ ea quæ facultati, tum ea quæ aptitudini „ conveniunt. *Vid.* §. *b.* Duas priores ſignifi- „ cationes hactenus explicavimus, jam de „ tertia juris ſignificatione agemus.

1. *Eſt & tertia Juris ſignificatio, quæ idem valet quod lex*] Nos duplicem juris in genere ſpeciem fecimus, *permiſſivum* nimirum & *præceptivum*: ad priorem referri poſſunt duæ priores Auctoris ſignificationes. *Vid.* §. 3. & 4. Hic de poſteriori ſpecie agit.

Additio.

„ Noſtram de ſignificatione vocis *juris* „ ſententiam explicavimus ſupra *ad* §. 3.

Quæ idem valet quod lex] Seu præceptum ad cujus præſcriptum omnes vitam inſtituere debent.

Quoties vox legis largiſſime ſumitur] Imo largiſſimo ſenſu vox legis etiam jus permiſſivum continet, nam inter legis virtutes refertur *permittere. d. l.* 7. Cum igitur Auctor permiſſiones legis hic excludat, non poteſt lex largiſſimo ſenſu intelligi.

Additio.

„ Mens Auctoris hæc eſt: Cum ei jus natu- „ ræ aliud ſit *ſociale* aliud *laxius; illud* jus in „ ſpecie ſic dictum vocat, *hoc* impropriè & „ laxiori ſenſu. Hinc jam vocem legis quo- „ que duplici ſenſu ſumi poſſe ait; vel *in* „ *ſpecie* pro regula quæ obligat ad id quod „ ſocietati convenit; vel *largiori ſenſu*, pro „ regula quæ obligat ad id quod præterea judi- „ cio *rectè* conformato convenit; Atque hoc „ poſteriori ſenſu ſe legem naturæ intelligere „ ait, quatenus obligat *ad rectum, non ſimpli-* „ *citer ad juſtum. Vid. Diſſ. Proœm. II.* §. 2 *ſeq.*

Regula actionum moralium] „ I. e. norma „ juxta quam homines agere vel non agere te- „ nentur, & unde conſtat an jure an injuria „ agant.

Obligans ad id quod rectum eſt] „ I. e. ad id „ quod 1. ſocialitati, & 2. naturæ humanæ „ convenit: non ergo ſimpliciter ad juſtum, „ de quo mox.

Obligationem requirin us] „ I. e. neceſſita- „ tem agendi vel non agendi, unde lex a li- „ gando dicitur: Atque hinc lex a ICtis Ro- „ manis vocatur *commune præceptum. l.* 1. *ff.* „ *Leg. Regula præceptrix faciendorum, prohi-* „ *bitrix autem non faciendorum. l.* 2. *ff. de leg.* „ In *C.* 1. *X. de Conſtit.* traditur, *legem eſſe* „ *de præcepto, & omnino obſervari debere.* „ Sane ſi nulla ex lege eſſet obligatio, ſine „ effectu foret præceptum. *Vid. diſſ. Proœm.* „ *XII.* §. 58. *&* 67. Illam vero *obligationem* „ non ſequi ex Auctoris principiis internis, „ quæ Deum excludunt, ſupra probavimus „ *proleg.* §. 11.

Nam conſilia, & quæ ſunt alia præſcripta, honeſta quidem, ſed non obligantia] „ Au- „ ctor enim ad jus naturæ laxius, adeoque ad „ *legem naturæ* largiſſime ſumtam *pro eo quod* „ *rectum eſt*, tantum refert eas virtutes quæ „ aliis hominibus utilitatem afferunt: reliquas „ enim virtutes ait eſſe præſcripta honeſta „ quidem, ſed non obligantia. *Vid. ſup.* §. „ 8. *n.* 1. Exempla ſunt *in l.* 2. *c.* 7. §. 4. *n.* „ 1. *L.* 3. *c.* 3. §. 6. *n.* 1. *L.* 2. *c.* 13. „ §. 8. *L.* 2. *c.* 14. §. 6. *n.* 1. *L.* 3. *c.* 10. „ §. 12. *n.* 1. *&* 2. *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 3. „ quæ plenius examinavi in *Diſſ. proœm. II.* „ §. 9. ubi ſimul demonſtravi, omnes virtu- „ tes referri debere ad ea quæ honeſta ſunt, „ eoque obligantia: *dict. diſſ.* §. 36.

Legis aut juris nomine non veniunt] Quia nullam neceſſitatem agendi vel non agendi hic ſubeſſe ſtatuit.

Permiſſio autem proprie non actio eſt legis, ſed actionis negatio] Imo conceſſio ſuperioris eſt vera actio, atque hinc etiam permiſſio inter actus legis refertur *in l.* 7. *ff. Legib. junct. l.* 238. *V. S.* Permiſſio ergo non eſt negatio actionis, ſed prohibitionis & præcepti.

Additio.

„ Permiſſio omnino eſt pars legis, ejus- „ que actio: Dum enim lege naturæ prohibe- „ tur, ne jus aliis naturali ratione quæſitum „ auferatur; dum, inquam, præcipitur, „ ut jus ſuum cuique tribuatur, neceſſario „ ſequitur jus habendi vel agendi lege per- „ miſſum eſſe eis, quibus id absque injuria „ auferre nequit. Atque hinc JCti Romani „ merito inter virtutes legis poſuere, *permit-* „ *tere, L.* 7. *ff. Legibus.* At inde non propria „ ſpecies *juris permiſſivi* efficitur, ſed per- „ miſſio illa; i. e. facultas agendi lege appro- „ bata, eſt *objectum* legis: cujus *effectus* eſt, „ ut alii jus hoc, ex permiſſione & conceſſio-

„ ne

„ ne divina cuique quæſitum, tribuere te-
„ neantur.

Niſi quatenus alium ab eo cui permittitur obligat, ne impedimentum ponat] „ Omnis „ igitur permiſſio legis infert obligationem in-„ tuitu alterius, ne turbet eum cui aliquid „ lege permittitur. *Vid. Diſſ. proœm. XII.* „ §. 48.

Ad rectum obligans non ſimpliciter ad juſtum] „ Auctor voce *recti* non tantum jus „ ſociale, ſed & jus naturæ laxius compre-„ hendit, i. e. aptitudinem ſeu virtutum re-„ gulas: quia obligatio inde oritur intuitu „ Dei.

„ Exemplum quod Auctor affert de lege Za-„ leuci, quæ vinum bibere prohibet, non „ pertinet ad jus naturæ, ſive ſtricte ſic di-„ ctum, ſive laxius, (nam neutro jure vi-„ num bibere prohibitum eſt) ſed ad jus ci-„ vile quod etiam leges de actibus, qui in vi-„ tium deflectere poſſunt, ſtatuere poteſt & „ ſolet.

Jus hac notione non ad ſolius juſtitiæ, ſed aliarum &c.] „ Senſus eſt, jus, quatenus „ pro lege ſumitur, continere non tantum „ id, quod *proprie & ſtricte dicto ſenſu ju-„ ſtum*, i. e. ſocietati conveniens eſt; ſed & „ quod *laxiori ſenſu* naturæ humanæ, ſeu ju-„ dicio recte conformato conveniens, eo-„ que *rectum* eſt.

Sed & ad aliarum virtutum materiam pertinet] „ Nimirum ad earum, quæ aliis „ hominibus utilitatem afferunt, ut libera-„ litas, miſericordia. &c. *Vid. ſup.* §. 8. *n.* 1.

Attamen ab hoc jure quod rectum eſt, laxius juſtum dicitur] „ Non tantum continens *jus „ ſociale*, ſed & *jus naturæ humanæ*: non „ tantum facultatem, ſed & aptitudinem: „ adeoque non tantum jus ſtricte ſic dictum, „ ſed & virtutum regulas.

„ Syſtema Grotii de jure *naturæ laxiori*, „ ſeu *naturæ humanæ*, expoſuimus in *diſ-„ ſertatione proœmiali* II. ejuſque compen-„ dium exhibuimus *in notis ad prol.* §. 8. ubi „ ſimul demonſtravimus, hanc partem juris „ naturalis continere *officia hominum erga „ Deum*: ejuſque fontem non eſſe judicium „ recte conformatum ad diſcernenda utilia ab „ eis quæ ſunt noxia, (ut Grotius docet:) „ ſed voluntatem Dei qui vult coli; quod jus „ Dei eſt, adeoque ei tribui ab hominibus „ debet. *dict. diſſ. proœm. II.* §. 33. *usque „ ad finem.*

2. *Juris ita accepti*] „ Scil. largiori ſenſu, „ quatenus ſumitur pro eo quod *rectum* eſt.

Optima partitio eſt] „ Auctor *jus* quatenus „ pro *lege* ſenſu largiſſimo ſumitur i. e. qua-„ tenus humanum genus obligat ad id *quod „ rectum* eſt; (& quod continet 1. jus natu-„ ræ ſociale; 2. jus naturæ laxius; 3. jus „ divinum voluntarium: nimirum Adamiti-„ cum, Noachicum, & legem Evangelii; „ 4. jus gentium voluntarium, quod ſecun-„ darium vocari ſolet) dividit in jus *natu-„ rale & voluntarium*. Priora duo jura refert „ ad jus *naturale*: duo poſteriora ad jus *volun-„ tarium*. At hæc partitio vera non eſt, quia „ jus tale *voluntarium*, diverſum a *jure na-„ turæ* non exiſtit: Quod de jure divino „ voluntario probavimus in *Diſſert. proœm. „ III.* & de jure gentium voluntario in *Diſſ. „ proœm. IV.*

Ut ſit aliud jus naturale] „ Quo non tan-„ tum jus ſociale ſeu facultas, ſed & apti-„ tudo i. e. virtutum præcepta continentur: „ uti plenius videbimus §. *ſeq.*

Aliud voluntarium] „ Idque vel divinum „ vel humanum: de quo infra §. 13. *ſeq.*

Quod ille legitimum vocat] „ Legitimum „ Ariſtoteli dicitur, quod lege civili ſtatutum „ eſt: adeoque plane alio ſenſu Ariſtoteles jus „ voluntarium naturali opponit.

Legis vocabulo ſtrictius poſito] „ Vox *legis* „ largiori ſenſu, quo Auctor eam ſumit, no-„ va & incognita eſt; nec ullus JCtorum eam „ eo ſenſu accepit. Ariſtoteles autem ſenſu „ proprio vocem legis hic ſumſit pro lege civi-„ li, quam opponit naturali.

Conſtitutum] „ Scil. a ſuperiore ſeu magi-„ ſtratu.

Idem diſcrimen apud Hebræos reperire eſt] „ Non eo ſenſu quo Auctor diſcrimen id fa-„ cit; quaſi aliud ſit *jus naturale*, tum *ſocia-„ le* tum *laxius*; aliud jus *voluntarium*, i. e. „ divinum univerſale, & gentium: Neu-„ trum enim Hebræi agnoſcunt, ſed ex ſen-„ ſu Ariſtotelis diſtinguunt inter jus naturæ „ & forenſe, i. e. legitimum.

חקים] „ A voce חק, i. e. *definitio*, un-„ de mandata Dei dicuntur חקים *defini-„ tiones*, ſeu præcepta. Vide late *Cocceji le-„ xic. dict. voc.* Intelligunt autem vocem hanc, „ (quatenus eam diſtinguunt a lege naturali,) „ de lege ceremoniali & forenſi; non de ali-„ quo jure divino univerſali. Vide omnino *Sel-„ den. de J. N. & Gent. lib. I. C. 8. f.* 100. „ 101. 103. *& C.* 10. *f.* 119.

Δικαιώματα] „ Per hanc vocem intelligunt „ ſpeciatim mandata Dei de externis ceremo-„ niis *Schrevel. Lexic.*

Ἐντολὰς] „ Mandata, ab ἐντέλλομαι mandatum impono. *Schrev. Lexic.*

Hellenistæ] „ I. e. LXX. interpretes: de „ quibus late agit Seldenus de J. N. & Gent. „ in indice, *voce Hellenistæ.*

Ad §. X.

„ Auctor definit hic jus naturale „ *laxiori sensu* sumtum; quatenus continet „ & *facultatem*, quæ solius *societatis* intuitu „ jus est, & proprie jus dicitur; & *jus laxius*, quod ad virtutum materiam pertinet: „ & quatenus opponitur juri divino voluntario. *Vid. §. præc.*

Est dictatum rectæ rationis] Formula hæc nimis indefinita est, nam 1. hoc ipsum est quod quæritur, quid dictet recta ratio esse principium juris naturæ? Ita quod quæstionis solvendæ causa affertur & respondetur, est ipsa quæstio. Quæritur, inquam, quodnam sano intellectu, seu recta ratione, sit principium adæquatum juris naturæ? Et respondetur, quod conveniens est humano intellectui seu rectæ rationis dictato. Idem scilicet per idem, incertum per æque incertum, & perpetua principii petitio. Sane 2. ita nulla ars, disciplina, aut scientia est de cujus principio quæritur, quin in promtu sit responsio, quod intellectui humano convenit; quod dictat recta ratio &c. Sed & nullum esset opificium de cujus peritia, imo nulla prope res, de qua quid sit quæritur, quin parata posset esse responsio, esse id quod dictat recta ratio. Sed & 3. intellectu humanus, vel recta ratio, non est causa ut aliquid bonum vel malum, justum vel injustum sit; sed contra: cum aliquid est bonum vel malum, justum vel injustum, ea causa est quod recta ratio id tale judicet, id ergo prius demonstrandum aliunde est: Naturam igitur invertunt, qui rectam rationem faciunt regulam rerum, cum e contrario res, earumque formæ & species, dent regulam intellectui. Denique & 4. periculosa est hæc definitio; quia etsi ratio omnibus hominibus sit communis, conclusiones tamen ejusdem rationis aliquando fallunt. Sæpius enim homines recte se intelligere credunt & asserunt, adeoque quilibet dictatum suum rationi conveniens esse statuet; eoque modo quilibet se ab omni facinore excusare & tyranni inprimis a tyrannidis vitio se liberare poterunt.

Additio.

„ Auctor *dictamen rectæ rationis* non indefinite hic ponit, nedum pro *causa obligationis* illud affert: sed supponit, *existere in „ nobis appetitum societatis*, & *judicium recte „ conformatum* &c. ac inde concludit, *omnia „ ea esse juris naturalis quæ recta ratio nobis „ indicat illis esse convenientia aut disconvenientia:* Recta ratio igitur Auctori nihil „ aliud est quam instrumentum cognoscendi „ ea quæ conveniunt naturæ rationali, tum „ sociali tum humanæ.

„ Nos alibi demonstravimus, rectam rationem quidem verum & unicum esse modum „ cognoscendi jura naturæ: *Vid. Proleg. §. 3. „ pag. 6.* at simul demonstravimus eam ignorare societatem humanam, adeoque *jus „ naturæ sociale:* Sed & perfectionum regulas, seu *jus naturæ laxius*, plane non sequi „ ex judicio recte conformato ad discernendum utilia a noxiis, probavimus in *Diss. „ Proœm. I. §. 18. seq. & Diss. Proœm. II. „ § 23. seq.* Obiter autem hic notamus, Grotium per *rectam rationem* non intelligere *auctorem rationis*, uti Becmannus putat in „ not. *h. fol.* 12. quia, ex hypothesi Auctoris, „ recta ratio indicat convenientiam aut disconvenientiam cum natura sociali & humana, „ etsi daretur Deum non esse. *Prol. §. 11.*

Ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa ratione naturali] Auctor fontem juris naturalis, indeque sequentis obligationis erronee constituit *custodiam societatis humano intellectui convenientem*: utpote quod late refutavimus in *Prodr. jur. gent. Exerc.* 1. §. 47. *seq.* Rectius definimus jus naturale, *quod Auctor naturæ*, i. e. Deus, *inter homines constituit*, quo sensu JCti quoque id definiverunt: quod ratio naturalis, sive providentia divina, inter omnes homines constituit: §. 1. §. 6. *Inst. I. N. G. & C.* unde jus naturæ a gentibus quoque Deo adscribi solet. *Instas*, de eo non dubitari Deum auctorem esse juris naturalis, sed quæri saltem quid natura Deus inter homines constituerit? At 1. omnino de eo dubitatur, quia Grotius existere ait jus naturæ, etsi daretur Deum non esse: sed & 2. in quæstione quid Deus voluerit, verum non est eum nihil aliud constituisse, *quam ut homines custodiant societatem;* nam præterea infinita alia voluit, quæ voluntas ex factis elicitur: quæ exposuimus in *Pos. V.*

Additio.

„ Auctor hac definitione non saltem con-
„ venientiam cum natura sociali, sed & con-
„ venientiam cum natura humana compre-
„ hendit; Nam duplicem rationem natura-
„ lem statuit, *socialem* scilicet & *humanam*,
„ hinc duplex quoque ei dictamen est ratio-
„ nis, eoque duplex jus naturæ. *Prol.* §. 8.
„ §. 9.

„ Omnes igitur actus, qui conveniunt *na-*
„ *turæ sociali*, & tendunt ad custodiam so-
„ cietatis juxta dictamen rectæ rationis, Gro-
„ tio justi dicuntur jure proprie & stricte sic
„ dicto, i. e. jure *sociali*. Qui vero conve-
„ niunt *naturæ humanæ*, i. e. *judicio recte*
„ *conformato ad eligendum ea quæ delectant*
„ *aut nocent*, justi ei dicuntur jure naturæ
„ *laxiori*: Adeoque omnes actus, qui repug-
„ nant naturæ *societatis*, injusti sunt jure
„ proprie sic dicto, i. e. *jure sociali*; *vid.*
„ *supr.* §. 3. & qui repugnant *naturæ huma-*
„ *næ* injusti sunt *jure laxiori*. *Vid. Prol.* §. 9.

„ Nos sæpius jam notavimus, *jus sociale &*
„ *jus laxius* ex sensu Auctoris admitti non pos-
„ se: adeoque jus naturæ nullo modo in con-
„ venientia sive cum natura sociali, sive cum
„ natura humana consistere: Jus naturæ qua-
„ tenus inter homines obtinet consistit in
„ *jussis*, *lege*, *ac præcepto Creatoris*, *jus*
„ *suum cuique tribuendi*. Atque hac simplissi-
„ ma definitione omne jus naturæ absolvitur.
„ *Vid. Dissert. Proœm. XII.* §. 51. *seq.*

Inesse moralem turpitudinem] „ Adeoque
„ eum necessario omitti debere, quia scil.
„ repugnat naturæ rationali, sive sociali sive
„ humanæ.

Aut necessitatem moralem] „ I. e. neces-
„ sario faciendum esse, quia scil. convenit
„ cum natura rationali, sive sociali sive hu-
„ mana.

Ac consequenter ab Auctore naturæ, Deo, talem actum aut vetari aut præcipi] „ Ex
„ prolegomenis repetendum est, Auctorem
„ statuere, homines ad socialitatem, & ad
„ sequendum judicium recte conformatum
„ &c. obligari, etsi Deus non existeret.
„ *Prol.* §. 8. 9. & 11. Hinc concludit Deum
„ *consequenter* saltem actus tales vetare aut
„ præcipere: At iisdem locis jam notavi,
„ sententiam hanc pugnare cum pietate du-
„ plici modo 1. quod hominem subjiciat alii
„ causæ quam Deo: 2. quod Deum ministrum
„ faciat ejus causæ, non auctorem. Utrum-
„ que probavimus *d.* §. 11. & in sequentibus
„ ulterius probabimus: *Conf. Diss. Proœm. I.*
„ §. 34. *seq.* & *Diss. II.* §. 29.

Ab Auctore naturæ] „ Nam philosophi
„ naturam duplicem faciunt, naturantem &
„ naturatam, illa ipse Deus est: Hinc Pli-
„ nius ait *Nat. qu.* 45. *Vis Deum naturam*
„ *vocare*, *non errabis: est enim ex quo nata*
„ *sunt omnia.* &c. Conf. *Sen. L.* 4. *benef. c.* 7.
„ & 8. *Proclus L.* 5. *C.* 9. *Tac. I. Annal.*
„ *in fin.* Grotius auctorem naturæ hoc jus
„ probasse ex eo infert, quia ipse voluit ut
„ talia principia in nobis existarent. *Vid.*
„ *Prol.* §. 12.

Actus de quibus tale dictatum existit] Auctor circa præmissam juris naturalis definitionem notat, 1. actus de quibus tale dictatum recte rationis exstat, esse *per se* licitos vel illicitos; atque inde Deum non potuisse aliter statuere, sed necessario illos vel vetasse vel præcepisse: quod in *Prol.* §. *XI.* refutavimus. 2. Differre jus naturæ a jure divino voluntario in eo, quod, uti dictum, Deus *illud* non potuerit aliter statuere, *hoc* vero non nisi ex liberrima voluntate sequatur; *infr. n.* 3. At itidem in Prolegomenis jam dictum est, omnia jura naturæ ex liberrima Dei voluntate sequi, neque tale jus, quod *per se* actus licitos vel illicitos faciat, existere. 3. Quædam dici juris naturalis reductive: verum cum Auctor hic nihil aliud intelligat, quam juris permissionem, supra jam notavimus facultatem agendi a natura concessam verum jus naturale esse, sed permissivum. 4. Per abusum ea quæ honesta sunt, etsi non debita, juris naturalis dici: ubi bene Auctor jus & virtutem distinguit. 5. Quædam dici juris naturalis quæ factum hominis supponunt, uti dominium; *infr. n.* 4. sed ex infra dicendis apparebit, etsi illa acquirantur facto humano, tamen jus acquirendi seu facultatem immediate a natura concessam esse. 6. Jus naturæ habere intrinsecam bonitatem, adeo ut nec a Deo mutari possit: de *quo n.* 5. & *seq.* 7. Dari jus naturæ pro certo rerum statu. *Vid. n.* 7. Quod ibidem refutabimus. 2

De quibus tale exstat dictatum] „ Circa
„ quos ratio indicat inesse moralem turpitu-
„ dinem, aut necessitatem moralem.

Debiti sunt] „ Si scil. conveniunt cum na-
„ tura rationali.

Aut illiciti] „ Si scil. disconveniunt cum
„ natura rationali.

Per se] „ I. e. etsi detur Deum non esse:
„ adeoque Auctor putat homines inter se ex
„ appetitu societatis humanæ, & judicio dis-
„ cretivo obligari potuisse etsi Deus non exi-
„ steret: indeque Deum saltem consequenter

„ ea

„ ea jura approbasse. Quam sententiam jam „ in præcedentibus refutavimus. *Add. Prol.* „ §. 11.

Atque ideo a Deo necessario præcepti aut vetiti intelliguntur] Celebris hæc quæstio est, an actibus hominum jure naturæ insit intrinseca turpitudo, aut necessitas moralis, propter quam a Deo necessario præcepti aut vetiti sint? Ita Grotius sentit *h.* §. 10. & jure naturæ vetita non ideo turpia esse existimat, quia Deus vetuit, sed Deum vetuisse quia per se sunt turpia. Quem recte improbat B. *Puf. L.* 2. *c.* 3. §. 4. sed rem non evolvit. Etenim Deus, ut summum bonum, cujusque voluntas in se perfectissima, sui ipsius i. e. omnis boni & perfecti regula ac norma est; atque hinc quæ vetat & ideo turpia sunt quia Deus vetuit, & vetuit ille, quia sunt turpia; Nihilque magis impium Deoque indignum videtur, quam fingere aliam Dei regulam quam Deum; aliam boni perfectique mensuram ac amussim, quam ipsum illud summum bonum & perfectum; aliud æqui bonique principium quam Ens illud summum, quod omnium rerum ac entium Ens, causa, ac regula est. Secus est in legislatore humano, cujus norma non sola voluntas est, sed salus populi, seu bonum publicum: quia hi sunt fines Imperii ipsi a Deo commissi, de quo mox. At Deus ubique ipse est sanctissimum suæ voluntatis exemplum, & suæ ipsemet regulæ perfectissimus Auctor. Vid Exercit. nostram I. ad Grot. quæ exstat. *Vol. II. Disp. p.* 1406.

Additio.

„ Cœpi jam dicere in *Proleg.* §. 11. Ex doctrina de intrinseca bonitate juris naturalis „ varias inferri conclusiones, quæ salva pietate consistere non possunt.

„ Rationes hujus rei adeo sunt evidentes, „ ut vix demonstratione opus habeant; nam „ 1. si actibus moralibus talis inesset bonitas „ aut turpitudo intrinseca, quæ a Deo non „ penderet, sequeretur, Deum non esse „ causam omnium rerum quæ existunt, sed „ causam esse extra Deum, Deo vel superiorem vel coævam, in quam Deo adeo nullum jus est, ut Deus potius ejus legem „ sequi teneatur. Adeoque 2. Deus, qui est „ ens liberrimum & independens, alligatus „ esset ad illam legem, eamque necessario approbare teneretur, nec improbare posset: „ adeoque vel subjectus illi causæ, unde intrinseca bonitas oritur, esset, vel saltem ejus „ minister. Porro & 3. non potest doceri quid „ sit illa intrinseca bonitas: Equidem, Auctor „ ait eam consistere in convenientia aut dis„ convenientia cum natura rationali, i. e. „ in custodia societatis, & in observatione „ eorum quæ conveniunt judicio recte conformato &c. *Prol.* §. 8. 9. & 11. Verum „ præterea quod probatum jam sit non dari „ socialitatem, anne hic ipse appetitus socie„ tatis, & hoc ipsum judicium recte confor„ matum, (fatente ipso Auctore *Prol.* §. 12.) „ originem a Deo habent? Quomodo igitur „ asseri potest rem, quæ tota ab arbitrio Crea„ toris pendet, non tantum sine Deo exi„ stere, sed & creaturam libertatem sui Crea„ toris restringendi jus habere? Præterea 4. si „ daretur quædam bonitas intrinseca, extra „ Dei voluntatem, Deus contraria illis prin„ cipiis præcipere non posset; at videmus „ Deum plures actus, quos in genere vetuit, „ certis casibus approbasse: certissimo indicio, „ malitiam actuum ab ejus voluntate depen„ dere. Idque 5. reipsa fatetur Auctor, licet „ verbis neget; docet enim in §. *seq. Si quem* „ *Deus occidi præcipiat, non licitum fieri ho*„ *micidium, quod vitæ & rerum supremo* „ *arbitro fit:* Si igitur Deus voluntate sua „ efficere potest, ut id quod in aliis casibus „ est homicidium, adeoque ex ratione sociali „ prohibitum, in hoc casu non ita dicatur, „ sequitur necessario, quod actuum bonitas „ & malitia a sola Dei voluntate dependeat: „ & hoc est quod contendo; extra prohibitio„ nem Dei omnia esse indifferentia. Sane 6. „ supra jam probavi omnes gentes solum „ Deum auctorem & originem juris facere; „ adeoque extra Deum jus naturæ concipi non „ posse. Loco omnium potest esse testimonium „ Anaxagoræ, qui, licet indiscrete nimis, „ asseruit non ideo Deum quid velle quia ju„ stum est, sed ideo justum esse quia Deus „ vult. *Vid. Grot. in not. h. Add. Prol.* §. 3.

„ Atque hinc plerique fere interpretes Au„ ctorem hic corrigunt. *Vid. Pusend. de J.* „ *N. L.* 2. *c.* 2. §. 4. & *L.* 1. *c.* 2 §. 6. „ *Bœcler. in not. ad Grot. p.* 136. Conf. „ *Selden. de J. N. L.* 1. *c.* 8.

„ Neque huic sententiæ *obstat* 1. quod tamen omnes consentiant jus naturæ esse im„ mutabile, quod verum non esset, nisi „ intrinseca ei inesset bonitas. Resp. conse„ quentia fallit. Jus naturæ ex libera Dei vo„ luntate oritur, at postquam semel statuit „ jus tale, illud mutare non potest, non quia „ per se & extra Dei voluntatem jus illud „ existit; sed quia quod Deus semel voluit

„ ex natura ſuæ perfectionis nolle amplius „ nequit.

„ Neque 2. *obſtat*, quod rerum veritates „ ſint æternæ, ita ut nec Deus efficere poſſit, „ ne bis duo ſint quatuor, quod non niſi ex „ intrinſeca bonitate oriri poteſt. Reſp. totum „ arcanum cur bis bina ſint quatuor, ita ut „ nec Deus aliter facere poſſit, hoc eſt: quia „ bis bina & quatuor idem plane ſignificant, „ eundemque numerum, ſcil. quatuor unita- „ tes. Si ergo Deus aſſereret bis bina non eſſe „ quatuor, ſed quinque, mendacium diceret: „ eodem modo ac ſi aſſereret aquam eſſe ig- „ nem, hominem eſſe bovem. Pugnat igitur „ hæc aſſertio cum perfectione divina, non „ quia numero huic æterna bonitas ineſt, „ (fruſtra enim de bonitate & malitia æter- „ na in ordine numerorum quæritur) ſed „ quia Deus falſum aſſerere nequit. *Vide om- „ nino infra n. 6.* Eodem recidit quod B. „ Leibnitzius nobis olim oppoſuit. *Uti pro- „ portionum & æqualitatum, ita & æquitatis „ & convenientiæ regulas æternis rationibus „ conſtare.* Nam per proportionum & æqua- „ litatum regulas nihil aliud intelligit quam „ Brocardicum illud, Deum non poſſe efficere ne bis duo ſint quatuor; cujus rationem „ jam explicavimus, quia ſcil. Deus falſum „ nomen rei affingere, vel rem facto contrariam allegare non poteſt: quæ neceſſitas „ non eſt extrinſeca, ſed fluit ex ipſa perfectione divina, quæ Deum mendacii reddit incapacem.

„ Neque 3. *obſtat* quod Leibnitzius ex libera illa Dei voluntate inferat, Deum ita „ jubere poſſe ut aliquis ſolius voluptatis ſuæ „ cauſa e. g. alios homines cruciet. Nam reſp. „ ſi Deo nulla alia permittendi cauſa eſt, „ quam ut peſſimi nebulonis voluptati gratificetur, pugnat id cum perfectione Dei. Alias „ autem Deus, vi ſummi quod in creaturam „ habet dominii, (de quo plenius agetur „ infra) hoc poſſe exemplo Jobi diſcimus, „ quem cum innocentem cruciare volupe erat „ Diabolo, Deus ei cruciandum bis permittit. *Job.* 1. *v.* 2. At ejus unica & ſola „ cauſa non fuit voluptas Satanæ, nec pugnabat id cum bonitate Dei, ut eventus „ docuit. Accedit, quod cum nemo coram „ Deo innocens ſit, Creator noſter pro lubitu per morbos & cruciatus vitam nobis auferre poſſit; nec miſericordiæ ejus aliquid „ detrahitur: longe enim cruciatus illi infra „ id ſunt quod meriti ſumus, & ſatis ampla „ adhuc peccatorum ſeges ſupereſt in homi- „ nibus, in quibus miſericordiæ Dei infinitæ „ locus eſt. Sed & perfecta demum meritorum „ penſatio alteri vitæ reſervata eſt, nec ante „ plenarie fieri poteſt, quam homines actionum, quibus merentur, finem morte fecerint, earumque adeo menſuram impleverint. Tum enim demum modo perfectiſſimo Deus compenſare cujuſque merita, & „ pœnas diſtribuere ac præmia poteſt, quæ „ ex perfectione divina virtuoſis vel malis debentur.

Diſtat hoc jus non ab humano tantum jure] „ Scil. a jure gentium voluntario, quod „ alii ſecundarium vocant, de quo agetur „ infr. §. *XIV.* Verum cum nec jus naturale „ intrinſece bonum, nec jus gentium voluntarium detur, fruſtra de horum jurium „ differentia quæritur.

Sed & a divino voluntario] „ Notam, qua „ diſtare Auctor ait jus naturale a jure divino „ univerſali, hanc conſtituit: quod *jus naturale*, (quod ex appetitu ſocietatis humanæ, & judicio recte conformato &c. oriri „ ait,) intrinſece bonum ſit, i. e. ex principiis internis fluat, indeque a Deo neceſſario probari debeat, adeo ut nec mutari ab „ eo poſſit: cum e contrario *jus divinum „ voluntarium* a libera voluntate divina pendeat; adeoque non neceſſario, ſed pro „ ejus arbitrio a Deo ſtatuatur, indeque pro „ lubitu a Deo mutari poſſit. Sed & hæc nota „ fallit: Nam 1. verum non eſt dari jus naturale intrinſece bonum. 2. Diximus omnia „ jura naturæ ex liberrima voluntate divina „ oriri, indeque omne jus naturæ eſſe divi- „ num voluntarium. *Vid. proleg.* §. 12. De „ jure divino voluntario ex ſenſu Auctoris „ plenius agemus infra §. *XV. Conf. Diſſert. „ proœm. III.*

Quæ per ſe, aut ſuapte natura aut debita aut illicita ſunt] „ Quia ſcil. repugnant vel „ ſocietati humanæ, vel judicio recte con- „ formato ad diſcernendum ea quæ delectant „ vel nocent.

Sed vetando illicita, præcipiendo debita facit] „ Adeoque quæ ideo juſta ſunt quia „ Deus ex libera ſua voluntate ea præcepit; „ cum jus naturale ideo Deus voluerit, quia „ ſubſiſtit etiam remoto Deo, & quia per ſe „ & intrinſece juſtum eſt.

Quædam ejus juris non dici proprie, ſed reductive] Auctor ſupra §. 9. jam notavit 3 permiſſionem non eſſe actionem legis, indeque eam ad præcepta juris naturæ non pertinere; At reductive eam ad jus naturale referri

ferri posse ait, quia scil. permittente aut saltem non repugnante lege naturæ quædam peraguntur: Verum ibidem jam dictum est, permissionem esse veram juris naturalis partem, homines enim quicquid agunt, agunt vel ex concessione Creatoris, vel ex præcepto ejus: utraque voluntas facit jus naturæ: Unde jus naturale dividitur in permissivum & præceptivum.

Additio.

„ Notavimus supra §. 3. *n.* 1. ea quæ jure „ naturæ permittuntur, esse *juris naturalis* „ *proprie sic dicti*; quia supponunt jus, seu „ facultatem habendi vel agendi, à Creato„ re concessum esse, i. e. licite ea fieri pos„ se: Diximus hanc ipsam permissionem esse „ actionem legis, non actionis negationem. „ Imo diximus *jus naturæ* alio sensu sumi „ non posse; quia hoc sensu legem quoque „ naturæ continet, i. e. jussum Creatoris ut „ jus, quod cuique suum est, cuique tri„ buatur.

Sicut justa modo diximus, quæ injustitia carent] „ I. e. quæ naturæ sociali non repu„ gnant; nam *justa* tunc dici ait negante „ magis sensu quam ajente. *Vid. supr.* §. 3. „ & *l.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 3. *in fin.* At *dicto* §. 3. „ notavimus, ea quæ justa sunt, i. e. quæ „ jure permittente eoque licite fiunt, non „ reductive, sed vere & proprie justa esse; „ eoque solo sensu jus naturæ sumi posse.

Interdum etiam per abusionem ea quæ ratio honesta esse indicat] Auctor hic ea quæ virtutis sunt à jure bene distinguit.

Additio.

„ Auctor ad ea quæ ratio honesta esse in„ dicat etsi non debita, refert honesta quæ „ non in puncto consistunt, sed latius spa„ tium habent, & sine turpitudine omitti, „ vel aliter fieri possunt. *Vid. l.* 1. *c.* 2. §. „ 1. *n.* 3. Nam Grotius distinguit inter eas „ virtutes, quæ aliis utilitatem afferunt, & „ inter eas quæ honestatem saltem præ se „ ferunt, & commendantur: *Prol.* §. 30. *l.* „ 1. *c.* 1. § 8. Priores refert ad præcepta ju„ ris naturæ, scil. laxioris. *Vid. sup.* §. 8. *n.* „ 1. *junct.* §. 9. *n.* 1. Posteriores autem à „ jure naturæ excludit, *ibid.* easque abusive „ ad præcepta referri ait. *Vid.* §. *h.* & *l.* 2. „ *c.* 14. §. 6. *n.* 1. At verius est, has quo„ que virtutes ad *jus naturæ* pertinere. *Vid.* „ *Dissert. prooem. II.* §. 9. & 28.

Aut oppositis meliora, etsi non debita] „ Multa enim licite fieri posse ait, quæ ho„ nestius omittuntur: quod exemplis illustrat „ Auctor *L.* 3. *c.* 3. §. 6. *n.* 1. *c.* 4. §. 2. „ *n.* 1. *c.* 10. §. 1. & 2.

Quæ citra voluntatem humanam existunt] „ 4. „ Adeoque quæ natura præcipit citra volun„ tatem hominum: eoque Auctor refert jus „ utendi rebus communibus ante divisionem. „ *Conf. l.* 2. *c.* 2. §. 2. *seq.* & jus privata vi „ agendi ante institutas facto hominum ci„ vitates: *L.* 1. *c.* 3. §. 1. *n.* 2. & *c.* 4. §. 2.

Quæ voluntatis humanæ actum consequuntur] „ Adeoque ubi natura aliquid præcipit „ ex suppositione; si scil. homines voluerint, „ quod exemplo dominii & judiciorum nunc „ illustrabitur.

Sic dominium, quale nunc in usu est, voluntas humana introduxit] Quia scil. dominium per occupationem demum acquiritur. At cum per dominium non actus sed jus intelligatur, hoc omnino à natura est; exercitium autem hujus juris demum supponit hominum actiones.

Additio.

„ Ex hypothesi Auctoris res terræ ab initio „ fuere communes, adeo, ut singulis nulla „ in eas proprietas sed solum jus utendi re, „ ut communi, competierit. Multiplicato „ autem genere humano, homines commu„ ni consensu res communes divisisse, & „ non divisarum occupationem tacite permi„ sisse fingit; indeque concludit, ex hac „ demum voluntate humana cuique rem pro„ priam factam, dominiaque voluntate & „ facto hominum demum introducta esse. „ *Vid. L.* 2. *c.* 2. §. 1. *n.* 5. *l.* 2. *c.* 2. §. 2. „ *n.* 4. & 5. *l.* 2. *c.* 9. §. 1. *n.* 2.

„ At in *Dissertatione prœmiali I. Cap. fin.* „ late probavimus, 1. verum non esse res ab „ initio fuisse communes: 2. fabulam esse, „ quod de divisione rerum communium, & „ de tacita concessione occupandi res non „ divisas, fingit: 3. jus dominii ab ipsa na„ tura esse, & jus occupandi res nullius cum „ ipso genere humano originem cepisse.

„ Aliud exemplum, ubi Auctor jus natu„ rale de iis agere statuit *quæ voluntatis hu„ manæ actum consequuntur*, occurrit in *judi„ ciis*. Nam ex Grotii hypothesi jure naturæ „ unicuique privato competit jus suam alte„ riusque injuriam vindicandi; at, quia mul„ tæ inde confusiones orituræ fuissent, fingit, „ genus humanum consensisse, ut jus illud „ puniendi in civitates conferatur: Adeoque, „ *posita hac voluntate humana*, judicia à na„ tura orta esse ait, *L.* 1 *C.* 3. §. 1. *n.* 2. & „ *C.* 4. §. 2. Verum hic quoque negamus, ge-

„ nus humanum unquam inter se constituisse „ ut per judicia jus statueretur. Judicia à „ natura patribus familias delegata sunt; hi „ pactò demum in civitates coiverunt, inque „ eas omne jus suum vi agendi contulerunt. „ Hactenus igitur judicia ex pacto constitu- „ ta sunt, adeoque ex ipso jure naturæ, vi „ cujus homines de suo jure disponere pos- „ sunt. Quæ latius explicavimus in *Diss. „ Prooem. I. c. fin. & Diss. XII.*

At eo introducto] „ scil. per fictam illam „ divisionem, ac tacite à genere humano in- „ ductam occupationem rerum communium.

Nefas mihi esse id eripere, te invito, quod tui est dominii] „ Imo si id demum ex pacto „ & voluntate generis humani sequitur (quæ „ gratis hic fingitur, nec ulla ratione proba- „ ri poterit) non potest dici esse à natura: „ Cum tamen certum sit, naturali ratione „ unumquemque vi facultatis à Creatore sibi „ concessæ res terræ, quæ nullius sunt, oc- „ cupare, i. e. suas facere & dominium in „ eas acquirere posse: unde necessario infer- „ tur homini rem juxta voluntatem Creatoris „ occupatam ab alio auferri non debere.

Ipsum indicat jus naturale] „ Imo pugnat, „ jus naturæ, i. e. principia interna id indi- „ care, & tamen dominia ex pacto & vo- „ luntate generis humani originem cepisse.

Quare furtum &c.] „ Postquam scilicet vo- „ luntas humana introduxit dominia.

Furtum naturali jure prohibitum] „ Dixi- „ mus furtum prohibitum esse primævo ju- „ re naturæ, & citra voluntatem humanam. „ Cui enim concessa est à natura facultas „ occupandi, ei etiam concessa est facultas „ de re occupata disponendi: Sane cum res „ terræ in nullius sint proprietate, adeoque „ nullius; cuique hominum competit facultas „ naturalis res illas occupandi & suas facien- „ di. Si igitur alius hoc jus ab Auctore na- „ turæ cuique hominum concessum turbat, „ rem ei auferendo, i. e. furtum rei facien- „ do, violat jus naturæ, & invertit volun- „ tatem Creatoris, indeque tenetur ad repa- „ rationem.

„ Atque inde nulla gens fuit aliqualiter „ morata, quæ non severe in crimen furti „ animadverterit, ut de Ægyptiis, Scythis, „ Judæis, Indis, Bactrianis, Arnis, Locris, „ Persis, & ex lege Draconis id probat *Tes- „ marus in not. hic.*

„ Neque *obstant* exempla gentium quæ fur- „ ta permisere, ut apud Lacedæmones. *Xe- „ noph. 4. exped. Cyri n. 335. & Libro de re- „ publ. Laced. Plut. in Lycurg. Gell. N. A. „ L. 11. c. 18.* De Germanis id tradit *Cæs. „ bell. Gall. Lib. 6.* de Ægyptiis *Diod. Sic. L. „ 2. c. 3.* de Cardacis in Persia *Strabo L. 15. „ in f.* Nam apud Lacedæmonienses furta „ non impunita erant, sed si quis deprehen- „ debatur in furto in eum animadvertebа- „ tur. *Plut. in apopht. Lac. n. 4.* Leges igitur „ permittebant juventuti, ut auferre alter „ alteri rem potuerit, non ob turpia lucra, „ neque ad sumtum libidini præbendum, „ comparandamque opulentiam, sed pro „ exercitio disciplinaque rei militaris; quod „ & furandi solertia & assuetudo acueret „ obfirmaretque animos adolescentium & ad „ insidiarum astus, & ad vigilandi toleran- „ tiam & obrependi celeritatem, *Vid. Gell. „ d. l.* Neque credendum est, rem propriam „ factam fuisse eorum qui abstulerunt, sed „ vel judici vel sacerdotibus delata fuit; uti „ statim de Ægyptiis exemplum afferemus.

„ Legem Persarum punitivam refert *Xe- „ noph. in inst. Cyr. L. 1. pr.* Apud Ægyptios „ res furtiva non acquirebatur auferenti, sed „ ad sacerdotes deferri jubebatur, quo re- „ dimi posset detracta quarta. *Diod. Sic. L. „ 2. c. 3.*

„ *Atqui* gentes Mercurium, Deum, pro- „ tectorem furtorum fecere, adeoque natura „ non videntur esse prohibita: *Lactant. L. 5. „ c. 10.* Resp. hæc sententia orta est ex poë- „ tarum fabulis, qui Diis suis latrocinia, a- „ dulteria, cædes, &c. affinxerunt; Sane „ ideo hæc theologia mystica ab ipsis Genti- „ lium Philosophis improbata fuit: Causam „ autem fabulæ de Mercurio dedisse vide- „ tur, quod is præsit commerciis, quæ cum „ omnium maxime defraudationibus subjecta „ sint, per bonam consequentiam Gentiles „ præsidem eum fraudis, eoque furtorum, „ fecere.

„ Denique non *obstat*, quod res natura „ communes sint, & jure Gentium demum „ dominia sint introducta. *L. 5. just. & jur.* „ adeoque is, qui alii rem aufert, videatur „ suo jure communitatis uti; indeque furta „ non jure naturæ, sed jure gentium de- „ mum prohibita videri. Resp. falsum est „ res à natura esse communes, sed sunt „ nullius, eoque cedunt occupanti, i. e. oc- „ cupanti fiunt propriæ; dominia ergo cum „ ipso genere humano orta sunt. *L. 1. ff. A. „ R. D.* Equidem jure gentium demum do- „ minia

„ minia discreta dicuntur *in d. l.* 5. At per „ jus gentium JCtus ibi intelligit ipsum jus „ naturæ quod ratio naturalis constituit: *Vid.* „ *l.* 1. *ff. A. R D.*

Dixit Paullus JCtus &c.] „ In *l.* 1. §. *f. ff.* „ *de furt. Nam hoc natura æquum est, ne-* „ *minem fieri locupletiorem cum alterius ja-* „ *ctura. l.* 14. *ff. Cond. ind.*

Natura turpe] „ *L.* 12. *ff. Verb. sign.* At- „ que hinc furti damnatus ipso jure fit infa- „ mis, etsi in sententia id dictum non sit. „ *l.* 1. *l.* 4. §. *fin. His qui not. inf. l.* 7. *in f.* „ *de Publ. jud.* §. 3. *Inst. De pœna tem. litig.*

Deo displicere Euripides] „ Vide similem „ locum in Plauti *prologo Rudent. v.* 10. „ *Gron. h.*

5. *Est autem jus naturale adeo immutabile, ut ne à Deo quidem mutari possit*] Explicavi hanc quæstionem in *Prodr. J. G. Ex. II.* §. 32. *sequ.* quam huc transcribere liceat: Verba hæc sunt: Nec minus inanis est alte ra illa quæstio: an Deus utare jus naturæ possit? Etenim, cum quod Deus vult sit omnium optimum & perfectissimum, non potest aliud velle quod minus bonum, minusve perfectum est; non quod per impotentiam naturæ non possit aliter agere; sed quod per summam perfectionem voluntatis non possit aliter velle.

Blasphemiam Plinii, *L.* 2. *Hist. nat. c.* 7. (a qua nec alienus videtur *Cicero Lib.* 4. *acad. quæst. c.* 16.) sapit, cum Grotius §. 10. *n.* 5. inquit, *esse quædam ad quæ potentia Dei se non extendat: ut facere ne bis duo sint quatuor.* &c. quod stupendum videtur in tantis viris, cum revera ineptissimum & plane ridiculum sit. Decepit eos duplex abusus, qui licet ad demonstrationes morales, alterum opus, pertineat, hic tamen notari meretur.

Unus est, quod communi usu loquendi verbo *posse* ibi utimur, ubi intelligimus *impotentiam*: ut cum dicimus, *homo potest mori*, i. e. *non potest semper vivere*: Et contra, vocibus *non posse*, ubi intelligimus *potentiam*: ut cum dicitur *Deus non potest mori, non interire*, &c. exprimitur æternæ potentiæ & essentiæ plenitudo. Adeo vocum ludo deludi se passi sunt viri quoque egregii, ut per verba, quæ potestatem plenissimam & *omnipotentiam* significant, intellexerint *impotentiam*, & vice versa.

Alter, quod demonstrationes rerum inprimis præcedere debeat demonstratio verborum. Id vero non modo neglexere qui recens philosophati sunt, sed nec satis ea distinxere ab invicem. Quod olim, cum his studiis adhuc incumberem, me adnotasse memini in *septimis objectionibus* adversus *meditationes Cartesii*, qui cum rectissime philosophari à se, quasi ex jusso Delphico inciperet, primamque veritatem faceret *cogitantem se esse*, adversarii, qui ex Aristotele illud primum esse hauserant *idem non posse simul esse & non esse*, ejus principium liquidissimum negabant; quibus ille hoc ipso Aristotelis effato occurrere potuisset: nec ulla pugna, cum alterum sit verborum, alterum rerum principium: de quo alibi.

Ita, quod Grotius quærit, an Deus facere possit ne bis bina sint quatuor, in verbis non in facto consistit. Ais nimirum, bina & quatuor sunt unum idemque: utrumque scilicet quatuor unitates; uti unum & tria, pariter sunt quatuor, scilicet totidem unitates; Quæritur ergo, an fieri posset, ne quatuor sint quatuor? seu an quatuor simul sint, & non sint. Idemque est in exemplo Plinii; an Deus facere possit, ne dies præteritus sit præteritus? &c. In quibus omnibus non quæritur de possibilitate facti, sed de veritate dicti: non, an Deus possit aliquid efficere, aliquid in aliud mutare, &c. sed an statuere, ut utrumque hoc unum sit, *esse, & non esse*; id est, an possit falsum dicere, mentiri? & sic de omnibus contradictoriis. Unde absurdissime conjungit Grotius cum hac quæstione alteram, an Deus, quod intrinsece (ut ipse sentit) malum est, permittere possit? cui supra satisfactum est.

E contrario, ubi de vi facti quæritur, ut an Deus homicidium, furtum, &c. permittere possit? Grotius ineptissime hoc refert ad vitium verbi: quasi permittente Deo desinat esse homicidium, furtum, &c. quod verba hæc vitium sonent. Quæ hoc Viro nimis quam indigna sunt. Non enim quæritur quo nomine factum vocetur; sed, (quoquo modo vocaveris,) an permittere possit hominem occidi: rem domino invito auferri &c. Quanquam & falsum sit, verba homicidii, (quod & de fortuito aut casuali, ut vocant, dicitur, *l.* 11. §. *penult. ff. de pœn.*) significari semper vitium seu crimen. Quin vi verbi homicidium est, quoties homo occiditur.

Cæterum, res ipsa plana est: competere Deo plenam potestatem in hominum vitam, corpus, & bona, duplici jure: tum, quia omnia ipsius sunt, omniumque ipse Creator ac dominus est: tum, quia nemo hominum

est

est quin commiserit ut mortem, aliaque mala meruisse intelligatur, & ideo de injuria queri non possit. Atque hoc jus Deus quotidie exercet immittendo, etiam piis, pestilentiam, vastitates, aliaque mortium & calamitatum mala. Verum, utitur ille hac potestate perfectissimo modo, justaque proportione, pensando bona vel mala meritis. Unde, accepto ejus mandato, non putandum satisne bonum aut æquum sit; sed pro optimo habendum quod ipse voluit. Atque ita singularis laus fuit Abrahami, quod jussus immolare filium unicum nullus hæsitaverit an Deus potuerit id jubere, & ipsi obediendum fuerit. Ita, quod Hebræorum populus bona ab Ægyptiis commodato accepta secum abstulerit, cum Dei jussus, tum Ægyptiorum impietas, & operarum tot annis indebite & acerbissime exactarum injuria, satis defendit. Atque ita de aliis.

Additio.

„ In præcedentibus demonstravimus, jus „ naturæ sine Deo nec concipi, nec salva „ ratione statui posse, *juri naturæ inesse bonitatem intrinsecam, quam Deus necessario approbare teneatur*: adeoque causam hanc, „ cur mutare Deus jura naturalia non possit, falsam esse. Immutabilitas enim juris „ naturalis ex plane alia oritur causa, quam „ explicavi in tract. *de princ. jur. nat. part. I. fol.* 38. *seq.* Voluntas enim Dei, utut liberrima, tamen duo necessario complectitur: tum, ut non possit velle, nisi quod „ perfectissimum est: tum, ut non possit mutare, quod semel voluit. Non quod causa „ quædam extra Dei voluntatem sit quæ ei „ necessitatem hanc injiciat, sed quia ea „ necessitas intrinseca est ipsi voluntati, propter summam ejus perfectionem. Ita ut voluntas non possit non velle quod perfectissimum est: Non quod aliunde ad id „ adstringatur, sed quod ipsa voluntas in se „ perfectissima sit: Atque ita Deus id quod „ optimum est necessario facit; non quia „ non potest aliter facere, sed quia non potest aliter velle.

„ Hinc explicantur facile omnia jura naturæ; quæ ad duo capita refero: sunt enim „ 1. jura inter Deum & homines, quæ nimirum in cultu divino consistunt, & ex „ ipsa ejus essentia summaque perfectione „ fluunt. Tantum jam abest, hæc mutari „ posse, ut potius contradictionem involveret, si Deus vellet se pro Deo non haberi; „ fieret autem hoc, si vellet ne coleretur, „ cum cultus ille sit perfectionis æstimatio: „ 2. jura inter homines ipsos; quæ nihil „ aliud esse ostendi, quam sanctissimæ hu„ jus voluntatis placita: Hæc proinde muta„ ri ideo non possunt, quia voluntas per„ fectissima etiam immutabilis est, cum mu„ tatio pœnitentiam eoque imperfectionem „ inferat, & ignorationem pariter futuri, „ quæ in Deum non cadunt.

Dici tamen quædam possunt ad quæ ea se non extendit] „ Imo non potest salva pieta„ te dici, *Deum non posse quædam agere ob „ defectum potentiæ; quæ a causa quadam „ extra Deum procedit.* Omnia facere po„ test Deus quæ non inferunt contradictio„ nem vel imperfectionem: illa enim per „ essentiam Dei, hæc per ejus perfectionem „ agere non potest: Impedimentum autem „ hoc non est à causa quadam extra Deum, „ (nimirum ex socialitate, aut natura hu„ mana, ut Grotius existimat,) sed à per„ fectione & essentia Dei, qui non potest „ velle nisi quod perfectissimum est:

Quia, quæ ita dicuntur, dicuntur tantum, „ sensum autem qui rem exprimat nullum habent, sed sibi ipsis repugnant] „ Verba hæc sunt, quæ rem per se satis „ obscuram magis implicant: dictum jam est „ falsum esse, *dici quædam posse ad quæ potentia Dei se non extendat*; cur autem „ Deus id quod semel voluit mutare, & „ quod cum perfectione ejus pugnat, velle „ non possit, id vidimus non esse ex defe„ ctu potentiæ, nec à causa quadam extra„ nea, sed ex ipsa essentia & perfectione „ divina.

Sicut ergo, ut bis duo non sint quatuor, nec a Deo potest effici] Aliud est quærere, an Deus aliquid possit mutare, aliud an Deus id, quod falsum est, possit dicere verum. In propositâ quæstione non de re ejusque mutatione, sed de nomine agitur: non quæritur an res ipsa mutari, sed an bis duo quinque dici, adeoque falsum nomen rei affingi possit, licet in posteriori quæstione eadem res maneat? Et hoc merito negatur: *bis duo* enim & *quatuor* eadem res sunt, si quis hæc *quinque* vocare vellet, non rem ipsam mutat, sed aliud nomen eidem rei dat, idque falsum, & sic esset falsiloquium, quod cum perfectione divina pugnat: Et hoc sensu quoque verum est *factum infectum fieri non posse*, quia contra veritatem aliquid assereretur: scilicet factum non esse, quod tamen revera factum est. Impossibilitas ergo

hic

hic non eſt a re, ſed ab ipſa eſſentia & perfectione divina: Deus enim nihil poteſt velle, niſi juxta naturam ſuam, i. e. id quod perfectum eſt. *Vid. ſupra n.* 1.

Ita ne hoc quidem ut quod intrinſeca ratione malum eſt malum non ſit] „ Si daretur malum „ aliquod per ſe & intrinſece, i. e. quod „ etiam ſemoto Deo malum eſſet, vera omni„ no eſſet ſententia Auctoris; Deum non poſ„ ſe efficere ut id malum non ſit, quia extra „ Deum cauſa in ipſa re foret, quæ eum im„ pediret. Sed cum jam conſtet nihil mali „ eſſe niſi ex voluntate & prohibitione divina, „ ſponte ſequitur, otioſam hanc eſſe quæſtio„ nem, & fruſtra quæri an Deus velle poſ„ ſit ne id malum ſit, cum non poſſit conci„ pi malum intrinſece tale, adeoque fruſtra „ de ejus mutatione quæratur. Quod igitur „ Deus id quod malum eſt, i. e. quod ſua „ voluntate pro tali declaravit, & ideo pro„ hibuit, non poſſit permittere, non eſt ex „ defectu potentiæ quæ ex re oritur, ſed ex „ natura perfectionis, quia mutatio pœniten„ tiam, eoque imperfectionem involveret.

Et hoc eſt quod ſignificat Ariſtoteles, cum dicit &c.] „ Ariſtoteles ait, *quædam eſſe quæ „ ſtatim ac nominantur cum malitia conjuncta „ ſunt*: & recte: At rationem ejus Ariſtoteles „ non ponit in principiis intrinſecis, nimirum „ in appetitu ſocietatis, & convenientia cum „ ratione humana; (quæ obligationem infer„ re Grotius ait etiam remoto Deo.) Sed tota „ ratio malitiæ in eo conſiſtit, quod ratio di„ ctitat ea a Deo eſſe vetita: Unde qui adulte„ rum nominat, exprimit hoc ipſo actum vi„ tioſum, quia Auctor naturæ actum illum „ vitioſum declaravit: Adulterium igitur non „ eſt malum antecedenter reſpectu Dei, ſed „ conſequenter: & Deus non vetuit promiſ„ cuos concubitus, quia per ſe malum ſunt; „ ſed ideo malum ſunt, quia Deus inter ra„ tionales creaturas eos prohibuit.

Nam ut eſſe rerum, poſtquam ſunt & quæ ſunt, aliunde non pendet, ita & proprietates, quæ eſſe illud neceſſario conſequuntur] „ Verba „ hæc obſcura Gronovius æque obſcure inter„ pretatur. Mentem Auctoris in ſequenti no„ ta explicabimus.

Talis autem eſt malitia quorundam actuum comparatorum ad naturam ſana ratione utentem] „ Qualis? cujus nimirum eſſentia & „ proprietas aliunde non pendet: Mens igitur „ Auctoris hæc eſt: Ex ejus hypotheſi appe„ titus ſocietatis humanæ, & judicium recte „ conformatum ad diſcernenda utilia ab eis „ quæ nocent, fluunt ex principiis internis, „ quæ ſubſiſtere ait etiam remoto Deo. Uti „ igitur hæc principia ſunt intrinſeca, nec „ ab alia pendent cauſa, ita & proprietates, „ quæ principia hæc neceſſario conſequuntur, „ (i. e. malitiam) aliunde non pendere, „ indeque nec a Deo mutari aut tolli poſſe ait. „ At dictum jam eſt 1. appetitum ſocietatis „ humanæ eſſe non ens, adeoque fruſtra „ quæri an ab alia pendeat cauſa. 2. Cum „ ipſe Auctor fateatur appetitum illum homini „ a Deo inditum eſſe, *Prol.* §. 12. contradi„ ctio eſt, a Deo originem habere & tamen „ ſine eo exiſtere poſſe. Si autem 3. cauſam „ a Deo habet, non pendet ab alia cauſa, & „ ſic tota ratio bonitatis intrinſecæ ceſſat.

Itaque & ipſe Deus ſecundum hanc normam de ſe judicare patitur] „ Senſus eſt, „ quod Deus ipſe agnoſcat principi talia in„ terna quæ ab alia cauſa non pendent, dum „ permittit judicium ferri de ſuo procedendi „ modo, juxta normam illorum principiorum „ internorum. At falſiſſimum eſt, Deum „ unquam, & in ullo actu humano, agno„ viſſe malitiam aliquam intrinſecam, quæ „ dependeret a cauſa aliqua extra Deum; i. e. „ ab appetitu aliquo ſocietatis, aut judicio „ diſcretivo recte conformato &c. Nec ex „ allegatis ab Auctore ſcripturæ locis apparet „ Deum pati de ſe judicari juxta normam quæ „ aliunde eſt, aut ab alia cauſa pendet, ſed „ contrarium exinde potius elicitur: Deum „ nimirum ſe ſubmittere judicio aliorum jux„ ta normam, quam ipſe conſtituit, cujus „ ipſe Auctor eſt, adeoque quæ tota a Deo „ dependet. Nimirum contendit ſummum „ Numen, ſe Iſraelitas jure punire *tamquam „ tranſgreſſores legum divinarum*, tamquam „ rebelles voluntati divinæ, tamquam ingra„ tos, & immemores beneficiorum divino„ rum. Sic enim Abraham de Deo judicat, „ *eum non poſſe occidere juſtum cum impio, „ non eſſe hoc judicium ejus qui judicat omnem „ terram. &c. Gen. XVIII.* 2. & merito, „ quia pœna non eſt nili in ſontes, i. e. in „ tranſgreſſores legum divinarum, & pugna„ ret cum perfectione divina, pœnam ſumere „ a juſtis, i. e. ab eis, qui voluntati Dei „ obtemperant: Quamquam negari nequeat, „ Deum citra pœnam ex jure ſummi Imperii „ quod ei in creaturas competit, vitam eis „ adimere pro lubitu potuiſſe: Sed & ex col„ loquio Abræ & Dei ſatis apparet, homines „ juſtos vix dari, adeoque merito ſuo occiſos „ eſſe Sodomitas.

„ Apud Esai. V. 3. Deus Israëlitas ipsos ju-
„ dices constituit *num injuria eos exstirpave-*
„ *rit*, utpote reos atrocissimorum criminum.
„ Apud *Ezechielem* Judæis querentibus quod
„ ob delicta parentum puniantur (*XVIII.*
„ 19.) permittit judicium de justitia pœnæ:
„ *Audite*, ait, *domus Israël*, *numquid via*
„ *mea non est æqua*? *& non magis viæ vestræ*
„ *pravæ*? *XVIII.* 25. *&* 29. In quo autem
„ norma istius judicii consistat explicat Pro-
„ pheta *d. c.* 18. *v.* 9. ubi justum describit,
„ *qui in præceptis Dei ambulaverit*, *& judicia*
„ *ejus custodiverit*, *ut faciat veritatem*: Cer-
„ tissimo indicio, normam juxta quam Deus
„ se judicari patitur non esse extra Deum;
„ & malitiam horum actuum non aliunde
„ pendere, sed a sola voluntate Dei actus
„ injustos declarantis. Apud *Jeremiam* Deus,
„ justitiam captivitatis Babylonicæ defendens
„ allegat causam quod Israelitæ deseruerint
„ Deum, quod leges ejus non tenuerint, &
„ Auctorem legum nesciverint. *c.* 2. *v.* 5. *seq.*
„ *v.* 8. 11. 13. 14. 15 17. & tandem con-
„ cludit: propterea adhuc judicio contendam
„ vobiscum, & cum filiis vestris disceptabo.
„ *d. c.* 2. *v.* 9. Judicii ergo hujus ac discep-
„ tationis norma, non est malitia quædam
„ actuum intrinseca, quæ aliunde non pen-
„ det; sed lex quæ a solo Deo pendet, qui
„ coli voluit: Apud Micham *judicium Domini*
„ *cum populo suo & cum Israël judicari dicitur*
„ *n.* 2. *seq.* juxta quam normam? explicat id
„ Propheta *d. c.* 6. *v.* 8. *Indicabo tibi*, *o ho-*
„ *mo quid sit bonum & quid NB. dominus*
„ *requirat a te*: *utique facere judicium & dili-*
„ *gere misericordiam & sollicitum ambulare*
„ *cum Deo tuo.* Malitia igitur horum actuum
„ pendet a causa extrinseca, i. e. a lege divi-
„ na. Denique *Apostolus* quærit ex Israelitis,
„ an Deus injustus sit, pœnas eis inferendo?
„ *Rom. III. v.* 5. *&* 6. Recte id negat, &
„ rationem allegat, quod fidem non habeant
„ legi divinæ. *d. c.* 3. *v.* 3. *junct. v.* 10. 11.
„ 18. 19. *seq.* Norma igitur hujus judicii iti-
„ dem non est ab aliqua malitia intrinseca,
„ sed a lege Dei.

6 *Fit tamen interdum*, *ut in his actibus ima-*
go quædam mutationis fallat incautos] Uti
cum incestus permittitur liberis Adami; Ju-
dæis nuptiæ cum defuncti fratris vidua, *Deut.*
XXV. v. 21. parricidium Abrahamo, *Gen.*
2 Nam hos casus Deus numquam prohibitos
voluit, sed ab omni ævo a lege prohibitiva
excepit: si enim semel sub illa generali pro-
hibitione eos comprehendisset, numque po-
stea permittere potuisset, quia permissio illa
fieret necessario cum mutatione divinæ volun-
tatis. At si nunquam prohibita ab eo hæc fuisse
dicuntur, id quod ex post facto revelatum,
a Deo vero ab æterno ita constitutum est,
(utpote cui omnia sunt præsentia,) nulla
facta fuit ejus voluntatis mutatio, sed sem-
per eadem illa ac immota permansit.

Additio.

„ Verior responsio est, hos actus non fuis-
„ se illicitos ex quo jussu Dei fiebant. Nam
„ alibi notavimus, Deum præcipiendo *homi-*
„ *nibus* quidem legem dedisse, non *sibi*:
„ *illi* proinde soli invicem obligantur ex illa
„ voluntate Creatoris, adeo ut suo arbitrio
„ nihil illi voluntati contrarium peragere pos-
„ sint; *Deus* autem inde non tenetur, sed po-
„ tius liberrimam potestatem sibi reservavit in
„ homines, eorumque vitam & bona; adeo,
„ ut pro lubitu suo de illis disponere, &
„ per ipsos homines hoc jus suum exercere
„ possit.

„ Si proinde Deus injungit uni hominum
„ ut alterum occidat, hoc ipso non mutatur
„ jus naturæ; (quod inter solos homines ob-
„ tinet,) lex generis humani salva manet,
„ ne occidant se invicem; neque homo hic
„ occidit, sed Deus per hominem; actio igi-
„ tur non est hominis, utpote qui suo jure
„ occidere nequit, sed Dei, qui homine
„ utitur tanquam suo instrumento.

„ Adeoque cum Deus permisit, imo præ-
„ cepit Adami liberis ut propagent humanum
„ genus cum sororibus cohabitando, illi id
„ non fecere suo jure (nam Deus inter ho-
„ mines in genere id fieri prohibet) sed jussu
„ Dei. Idem dicendum de parricidio Abraha-
„ mi, hic enim non sua auctoritate id exequi
„ paratus fuit, sed jus Dei exequebatur.
„ Neque dici potest, mutationem voluntatis
„ inferre si Deus permittit quod semel prohi-
„ buit: Nam prohibitio generi humano facta
„ subsistit adeoque homines inter se aliquid
„ agere contrarium prohibitioni divinæ suo
„ jure non possunt. Neque ea voluntas gene-
„ raliter declarata mutatur si Deus præcipit
„ aliquid quod homines speciatim inter se age-
„ re prohibentur; Deus enim suo jure agit,
„ suumque jus exsequitur, etsi per homines.

Cum revera non jus naturæ mutetur, *&c.*
sed res de qua jus naturæ constituit, *quæque*
mutationem recipit] „ Sensus est non fieri
„ licitum homicidium, furtum &c. sed non esse
„ homicidium. Quod statim refutabitur.

Jam solvere non teneor, *non quia jus naturæ*
desierit

desierit, &c sed quia quod debebam deberi desiit] Imo nec hic imago est mutationis: nam debitor obligatur ad solvendum non ex intrinseca aliqua bonitate, sed quia voluntate sua jus in alium transtulit: si creditor jus hoc remittit, desinit debitum, quia is a cujus arbitrio tota obligatio dependet ita vult. Eadem igitur ratione homo obligatur juri naturæ quia Deus id voluit, & ideo jus est: Si vero Deus excipit quosdam actus ab hac lege universali, illi casus liciti sunt, quia prohibitio divina, quæ sola actum malum efficit, cessat.

Ut maneat adhuc indissoluta mutui obligatio] „ Sola enim datio non facit mutuum, „ sed lex addita ut tantumdem ejusdem ge„ neris restituatur. *L. 2. pr. §. 1. l. 3. de re„ bus cred.* quamdiu igitur tantumdem resti„ tutum non est, tamdiu manet mutua obli„ gatio.

Non licitum fiet homicidium aut furtum, sed non erit homicidium aut furtum] „ Hæc „ sententia Auctoris 1. pugnat cum ejus prin„ cipiis: si enim furta & homicidia per se il„ licita & intrinsece mala essent, Deus non „ posset efficere ut hi actus non sint furtum „ nec sint homicidium. Nam cum, ex hypo„ thesi Auctoris, Deus necessario & conse„ quenter actus ejusmodi vetare debeat, non „ posset ullo casu illos permittere, i.e. efficere, „ ut actus ille quo homo occiditur, non sit „ homicidium. Sed & 2. assertio hæc Aucto„ ris, *homicidium non fieri licitum, sed non „ esse homicidium*, falsissima est Si enim „ Deus jubet hominem occidi, omnino est ho„ micidium &c. sed desinit esse crimen. Ita „ & alia homicidia sunt absque crimine & „ culpa, uti invasoris ex necessaria defensio„ ne; reorum ex crimine capitali; hostium „ in bello; si mero casu fiunt, &c. Hæc igi„ tur vera sunt homicidia, sed non crimina, „ quia semper excepta fuere a prohibitione & „ regula generali.

Quæ voces vitium involvunt] „ Non ex „ intrinseca aliqua malignitate, uti Auctor „ putat, sed quia actus hos Deus, si ab ho„ minibus propria auctoritate fiunt, vitiosos „ declaravit: Quoties igitur auctoritate Dei „ fiunt, toties cessat vitium, quia jure Dei „ fiunt ejusque jussu.

Quod vitæ & rerum supremo Domino auctore fit] „ Hoc ipso omnem bonitatem intrinse„ cam ipse evertit Auctor: nam si Deus vo„ luntate sua efficere potest, ut id quod in „ aliis casibus est homicidium, in hoc casu „ non ita dicatur, sequitur necessario, quod „ actuum bonitas & malitia a sola Dei volun„ tate dependeat.

Sunt & quædam juris naturalis non simpliciter, sed pro certo rerum statu] „ Fabulam „ hanc de jure naturæ pro certo rerum statu „ examinavimus *in Diss. proœm. I. Cap. fin. „ Conf. sup. n. 4.* 7

Sic communis rerum usus fuit, quamdiu dominia introducta non erant] „ Ex hypothe„ si igitur Auctoris *jus utendi rebus communi„ bus terræ* est naturale pro certo rerum sta„ tu, i. e. quamdiu homines per divisionem, „ & concessam tacite occupationem, non in„ troduxere dominia. At triplex hic error oc„ currit, quod Auctor asserat 1. ab initio „ rerum usum fuisse communem. 2. Postea „ demum introducta esse dominia. 3. Introductionem hanc dominiorum esse juris natura„ lis non simpliciter, sed pro certo rerum statu.

„ Nam quod ad *primum* attinet, infra de„ monstrabitur res ab initio non fuisse com„ munes sed nullius, indeque cedere neces„ sario occupanti. Et tum, quod ad *secun„ dum* attinet, apparebit jus occupandi res „ nullius, i. e. jus dominii, cum ipso genere „ humano originem cepisse; quia cum ea fa„ cultate occupandi & de re occupata dispo„ nendi, in quo totum dominium consistit, „ creati sunt homines: Indeque, quod *ter„ tium* spectat, falsum esse *dominia esse juris „ naturalis pro certo rerum statu*, i. e. „ postquam rerum usus communis esse desiit, „ quia numquam talis rerum status, ubi res „ communes fuere, exstitit. *Vid. Sup. n. 4.*

Et jus suum per vim consequendi ante positas leges] „ Auctor ait, unumquemque „ privatum ab initio judicem sibi injuriæ „ illatæ fuisse, sed homines postea jus illud „ in societatem transtulisse: indeque jus inju„ rias per vim vindicandi refert ad certum „ rerum statum, qui obtinuit ante societa„ tes hominum; & qui sublatus est constitu„ tis civitatibus facto hominum. At hoc mo„ do omnia pacta, omnesque contractus es„ sent juris naturalis pro certo rerum statu. „ Plenius hanc materiam examinavimus in „ *Diss. Proœm I. cap. fin.*

„ Quo ipso simul figmentum illud de jure „ naturæ in statu integro, & de jure naturæ „ in statu corrupto extenso, quod primus „ Alberti in *Comp. jur. nat.* invenit, refelli„ tur. Aristoteles *L. 1. pol. C. 3.* jam hanc „ doctrinam refutavit, & *jus naturæ semper „ ut in homine integro spectari debere* docuit.

Ad §. XI.

1 In *juris Romani libris*] Scil. in Digeſtis, *l.* 1. §. 1. *ff. juſt. & jur.* & in Inſtitutionibus §. 2. Inſt. *I. N. G. & C.*

Ut jus immutabile aliud ſit] „ Nam & jus „ naturale & jus gentium immutabilia ſunt. „ §. *pen. Inſt. I. N. G. & C.* ibi, *Sed naturalia quidem jura quæ apud omnes gentes peræque obſervantur, divina quadam providentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent.* Sane inſtinctus quoque „ omnibus animantibus inditus perpetuus eſt, „ & perpetuam cauſam habet.

Quod animantibus cum homine ſit commune] „ JCti Romani jus naturale a jure gentium „ diſtinguere, imo invicem opponere viden„ tur: *Jus* enim *naturale* definiunt, *quod* „ *natura omnia animalia docuit. l.* 1. *ff. de* „ *juſt. & jur. & cujus animalia quoque peri*„ *tia cenſentur, d. l.* 1. At *jus gentium* id „ demum dicunt, *quod ratio naturalis inter* „ *homines conſtituit. d. l.* 1.

„ Equidem inepta plerisque videtur de„ ſcriptio illa *juris naturalis*, quæ brutis ſcien„ tiam, peritiam quin & communionem ali„ quam juris tribuit; cum omne jus homi„ num tantum intelligentium proprium ſit „ §. *fin. Inſt. de jure nat. & gent. &c.* Alii „ verum jus naturæ hic deſcribi, ajunt, & „ etiam cum brutis jus naturæ eſſe hominibus, indeque natura nefas eſſe animal offendere, afferunt: (jus enim in bruta homini ex jure divino demum competere putant. *Gen. I.* 26. & 28. jus vero veſcendi „ carnes demum poſt lapſum *Gen. IX.* 2. 3.) „ Hinc concludunt, bruta quoque obligari „ ad id quod natura æquum & bonum eſt; „ indeque noxiam committere, quod delictum eſt, *arg. tot. tit. Inſt. & ff. ſi quadr.* „ *pauper. l.* 1. *pr.* §. 2. & 6. *ff. eod.* Atque „ hanc ſententiam acriter defendunt Mæſter„ tius *de juſt. legum Rom. lib.* 1. *dub.* 7. *ibi*„ *que Dd.* Alber. Gentilis *lib.* 3. *ep. c.* 1. Co„ varruvias *in relect. Cap. peccatum part.* 2. „ §. 11. *n.* 4. Carraſius *de juris arte p.* 2. „ *c.* 3. Suarez *de legib. L* 2. *c.* 17. idque „ ex mente Thomæ. *I.* 2. *qu.* 85. & *II.* 2. „ *quæſt.* 7. *art.* 3.

„ Alii excuſant JCtos, eosque ex erroneis „ religionis ſuæ principiis hanc deſcriptionem „ hauſiſſe putant: Originem enim eam tra„ xiſſe putat Pufendorfius ex Metempſychoſi, „ ſeu tranſmigratione animarum; cum enim „ animæ in beſtias quoque tranſire, adeoque „ hactenus ratione uti dicuntur, inde con„ jecturantur JCtos ex illo ſuppoſito brutis jus „ aliquod naturæ tribuiſſe. *Pufend. jur. nat.* „ *L.* 2. *c.* 3. § 5. Alii ajunt improprie jus „ tribui brutis propter umbram rationis quæ „ in ipſis eſt. *Grot. h.* §. 11.

„ Communiter Doctores diſtinguunt inter „ jus & inter inclinationem ſeu motum naturæ, ac contendunt, jus naturæ brutis „ quoque commune eſſe quod ad inclinatio„ nem, non quod ad jus attinet. Vid. *Brun*„ *nem. ad leg.* 1. §. 3. & 4. *ff. de juſt. &* „ *jur.* Eamque ſententiam olim quoque de„ fendi in jure meo controverſo. Dixi nimi„ rum *jus naturale*, quod ad *rem & actus na*„ *turales* attinet, ad animalia pertinere, „ quia hæc quoque ſeſe conjungunt, fœtum „ procreant, eumque educant: At *jus*, qua „ jus, ad ea non pertinere, quia animalia „ hos actus non exercent ad formam & amuſ„ ſim juris, ſed per ſolum inſtinctum: quæ „ diſtinctio inter jus & actum ex ipſis verbis „ legis innui videtur: poſtquam enim JCtus „ ex jure naturali animantibus communi *con*„ *junctionem maris & fœminæ* deſcendere di„ xit, quæ rem & actum ſignificat; ſtatim „ addit, *quod nos matrimonium appellamus*, „ eoque indigitat rem hanc inter homines „ alio modo, & juxta rationem juris, pera„ gi debere: Verum in allegatis textibus nihil „ de *inclinatione*, *de re*, & *de actu juris na*„ *turalis* dicitur: ſed loquitur JCtus *de præ*„ *ceptis juris naturalis* ex quibus jus civile „ ortum eſt, & de ipſo *jure naturali* ait, il„ lud eſſe, quod natura omnia animalia do„ cuit; atque hoc *jus* brutis quoque commu„ ne eſſe traditur, *d. pr. d. l.* 1. ibi: Nam „ Jus istud *non humani generis proprium* „ *ſed omnium animalium.* Et mox, *videmus* „ *enim cætera quoque animalia, feras etiam,* „ *hujus juris peritia cenſeri*: Atque hinc idem „ JCtus differentiam *juris* naturalis & gen„ tium in eo ponit, quod illud omnibus „ animantibus, *hoc* ſolis nominibus inter ſe „ commune ſit: Certiſſimo indicio ipſum *jus* „ hic tribui animantibus, nec inter jus & „ ejus actum diſtingui.

„ Verius ergo eſt, improprie *jus naturale* „ hic denotare *facultatem* & *potentiam* agen„ di juxta motum, ſenſum, & inſtinctum „ materiæ (i. e. corpori omnium animan„ tium) ab Auctore naturæ inſitum: Hæc

„ *poten-*

„ *potentia* agendi non dependet ab ulla ratio-
„ nis regula, ſed à ſolo naturæ motu. Hoc
„ *jus*, ſeu *hæc facultas*, eſt effectus non ra-
„ tiocinationis, ſed naturæ materialis. Ho-
„ mines æque ac bruta ad *jus hoc* i. e. ad
„ hanc facultatem feruntur ſola naturæ vi,
„ omni ſepoſita ratione: Atque hactenus om-
„ nino verum eſt, feras etiam hujus *juris*,
„ i. e. *potentiæ*, peritas cenſeri; atque hunc
„ verum & genuinum vocis *juris naturalis*
„ in illo loco ſenſum eſſe, tum ex ipſa JCti
„ hypotheſi, tum ex ſubjectis exemplis, tum
„ ex aliis Digeſtorum locis, tum ex oppo-
„ ſitione cum eo jure naturæ quod ex ratio-
„ ne deducit, & quod jus gentium vocat
„ Ulpianus, tum ex uſu Philoſophorum &c.
„ demonſtravimus *in Diſſ. proœm. IV.*

„ Cæterum nullo ſenſu juſtitiam in bruta
„ cadere poſſe nunc demonſtrabimus: Nam
„ 1. omne jus, ex quo obligatio oritur, non
„ niſi ex ratione innoteſcit, ſupponit enim
„ voluntatem ſuperioris, & quidem talem
„ voluntatem, quæ ex juſtis rationis con-
„ cluſionibus infertur: Cum autem bruta ſu-
„ periorem non cognoſcant, nec juſſum ejus
„ intelligant, nec jus aliquod unde obligen-
„ tur, in iis concipi poteſt. Unde 2. inter
„ ipſos homines illi qui exercitio ſaltem ra-
„ tionis deſtituuntur, indeque per juſtas con-
„ cluſiones voluntatem illam ſuperioris per-
„ cipere non poſſunt, juris non ſunt capa-
„ ces, neque ex delicto, nec ex alio negó-
„ tio civili obligantur: quod in infantibus &
„ furioſis obſervare licet. *l.* 14. *ff. Off. præſ.*
„ Idque 3. de brutis quoque diſerte tradi-
„ tur in *l.* 1. §. 4. *ſi quadrup.* Ubi Ulpianus
„ ait, pecudem injuriam facere non poſſe
„ Conf. *l.* 1. *ff. Injur.* Quæ quæſo 4. non
„ ſequerentur monſtra ex hoc principio? Si
„ enim animalia intelligerent voluntatem &
„ juſſum ſui Creatoris, eique obligarentur,
„ ſequeretur bruta quoque colere debere
„ Deum, quod abſurdum eſt: Sequeretur 5.
„ pecudes violantes illam voluntatem divi-
„ nam æternis pœnis obnoxias fore; adulte-
„ ria, furta, aliaque crimina ab iis commit-
„ ti; indeque pœnas quoque iis infligendas
„ eſſe, quæ nec a judice in caſibus de qui-
„ bus diſpenſare non licet, remitti poſſent.
„ Sed & 6. ſequeretur, hominem jus in ani-
„ malia non habere, eumque ſine injuria pe-
„ cudi nec jugum imponere, nec illam oc-
„ cidere poſſe: adeoque judicem in talem
„ hominem, tamquam beſticidam, animad-
„ vertere debere. Quæ omnia cum rationi
„ & experientiæ contraria ſint, merito om-
„ nes gentes judicarunt jus in bruta non ca-
„ dere. Præter auctoritates a Grotio *hoc* §. 11.
„ ibique in notis a Tesmaro, aliisque, alle-
„ gatas, egregie id firmat Auguſtinus in *Can.*
„ *mulier. &c.* 15. *qu.* 1. ibi, *quæritur quo-*
„ *modo ſit reum pecus, cum ſit irrationale,*
„ *nec ullo modo legis capax.* Add. *Seld. J.*
„ *G. l.* 1. *c.* 4. *&* 5. *Cic. l.* 1. *de leg. c.* 7. *&*
„ *de offic. L.* 1. *c.* 4. *Salmaſ. de uſur. c.* 9.
„ *Juven. Sat.* 14. *Cic. L.* 2. *de fin.*

„ Neque his *obſtat* 1. quod tamen negari
„ non poſſit in brutis quoque rationem ex-
„ ſtare, quod tum ex cerebri ſitu, tum ex
„ deliberatione & ratiocinandi facultate ex-
„ tra dubium ponitur: Equidem perſuadere
„ numquam mihi potui motus animalium eſſe
„ meram machinam, & effectum ſenſuum
„ ſeu materiæ: Sane ſi motus illi admirandi
„ qui in elephante, in ſimiis, in canibus in
„ apibus, araneis, formicis, &c. inveniun-
„ tur, qui ordinem adeoque prudentiam
„ ſupponunt, qui ad certum finem prævia
„ deliberatione agunt, ex machina ſenſuum
„ i. e. ex materia proveniunt, nihil obſtare
„ video, cur non & hominum actiones ac
„ motus eidem machinæ tribui poſſint; nec
„ cauſam video cur *priores* motus *inſtinctui*,
„ *poſteriores* vero *rationi* tribuantur.

„ At exinde non ſequitur juſtitiam quoque
„ in bruta cadere: nam ad id requiritur ut
„ notitiam habeant Dei, ut intelligant ejus
„ voluntatem, & ut metuant ejus pœnam;
„ quæ omnia cum in brutis ceſſent, nulla
„ ratio juris in illis ſupereſt.

„ His ita poſitis, metuendum non eſt ne
„ ratio humana cum ratione beſtiarum con-
„ fundatur; nam humana ratio id præci-
„ puum habet, quod ea ſola Deum, legis-
„ latorem, cognitum habeat, adeoque ſola
„ ejus voluntatem intelligat, indeque bonum
„ & malum diſtinguere, eoque pœnas vel
„ præmia mereri valeat? Ratio brutorum
„ hæc omnia ignorat, Deus horum rationi
„ alios præſcripſit fines, nulla ei ineſt notitia
„ Creatoris, nulla diſtinctio boni & mali ex
„ ea ſequitur, nulla cognitio meriti ac de-
„ meriti. Adeoque tota brutorum ratio ſpe-
„ ctat ſolos actus phyſicos, neutiquam ve-
„ ro actus morales, utpote qui in brutis con-
„ cipi non poſſunt.

„ Neque, quod 2. *objici* ſolet, definitio
„ Ulpiani aliquod ſubſidium doctrinæ adver-
„ ſariorum tribuit; quia dictum jam eſt *jus*
„ *naturale* ab Ulpiano ſenſu particulari acci-

„ pi *pro facultate*, pro *potentia* materiæ insi-
„ ta, pro *motu materiali*, juxta quem Crea-
„ tor omnia animantia agere juſſit: Ex hoc
„ *jure naturali* (i. e. ex hac facultate, poten-
„ tia & motu naturali) quod ſolo ſenſu non
„ ratione percipimus, non infertur juſtitia,
„ ſeu ars æqui & boni, niſi præterea ratio
„ accedat, & ex illa demum intelligatur quis
„ juſſerit, quid juſſerit, & in quem finem
„ juſſerit.

„ Neque *obſtat* 3. quod JCti Romani no-
„ xiam tribuant pecudi, adeoque delictum,
„ *Vid. L.* 1. *pr.* ibi: *quæ lex* (ſcil. ſi quadru-
„ pes pauperiem feciſſe dicatur) *voluit aut*
„ *dari id quod nocuit, i. e. id animal quod*
„ *noxiam commiſit, aut æſtimationem noxiæ*
„ *offerre:* NOXIA AUTEM EST IPSUM DELIC-
„ TUM: Reſp. *Noxia* ſeu *delictum* quod ani-
„ mal committere dicitur, nihil aliud ſigni-
„ ficat quam *damnum*: Ita enim ſæpius in
„ jure delictum pro damno accipitur, ut *in*
„ *l.* 11. §. *p. de pœn.* ubi caſu aliquis delin-
„ quere i. e. damnum dare dicitur; indeque
„ is qui ita caſu delinquit male non agit.
„ *per text. expr. in* §. 4. *Inſt. de Leg. Aquil.*
„ Idque verba quoque legis indigitare vi-
„ dentur, quia verba illa, *noxia autem eſt ip-*
„ *ſum delictum*, ſe referunt ad verba præce-
„ dentia, quæ animal, *quod noxiam commiſit*,
„ (i. e. damnum dedit) dedi volunt: adeo-
„ que delictum idem eſt quod damnum. Hinc
„ ipſe JCtus ſtatim fatetur pecus injuriam
„ facere non poſſe quod ſenſu caret: *l.* 1. §.
„ 3. *ſi quadrup.* quia delictum verum ſine in-
„ juria non committitur. *l.* 1. *l.* 5. C. *Leg.*
„ *Corn. Sicc. l.* 31. *ff. Leg. Aquil.* Denique
„ vox ipſa *noxiæ* a nocendo eſt; unde *noxium*
„ & *innoxium* damnoſum vel non damno-
„ ſum dici ſolet.

Quod arctiori ſignificatione vocant jus naturæ] „ I. e. potentiam, facultatem, vim &
„ motum naturæ.

Aliud hominum proprium] „ Quod præter
„ potentiam naturalem, etiam neceſſitatem
„ moralem ſupponit; cujus cauſa eſt ratio,
„ non ſola vis naturæ.

Quod ſæpe jus gentium nuncupant] „ JCti
„ Romani, cum de jure naturæ quod inter
„ rationales creaturas obtinet agunt, ſemper
„ intelligunt jus gentium. Neque præterea
„ aliud jus gentium, quod non ſit ſimul jus
„ naturæ, agnoſcunt. Ideo autem jus gen-
„ tium vocant, quia inter omnes gentes ob-
„ ſervatur §. *p. Inſt. de rer. div.* Unde Cicero
„ *in Tuſc. quæſt. l.* 1. ait, *omnium re conſen-*
„ *ſionem omnium Gentium legem naturæ pu-*
„ *tandum eſſe.*

„ Atque hinc eſt, quod JCti Romani pro-
„ miſcue uſi fuerint voce *juris naturæ*, &
„ *juris gentium. Paulus* ait: Is *natura* debet,
„ quem *jure gentium* dare oportet, cujus fi-
„ dem ſecuti ſumus: Gajus *in l.* 2. *ff. de rer.*
„ *div.* aërem, aquam, mare & littora refert
„ ad res *naturali jure* communes: at in *l.* 4.
„ *eod.* hanc communionem ex *jure gentium*,
„ deducit: ibi: *quia non ſunt juris gentium*
„ *uti mare*: Unde Imperator quoque, poſt-
„ quam aſſeruit maria & littora *jure naturæ*
„ eſſe communia, §. 1. & 2. *Inſt. Rer. div.*
„ idem mox tribuit *juri gentium* §. 5. & 14.
„ *eod.* Idem Gajus *in L.* 7. *ff. Acq. rer. dom.*
„ ſtatuit, quarundam rerum dominium nos
„ nanciſci *jure gentium*, id autem ſtatim
„ definit *quod ratione naturali inter omnes ho-*
„ *mines peræque obſervatur.* Sed & porro idem
„ JCtus *in l.* 3. *pr. ff. Acquir. rer. dom. & l.*
„ 3. *ff. rer. div* inter modos acquirendi domi-
„ nii *juris naturalis* refert occupationem re-
„ rum quæ nullius ſunt, & per quam res
„ noſtræ fiunt: cum tamen Hermogenianus
„ diſcretionem dominiorum *juri gentium* tri-
„ buat in *l.* 5. *ff. juſt. & jur.* unde furta *jure*
„ *naturali* prohibita dicuntur. *l.* 1. §. *fin. ff.*
„ *de furt. & l.* 42. *ff. de V. S.* Denique pro-
„ hibitio inceſtus *juri naturali* adſcribitur *in*
„ *l.* 14. *ff. de rit. nupt.* In *l. fin. eod.* tribuitur
„ juri Gentium *Conſ. l.* 38. §. 2. *ff. de adult.*
„ *l.* 5. §. 1. *ff. Cond. ſine cauſa.* Cicero quo-
„ que promiſcue his vocibus utitur: is enim
„ *in l.* 3. *de off. c.* 5. ait. *Neque hoc ſolum na-*
„ *tura*, i. e. *jure gentium*, *ſed etiam legibus*
„ *populorum*, *conſtitutum eſt.* Atque hinc
„ notanter Gajus & Paulus duo ſaltem jura in
„ republica obtinere ajunt, *naturale & civi-*
„ *le:* certiſſimo indicio, *naturale* ipſis idem
„ eſſe quod *jus gentium. Conſ. l.* 6. *ff. de Juſt.*
„ *& jur. Ariſt. Nicom. V.* 10. *& not. ad pro-*
„ *leg.* § 17.

Uſum vix ullum habet] Imo uſus ejus in-
ſignis eſt 1. ad intelligendam juris naturalis
originem & naturam, ac unde ab altera
ſpecie juris naturæ differat: Utrumque enim
a natura, i. e. auctore naturæ, originem ha-
bet: Alterius natura conſiſtit in ſolo motu na-
turali & inſtinctu, alterius in ratione: Alte-
rum omnibus animantibus commune eſt,
alterum ſolis hominibus. 2. Multum facit
hæc diſtinctio ad probationem juris naturalis
inter homines; docetur enim eſſe a natura,
quod natura in omnibus animantibus condi-
dit.

dit. Sane ex quo inſtinctus in brutis æque ac in hominibus deprehenditur, evidentior apparet voluntas divina, quæ inſtinctus illos voluit hominibus cum brutis eſſe communes, adeoque eo certior eſt facultatis agendi vel non agendi ratio: In cæteris enim actibus dubitari adhuc de voluntate Creatoris poteſt, at ubi voluntatem ſuam ſignis adeo certis declaravit, nulla amplius dubitandi ratio ſupereſſe poteſt.

Additio.

„ JCti Romani ea jura naturæ quæ ex ſola „ ratione ſequuntur, diſtinxere ab illis na„ turæ juribus quæ præterea ex inſtinctu, ex „ motu materiæ indito oriuntur, & hactenus „ reliquis animantibus communia ſunt: in„ deque recte jus naturæ materiale vocari „ poſſunt.

„ Hujus igitur diſcriminis nullus alius uſus „ eſt, quam ille quem B. Parens ſecundo loco „ notavit: Nimirum, ut ex his motibus a „ Creatore omnibus animantibus inditis eo „ certius de voluntate Creatoris conſtet, actus „ hos licitos eſſe: Sed, cum præterea Deus „ hominibus rationis uſum conceſſerit, ex „ hac ratione conſtat, motus illos naturales „ non promiſcue licitos eſſe, ſed intra fines „ per rationem præſcriptos: Hinc conjunctio„ nem maris & fœminæ licitam eſſe ex inſtinctu probatur; ſed ratio nos docet eum ſal„ tem fieri debere *ad individuam vitæ conſue„ tudinem*, i. e. per matrimonium: Et ſic in „ cæteris. Diſcrimen hoc ex mente JCtorum „ Romanorum illuſtravimus ſupra *in not. ad* „ §. 3. *& in Diſſ. Proœm. IV.* §. 42. *ſeq.*

Nam juris proprie capax non eſt niſi natura præceptis utens generalibus] „ Quid per hæc „ præcepta generalia intelligat Auctor explica„ vit in *Proleg.* §. 7. *&* 8. ſcil. cuſtodiam ſo„ cietatis humanæ rationi convenientem, & „ convenientiam cum natura humana, ſeu „ judicio recte conformato ad diſcernendum „ utilia ab eis quæ nocent. *Proleg.* §. 9. Cum „ vero hæc principia generalia non agnoſca„ mus, inprimis in diſciplina juris, alia „ ratio cur jus in bruta non cadat afferri de„ bet: Sane juris capaces ſunt ſaltem illæ „ creaturæ, quæ ratione utuntur & voluntatem Creatoris intelligunt, adeoque qui„ bus cognitum eſt, quid agere vel non age„ re debeant. Hanc autem intelligentiam na„ tura ejusque Auctor ſolis hominibus conceſ„ ſit; bruta enim neque Deum cognitum ha„ bent, neque ejus voluntatem intelligunt, „ neque ſciunt bene aut male ſe agere: Fruſtra „ igitur brutis jus ſtatueretur, quæ nullam „ boni malique notitiam habent, fruſtra pœ„ næ ponerentur quarum rationem ignorant; „ egregie Lactantius: *neſciunt enim malum eſſe* „ *nocere.* Quod plenius in præcedentibus „ explicavimus.

Nocent enim aliis ut ſibi proſint] „ Imo ſæ„ pius ſibi nocere ut proſint aliis ipſe Auctor „ probavit *ſupra in proleg.* §. 7.

Omnino credibile non eſt] „ Injuria in *pa„ rentes* non exinde demum illicita fit quod „ credibile ſit alios eam ægre laturos: ſed tum „ ex communi hominum jure, quo nemini „ injuriam inferre licet; tum ex lege genera„ tionis, vi cujus liberi reverentiam debent „ parentibus a quibus orti ſunt, & cujus ſan„ ctimoniæ rationem exponemus *infra l.* 2. „ *c.* 5. §. 1. Injuria in *beneficos* prohibetur ex „ ſolo jure communi hominum, quod vult ne„ minem a nobis lædi debere.

Brutis animantibus juſtitia tribuitur] „ Imo 2 „ hæc nunquam tribuitur brutis: Et ſupra jam „ dictum eſt, JCtos, dum *jus naturale* eis „ commune faciunt, intelligere potentiam, fa„ cultatem, vim, & motum naturæ mate„ rialem. Sane Ulpianus, auctor illius de„ finitionis, alibi a brutis injuriam non in„ ferri ait, quia ſenſu i. e. ratione carent. „ *l.* 1. §. 3. *ff. ſi quadrup.*

Id fit improprie ex quadam in ipſis umbra rationis] Male Auctor brutis umbram rationis tribuit; quidquid enim agunt non ex ratione agunt, ſed ex inſtinctu. Equidem Auctor in notis ſuis *ad h.* §. allegat quædam exempla de elephante & aſpide, atque exinde concludit in brutis quoque umbram rationis, eoque & juſtitiæ exiſtere. De elephante enim aſſerit Plinius *Hiſt. l.* 8. *c.* 1. quod in eis amoris & gloriæ voluptas, probitas, prudentia, æquitas, religio quoque ſiderum ſolisque, ac lunæ veneratio ſit, eos non conſcendere naves, maria tranſituri, niſi prævio rectoris jurejurando de reditu, & *c.* 5. ait fuiſſe tale animal, quod græcè quoque ſcripſerit: quod thema usque ad *cap.* 6. perſequitur. De aſpide idem refert Plinius *Lib.* 10. *cap.* 47. quod ſuum ipſe catulum necaverit, quod is catulus hoſpitis filium interemiſſet. Sed fabulæ hæ ſunt, quibus ſcatet totus Plinii liber.

Neque *obſtat* pœnam aliquando infligi brutis: Ita enim lex ea comburere jubet in crimine ſodomiæ, &c. Nam id non fit in pœnam, ſed ne memoria & offenſio horrendi criminis inter homines verſetur. Sic ſi noxæ deduntur

tur animalia, id non eſt pœna ratione noxæ, ſed ratione domini, cui magis imputatur quod talia animalia vitioſa habuerit, *l.* 1. §. 8. & 11. *ff. ſi quadrup.*

Ex quadam in ipſis umbra rationis] „ Auctor in *proleg.* §. 7. diſtinxit homine a brutis, quod hæc agant ex principio intelligente aliquo extrinſeco, atque hoc principium umbram rationis vocat.

An vero actus ipſe, de quo jus naturæ conſtituit, ſit nobis communis cum aliis animantibus] „ Quidam enim actus æque brutis ac hominibus ſunt communes: & quia natura hactenus æquales motus indidit utrisque, JCti hos actus ſpeciatim ad jus naturæ retulerunt; i. e. ad facultates agendi naturales. Obligatio autem ex his actibus non oritur niſi inter homines, qui actus illos peragunt juxta rationis regulas, utpote quæ motus illos naturales temperant, certisque finibus includunt.

Ut prolis educatio] „ Huc pertinet quoque conjunctio maris & fœminæ, *l.* 1. §. 3. *eod.* & neceſſaria defenſio, quam inter prima naturæ ideo refert Auctor infra *c.* 2. §. 1. Hos enim actus ex ſolo motu naturali ac inſtinctu, citra rationem ſeu intelligentiam legis, & homines & bruta peragunt.

Ut Dei cultus] „ Et omnia reliqua jura quæ non ex motu materiali, ſed ex ratione & intellectu ſequuntur, atque ideo juris gentium eſſe dicuntur.

Ad juris ipſam naturam nihil refert] „ Certum enim eſt bruta actus illos non perficere ex ratione, i. e. ex cognitione aliqua legis, ſeu voluntatis divinæ; ex qua ſola neceſſitatis & pœnarum ratio, i. e. jus naturæ ſequitur, ſed ex ſola naturæ vi ac motu materiali: Vid. *Teſm. b.* Cæterum jam dictum eſt, JCtum per *jus naturale* tantum intelligere potentiam *naturæ*.

Ad §. XII.

Auctor duos modos probandi jura naturæ conſtituit, alterum a priori, quando nimirum aliquid convenit cum natura rationali, alterum a poſteriori, quando omnes gentes conſentiunt & aliquid pro jure habent. Prior non eſt modus probandi univerſalis; poſterior præſumtionem facit.

Tum ab eo quod prius eſt] „ I. e. per certas rationis concluſiones, ſi nimirum ex iis conſtat jus ſeu facultatem habendi vel agendi alicui quæſitum eſſe.

Tum ab eo quod poſterius] „ Quando recta illatio non ex naturæ principiis procedit, ſed ex communi aliquo conſenſu. *Proleg.* §. 40.

Illa ſubtilior] „ Quia ex ratione procedit. *d.* §. 40.

Hæc popularior] „ Quia ex exemplis & judiciis proborum virorum deſumitur. *Prol.* §. 40. & 45.

Si oſtendatur alicujus rei convenientia aut diſconvenientia neceſſaria cum natura rationali ac ſociali] Cum enim principium juris naturæ Auctori ſit *cuſtodia ſocietatis humanæ*, inde infert, ea quæ conveniunt illi cuſtodiæ eſſe juris naturalis: dum enim Deus vult ſocietatem, voluit etiam eam conſervari. Atque hæc probatio Auctoris dicitur *a priori.*

Nos non tantum aliud principium juris naturæ, ſcil. voluntatem divinam poſuimus, ſed & modos legitimos probandi jura naturæ in *Poſ.* 4. explicavimus. Sane modi ab Auctore relati non ſunt univerſales; nam etſi inde probentur ea jura quæ ſocietati conveniunt vel repugnant, non tamen reliqua jura naturæ inde ſequuntur. Repetendum igitur eſt ex *Poſ.* 1. homines tamdiu libere omnia agere donec facultas illa reſtricta probetur a Deo, qui ſolus ſuperior eſt: idque *jus permiſſivum* dicitur.

Voluntas autem Dei reſtrictiva, i. e. *jus præceptivum* probatur,

I. Ex motu univerſali omnibus hominibus indito; ex illo enim motu apparet Deum id cujus motum toti humano generi indidit enixe voluiſſe.

II. Ex actione Creatoris probatur, Deum id quod agit voluiſſe, quia alias non egiſſet.

III. Ex fine creationis neceſſario infertur voluntas agentis ſi is neceſſarius ſit: is enim vult qui ad certum finem i. e. cum intentione aliquid facit.

IV. Ex medii neceſſitate: Si enim Deus quædam vult, & ad certum finem vult, neceſſario etiam ea voluiſſe videtur ſine quibus finis ille obtineri nequit.

V. Ex perfectione Creatoris: nam ſi per ipſam ſuam perfectionem aliter velle non potuit inde ſequitur, Deum neceſſario id voluiſſe.

Additio.

„ Grotius utrumque jus naturæ, & *ſociale* & *laxius*, ſeu jus *humanæ naturæ*, a *priori* probari ait quando actus convenit vel diſconvenit cum *natura ſociali* aut *humana*. Cum vero ſæpius dictum, & in *Diſſerta-*

tione

„ *tione proœm. I. & II.* late demonſtratum „ ſit non exiſtere ſocietatem humanam, adeo- „ que nec *jus ſociale*. Præterea *jus laxiori ſen- „ ſu ſumtum* non ſequi ex natura humana, „ ſeu *judicio recte conformato ad eligendum quæ „ proſunt, vel nocent*, facile inde conſtat, ex „ convenientia vel diſconvenientia cum natura „ ſociali & humana nullum jus naturæ inferri. „ Quod vel ex eo ſolo extra omne dubium po- „ nitur, quia Grotius Deum ab his juribus „ excludit, adeoque ſuperiorem, qui gene- „ ri humano legem dare poteſt demit.

„ Rectius B. Parens principium juris natu- „ ralis in *voluntate Dei* ponit, & *quid volue- „ rit* ex quinque probandi modis, ab ipſa „ ratione deſumtis, deducit. Hos probandi „ modos late expoſuimus in *Diſſertatione „ proœmali X.* & nos illuſtravimus in *Diſſert. „ proœm. XII. §. 24. ſeq.*

„ Cum vero plerique Doctores juris natura- „ lis regulam quandam generalem, ſeu propo- „ ſitionem univerſalem, ſub qua omnia & „ ſingula jura naturæ contineantur, deſide- „ rent; horum quoque deſiderio ſatisfecimus, „ ac ex ipſa definitione juſtitiæ demonſtravi- „ mus, *Deum voluiſſe ut jus ſuum cuique tri- „ buatur*. Sane re ipſa in Diſſertatione proœ- „ miali XII. probavimus, nullum jus naturæ „ ſupereſſe, quod non neceſſario ex hac regula „ ſequatur, atque ex illis demonſtrandi modis „ deduci poſſit. *Vid. Prol. p.* 17.

Cum natura rationali ac ſociali] „ Dupli- „ cem hanc naturam *in proleg. §. 8. & 9.* exa- „ minavimus. *Rationalis* natura circa virtutes, „ & regulas perfectionum verſatur; at male „ ejus fundamentum ponitur in judicio recte „ conformato ad diſcernenda utilia a noxiis. „ *Socialis* natura figmentum eſt, & talem non „ dari ibidem demonſtravimus. Sed etſi detur, „ non tamen erit modus probandi univerſalis, „ quia talia ſunt jura naturæ, quæ plane ex „ ſocialitate non ſequuntur; alia quæ ei „ contrariantur, & alia quæ conveniunt ſo- „ cialitati, & tamen natura prohibentur. „ *Diſſ. pr.* 1. §. 41. *ſeq.*

Juris naturalis eſſe colligitur id, quod apud omnes gentes, aut moratiores omnes tale eſſe creditur] Hæc probandi ratio non eſt perpetua, quia gentes ſæpius in aliquid conſentiunt, non quod putent id deſcendere ex jure naturæ, ſed quod communis neceſſitas, aut utilitas conſenſum illum eliciat: Sed tunc conſenſus ille non probat jus naturæ, ſed *jus gentium ſecundarium*. Interim negari nequit conſenſum hunc præſumtionem facere: Sane ſi cum noſtris probandi modis convenit, eo certior eſt demonſtratio juris naturæ. Atque hactenus verum eſt quod Cicero *L. 1. Tuſc. in pr.* ait, *omnium conſenſus naturæ vox eſt.*

Additio.

„ Gentium conſenſus, utut univerſalis, caute „ admodum adhibendus eſt. Sæpius enim con- „ ſentiunt gentes in principium, quod notorie „ falſum eſt, quo pertinet communis gentium „ doctrina de æternitate materiæ: Sic in de- „ monſtrationibus juris naturæ ſæpius fallit „ ille conſenſus: Omnes enim gentes poly- „ theiſmum & Idolorum cultum admittunt, „ non tamen inde ſequitur hæc eſſe juris na- „ turæ, & actus hos eſſe natura licitos.

Nam univerſalis effectus univerſalem requirit cauſam] „ Hoc verum eſt, ſi recta illa- „ tio ex naturæ principiis procedit, uti ipſe „ Auctor aſſeruit in *proleg. §. 40.*

Talis autem exiſtimationis cauſa vix videtur eſſe poſſe præter ſenſum ipſum, communis qui dicitur] Imo traditio quoque parentum, peregrinationes, rationes utilitatum, quæ inter plerasque gentes ſunt communes, quin & communis error cauſa eſſe poteſt univerſalis conſenſus, quod ex doctrina de polytheiſmo &c. apparet.

Heſiodi] „ Sequuntur auctoritates, quæ mul- „ tum tribuunt conſenſui univerſali gentium, „ quibus adde *Lactant. 5. 13.* ibi: *non eſt ſtul- „ titia, in quam tanta hominum millia per or- „ bem totum una, & pari mente conſentiunt;* „ Conf. *ſupra proleg. §. 40.*

„ Monet autem Auctor ſe intelligere gentes „ moratiores: Sunt enim quædam gentes adeo „ feræ, ut potius beſtiarum, quam homi- „ num numero habendi ſint.

Seneca] „ *Cum de animæ æternitate diſſeri-* 2. „ *mus, non leve momentum apud nos habet con- „ ſenſus hominum, aut timentium inferos, aut „ colentium: Epiſt. 117.*

Quædam nationes] „ Tales Florus *lib. 3.* „ *c. 4.* pingit Thraces, qui cum parentibus „ cohabitant; qui decrepitos parentes, ne „ alere teneantur, occidunt; qui cadaveri- „ bus ſuorum pro cibo utuntur. *Plut. de fort. „ Alex. 328. Cic. 1. Tuſc. 45. Vid. Gron. h.* „ alia exempla allegavimus *ſupra §. 1.*

Ad §. XIII.

Alteram *juris ſpeciem diximus jus voluntarium*] „ Auctor dixit, jus idem ſigni- „ ficare quod lex, quatenus lex pro regula

„ actionum moralium sumitur, quæ obligat „ ad id quod rectum (non ergo saltem ad id „ quod justum est.) *Vid.* §. 9. *n.* 1. Jus „ hoc sensu sumtum dividit *in naturale & voluntarium. d.* §. 9. *n.* 1. Hactenus de *jure „ naturali* egit: Sequitur nunc *jus voluntarium.*

Quod ex voluntate originem ducit] „ Nimirum vel ex libera voluntate Dei, quod vocat *jus divinum voluntarium universale*: vel „ ex voluntate hominum, idque vocat *jus gentium voluntarium.*

Estque vel humanum] „ Quod homines inter se voluntate sua constituerunt propter „ communem utilitatem. *Vid. Proleg.* §. 17. „ *Adde* §. *seq.* Estque vel Civile, vel gentium.

Vel divinum] „ Quod scilicet ex libera „ voluntate Dei sequitur. *Vid. Proleg.* §. 12. „ & §. 48. *Adde infra* §. 15.

Ad §. XIV.

1 Ab *humano incipiemus, quia id pluribus innotuit*] „ Tota hæc tractatio supervacua est, „ quia jus humanum, quod omnes gentes obliget, non datur: Jus civile autem hujus loci „ non est.

Vel civile] „ Quod quæque civitas ad suas „ utilitates constituit, vocaturque jus civile, „ quasi jus proprium ipsius civitatis, quæ „ sunt verba Justiniani in §. 1. *I. de I. N. G.* „ & C. Quatenus jus civile a jure naturæ descendat vidimus *in Proleg.* §. 15 & §. 16.

Vel latius patens] „ Quod Doctores vocant „ jus gentium secundarium. Et quod gentes „ propter utilitatem magnæ illius civitatis inter se constituerunt: adeoque quod obligat „ ex condicto, seu ex mutua obligatione. *Vid.* „ *Diss. Proœm. IV.* §. 81.

Vel arctius] „ Quod apud plures gentes „ obtinet non tanquam ex condicto, sed quod „ alii aliorum imitatione, aut fortuito recepe„ runt. *Proleg.* §. 43. *Vid. Dissert. Proœm.* „ *IV* §. 24.

Civile est, quod a potestate civili proficiscitur] „ Cujus fontem explicavit Auctor in „ *Prol.* §. 15. quia singuli dum coiverunt in „ civitatem, promiserunt, sive tacite, sive expresse, se secuturos id quod civitas constituisset: adeoque ex hoc pacto jura civilia „ orta ait.

Potestas civilis est, quæ civitati præest] „ Sive civitas illa sit respublica, sive regnum, sive aristocratia: *Vide infra c.* 3. „ §. 6. *seq.*

Commentarius

Est autem civitas] „ Civitas est cœtus juris „ tuendi causa congregatus, arg. *l.* 239 *pen.* „ *V. S.* Hinc dissolvitur civitas quoties com„ munio illa juris desinit, uti si imperium „ auferatur; unde Capuam sublato imperio „ corpus civitatis esse desiisse, ait Livius *L.* 26. „ *c.* 16. Add. *l.* 2. *c.* 9. §. 3. *seq.*

Juris fruendi, & communis utilitatis causa] „ Prius essentiam civitatis constituit, & „ in eo solo communis utilitas consistit: Non „ ergo sufficit communis utilitas, quia etiam „ prædonum societas communis utilitatis causa „ contrahitur, neque tamen ea est civitas. „ *Vid. l.* 3. *c.* 3. §. 2. *n.* 1.

Jus arctius patens, & ab ipsa potestate civili non veniens &c. varium est] Abundat hæc species juris, & continetur sub jure civili: nec magis eo arctius est, quam testamenta, contractus, tutelæ &c. quæ sunt tantum partes juris civilis, uti quodlibet aliud negotium, & alias tot species essent, quot causæ: *Vid. Diss. Proœm. IV.* §. 24.

Additio.

„ Auctor male hoc jus arctius distinguit a „ jure civili; nam etsi plures forte gentes sive „ aliorum imitatione, sive fortuito idem jus „ in suis civitatibus constituerint, id non „ aliter obtinet quam jus civile, cui soli cives „ cujusque civitatis obligantur, non civita„ tes inter se.

Quamquam ei subditum] „ Imo non sub„ ditum saltem est, sed & ab ipsa potestate „ civili venit, utpote quæ vel expresse, vel „ tacito consensu jura illa constituit.

Præcepta patria &c. continens] „ Pleraque „ jura patriæ potestatis, quæ jure Romano re„ censentur, imo ipsum jus vitæ & necis „ in ratione naturali fundatur: adeoque jus „ patriæ potestatis nullo modo ad jus gentium „ arctius referri potest. *Vid. Dissert. Proœm.* „ *XII.* §. 159.

Dominica] „ Jura potestatis dominicæ, „ quo pertinet jus vitæ & necis, item jus „ acquirendi per servum, sunt juris naturalis; „ adeoque si apud plures gentes obtinent id „ ex ratione & causa universali sequitur: de „ quo plenius *L.* 3. *C.* 6. *Vid. Diss. Proœm.* „ *XII.* §. 133.

Et si qua sunt similia] „ Sic apud plures „ gentes obtinet distinctio inter furem nocturnum & diurnum, ut ille occidi possit, non „ hic; porro testamentorum usus apud plures „ gentes invaluit, neque tamen ibi ulla ratio „ naturalis subest. Hæc igitur jura sunt mere „ civilia, quæ non valent in civitate, nisi

„ ex

„ ex jussu & auctoritate civilis potestatis.

Latius autem patens est jus gentium] „ Ideo „ autem latius patens Auctori vocatur, quia „ ab omnibus gentibus, aut saltem ab omni„ bus moratioribus tanquam ex condicto re„ ceptum est: cum ex hypothesi Auctoris jus „ arctius a quibusdam saltem gentibus, & „ non ex condicto sit receptum. *Prol.* §. 53.

Quod gentium omnium, aut multarum voluntate vim obligandi accepit] Definitionem hujus juris gentium exhibet Imperator in §. 2. *Inst. de I. N. G. & C. quod usu exigente & humanis necessitatibus gentes humanæ inter se constituerunt.* Duo ergo jure Romano requiruntur, ut aliquid sit juris gentium secundarii: 1. ut ab omnibus, vel saltem moratioribus gentibus sit receptum; 2. exigente usu, & humanis necessitatibus: Unde cessante illa necessitate cessat jus gentium, adeo ut si a pluribus gentibus idem jus receptum sit, id non sit jus gentium, quia non ex communi utilitate & necessitate, sed ex arbitrio cujusque civitatis pro sua utilitate constitutum est.

Hujus juris duplex est usus: 1. quod huic juri debeantur formæ negotiorum; commerciorum enim jura inde orta sunt, actiones datæ, omnesque pene contractus eo jure constituti sunt. *l.* 5. *ff. just. & jur.* §. 2. *Inst. de I. N. G. & C.* 2. Ex hoc jure gentium introducta sunt bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, captivitates & servitutes quoque inde ortæ sunt. *d. l.* 5. *d.* §. 2.

Additio.

„ Systema Grotii de jure gentium voluntario, eoque tum latius patente, tum arctiori, „ late exposuimus *in Dissertatione Proœmiali „ IV.* ejusque compendium exhibuimus *in „ not. ad Proleg.* §. 17. simulque demonstravimus, tale jus gentium non dari *d. Diss.* „ §. 24. *seq.* illudque inventum esse Tribonia„ ni. *ibid* §. 46 Adeoque omnia, quæ hic „ de tali jure disputantur, supervacua sunt.

Multarum addidi] Sufficit enim jus gentium voluntarium inter eos statui, inter quos mutua commercia sunt: de aliis enim, vel ignotis res non curatur, quia causa cessat, scilicet communis utilitas, vel necessitas.

Additio.

„ Dixi nullum usum esse ejus juris, quod „ Gentium voluntarium Auctor vocat, quia „ omnia præcepta, quæ ad hoc jus referun„ tur, vel ex vero jure naturæ fluunt, vel „ plane præcepta non sunt. *Diss. proœm. IV.* „ §. 29.

Quia vix ullum jus reperitur] „ Imo si jus „ universale est, quod omnes homines obli„ gat, necessario omnibus Gentibus commu„ ne esse debet: Cæterum vidimus jus gen„ tium plane jus non esse, nedum universale.

Extra jus naturale] Utpote quod per rationem communem animis singulorum hominum inscriptum est. At sæpius dictum est rationem illam non consistere in socialitate, sed in executione voluntatis divinæ.

Quod ipsum quoque gentium dici solet] „ Nam promiscue a JCtis Romanis & philoso„ phis sumi hæ voces solent. *Vid. sup.* §. 11. „ nec alio sensu ipsis jus aliquod gentium „ cognitum est. *Diss. Proœm. IV.* §. 36. *Add.* „ *quæ diximus sup.* §. 12.

In una parte orbis terrarum est jus gentium, quod alibi non est] „ Quia quædam „ saltem gentes consensere, apud reliquas „ igitur remansit jus naturæ: sed diximus „ talem consensum, adeoque tale jus gen„ tium particulare non dari.

Ut de captivitate] „ Jus gentium de captivi„ tate nec semper receptum fuisse, nec apud „ omnes, Auctor ait *L.* 3. *c.* 8. §. 8. & 9. „ At 1. jus capiendi personas non demum „ ex jure gentium, sed ex ipso jure naturæ „ oriri videbimus *d. c.* 8. §. 1. 2. quod quæ„ dam gentes jure suo non utantur, id non „ speciale efficit jus gentium, sed hoc fluit „ ex facultate disponendi de re sua, & de jure „ suo.

Ac postliminio] „ Hoc enim apud quasdam „ gentes restrictum, apud alias extensum esse „ Auctor ait *L.* 3. *c.* 9. §. 1. §. 10. §. 11. §. 15. „ Verum eadem hic est responsio: jus postli„ minii ex ipsis juris naturæ principiis fluit. „ *Vid. d. c.* 9. §. 2. & 4. adeoque male ad „ jus gentium refertur. Conf. *Proleg.* §. 53. „ Si vero jus illud naturale ob rationem uti„ litatis, ab aliqua, vel quibusdam gentibus mu„ tatur, aut restringitur, eo non fit jus gen„ tium, sed hoc erit jus civile. Ipse Auctor „ id fatetur *d. c.* 9. §. 10. *Cæterum jure civili „ id ipsum jus, quod ea attinet quæ intra civi„ tatem aguntur, & adstringi additis excep„ tionibus, aut conditionibus, & produci ad „ alia commoda potest.*

Probatur autem hoc jus gentium pari modo, „ quo jus non scriptum civile] „ Ad jus non „ scriptum civile probandum requiritur 1. ac„ tuum frequentia, *L.* 1. *C. quæ sit long. cons.* „ 2. diuturna consuetudo, *L.* 32. §. 1. *l.* 35. „ *de legibus.* 3. introducta ab eo qui jus sta„ tuere potest.

„ At inter gentes, neque ex actuum frequentia, neque ex diuturna consuetudine „ jus aliquod non scriptum, quod gentes „ inter se obliget, oritur. Nam 1. tertium „ requisitum ibi cessat, quia hæc consuetudo „ non a superiore introducitur, qui tacita sua „ voluntate actibus publicis & iteratis auctoritatem præstat; sed hic supponitur gentes „ plures, inter se æquales, actus quosdam „ frequenter admittere: Id igitur ex libera voluntate gentium citra ullam necessitatem „ contingit, adeoque eadem libertate actus „ illos omittere possunt. Sane 2. cum pactum „ expressum de statuendo tali jure nullum interveniat, probari deberet gentes actus illos reiterasse animo se obligandi. Si proinde gens altera contendit se actus humanitatis causa & amicitiæ jure admisisse, adeo„ que nunquam animum se obligandi habuisse, „ quomodo altera gens contrarium probare „ poterit?

„ Repetendum igitur ex præcedentibus est, „ jus gentium non dari, nec ejus usum aliquem esse inter gentes; inprimis cum omnia jura, quæ eo referri solent, vel non sint „ juris præcepta, vel ex vero jure naturæ „ sequantur. *Vid. Diss. Proœm. IV. §.* 32. „ §. 37. *seq.* §. 41.

Usu continuo, & testimonio peritorum] „ Idem tradidit Auctor in proleg. §. 40. & „ 46. ubi rationem quoque addit, *ubi enim „ multi diversis temporibus ac locis idem pro „ certo affirmant, id ad causam universalem „ referri debet; quæ si recta illatione ex naturæ principio non procedit, necessario ex libera voluntate ortum habet.* At tale jus gentium universale non existere, sæpius dictum „ est: si vero contingit plures eodem jure uti, „ v. g. ut septimus aliquis dies sanctificetur, „ ut decimæ præstentur sacerdotio, ut quilibet in casu mortis de rebus suis disponere „ possit, &c. Hoc non jus aliquod gentium „ efficit, sed quælibet gens, sive ad imitationem, sive fortuito id suo consensu recepit. „ Unde inter recipientes nulla obligatio oritur, nec inde jus genti in gentem quæritur. *Vid. Proleg.* §. 53. *dict. diss. IV.* §. 41.

Repertum temporis & usus] „ Legitur hoc „ Chrysostomi dictum in *orat.* 86. At cum „ tempus & usus non sint modi obligandi, „ necessario sequitur jus gentium nullum „ dari.

Illustres annalium conditores] „ *Vid. Prol.* „ §. 46. ubi ideo inprimis historiæ usum commendavit.

Ad §. XV.

Jus *voluntarium divinum*] „ Auctor 1 „ jus naturæ largissime sumtum distinxit in „ naturale & voluntarium §. 9. hoc in humanum vel divinum. §. 13. Jus humanum hactenus explicavit. Hic de jure divino agit.

„ Auctor definit jus divinum voluntarium „ toti humano generi datum, *quod ex divina „ voluntate ortum habet*; vel ut in *proleg.* „ §. 12. rem explicat, *quod ex libera Dei voluntate venit.* Quo ipso jus hoc distinguit & „ a *jure naturali* §. *b.* (quod existere ait, etsi „ detur Deum non esse: *prol.* §. 11. adeo„ que quod Deus consequenter, i. e. necessario „ probat, *Supra* §. 10. quia tales motus naturales in nobis existere voluit: *d.* §. 12. „ Unde nec Deum id mutare posse statuit „ *d.* §. 10.) & a *jure gentium*, quod non ex „ voluntate Dei, sed gentium, ortum est.

„ Doctores hoc jus divinum vocant *positivum universale*; eoque cum Auctore refe„ runt 1. præceptum de non esu sanguinis, „ 2. Legem de sabbatho, 3. jus decimarum, „ 4. incestus prohibitionem: horum omnium „ enim prohibitio cum ipsis non appareat ex „ natura sociali vel ex humana natura, ex libera Dei voluntate eam sequi concludunt.

„ Ego tale *jus divinum voluntarium* seu *positivum universale*, toti humano generi datum, & a jure naturali distinctum non „ existere pro certo habeo. Neque enim video, qui tale jus positivum universale, „ quod ex sola revelatione sit, & omne genus „ humanum obliget, statui, aut usui esse possit. Nam 1. non extat talis revelatio universalis, nec ea probari poterit. Posito enim „ revelationem ab initio factam esse toti humano generi paucissimis personis comprehenso, non tamen id sufficit ad successo„ res obligandos. Sed singulis hominibus „ nascituris denuo id jus insinuandum fuisset, id enim si forte negligentia parentum &c. factum non esset, illi hoc jure, „ quippe ipsis non revelato, non obligaren„ tur. Oportuit itaque omnino ad hoc ut „ necessario perpetuaret hoc jus cum omni „ humano genere, ac singulis ubique in„ notescere posset, opere illud perpetuo, & „ facto permanente declarari. Tali enim fa„ cto, semper & ubique ob oculos posito, „ demum fit ut omnes homines, etiam id

„ vitio

„ vitio ſuo non animadvertentes, ſint ἀναπολό-
„ γητοι, qua de cauſa Apoſtolus in probando
„ hoc jure naturæ ad ſola hæc opera provocat,
„ ſoloque hoc indicio gentes coarguit. *Rom.* 1.
„ *v.* 18. *ſeq.*

„ Fruſtraneum igitur 2. fuiſſet tale jus, quod
„ omnes homines obligare, & ad finem us-
„ que mundi durare debuit, nudis verbis
„ promulgari, quæ facile oblivione delentur;
„ tantum abeſt, ut inde cum omnium homi-
„ num poſteritate mundique ævo, perennan-
„ di neceſſitas, uti oportet, ſequatur: quod
„ & ipſe Auctor agnoſcit, dum ſtatuit, ho-
„ mines huic juri non obligari, niſi quatenus
„ innotuit.

„ Sed & 3. negamus jura quædam a Deo
„ humano generi publicata eſſe, de quibus
„ ex ſolo lumine revelationis conſtet, &
„ quod non ex lumine rationis ſimul appareat.
„ Sane ex lumine revelationis hauſimus mo-
„ dum creati orbis, humani generis, ejusque
„ lapſi redemtionem, & quæ eo pertinent;
„ nec non jura ſacra & ſecularia Judæis in-
„ dulta. &c. Atque hoc verbo revelato con-
„ tinentur jura univerſalia, quibus omne ge-
„ nus humanum adſtringi debuit, eadem ex
„ lumine quoque rationis apparent. Ut adeo
„ non videam cui uſui ſit, aliam a jure natu-
„ ræ juris univerſalis ſpeciem confingere.

„ Quod autem 4. omnia jura, quæ ad hoc
„ jus divinum voluntarium referuntur, ex lu-
„ mine rationis quoque, i. e. ex jure naturæ
„ ſequantur, hoc apparet ex lege *de non eſu*
„ *ſanguinis*, quæ omnibus Noachidis revela-
„ ta fuit, *Gen.* 9. *v.* 9. & naturali ratione ni-
„ titur: Lex enim illa non loquitur de quo-
„ libet ſanguine viventis animalis, ſed de ſan-
„ guine ſacrificiorum cruentorum, quem ido-
„ lolatræ comedere ſolebant. Hunc cultum
„ prohibuit Deus Noachidis, ſcil. cultum ido-
„ lorum, qui per comeſtionem idoli ſeu ſan-
„ guinis viventis celebrabatur: Idque evi-
„ denter apparet ex legibus Moſis, ubi lex
„ de non eſu ſanguinis NB. inter jura ſacra
„ refertur, & prohibitio diſertis verbis ad ſa-
„ crificiorum ſanguinem reſtringitur, *Lev.*
„ *III.* 17. *&* *c. VII. v.* 23. 25. *&* 26.
„ *c. XVII. v.* 10. *Deut. XII.* 16. a quo ex-
„ tranei quoque abſtinere debebant. *Deut.*
„ *XIV.* 21. Unde notanter abſtinentia ab
„ idolo & a ſanguine ab Apoſtolo conjungun-
„ tur; & in Concilio Apoſtolorum converſis
„ ad Chriſtum, ut utroque abſtinerent injun-
„ ctum fuit. *Actor. XVIII. v.* 20. *&* 29. *&*
„ *c. XXI. v.* 25. Nec alienus ab hoc ſenſu
„ eſt Maimonides, *More Nebochim, part.* 3.
„ *c.* 48. qui cauſam prohibitionis itidem in
„ cultu idolorum ponit, *quoniam ita eo ſæculo*
„ *facere ſolebant reges gentium; etiam idola-*
„ *triæ cauſa ita faciebant, ſcil. animali ab-*
„ *ſcindebant membrum aliquod, atque illud co-*
„ *medebant.* & in *cap.* 46. ita ait: *Dixit Deus,*
„ *ponam faciem meam in comedentem ſangui-*
„ *nem eodem modo, quo de illo, qui filium ſuum*
„ *Molocho immolat: ponam faciem meam in*
„ *virum illum. Neque occurrit hæc ratio lo-*
„ *quendi in alio præcepto præter iſta duo de ido-*
„ *lolatriis, & comeſtione ſanguinis, quia illius*
„ *comeſtio ad ſpeciem aliquam Idololatriæ,*
„ *dæmonum videlicet cultum, anſam & occa-*
„ *ſionem præbebat.* Atque hanc rationem ex
„ Orientalium libris late *cap.* 46. 47. *&* 48.
„ explicat.

„ Equidem, quod 5. præceptum de ſabba-
„ tho attinet, negari nequit legem de ſan-
„ ctificando ſeptimo die in ipſa hiſtoria crea-
„ tionis exſtare; eoque publicatam videri to-
„ ti humano generi, quod tum in duabus
„ perſonis conſiſtebat. Adeoque exemplum
„ hic exſtare videtur juris divini voluntarii
„ univerſalis, quod ex lumine rationis dedu-
„ ci nequit. Reſp. Imo Deus non ſtatim ab
„ initio ſanctificavit ſeptimum diem, neque
„ legem talem Adamo ejusque poſteris tum
„ declaravit: ſed hæc lex primum per de-
„ calogum data, eoque ſolis Judæis revela-
„ ta fuit. *Vid. Stryk. de jure ſabbath. c.* 1. *n.*
„ 30. *ſeq. Spener de Leg. Ebr. L.* 1. *C.* 4. *Sect.*
„ 8. *ſeq. Gomar. de orig. ſabbath. c.* 4. §. 63.
„ *ſeq.* Scriptor autem Geneſeos hanc legem
„ hiſtoriæ creationis ideo adjecit, quia crea-
„ tio cauſa illius legis poſtea ſecutæ fuit.
„ *Stryk. d. l.* Adeoque lex de ſabbatho neque
„ ex lumine rationis, neque ex revelatione
„ univerſali ſequitur, ſed eſt lex mere ci-
„ vilis.

„ Porro & 6. jus decimarum mere civile
„ eſſe ex infra dicendis *ad* §. *fin.* apparebit,
„ ubi ſimul probabimus Chriſtianos ad eam
„ legem non obligari.

„ Denique & 7. inceſtum quoque, ſodo-
„ miam, autocheiriam &c. non jure demum
„ divino voluntario prohiberi, ſed ex ipſo
„ lumine rationis actuum horum turpitudi-
„ nem ſequi, probavimus in *Diſſert. prooem.*
„ *III.* & porro demonſtrabimus ad *L.* 2. *c.* 5.
„ §. 12. *ſeq. L.* 2. *c.* 1. §. 8. *&* 9. *l.* 2. *c.* 19.
„ §. 5. *L.* 2. *c.* 20. §. 44. *n.* 1. & *L.* 2. *c.*
„ 5. §. 8.

Id nimirum, quod ex voluntate divina or-

tum habet] Sæpius jam dictum eſt, omne jus naturæ eſſe divinum voluntarium, adeoque obligandi vim non accepiſſe a quodam ſocialitatis motu, ſed a libera voluntate divina, prout eam Deus declaravit verbis, vel factis : De factis, unde jus naturale cognoſcitur, egimus in *poſ.* 4. & paſſim ; Hic de voluntate verbis declarata agitur. Hæc voluntas verbis declarata non infert obligationem univerſalem, quia revelatio ad omnes non pervenit, niſi quatenus naturale quoque eſt: unde jura Adamo & Noachidis data a Deo non obligant omnes homines, niſi quatenus ex ratione ipſis innoteſcunt.

Additio.

„ Noſtram de jure divino univerſali ſen-
„ tentiam late explicavimus in diſſertatione
„ procœmiali III. Compendium ejus initio hu-
„ jus §. propoſuimus.

Quo diſcrimine a jure naturali internoſcitur] „ Quod non ex voluntate divina or-
„ tum habere ſtatuit, ſed ex appetitu ſocie-
„ tatis, & ex natura rationali : quamquam
„ Deus conſequenter quoque id approbave-
„ rit. *Vid. proleg.* §. 8. 10. & 11. & *ſup.* §.
„ 3. & *ſeq.*

Quod item divinum dici poſſe diximus] „
„ *Vid. ſupr. Proleg.* §. 12. Non quaſi Deus
„ ejus Auctor ſit, nam Grotius ſtatuit jus
„ naturale exiſtere etſi detur Deum non eſſe;
„ *proleg.* §. 11. ſed quia conſequenter ſaltem
„ id approbat, dum voluit ut talia principia
„ in nobis exiſterent. *d.* §. 12.

In hoc jure] Scilicet quod ex Dei voluntate libera oritur : verum alibi diximus regulam Anaxarchi in omni jure obtinere, ut id demum juſtum ſit quod ſuperior voluit : adeoque Deum non ideo quid velle quia juſtum eſt, ſed ideo quid juſtum eſſe, quia Deus voluit. Recte igitur Abderita ait, jus & fas aſſidere Jovi, ut, quicquid voluit, jus & fas ſit.

Quod nimium indiſtincte] Nam male Philoſophus id applicabat ad factum Alexandri Clytum injuria occidentis ; argumentum enim a Deo, nulli legi obnoxio, ad Alexandrum legibus divinis ſubditum, ſalva pietate, duci non poterat.

2 *Aut datum eſt humano generi*] Hoc jus divinum voluntarium vocant poſitivum univerſale, quod tamen fatentur non obligare niſi eos, ad quos notitia pervenit : Verius autem eſt, juſtum non eſſe univerſale, etſi enim omnibu tunc viventibus revelatum ſit, non tamen revelatum eſt naſcituris, niſi ex traditione ad eos pervenerit; quæ non pervenit ad omnes, quia Creator contentus fuit ſuam voluntatem non niſi verbis declarare, non facto ac monumento perpetuo ac publico, nec quod in omnium conſpectu poſitum eſt. Etſi igitur omnibus in præſens hominibus voluntatem revelaverit, non tamen totum humanum genus obligare voluit, ad quod notitia voluntatis perventura non eſſet.

Aut populo uni] „ *Vid.* §. *ſeq.*.

Humano generi ter jus datum] „ Auctor in
„ *proleg.* §. 13. ſuppoſuit, Deum ipſa juris
„ naturæ principia datis legibus magis con-
„ ſpicua feciſſe, etiam iis, quibus imbecil-
„ lior eſt ad ratiocinandum vis animi; dum
„ vagari vetuit in diverſa trahentes impe-
„ tus, illos quippe vehementiores addictius
„ regens, & fine ac modo coërcens. At in
„ ſequentibus probabimus hæc præcepta to-
„ tidem eſſe naturæ jura, indeque jus na-
„ turæ revera ex libera voluntate Dei oriri.
„ Syſtema Grotii de triplici hoc jure divi-
„ no voluntario, nimirum de jure Adamiti-
„ co, Noachico, & lege Evangelii expoſui-
„ mus *in Diſſertatione procœmiali III.* ejuſque
„ compendium exhibuimus *in not. ad proleg.*
„ §. 12. ubi ſimul demonſtravimus, *duas prio-*
„ *res* juris ſpecies ſomnium eſſe Rabbino-
„ rum, ac præcepta, quæ eo referuntur eſſe
„ ipſa naturæ jura. *Tertiam* autem conti-
„ nere eam partem juris naturalis, quæ offi-
„ cia hominum erga Deum explicat, adeo-
„ que proprie ad officia hominum inter ſe,
„ de quibus ſolis hic agimus, non perti-
„ nere.

Statim poſt hominem conditum] Conſiſtebat illud jus in conceſſo dominio in terram ; & in lege quam duplex arbor repræſentabat, quarum altera facultatem agendi quicquid lubet infert; altera vero illam libertatem reſtringit, eique modum præſcribit. Arborem enim duplicem nihil aliud eſſe quam ſymbolum juris naturæ, tum permiſſivi, tum præceptivi, alibi probabimus.

Iterum in reparatione Generis humani poſt diluvium] Præcepta Noachidarum referuntur ſeptem 1. de cultu Dei extraneo, 2. de abuſu nominis divini, 3. de homicidio, 4. de inceſtu, 5. de furto, 6. de judiciis, quibus addunt 7. de non eſu ſanguinis, quod Maimonides omittit. *Vid. Seld. de jur. nat. L.* 1. *c.* 10. Verum omnia hæc præcepta ; excluſo ſeptimo, ſunt juris naturalis, & neque a jure naturali, neque a legibus, quæ ex arboribus duabus ſequuntur, differunt.

Addi-

Additio.

„ Fabulam de ſeptem præceptis Noachidis „ expoſuimus in *Diſſert. Proœmiali III* §. „ 24. Jura autem, quæ eo referri ſolent, „ eſſe vera jura naturæ, & ex lumine ratio„ nis ſequi, probavimus *ibid.* §. 27. *ſeq.*

Poſtremo in ſubtiliori reparatione per Chriſtum] Imo hoc non eſt novum jus, quin plane jus non eſt. Servator non legislatorem agit, nec jura ſtatuit, ſed tanquam virtutum Doctor leges perfectionis inculcat: Atque hinc perpetuo ſuum regnum diſtinguit a regno mundano; illud enim in docendo, hoc in jubendo conſiſtit. Quod *cap. ſeq.* plenius probabitur.

Additio.

„ Legem Evangelii, i. e. Leges perfectio„ num, quas Servator inculcat, partem eſſe „ juris naturalis negari nequit, idque pro„ bavimus in *Diſſert. Prooem. III. §. fin.* Ex „ hoc jure autem nulla obligatio oritur intui„ tu aliorum hominum, quia nullum jus „ exigendi inde conſequuntur: ſed intuitu „ Dei ſaltem, cujus perfectiones homines „ imitari tenentur. Cum igitur & Grotius & „ B. Parens in eo conveniant, nullum inter „ eos diſſenſum ſupereſſe demonſtravi in „ *Diſſert. II.* §. 21. *ſeq.*

Omnes homines obligant ex quo quantum ſatis ad eorum notitiam pervenerunt] Fate„ tur igitur ipſe Auctor jura hæc univerſa„ lia non eſſe, quia non obligant niſi ſingu„ lis revelata probentur.

Ad §. XVI.

Ex *omnibus populus unus eſt*] „ *Vid. Deut.* „ *IV.* 8. Equidem plurimi ſunt populi, qui „ leges ſuas a ſummo numine ſe accepiſſe „ gloriantur. At fraudes leges illas feren„ tium dudum detectæ ſunt, Fidem autem „ hiſtoriæ Moſaicæ evidentiſſimis argumentis „ probavit Grotius in aureo tractatu de ve„ ritate religionis Chriſtianæ. Jus autem „ quod Deus Iſraelitis per Moſen dare di„ gnatus eſt, triplex fuit, *morale* ſeu *natu„ rale*, *Ceremoniale*, *& forenſe*. De *primo* „ Auctor hic non loquitur, quia illud ſub „ jure univerſali largiſſimo ſenſu ſumto, & „ de quo in præcedentibus egit, comprehen„ dit. *Vid. Proleg.* §. 11. *& Jup.* §. 10. Unde „ erronee Zieglerus & Oſiander arguunt Gro„ tium, quod hic legem a Deo datam re„ ſtringat ad Judæos, quia Grotius hic tan„ tum loquitur de jure divino voluntario „ ſoli populo Judaico dato; adeoque de le„ ge forenſi & ceremoniali. Equidem ne„ gari nequit, Decalogum, aliasque leges „ Moſis ſoli populo Hebræo datas eſſe, „ eumque ſolum ex hac lege, tamquam ci„ vili, obligari: at id non impedit quo „ minus aliæ quoque gentes eadem præcep„ ta, quatenus naturalia ſunt, obſervare de„ beant. Illæ autem gentes tenentur his le„ gibus, non tanquam legi Moſis, ſed tan„ quam juri naturæ.

Cui peculiariter Deus jura dare dignatus eſt] „ Præter jura naturæ, quæ in decalogo „ continentur, Hebræis dedit jus ceremo„ niale & forenſe. *Vid. infra n.* 7.

Populus ſcilicet Hebræus] „ Quatenus etiam „ comprehenduntur Abrahami poſteri omnes. „ *Vid. infra n.* 6

Thryphon] „ Celebris per dialogum Juſtini „ Martyris, quem hic contra Judæos ſcrip„ ſit ad allegatum Judæum, omnium tunc tem„ poris Judæorum celeberrimum, juxta *Eu„ ſeb. Pamphili hiſt.* 4. *c.* 18. *Vid. Teſm. h.*

Qui exiſtimant etiam alienigenis, ſi ſalvi eſſe vellent, ſubeundum fuiſſe legis Hebraicæ jugum] „ Celebris hæc quæſtio fuit inter Ju„ dæos, an gentiles, ſi ſalvi eſſe velint, „ obligati fuerint ſervare legem Hebræorum „ poſitivam? Affirmat id Trypho: Negat „ Maimonides in *Helchot Melakim. c.* 8. qui „ tradit, gentiles obligatos fuiſſe ſervare ſep„ tem ſaltem præcepta Noachica: *Quicumque „ ſuſceperit in ſe ſeptem præcepta, atque mo„ nitus ea cautius obſervaverit, ipſe eſt ex iis „ qui vocantur pii ex gentibus mundi, atque „ ei ſors eſt in ſeculo futuro. Conf. Munſter. „ ad Gen.* 9. 4. *& Gron. h.* Cum priori ſentit „ *Oſiander*, cum poſteriori *Grotius*; & pro „ hac poſteriori ſententia militant *Clemens „ Alexandrinus*, *Chryſoſtomus & Juſtinus „ Martyr*, allegati a *Gron. h.* Gronovius ip„ ſe diſtinguit inter jus forenſe & ceremonia„ le, *illud* ad ſalutem gentibus non fuiſſe neceſ„ ſarium, *hoc* fuiſſe, ſaltem dubitanter ait „ *in not. h.* ubi rationem addit, quod vetus „ teſtamentum ſit typus futuri Servatoris, „ i. e. Chriſti; extra Chriſtum autem nullam „ eſſe ſalutem. *Nam* ait, *ut in novo teſta„ mento agnum immolatum pro peccatis mundi „ monſtrant verbum & ſacramenta ita ag„ num immolandum in veteri teſtamento „ monſtrabant cæremoniæ & ſacrificia, & ut „ nos vitam æternam ſperamus per fidem in „ Chriſtum, qui jam apparuit, & pro nobis „ ſatis-

„ *ſatisfecit patri, ita prior ætas per Chriſtum*
„ *in fidem appariturum & ſatisfacturum:*
„ *Extra Chriſtum autem non eſt ſalus, quan-*
„ *tum quidem nobis revelatum eſt.* Et diſſen-
„ tientibus opponit dictum Pauli *ad Epheſios*
„ *II.* 12. ubi Judæos converſos ita alloquitur:
„ *vos illo tempore fuiſtis ſeparati a Chriſto, alie-*
„ *ni a civitate Iſraëlitarum, expertes fœde-*
„ *rum, promiſſionis ſpem non habentes, &*
„ *athei in mundo.* Quæ in ſequentibus ple-
„ niu examinabimus.

Neque enim eos obligat lex, quibus data non eſt] Non ergo obſervatio legis poſitivæ neceſſaria fuit gentibus ad ſalutem, qui, cum iis publicata non fuerit, ad incognita obligari non poterant. Nec movet ratio Oſiandri, quod fuerit typus futurorum & Chriſti, ſine quo nulla ſalus eſt: Reſp. hoc ipſum juris poſitivi fuit ut ceremoniæ eſſent typus, & ideo hi ritus ſoli eccleſiæ Judaicæ lege ceremoniali injuncti ſunt; quibus proinde non obligantur gentiles, utpote iis non datis, nec publicatis.

At, ais, credere debuerunt in futurum Servatorem ſi ſalvi eſſe voluere: quæ eſt ratio Oſiandri & Gronovii. Reſp. rem credere debuere, non typos Judæis tantum injunctos.

Ais porro, non potuiſſe gentes citra Judaiſmum noſcere Chriſtum. Reſp. Imo potuere ex lectione vaticiniorum, & Judæorum conſuetudine.

Additio.

„ Verum eſt, & bene contra Oſiandrum &
„ Gronovium obſervat B. Parens, legem
„ Hebræorum, qua talem, & licet typum
„ futurorum contineat, nulla ratione ad ſa-
„ lutem fuiſſe neceſſariam, quia modus ſa-
„ tisfaciendi, qui per typum illum indigitaba-
„ tur, ex ratione non conſtabat, ſed ex ſola
„ revelatione; quæ proinde eos ſolos obliga-
„ bat, quibus revelata eſt.

„ Equidem regerit Gronovius: *Judæis*
„ *quidem, electo populo, legem primum da-*
„ *tam eſſe: ſed ut conditionem fœderis, quod*
„ *cum illis pepigerat Deus, promittens cœleſtia*
„ *gaudia ſi quis illam ſervaret: ſi quis igitur*
„ *de alienis participare, fœdus illud, & ejus*
„ *commodis frui vellet, huic conſequenter*
„ *juſſum fuiſſe*, ait, *ut ſibi quoque legem*
„ *illam datam putaret* &c. At facile concedi-
„ mus, exteros commodis fœderis illius cum
„ populo Judaico initi frui non poſſe, niſi
„ conditionibus ejuſdem fœderis ſe ſubmit-
„ tant. At extra illud fœdus ſalutem non eſſe,
„ hoc eſt quod concedere haud poſſumus.

„ Neque *obſtat*, extra Chriſtum, quem ty-
„ pus ille reſpiciebat, nullam eſſe ſalutem:
„ Nam hoc verum ſaltem eſt in illis, quibus
„ typus ille revelatus fuit; reliqui enim du-
„ ctum naturæ ſecuti alia media expiandi
„ peccata, per ſacrificia &c. adhibuerunt,
„ & hoc, cæteris paribus, ſufficiebat: Sane
„ nec poſt adventum Meſſiæ aſſerere auſim,
„ gentiles, quibus Chriſtus ſeſe non mani-
„ feſtavit, ob ignorantiam Evangelii damnari
„ debere, idque ex ſequentibus rationibus.
„ Nam 1. cum juſtitia divina pugnare videtur
„ ſi Deus gentiles, qui juxta vires naturæ
„ corruptæ Deum colunt, qui corruptionis
„ ſuæ gnari, per media rationi ſuæ conve-
„ nientia ſatisfacere Deo ſtudent; ideo dam-
„ nare vellet, quod verum mediatorem ipſis
„ non revelavit. Sed & 2. miſericordiæ divi-
„ næ vis fieri videtur, ſi ſtatuere velim,
„ Deum quibusdam ſaltem hominibus, in
„ pari corruptione, adeoque in pari damna-
„ tionis gradu conſtitutis, media ſalutis reve-
„ laſſe, reliquos vero neglexiſſe. Inprimis
„ cum 3. ratio miſericordiæ in omnibus ho-
„ minibus eadem ſit. Ideo enim Deus huma-
„ no generi mediatorem promiſit, quia Ada-
„ mi poſteri non tam ſuo vitio, quam vitio
„ primorum parentum peccant, adeoque non
„ tam ex propoſito, quam ex neceſſitate pec-
„ cati originalis injuriam numini inferunt,
„ leges ejus tranſgrediendo: Perfectioni igi-
„ tur divinæ convenientiſſimum eſſe videtur
„ aſſerere, Deum (qui certum ſatisfaciendi
„ modum non publicavit) etiam per ea me-
„ dia, quæ ratio toti humano generi ſuppedi-
„ tat, tamdiu moveri ad miſericordiam de-
„ bere, quamdiu verum ſatisfaciendi mo-
„ dum ſingulos ignorare voluit.

„ Neque 4. me peccare hac in re puto,
„ cum ſapientiſſimus Servator omnibus Chri-
„ ſtianis injungat, *ne alios damnent*: Sane
„ 5. confirmatur hæc ſententia ex ſacræ ſcri-
„ pturæ dictis. Ipſe Servator ait, Judæos pec-
„ catum habituros non fuiſſe ſi non veniſſet
„ ipſe, ſi locutus eis non fuiſſet, ſi opera
„ non feciſſet &c. Nunc autem ubi omnia
„ viderint & audierint, nullam excuſatio-
„ nem eos habituros, ait. *Joh. XV.* 22. 24.
„ Ex hoc aſſerto Servatoris ſequitur gentes,
„ quæ eum nec audiverunt, nec vid-runt, ex-
„ cuſabiles eſſe, inprimis cum gentiles typum
„ non habuerint futuri Servatoris, qui ſolis
„ Judæis revelatus fuit. 6. Servator permittit
„ Judæis ne credant ſi non faceret opera divi-
„ na: *Joh. X.* 37. probabilis ergo fuit de-

fectus

„ fectus fidei in illis qui Chriſti opera non „ viderunt. 7. Paulus poſtquam ſuppoſuit fi- „ dem ex auditu, auditum autem ex præ- „ dicatione Chriſti ſequi, *Rom. X.* 17. inde „ concludit, quomodo ergo credent illi „ quem non audierunt, aut quomodo au- „ dient ſine prædicatione, *ibid. v.* 14. Unde „ videtur nihil imputari poſſe eis, qui non „ audierunt verbum Evangelii: Idem Paulus „ 8. tradit eos qui ſine lege peccaverunt e- „ tiam ſine lege perituros eſſe. Neque hacte- „ nus gentes ſe excuſare poſſe, ait, igno- „ rantia legis; quia naturaliter ea quæ legis „ ſunt faciunt, & legem (ſcil. divinam) „ non habentes ipſi ſibi lex ſunt, qui oſten- „ dunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis; „ teſtimonium reddente illis conſcientia ip- „ ſorum, & inter ſe invicem cogitationum „ accuſantium, aut etiam defendentium ex- „ trema illa die. *Rom. II. v.* 12. *ſeq.* Appa- „ ret igitur gentiles judicatos iri juxta le- „ gem naturæ, quæ ſola tunc ipſorum ac- „ cuſationi, vel juſtificationi inſerviet: Unde „ 9. notanter Paulus alibi ait, *ſi igitur præ- „ putium juſtitiam legis* (ſcil. naturalis) *cu- „ ſtodiat, nonne præputium illius in circum- „ ciſionem reputabitur. Rom. X.* 26. quo ipſo „ indigitat, gentiles jus naturæ ſervando „ idem facere quod Judæi legem Moſis ob- „ ſervantes: Atque ex hoc principio 10. „ idem Paulus Cornelium gentilem docet, „ *in omni gente qui timet Deum, & operatur „ juſtitiam, acceptum ei eſſe. Act. X.* 35. Ac- „ cedunt 11. Exempla ſacræ ſcripturæ; Job „ fuit Idumæus, i. e. gentilis, & tamen de- „ ſcribitur vir ſimplex & rectus, ac timens „ Deum & recedens a malo, cui non ſimi- „ lis eſſet in terra; *Job.* 1. & 8. *II.* 3. & „ qui non obſtantibus afflictionibus retinuiſ- „ ſet innocentiam. *XX.* 3. Deus Eliæ com- „ mendat viduam, quæ Sareptæ in Sidonia „ degebat, & in eius favorem miracula edi- „ dit. 1. *Reg. XVII.* 9. 14. 17. 24. Ita *Act. X. v.* 7. mentio fit militis timentis Deum: „ & *Cap. XVI.* 14. Lydia a cultu divino „ commendatur. Idque 12. non tantum Mai- „ monides in ante allegato loco ſtatuit, ſed „ & Patres quidam id aſſerere non erubue- „ runt: loco omnium eſt locus Juſtini Mar- „ tyris *in apol.* 1 *pro Chriſt. pag.* 91. *Qui „ cum ratione vixerunt Chriſtiani ſunt, quam- „ vis Athei habiti ſint, quales inter Græcos „ fuere Socrates, Heraclitus, & alii ſimiles, „ Add. Caſaub. adverſus Baronium Ex.* 1. „ Atqui extra Chriſtum nulla eſt ſalus:

„ Sane Paulus, cum Epheſiis ſtatum natu- „ ralem in quo ante regenerationem fuere, „ ob oculos poneret, *vos*, ait, *illo tempore „ fuiſtis ſeparati a Chriſto, alieni a civitate „ Iſraelitarum, expertes fœderum, promiſſio- „ nis ſpem non habentes, & athei in mun- „ do.* Reſp. Apoſtolus alloquitur Epheſios, „ qui ante prædicationem Evangelii gentiles, „ adeoque experres & fœderum, & promiſ- „ ſionum populo Judaico factarum, ac ido- „ lolatræ, & hactenus Athei fuerunt. De „ his ait, excluſos eos fuiſſe a commodis „ Evangelii, quæ nunc ad eos quoque per- „ tinerent: Adeoque non aſſerit Epheſios „ olim a promiſſione excluſos, & quod Athei „ (qui Deum perverſe colerent) fuerint, „ damnatos antea fuiſſe. Si, quod ſupponi- „ mus, adhibitis naturæ & rationis viribus „ ens entium adorarent, & Chriſti media- „ toris haud gnari, ens illud iratum preci- „ bus & ſacrificiis oblatis placarent; cæte- „ rum virtutes morales ad imitationem per- „ fectionum divinarum exercerent. Hinc to- „ tam rem judicio, & interpretationi divinæ „ relinquimus, & pia intentione credimus, „ Deum Chriſtianis forte proprium, & emi- „ nentiorem beatitudinis gradum deſtinare, „ atque hunc ſalutis gradum Chriſtianis de- „ ſtinatum ad gentiles non pertinere.

„ *At quibus data ſit lex, ipſa loquitur*] „ Auctor hanc rationem repetit *infra n.* 6. „ *Quia obligatio extra jus naturæ venit ex „ voluntate legem ferentis: Deum autem vo- „ luiſſe ut alii quam Iſraelitæ iſta lege tene- „ rentur, nullo indicio poteſt deprehendi.*

„ *Audi Iſrael*] „ Adeoque publicata, & „ revelata eſt ſolis Iſraëlitis. Equidem Gro- „ novius exiſtimat, ex hac formula non ſe- „ qui legem de qua Moſes loquitur tantum „ pertinere ad Iſraëlitas: 1. quia ea voce „ non intelligi debet Iſraël ſecundum car- „ nem, ſed ſecundum ſpiritum; ut Iſraël „ ſint omnes fideles. 2. Similem eſſe præfa- „ tionem decalogi, ſive legis moralis; & ta- „ men Decalogum obligare omnes homines. „ *Reſp. ad* 1. Non nego, ſæpius vocem Iſ- „ raël pro fidelibus accipi; at eo ſenſu hic „ per rei naturam accipi non poteſt, quia „ Deus legem dedit Judæis, eamque his ſo- „ lis publicavit, quæ proinde ad gentiles „ reſpicere non potuit, qui præſentes non „ fuerunt, & cum quibus tunc nullum ne- „ gotium fuit Judæis. *Reſp. ad* 2. Verum non „ eſt, decalogum obligare omnes homines „ qua decalogum; etſi enim præcepta quæ-

„ dam naturalia eo contineantur, gentiles „ ad ea ſervanda obligabantur non vi deca- „ logi, ſed jure naturali: Judæi autem te- „ nebantur ex duplici vinculo; tum quia „ naturalis ratio præcepta illa dictabat, tum „ quia lege civili obſervantia præceptorum „ naturalium iis injuncta fuit. Eodem mo- „ do uti jus Romanum ſolum populum „ Romanum obligabat. §. 3. & 4. *J. Jur.* „ *nat. & gent.* etſi illud collectum ſit ex „ principiis juris naturalis, & gentium. §. *fin.* „ *ff. de juſt. & jur.* Quando igitur gentiles „ ad quædam jura obligari dicuntur, id non „ eſt ex lege decalogi, ſed ex jure naturæ, „ quod obligaret exteros etiam ſine decalo- „ go. Sed & obligabantur ex diſpoſitione „ juris poſitivi, ſi ſcil. id dictum ut exteri „ non minus ac indigenæ legi naturæ tene- „ rentur.

Cum ipſis] „ Adeoque non cum gentili- „ bus.

Ipſi in peculiarem populum Dei adſciti di- „ cuntur] „ Cujus prærogativa præcipua hæc „ erat; quod Deus legem ſuam ipſis com- „ miſerit, eisque regnum & ſacerdotium tra- „ diderit *Rom. IX. v.* 4. Equidem opponit „ Gronovius *in not. h. Judæis quidem, electo „ populo, legem primum datam eſſe, ſed ut „ conditionem fœderis, quod cum illis pepige- „ rat Deus, promittens cœleſtia gaudia ſi quis „ illam ſervaret. Si qui ergo de alienis parti- „ cipare fœdus illud, & commodis ejus frui „ vellet, huic conſequenter juſſum fuiſſe, ut „ ſibi quoque legem illam datam putaret: „ quemadmodum leges XII. Tabb. non ſunt „ poſitæ niſi civibus Romanis; itaque eas ex- „ teros non obligare. At ſi quis peregrinus „ privilegia, & honores civis Romani appete- „ ret, eum non potuiſſe ſe excludere ab obli- „ gatione juris Quiritum*: At verum non eſt „ præmia cœleſtia eſſe tantum conditionem „ fœderis cum populo judaico initi: ea enim „ absque fœdere, ex natura perfectionis divi- „ næ tribuit Deus omnibus hominibus Dei „ voluntatem perficientibus: quod conſenſu „ omnium gentium, quæ pœnas & merita „ poſt mortem ſtatuunt, confirmatur: equi- „ dem cum præterea Deus etiam alias leges „ præſcripſerit Judæis, verum eſt ideo ſingu- „ laria præmia ipſis eum promiſiſſe ſub con- „ ditione, ſi illas leges obſervaverint. Et hæc „ ſingularia præmia ſunt conditio fœderis „ initi; & de his verum eſt, quod illi qui „ commodis hujus fœderis frui volunt a jure „ forenſi, & cæremoniali excludere ſe ne- „ queant.

Ex loco Deuteronomii XXXIII.] *Legem nobis præcepit Moyſes, hæreditatem multitu- dinis Jacob.*

Quin inter ipſos Hebræos vixerunt ſemper aliqui exteri homines &c.] Auctor, ut pro- 3 bet gentiles non obligatos fuiſſe legibus Ju- dæorum poſitivis, provocat ad exempla pro- ſelytorum, qui non tenebantur niſi legibus naturæ, quatenus in decalogo, & præceptis Noachicis comprehendebantur.

Additio.

„ B. Parens originem Proſelytorum egre- „ gie explicat in *prodr. jur. gent. Ex.* 2. §. „ 47. *ſeq.* Verba ejus hæc ſunt: Sunt in po- „ pulo jure, & uſu gentium duæ incolarum „ in genere ſpecies: alii originarii, ſeu in- „ digenæ; alii adoptati vel aſſumti, (*conf.* „ *l.* 4. 16. *C. de Incol. l.* 1. 6. *ff. ad munic.*) „ Hi in ſacris Proſelyti dicuntur, & eodem „ jure duplices ſunt; alii fiunt domicilio „ conſtituto, proſelyti domicilii vel portæ „ dicti, & ſpecialiter incolæ, quos domici- „ lium facit;) *conf. l.* 1. *C. Incol.*) alii ſpe- „ ciali quoque in jus civitatis Judaicæ alle- „ ctione, (*conf. l.* 6. *l.* 7. *C. eod. tit. d. l.* 1.) „ quos Proſelytos juris vocant. Reliqui ad- „ venæ ſunt. Perperam igitur *Oſiand. ad* „ *Grot. L.* 1. *Cap.* 1. *th.* 16. *obſ.* 2. *in f.* tres „ proſelytorum ſpecies fingit, & mercenarios „ addit, quaſi ex loco *Exod. XII. v.* 45. „ ſed erronee.

„ Proſelyti domicilii, & advenæ, pere- „ grini ſunt, ac jure gentium utuntur, & „ priores iſti ad munera & onera civilia te- „ nentur: (*conf. d. l.* 6. *C. de Incol.*) Proſe- „ lyti juris autem ut juſti cives ad omnes „ leges civiles ac ritus ſacrorum, etiam cir- „ cumciſionis, tenebantur. Tales enim eo- „ dem jure cum indigenis gaudent, etiam „ quoad honores; modo pleno jure civium „ in jus civitatis recepti ſint; alias quatenus „ jus civitatis Judaicæ conceſſum fuit; id „ enim in arbitrio concedentis eſt. *Vid. Au- „ ton. J. G. cap.* 20. §. 46. *& ſeq.* Unde in „ magnum tamen Synedrium legi non po- „ tuiſſe conſtat; quippe quod a ſpeciali Dei „ juſſu ex Senioribus Iſraël conſtitutum fuit, „ & in quod nec ipſi indigenæ eligi pro- „ miſcue potuerunt. *Num.* 11. *v.* 16. *Petr.* „ *Cun. de republ. Hebr. l.* 1. *c.* 1. *Schikard. de* „ *jur. reg. cap.* 1. *Theor.* 2.

„ At jus gentium omnibus, etiam peregri- „ nis

„ nis commune fuit. Quo & pertinet cultus „ veri Dei, & quæ jure gentium ad eum re„ quiruntur: (*conf. l. 2. ff. de J. & J.*) uti „ adoratio, etiam in loco communi ædis pu„ blicæ aliis rebus non dicato, &c. ut & ſa„ crificiorum oblatio: nam & iſta inter gen„ tes ubique recepta fuere.

„ Dixi, *cultus veri Dei*: Idololatricus enim, „ non jus, ſed abuſus gentium, a præcipuis „ quoque gentium prudentibus improbatus: „ (conf. *Euſeb. præp. Evang. lib.* 11. *c.* 13. „ *& lib.* 13. *c.* 12. 13.) nec in jure Romano, „ etiam qua a paganis ſtatutum, niſi unius „ Dei cultus aſſertus eſt. Unde & tales ob„ lationes rejectæ ſunt. *Lev.* 22. *v.* 25.

„ Etſi autem ſacrificiorum uſus ſit juris „ gentium, tamen alii atque alii ritus paſſim „ ſanciti vel recepti ſunt, ad quos, cum „ ſint meri juris civilis, peregrini non obli„ gabantur, niſi ea lex ad ipſos quoque ex„ tenſa fuerit, quod expreſſe factum eſt in „ modo oblationis: de quo *num.* 15. *v.* 15. „ *& ſeq.*

„ Unde ſolvitur quæſtio Grotii *in th.* 16. „ an potuerint iſti è paganiſmo peregrini hoc „ cultu juris gentium, etſi non circumciſi, „ ſalvari? Reſp. Potuere equidem ſuo jure „ legitimo, ut Judæi ſuo, quia quod hi ul„ tra jus gentium juris habuere merum jus „ civile fuit, quod ad gentes & peregrinos „ nihil pertinebat. Nihil igitur huc facit „ quod ajunt: veteres ritus fuiſſe typos futu„ rorum & Chriſti; & eam proinde doctri„ nam recipere debuiſſe qui ſalvi eſſe vel„ lent: Quod & ſenſit doctiſſ. Gron. *ad* §. „ 16. *n.* 2 Sed procul a ſcopo! Præterquam „ enim quod jam diximus eos ritus eſſe me„ re juris civilis, 1. nondum quæritur de „ ſeparatione lapſus humani, ſed de pote„ ſtate legis exacte ſervatæ: nam quod illa „ jam exacte ſervari non poteſt, non eſt a „ vitio legis, ſed hominum. Sed & 2. hoc „ ipſum, ut illi ritus eſſent typi, non eſt „ a natura, ſed ab inſtituto & lege civili, „ quæ propria Judæorum fuit: Neque 3. ty„ pis iſtis alia vis data, quam ſignificare „ Chriſtum. Ille vero cognoſci potuit non „ ex ſolis typis, ſed magis ex lectione va„ ticiniorum ſacrorum, & conſuetudine Ju„ dæorum, inter quos ille publice docebа„ tur. Hactenus B. Parens.

„ Dictis hoc addendum adhuc eſt, aliqua„ lem differentiam fuiſſe inter proſelytos ju„ ſtitiæ, & indigenas, 1. ratione Moabitarum „ & Ammonitarum, qui etſi Judaismum pro„ fiterentur, non admittebantur ad honores. „ 2. Ratione matrimonii, quod cum quibus„ dam proſelytis plane interdictum erat, „ cum quibusdam ſaltem reſpectu ſexus mas„ culini. *Seld. de J. N. L.* 5. *c.* 14.

Syrophoeniſſa] „ Quæ apud *Matth. XV.* „ 22. vocatur mulier Cananæa, apud Marcum „ *VII.* 26. Græca, Syrophœniſſa gente, ob „ latitudinem extenſarum coloniarum terræ „ Cananeæ, & Græcæ. Sunt qui putarunt mu„ lierculam hanc fuiſſe ex poſteritate viduæ „ illius Sidoniæ, ad quam mittebatur Elias „ tempore magnæ illius inopiæ. 1. *Reg.* 17. „ *v.* 9. *Vid. Tesm. h.*

Qualis ille Cornelius] „ Gronovius in no„ tis hic, exiſtimat animo eum judaizaſſe, „ quia non potuit eſſe religioſus, & perpetuo „ in veneratione veri Dei manſiſſe, ſi verum „ Deum non norat, uti norat tum nemo „ gentilium niſi Judaismi edoctus: Hinc con„ jecturatur eum vere Judæum fuiſſe, ſed a „ publica profeſſione metu amittendæ mili„ tiæ abſtinuiſſe. Neque enim potuiſſe manere „ civem Romanum, & militem, honoratum „ præſertim, ſi palam Judaismum profeſ„ ſus fuiſſet: Concludit igitur Cornelium cre„ didiſſe fœdus, & promiſſionis ſpem penes „ Judæos fuiſſe, ac privata religione Judæo„ rum Deum coluiſſe, nec tamen in legem „ eorum tranſiiſſe. Idque tum neceſſarium „ non fuiſſe, quia jam veniſſet Chriſtus, & „ legi ſatisfeciſſet. Huic igitur erranti con„ ſcientiæ occurrentem Deum miſiſſe ei Apo„ ſtolum Petrum. Reſp. Hoc ipſum in quæ„ ſtione eſt, an gentilis poſſit eſſe religioſus, „ & in veneratione Dei manere? Ego ex ra„ tionibus ſupra allatis id Dei judicio reli„ qui; etſi enim verum cultum ignorent, „ ideo excuſandos eos ipſe Apoſtolus ait, quia „ modus colendi revelatus ipſis non fuit. Illi „ igitur Deum colunt quantum naturalis ra„ tio, & humana infirmitas permittit; imo „ propter hanc ipſam infirmitatem mediis u„ tuntur expiandi peccata, ideoque ſacrificia „ Deo offerunt.

„ Nihil igitur obſtat quo minus Cornelius, „ inter Judæos verſatus, veram, & rationi con„ venientem ideam de Deo, ejusque attribu„ tis habuerit, ac cultum naturali ratione cui„ vis hominum cognitum enti perfectiſſimo „ exhibuerit, atque ex eo capite æternæ „ damnationi exemtus fuerit. Sane Actorum „ ſcriptor hunc militem Romanum, eoque „ Gentilem, *pium*, *religioſumque virum* ap„ pellat, *qui perpetuo in veneratione veri Dei* „ *eſſet &c.*

„ Cæterum Baronius conjecturatur, hunc „ Cornelium ex nobili Corneliorum gente or„ tum fuiſſe, quia ex legione, quæ vocatur „ Italica, eſſe dicitur. *Act. X. 2. Conf. Euſeb. „ Hiſt. L. 2. c. 3. Tesm. b.*

Pii ex gentibus] „ Qui Paulo Theſſaloniæ „ prædicanti adjuncti eſſe dicuntur: Grono„ vius vertit, *pii nationum de gentibus*. Adeo„ que pii inter gentes eſſe poſſunt, etſi cul„ tum Judæorum ignorent. *Actor. XVI. 4.* „ Repetendum hic eſt quod Petrus prædicto „ Cornelio teſtatus eſt, in omni gente, qui ti„ met Deum, & operatur juſtitiam, acceptum „ ei eſſe. *Actor. X. 34.*

Leges Adamo & Noæ datas ſervare tenebantur] „ Quia ſunt leges naturæ quibus totum „ humanum genus obligatur, & ubi ſpeciali „ revelatione opus non eſt, quia ex ratione „ omnibus hominibus inſita fluunt. Leges igi„ tur naturæ non differunt a legibus Adamo „ & Noacho datis: hasque ſomnium eſſe Rab„ binorum alibi diximus; Adamo enim jus „ naturæ ſub figura arborum declaratum fuit: „ Noacho præter legem de vitanda idololatria „ quæ itidem naturalis eſt) alia lex publicata „ non eſt.

„ *Abſtinere ab idolis*] „ Nam colere Deum „ naturæ lex eſt; cum ergo extranei quoque „ juri naturæ obligentur, ipſi quoque Deum „ colere tenentur, eoque a cultu idolorum „ abſtinere.

Et ſanguine] Equidem leges cæremoniales ad alias gentes non pertinent, niſi appareat legislatorem Deum eas peregrinis quoque communes eſſe voluiſſe. Apparet hoc ex lege de non eſu ſanguinis, quo primum omnibus Noachidis ſeu gentibus, deinde per Moſen conſtanter & mira ſeveritate peregrinis quoque interdixit, atque ut ſanguinem animalium quibus veſcentur, in terram velut aquam effunderent, juſſit *Lev. c. III. v. 17. c. VII. v. 26. & 27. c. XVII. v. 10. ſeq. XIX. v. 26. Deut. c. XII. v. 16. & 23. ſeq. c. XV. v. ult.* At ubi id reſtringitur ad eos peregrinos qui inter Judæos habitarunt, & ad quorum proinde notitiam lex pervenit: certo indicio alios ex lege non teneri. Quin quod magis mirum eſt, idem quoque gentibus recens ad Chriſtum converſis in Concilio Apoſtolorum injunctum fuit. *Act. Cap. XV. v. 20. & 29.* An autem cum omnibus hodie Chriſtianis illa lex ex ſacris literis innotuerit, omnes etiam nunc ea teneantur? etſi ratio ejus ſibi conſtare videatur, tamen hac vice ſuſpendere judicium malim. *Vid. Seld. de J. G. L. 7. c. 1.*

Apparet ex hac revelatione, ſanguinem viventis debuiſſe eſſe ſignum vetiti homicidii; quod etiam a beſtiis ſe vindicaturum, ait Deus. *Gen. IX.* Deus ergo hominis ſanguinem ſacrum & inviolabilem, ipſumque ſanguinem brutorum quaſi ſacramentum hujus prohibitionis ſtatuit, Sanguinem non edetis, ait, quia requiram ſanguinem veſtrum de manu brutorum. *Gen. IX. v. 4. & 5.*

Hoc a natura ſciri nequit; non enim ſequitur, hominum ſanguis non debet effundi, ergo nec brutorum edi; ille vindicari debet a quovis homine & bruto, ergo abſtinendum quoque a ſanguine bruti. Signum ergo hoc ab inſtituto eſt: unde etiam ratio prohibitionis ceſſat in ſanguine mortuorum, quia ſignum ibi ceſſat; homo enim mortuus non occiditur, ſed vivus: unde morticinia & ſuffocata ab extraneis comedi poſſunt.

Additio.

„ Equidem nova hæc & ingenioſa eſt expli„ catio B. Parentis, quod ſcil Deus lege hac „ revelata conſtituerit ſanguinem brutorum „ quaſi ſacramentum ſanguinis humani, atque „ hinc ejus, dum vivit, eſu abſtinendum. Hoc „ autem ſignum non a natura, ſed ex inſtituto „ eſſe, ait, indeque neminem ei obligari niſi cui „ id revelatum ſit, uti fuit Proſelytis tam ju„ ſtitiæ quam domicilii.

„ At hac ſententia poſita, ſequeretur Chriſtia„ nos quoque huic legi teneri, quia ipſis quo„ que revelata hæc lex eſt, quod tamen praxi „ eccleſiarum Chriſtianarum repugnat. Verius „ ergo eſt, legem illam loqui non de quolibet „ ſanguine, ſed de ſanguine ſacrificii, adeo„ que de eſu idoli. Idolum enim ejusque ſan„ guis edi non debent, quia comedentes par„ ticiparent de re, quæ diabolorum eſt, cum „ quibus nihil commune habere fas eſt: uti id „ explicat *Paul. 1. Cor. X. 19. ſeq. & v. 27.* „ *& 28.* Ideo igitur eſus idoli prohibetur, quia „ hic ipſe eſus cultus non Dei, ſed idolorum „ eſt. *ibid. Cap 8. v. 1. 4. 5. 6. 10.* Hoc igitur „ præceptum ipſa lex naturæ eſt, quæ non tan„ tum indigenas, ſed & exteros, totumque hu„ manum genus obligat, uti id latius explica„ vimus *in Diſſert. Proœm. III. §. 24. ſeq.*

Et aliis, quæ infra ſuo loco memorabuntur] „ Nimirum leges de homicidio, adulterio, con„ cubitu inceſtuoſo, violenta rapina &c. *Vid.* „ *infra c. 2. §. 5. n. 8. & Diſſ. Proœm. III.* „ *Sect. 1. 2. & 3.*

„ *At non item leges proprias Iſraelitarum*] „ I. e. jus cæremoniale & forenſe; hoc enim „ obligat tantum quibus publicatum eſt, at

Judæis

„ Judæis tantum publicatum fuisse dictum est. „ Certissimo indicio observantiam legum „ Mosaicarum ad salutem non fuisse necessa- „ riam.

Israëlitis non liceret vesci carne bestiæ, quod fato suo periisset] Quemadmodum a jure differt quod honestum & pulchrum est; ita ab injuria quod turpe & sordidum: & quemadmodum a sensuum judicio pendet quid pulchrum sit, ita & e contrario quid sordidum: illud movet sensus ad appetendum, admirandum, honorandum &c. hoc ad refugiendum, spernendum, abominandum. &c. Hujusmodi quæ sunt, non sunt proprie turpia aut moraliter mala; sed vilia tamen & contemta, & non videntur ab initio creationis, & a statu perfecto, sed a natura & rerum corruptione, quam & gentes agnoverunt, seu ab execrationibus illis, quæ revelatæ in sacris sunt, exstitisse. Atque hæc referri possunt inter ea quæ levis notæ maculæ dicuntur *in l. 27. C. de inoff. test.*

Tale quid est morticinum quod dicitur, & cujusque animalis cadaver. Etsi ergo esus illius jure gentium vetitus non appareat, tamen ipsa humana natura, quæ non est plane effecata, eum sua sponte nauseat ut rem impuram & immundam. Hinc Deus populo suo ideo ejus esum interdixisse dicitur, quia eum sibi sanctum, & mundum esse voluit. *Deut. XIV. v.* 21. *Lev. XVII. v.* 15. *& c. XXII. v.* 8. unde tot lavationum ritus. Peregrinos autem non quidem vetuit ea emere, iisque vesci; *Deut. d. v.* 14. at immundi tamen & ipsi fuere: *Lev. XVII. v.* 16. unde horum convictu Judæis uti licitum non erat, nisi mundati fuissent. *d. v.* 15. *L.* 7. *v.* 21. *Lev. XXII. v.* 4. *seq.* Similia visa sunt menstrua muliebria &c.

Additio.

„ Populus Judæorum sanctus fuit Deo; „ *Deut. XIV.* 1. & ideo prohibebatur ne „ morticinum, rem sordidam, tangat. „ *ibid. v.* 8 nec comedat, *ibid. v.* 21. Adeo- „ que hæc lex ad jus cæremoniale pertinet.

Nisi quod quibusdam legibus specialiter expressum est, ut incolæ iis non minus quam indigenæ teneantur] „ Sed tum ratione inco- „ larum lex illa obligat tanquam jus civile, „ cui extranei quamdiu in territorio commo- „ rantur omnino subsunt, uti ex juris gen- „ tium principiis id demonstravit *B. Parens* „ *in Disp. de fund. in territ. jurisd.*

4 *Extraneis etiam*] Legem Mosis, ejusque observantiam ad salutem non fuisse necessariam, Auctor exemplis probat: peregrinis enim licebat in templo adorare, & victimas offerre, quia Deum colere est lex naturæ: at ad reliquos ritus non admittebantur. Sed & porro ait Auctor, prophetas nunquam significasse gentilibus quos instruxerunt, ut Mosis legem susciperent.

In Templo Hierosolymitano liceret Deum adorare] „ Camerarius Reginæ Candaces ve- „ nerat adorare in Hierusalem, qui erat „ Æthiops, adeoque gentilis. *Vid. Actor.* „ *VIII.* 22.

Stantibus tamen in loco peculiari] Vide Josephum, ubi Templi Salomonis historia tractatur.

Additio.

„ Arcebantur extranei a templi ingressu in- „ teriori, exemplo publicani *Luc. c.* 18. „ *v.* 13. quin nec poterant ritus & cæremo- „ nias judaicas adhibere colendo Deo, sub „ pœna capitali. *Seld. J. N. L.* 3. *c.* 4. 5. *& 6.*

Neque Eliseus Naamani Syro] „ Historia „ Naamani legitur 2. *Reg. V.* 19. de cujus „ vero sensu vide *Dyk Nosce te ipsum c.* 16. „ *vid. Tesm. h.*

Neque Jonas Ninivitis] *Vid. Ion. c. III.*

Neque Daniel Nabuchodonosoro, neque Prophetæ &c. unquam significarunt] „ Non „ omissuri si existimassent alienigenis, si sal- „ vi esse vellent, subeundum fuisse legis „ Hebraicæ jugum.

Quod de tota lege Mosis dixi] Quærit Auctor, an peregrini e paganismo potuerint salvari observato cultu juris gentium, etsi non circumcisi fuerint? Resp. potuere equidem suo jure legitimo, ut Judæi suo: quia quod hi ultra jus gentium juris habuere, merum jus civile fuit, quod ad gentes & peregrinos nihil pertinebat. 5

Quæ legis quasi introitus erat] „ Circumci- „ sio enim erat nota characteristica legis Mo- „ saicæ, eaque constituebat fœdus, quod inter „ Deum & Hebræos intercedebat: *Gen. XVII.* „ 2. *seq.* a quo proinde excludebantur omnes „ non circumcisi: neque Judæus esse poterat „ nisi circumcisus.

Hoc tantum interest, quod lege Mosis Israëlitæ soli teneantur] Nam his solis non omnibus Abræ posteris leges a Mose datæ sunt.

Circumcisionis autem lege tota Abrahami posteritas] Dissentit *Osiander in not. ad Grot. h. §. Obs.* 5. qui asserit legem hanc ad solos Israëlitas esse restrictam, quia ipse Deus fatetur fœdus tantum cum Isaaco ictum esse; idque per oppositionem ad Ismaëlem *Gen. XVI.*

19. 20. Resp. lex tamen data est toti domui, & familiæ Abrahami, etsi effectus fœderis non conjunctus sit ubique.

Etsi vero plures gentes circumcisione usæ sint, non tamen inde efficitur jus gentium secundarium, quia non a gentibus est introductum ob communem usum vel mutua commercia, sed ex causa particulari familiæ, adeoque jus soli isti familiæ cohæret; & licet illa familia in plures gentes discesserit, est tamen merum jus familiæ, quod in unaquaque gente obtinet, tamquam parte illius familiæ.

Additio.

„ Ad dubium Osiandri tollendum addi potest, effectus quosdam illius fœderis etiam „ ad Ismaëlis posteros pertinuisse, *Gen. XXI. v.* 13. 18.

„ Cæterum lex circumcisionis ideo non potest ad jus gentium secundarium referri, „ quia *jus gentium voluntarium* non exiitit, & „ supra jam dictum est quædam apud plures gentes observari, tum ex causa fortuita, „ tum ad imitationem aliorum, tum ob utilitatem cuique civitati propriam: Atque ad „ ultimum caput referendus est circumcisionis „ usus, qui inter quasdam gentes ob præputii „ magnitudinem necessarius est; adeo ut „ & fœminæ quoque ei sese submittere debeant, ne ob labiorum exuberantiam impediatur procreatio. Conf. *Euthymium Monachum in suis Mahometanicis.* Cæterum „ ad salutem eam non esse necessariam, vel „ exinde patet, quia solis Hebræis, non autem omnibus Abræ posteris leges a Moise „ datæ sunt. Hinc quoque in prima Synodo „ Apostolorum differte statutum fuit, circumcisionem non esse necessitatis. *Act. XV. v.* 1. *V.* 24. *seq.*

Unde Idumæos a Judæis coactos] „ Cum „ subegerat Hyrcanus Idumæos, edixit mansuros illos in patria, si circumcidi, & legibus Judaicis uti vellent. Illi amore patriæ ducti, & circumcisionem, & reliqua juxta judaicos ritus vivendi formulam admiserunt: Atque eo tempore eis contigit ut deinceps Judæi essent. *Joseph. Antiq. Lib.* 13. „ *c.* 17.

Et Græcorum] „ Eos enim coactos esse in „ Judaismum transire, differte ait Ammonius in „ libro *de diff. verb.* Unde Straboni & Stephano inter Judæos censiti Idumæi. *Vide Seld. de J. N. L.* 2. *c.* 2. *in f.*

Herodotus] „ Hist. L. 2. ubi de Colchis & „ Æthiopibus id testatur. *Adde Diod. Sic. L.* 2. *Strabo*] „ Idem de Ægyptiis asserit *Lib.* „ 17. de Troglodytis Vide *Diod. Sic. L.* 4. „ *c.* 3. de Lydis *Martial. L.* 6. *ep.* 39. de „ circumcisione variarum gentium vide *Cunæ. „ de rep. Hebr. L.* 3. *c.* 5. De Mahumetanis „ res nota est.

In aliis omnibus] „ Extra posteritatem 6 „ Abrahami.

Locum habebat Pauli illud &c.] Adeoque in his sufficit, ut jura naturæ peragant: nec circumcisio ibi necessaria est.

Id est, moribus ex primævo fonte manantibus] „ Uti de Scythis refert Justinus *l.* 2. *c.* 2. „ *justitiam gentis ingeniis coli, non legibus.* Ubi „ notandum est, Grotio fontem primævum „ esse convenientiam cum appetitu Societatis „ humanæ, vel cum humana natura. *Proleg.* „ §. 7. §. 8. §. 9. Nobis vero fons primævus „ est voluntas Dei per rationem declarata humano generi, ut jus suum cuique tribuant. „ *Vid. dict.* §. 8. & de hac naturæ lege loquitur Apostolus.

Nisi quis malit illud natura referre ad præcedentia] „ Quasi Apostolus innuat, gentes „ legem Moysis servare per supernaturalem „ quandam omnibus hominibus communem „ gratiam, cum Judæi eam servent ex publicatione & instituto: quod recte rejicit Osiander *in not. b.* opponitur enim ibi diserte lex „ quæ scripta est, legi quæ ex sola ratione „ innotescit.

Quibus statim natis lex instillabatur] „ Per „ præcepta parentum & magistrorum.

Ut qui ostendant ipsum opus legis mentibus inscriptum] „ Adeoque qui præcepta legis „ Mosaicæ peragunt, quatenus ex ratione „ percipi possunt.

Observet mandatum legis] Quatenus scilicet ex ratione cognosci potest: adeoque quatenus lex est moralis.

Nonne præputium illius pro circumcisione reputabitur] , I. e. nonne æque justus erit „ ac Judæus.

Etiam citra circumcisionem Deum recte coli. &c.] , Gronovius hic notat, eodem „ Josephi loco *alium Judæum, Eleazarum,* „ *monuisse regem, grandem injuriam Deo &* „ *legi fieri, & magnam esse impietatem, quod* „ *agnita veritate non circumcideretur; &* „ *huic paruisse Izaten, atque hinc in omni* „ *vita, Deo propitio ac vindice, felicem &* „ *magnum fuisse.* Verum hæc non pugnant: „ Nam si Izates juxta instituta Judæorum vixisset, verum Deum agnovisset, & cultum „ Idolorum abolevisset, salvus fieri ex jure „ naturæ

„ naturæ potuiſſet, uti omnes extranei apud „ Judæos Deum adorantes : At non fuiſſet „ Judæus, adeoque nec commoda fœderis ad „ eum pertinuiſſent. Cum igitur Izati intentio fuerit ad religionem judaicam tranſire, „ *Joſeph. antiq. L.* 20. *c.* 2. merito Eleazar „ ſuſtinebat eum Judæum non eſſe, adeoque regem nec ad ſingularia præmia, ſive „ temporalia ſive ſpiritualia, adſpirare poſſe, „ niſi ritibus judaicis, quo circumciſio pertinebat, ſe ſubjecerit, quod in ſequentibus optime explicat Auctor.

Et per circumciſionem legi ſe obligarunt] „ Circumciſionem enim legis quaſi interitum „ fuiſſe dixit *ſup. n.* 5. idque fecerunt partim ut jus civitatis adipiſcerentur ; uti „ enim nemo civis Romanus fit, niſi Quiritum juri ſe ſubmittat, ita nemo civis Judæorum fieri poterat, niſi ritus eorum „ adoptaſſet.

Nam Proſelyti] De his egimus *ſupra n.* 5.

Pari jure erant cum Iſraëlitis] „ *Proſelytus* ergo *juſtitiæ* erat, qui, præter verum „ cultum, ritus quoque & cæremonias judaicas complectebatur : cujus tres ſunt notæ, „ circumciſio, baptiſmus, & oblatio. *Seld. de ſucceſſ. ad leg. Hebr. c.* 26. *Crocius in obed. n.* 5. *Proſelytus domicilii* autem fuit, „ qui obſervabat præcepta Noachica, ſeu „ jus naturæ ; adeoque ad ritus & cæremonias Judæorum non obligabatur. *R. Moſes in Iad. chazecha hilchot Iſſan. c.* 14. hoc „ modo id explicat : *qui in ſe ſuſcipit non colere idololatriam, & tenere præcepta reliqua mandata poſteris Noæ, quique nec circumciſus, nec baptizatus eſt, ecce hunc ſuſceperunt ut quendam a piis mundi.* Differentiam tamen aliqualem adhuc manſiſſe „ vidimus *ſupra n.* 3.

Quæ non communes humano generi] „ Nam „ horum merita non ex ſingulari pacto, ſed „ ex ratione naturali, quæ in perfectione divina fundatur, æſtimantur.

Sed Hebræo populo erant peculiares] „ Deus „ enim non tantum æterna præmia longe majora Judæis promiſit, ſed & temporariam „ felicitatem, cujus arbitrium penes Deum, „ citra hoc pactum, adeo eſſe alibi diximus, „ ut citra imperfectionis notam cuique omnum bona auferre, cruciatus imponere, omnisque generis mala ipſis inferre „ poſſit. *Vid. ſupra* . 10. *n.* 2. At hoc arbitrium Deus in favorem Judæorum remiſit, „ ſub conditione ſi leges divinas obſervaverint.

Poſterioribus ſeculis acceſſiſſe etiam in nonnullis pravam opinionem] „ Quæſtionem, an „ gentilis extra Judaiſmum vel Chriſtianiſmum „ ſalvari poſſit, ſupra jam explicavi, to„ tamque rem judicio divino reliqui. Ipſe „ Gronovius, qui pro negativa pugnat, „ Chriſtiane tandem & pie addit : *Nos tamen „ ex duriſſimis non ſumus, nec miſericordiam „ Dei circumſcribimus, & quid de bonis ac „ honeſtis viris in paganiſmo ſtatuerit, arcano „ illius & adorando judicio relinquimus.*

Qua lex eſt proprie] „ I. e. quatenus ſolis 7 „ Judæis publicata eſt : nam etſi contineantur ſub illa lege jura naturæ, ea tamen „ non obligant gentiles vi legis publicatæ, „ ſed vi voluntatis divinæ per rationem declaratæ. *Vid.* §. 16. *n.* 1.

Ex voluntate legem ferentis] „ Lex enim „ eſt quod ſuperior voluit.

Ut alii quam Iſraëlitæ iſta lege tenerentur] „ Probavit id Auctor *ſupra n.* 1. jus enim fo„ renſe cum republica deſiit ; jus cæremoniale „ autem adventu & morte Servatoris, qui „ eſt complementum typi & rituum.

Non igitur, nos quod attinet, probanda eſt ulla legis abrogatio] „ Cum enim negemus „ legem Moſis unquam gentibus latam eſſe, „ fruſtra de probatione abrogationis quæritur.

Nam nec abrogari poteſt] „ Privatio enim „ ſupponit habitum.

Quoad ritualia quidem ſtatim poſtquam lex Evangelii cœpit promulgari] „ Hoc generale „ nimis eſt : dicendum eſt deſiiſſe morte Chriſti ; ita enim vaticinium Danielis nos docet, „ a die edicti de reſtauranda urbe usque ad „ Chriſtum 60. ſeptimanas intercedere, „ *Dan. IX. v.* 25. iis elapſis finem acceptu„ rum peccatum, deletum iri iniquitatem, „ & impletum iri viſionem & prophetiam. „ *ibid. v.* 24. At finis illarum ſeptuaginta heb„ domadum incidit in diem mortis Servatoris, „ ut alibi ex principiis chronologicis proba„ vimus.

Quod Apoſtolorum principi clare fuit revelatum] „ Deus enim mortuo Servatore juſſit „ Petrum manducare quadrupedia, ſerpen„ tes, &c. Judæis olim immunda : addens „ rationem, non eſſe communia quæ Deus „ purificavit. *Act. X.* 13. Exinde ergo appa„ ret legem cæremonialem deſiiſſe.

„ *Poſtquam populus ille per excidium urbis „ populus eſſe deſiit*], Civitate enim ſublata „ omne jus tollitur, quod ei inhæret ; & „ fruſtra de jure forenſi quæritur, ubi popu„ lus non eſt qui eo utatur ; factum autem id

„ eſt

„ eſt ſub Tito. *Cunæ. de republ. Hebræor.* „ *L.* 1. *c.* 7.

8 *Ut Moſis lege non teneremur*] „ Utpote cui „ nunquam obligati fuimus, & quæ diu de- „ ſiit. *Vid. n. præced.*

Spem tantum ſatis obſcuram in Dei bonitate poſitam habere poteramus] „ Nullum enim „ fœdus cum Deo nobis fuit, nulla promiſſio. „ Ratio, cui homines relicti erant, non ſuf- „ ficiebat (ob corruptionem humanæ naturæ) „ ad implendas naturæ leges, media igitur „ expiationis quæſivere homines; at verum „ & unicum, ac ſufficiens medium ignorabant: „ unde ſæpius illa ipſa media peccata auge- „ bant. Triſtis ergo ſatis erat conditio genti- „ lium.

Nunc diſſerto fœdere fulciamur] „ Servator „ enim eadem præmia, quæ olim ſolis Ju- „ dæis propria erant, omnibus in eum creden- „ tibus promittit.

Utque in unam Eccleſiam coaleſcere poſſimus, ſublata ipſorum lege] „ Si enim lex Judæo- „ rum adhuc ſubſiſteret, hi nunquam cum „ Chriſtianis in unam Eccleſiam tranſire poſ- „ ſent: at ſublata lege, etiam cæremoniali, „ nullum amplius ſupereſt impedimentum.

Ad §. XVII.

Auctor hactenus ſolide admodum probavit leges Moſis, etiam quæ typum continent, non obligare nec gentiles, nec hodie Chriſtianos. Triplicem tamen ejus legis eſſe uſum docet; 1. quod omnia quæ lege illa præcipiuntur, non contrarientur juri naturæ. 2. Quod ſimiles tuto poſſint ſtatui leges. 3. Quod inde ea quæ virtutis & perfectionis ſunt, hauriri poſſint.

x *Cum ergo directam obligationem lex per Moſen data in nos inducere non poſſit*] Quia ſolis Judæis publicata fuit, adeoque cum earum republica deſiit.

Ecquem alium uſum tum in hac de jure belli &c.] Ita enim ea quæ Deus Judæis in gerendis bellis permiſit, ſemper licite etiam a Chriſtianis fiunt, nec cenſeri poſſunt eſſe contraria juri naturæ.

Tum in ſimilibus aliis] Ut in materia uſurarum: *Vid. l.* 2. *c.* 12. §. 20. pœnarum capitalium: *L.* 1. *c.* 2. & 3. *n.* 6. *ſeq.* &c.

Id enim ſcire ad multa refert] „ Nimirum „ 1. an id quod ex lege præcipitur ſit contra „ jus naturæ? *Vid.* §. *b.* 12. *n.* 2. 2. An ci- „ vitati nunc leges ferre liceat ejus ſenſus, cu- „ jus ſunt leges per Moſen datæ? *b.* §. *n.* 3. „ 3. An virtutes a Moſe præceptæ a Servatore „ majori gradu præcipiantur? *b. n.* 4.

Non eſſe contra jus naturæ] Deus enim 2 Auctor eſt utriusque juris, is autem contraria velle nequit.

Sit perpetuum ac immutabile] „ Equidem „ verum hoc eſt, at non ex ratione quam Au- „ ctor allegavit *ſup.* §. 10. quaſi juri naturæ in- „ trinſece inſit turpitudo vel bonitas, quæ in „ convenientia cum natura ſociali & rationali „ conſiſtat: ſed quia Deus quod ſemel voluit „ nolle amplius non poteſt.

Non potuit a Deo, qui injuſtus nunquam eſt, quicquam adverſum id jus præcipi] „ Hæc „ ratio ſupponit aliquid juſtum natura eſſe an- „ tecedenter ad Deum, adeoque ideo Deum „ aliquid præcipere, quia per ſe juſtum eſt: „ Nam hinc concludit, Deum quod per ſe in- „ juſtum eſt admittere non poſſe. At *d.* §. 10. „ jam probavi, nihil Deum velle quia juſtum „ eſt, ſed ideo juſtum eſſe quia Deus voluit: „ convenientiam autem illam cum natura ſo- „ ciali fabulam eſſe, & naturam rationalem, „ eo quo Auctor eam accipit ſenſu, ad juris „ ſpecies plane non pertinere. *Vid. proleg.* „ §. 9. & *L.* 1. *c.* 1. §. 11.

Immaculata, & recta] „ Quia & jura natu- „ ræ continet.

Sancta, juſta, bona] „ Nam Deum aucto- „ rem habet.

De præceptis] „ Adeoque quatenus obli- „ gatio inde oritur, id eſt, quatenus neceſ- „ ſario aliquid omitti, vel neceſſario fieri debet.

Nam de permiſſis diſtinctius agendum] „ In „ his enim obvenire, ait, ut lege Judaica quan- „ doque aliquid permittatur quod per ſe ju- „ ſtum non eſt, ſed ſaltem impunitatem habet.

Permiſſio enim quæ lege fit] „ Si ſcil. ali- „ quid permittitur beneficio legis, relaxando „ legem. Vid. infra *L.* 2. *c.* 2. §. 23.

Nam quæ nudi eſt facti, & impedimenti remotionem ſignificat, huc non pertinet] „ Id eſt „ ſi Deus non approbat, ſed non impedit, etſi „ impedire poſſit: uti dum permittit actus vi- „ tioſos ab hominibus vitioſis committi. Hæc „ permiſſio huc non pertinet, quia nudi facti „ eſt, & ſignificat ſaltem Deum non voluiſſe „ impedire, non autem approbaſſe: uti Au- „ ctor id explicat *L.* 1. *c.* 2. §. 7. *n.* 3.

Aut plena eſt, quæ jus dat ad aliquid omnino licite agendum] „ In qua permiſſione pro- „ inde nihil eſt quod cum naturæ jure pugnat.

Aut minor pœna, quæ tantum impunitatem dat apud homines] „ Quo refert permiſſionem „ legis dimittendi uxorem, ob qualemcunque „ offen-

„ offenſam: item permiſſionem ſumendi vin-
„ dictam ab eo qui læſit *l.* 1. *c.* 2. §. 7. *n.* 8.
„ Qualia plurima jure gentium voluntario per-
„ mitti ait. *Vid. Diſſ. Proœm. IV.* §. 65. *ſeq.*

Et jus ne quis alius impedire licite poſſit] „ Quia lex impunitatem dat, etſi res per ſe „ juſta non ſit.

Ex prioris generis permiſſione] „ Ubi con-
„ ceditur jus ad aliquid licite agendum.

Non minus, quam ex præcepto] „ Nam „ quod in lege Hebræa præcipitur non eſſe „ contra jus naturæ, docuit *ſupra n.* 2.

De quo lex agit] Adeoque permiſſio eſt actio legis, cum tamen contrarium aſſerit *ſup.* §. 9.

Contra jus naturæ non eſſe] „ Si enim per-
„ miſſio legis jus dat ad aliquid *licite* agendum,
„ ſupponitur ratione naturali nihil iniqui ſub-
„ eſſe, alias non *licite* ageretur: Adeoque
„ actus ita permiſſi liciti ſunt, non quia lege
„ Moſis permittuntur, ſed quia liciti ſunt ip-
„ ſo jure naturæ. Neque ullum dari poterit
„ exemplum actus, qui lege Moſis jus det ad
„ *licite* agendum: & qui non ante illam legem
„ jure naturæ permiſſus fuerit.

Aliter ſe res habet] „ Quando Deus Hebræis
„ aliquid permittit minus plene, ita ut ſaltem
„ impunitatem det, & jus ne alius impedire
„ poſſit; hoc caſu Auctor ait, id quod lex
„ agit poſſe contrariari juri naturæ: Atque huc
„ refert permiſſionem legis Moſaicæ de dimit-
„ tenda uxore, & jus ultionem exigendi a læ-
„ dente in judicio. *L.* 1. *c.* 2. §. 7. *n.* 8.

„ Equidem male Auctor huc refert exem-
„ pla allegata, quia permiſſio de dimittenda
„ uxore non demum ex lege Hebræa oritur,
„ ſed ab ipſa natura: uti plenius demonſtrabi-
„ mus cit. loco. Jus autem ultionem exigendi
„ privata auctoritate nunquam jure naturæ
„ permiſſum fuit; uti probavimus *in Diſſert. Proœm. VIII.* §. 22. *ſeq. Diſſ. XII.* 610. „ *ſeq.* Cæterum an, & quatenus Deus permit-
„ tendo derogare poſſit juri naturæ, in Diſſer-
„ tatione proœmiali l. §. 59. *ſeq. & ſupra* „ §. 10. *n.* 5. latius examinavimus.

Sed raro locum hæc habet collectio] „ Quod „ ſcil. permiſſio legis ſit minus plena, & repu-
„ gnet juri naturæ: præſumtionem enim po-
„ tius in contrarium eſſe tradit.

Quia cum permittentia verba ſint ambigua, magis ex jure naturæ interpretari nos convenit utrius generis ſit permiſſio] „ Senſus eſt: quod „ Lex Moſis, ſi quid permittit, non facile vi-
„ deatur contra naturæ legem permittere,
„ adeoque cum verba permittentia ſint ambi-
„ gua, conſilium dat, ut ex ipſo potius jure

„ naturæ interpretatio ſumatur an actus ali-
„ quis ſit plene licitus, an ſaltem impunitus.

„ Cæterum, an aliquid contra legem natu-
„ ræ a Deo permitti poſſit, vel permiſſum ju-
„ re Hebræo ſit, ex allegata diſtinctione inter
„ permiſſionem plenam, & minus plenam, nulla
„ ratione decidi poteſt: Fontes deciſionis ex-
„ hibuimus in *Diſſ. Proœm. I.* §. 59. *ſeq.*

Licere nunc his qui imperium inter Chriſtia- 3
nos obtinent, leges ferre ejus cenſus] „ Melior
„ enim legum norma dari nequit, quam qua
„ ipſe Deus, Auctor legum, uſus eſt.

Quarum tota ſubſtantia ad tempus Chriſti exſpectati, & Evangelii nondum revelati pertineat] „ Princeps igitur Chriſtianus non po-
„ teſt leges ferre quæ reſpiciunt futurum me-
„ diatorem, quia nobis de vero ejus adventu
„ conſtat: Hinc legem ſtatuere non poteſt de
„ fratris vidua ducenda, etſi Moſes talem le-
„ gem tulerit: quia data fuit Judæis, ne exci-
„ derent ſpe ſuſcipiendi Meſſiam ex ſua ſobo-
„ le; hæc ratio adventu Chriſti ceſſat.

Aut niſi Chriſtus ipſe contrarium, aut in genere, aut in ſpecie conſtituerit] „ Sæpius di-
„ ctum jam eſt Chriſtum nullas leges conſti-
„ tuiſſe, ſed ſtatutas ſaltem Judæis inculcaſ-
„ ſe: Adeoque in foro ſoli, de quo ſolo hic
„ quæritur, Princeps ſtatuere quædam po-
„ teſt, etſi cum doctrina Servatoris non con-
„ veniant. Sic v. g. non punitur adulterium
„ quod in ſola concupiſcentia conſiſtit, etſi
„ Servator illud ethico ſenſu pro adulterio ha-
„ beat: ſic leges naturæ & civiles permittunt,
„ jus ſuum perſequi in judicio ſolius vindictæ
„ cauſa, quod pugnat cum præceptis Evangelii.

His tribus cauſis demtis] „ Utpote ex qui-
„ bus juxta hypotheſin Auctoris non licet
„ Principi Chriſtiano leges ferre ejus ſenſus,
„ cujus ſunt leges per Moſen datæ.

Cur, quod olim Moſis lege fuit conſtitutum, nunc ſit extra ea quæ licent] „ Quia, uti di-
„ ctum eſt, non poſſunt falli Principes qui
„ imitantur leges a Deo approbatas.

Quicquid ad eas virtutes pertinens, quas Chri- 4
ſtus a ſuis diſcipulis exigit, lege Moſis præceptum eſt] Auctor hic duas confundit diſciplinas, jus & virtutem, ſive jurisprudentiam & Ethicam: Moſes nullas virtutes præcepit, ſed jura conſtituit. E contrario divinus Servator nulla jura conſtituit, ſed virtutum regulas inculcavit.

Unde duo ſequuntur: 1. Jura quæ ex præceptis Moſis a Servatore allegantur, non novam eſſe legem, ſed jus civile Hebræorum: 2. præcepta, quæ præterea Servator de ſuo addit, non eſſe leges, ſed præcepta ſeu regulas

virtutis: Neque Christus illa inculcat tanquam leges, neque inde necessitas, aut obligatio oritur.

Id nunc etiam, si non amplius, a Christianis præstandum] „ Grotius refert *legem Evan-* „ *gelii* inter jura divina universalia, eamque „ omnes homines obligare, ait, quibus reve- „ lata est: quod systema late examinavimus in „ *Dissert. Proœm. III.* §. 39. *seq.* Inter alios „ effectus hujus juris hunc quoque esse, ait, „ *quod virtutes lege Mosis præceptas, & com-* „ *mendatas, majori gradu exigat. dict. Diss.* „ §. 44. *n.* 5. quod refutavimus *ibid.* §. 46. „ *n.* 2.

„ Cæterum sæpius jam dictum est, Grotium „ non confundere disciplinas juris, & virtutis, „ sed eas curate distinguere, atque vere eum „ cum principiis B. Parentis convenire. *Vid.* „ *Diss. Proœm. II.* §. 31. *seq.*

Quod, quæ virtutes a Christianis exiguntur, ut humilitas, patientia, dilectio &c.] „ Chri- „ stiani præcepta Christi sequi tenentur, non „ tanquam præcepta legislatoris, *dict. Disp.* „ *III.* §. 45; sed tanquam præcepta naturæ „ quæ obligant homines intuitu Dei: *ibid.* §. „ *f. n.* 11. & quæ in foro Soli impune quidem „ negliguntur, sed in foro Poli omnino pœnis „ subjacent.

Quam statu Legis Hebraicæ exigebantur] „ Moses suis legibus neque humilitatem, ne- „ que patientiam, neque dilectionem, quate- „ nus in puritate animi consistunt, præcipit, „ nec hactenus eas virtutes legibus pœnalibus „ munire vel potuit, vel voluit. *Vid. Diss.* „ *Proœm. III.* §. 44. *n.* 5. & §. 46. *n.* 2.

Quia etiam promissiones cœlestes in Evangelio multo clarius proponuntur] In genere juris perfectissima fuit lex Hebræorum: at in genere morum non sufficiebat lex, neque enim mores sunt objectum legis.

Hunc autem defectum Servator supplevit, & perfectionum doctrinam, quam Pharisæi non negligebant tantum, sed & inutilem ad acquirenda præmia Judæis promissa putabant, Judæis inculcavit: Atque hoc apparet ex perpetua oppositione legum Mosis, suæque doctrinæ; ubi non improbat jura, sed, ad perfectionem eam non sufficere, ait: Angusta nimis est innocentia juxta legem bonum esse, latius officiorum regulæ patent.

Additio.

„ In *Dissertatione proœmiali III.* §. *pen.* & „ *ult.* auctoritatem præceptorum Servatoris „ explicavimus; eumque interpretem agere „ legum Mosaicarum probavimus: occasio- „ nem simul exposuimus, quæ Servatori „ ansam dedit Judæos docendi; ipsi enim „ opera legis faciebant, parum de perfectio- „ num regulis, de mentis puritate, & de „ pia intentione solliciti. Putabant enim, „ ad salutem sufficere juxta verba legis bo- „ num esse. Hunc abusum damnat Servator, „ hunc errorem manifestat, & præter ea „ quæ legis sunt, etiam virtutis exercitium „ ad salutem necessarium esse tradit, inde- „ que perfectionum regulas Judæis explicat, „ & inculcat, quæ præcipua juris naturalis „ pars sunt, & officia hominum erga Deum „ continent. *d.* §. *ult. n.* 11.

Hinc lex vetus comparatione Evangelii dicitur fuisse nec perfecta] „ Resp. Apostolus lo- „ quitur de lege cæremoniali, typus enim „ imperfectus fuit. *Vid. Hebr. VII. v.* 11. „ 12. 15. 16. 17. 18. & 19. Atque in „ tantum melioris testamenti sponsor dicitur „ esse Christus, *ibid. v.* 22. & *v.* 27. & 28. „ & de typis in specie id explicat Apostolus „ *VIII. v.* 4. 5. 6. & 7. Cæterum dictum „ jam est, veterem legem quoad capita juris „ fuisse perfectissimam: virtutum enim dis- „ ciplina ad legem non pertinebat, sed Pro- „ phetarum id officium erat, admodum „ neglectum tempore Servatoris.

Nec ἄμεμπτος] „ I. e. inculpata.

Legis finis dicitur Christus] „ Verum hoc „ est de lege cæremoniali; nam legem fo- „ rensem durasse etiam post Christum usque „ ad excidium urbis, ipse Auctor §. *præc. in* „ *fine* fatetur. Tota autem illa lex cæremo- „ nialis in operibus consistit, in sacrificiis, „ in diebus festis, in comestione rerum „ mundarum. His omnibus finem fecit „ Servator, & hinc optime Apostolus in „ Epistola ad Romanos, inprimis in *c. IX.* „ & *c. X.* docet, justitiam quæ ex operibus „ est nullam esse, typo jam cessante, & so- „ lam justitiam, quæ ex fide in Christum „ oritur, justificare. *d. c.* 10. *v.* 4. 5. & 6.

Lex autem manuductrix ad Christum] „ Hoc verum est de lege cæremoniali, non „ de reliquis.

Sic lex vetus de sabbatho, & altera de decimis monstrant Christianos obligari] Quod ad *priorem* attinet, certum est legem *de sanctifi- cando die septimo* ipsi Adamo generis humani parenti, non solis Judæis, datam, adeoque omnibus manifestatam esse. Certum porro est, nullo naturæ opere perpetuo cognosci peculiaris septimi diei præ cæteris conditio- nem: neque, cognito etiam Creatorem sex diebus

diebus finiviſſe creationis opus, inde conſtaret voluiſſe ſeptimum peculiariter eſſe ſanctum, ſed & hoc ab expreſſa revelatione eſt, *Gen. II. v.* 3. ubi hoc ſpecialiter additur. Hæc igitur lex eſt omnibus lata, & cauſa ejus hominum communis eſt; at eos tantum obligat ad quos revelatio manavit, & quatenus manavit. Obligantur igitur populi Chriſtiani hac lege, quæ cum ſacris literis hodie ipſis vulgata eſt; ſed hactenus ſaltem, ut poſt ſex dies operarum ſeptimus Deo conſecretur, non autem ut dies qui dicitur Saturni aut Sabbati; quaſi iſte ſit ipſe dies ſeptimus orbis conditi: neque enim id revelatum eſt, neque ea mens legis eſſe potuit, quia e contrario certum utique eſt ne eundem quidem ubique terrarum ſimul diem, ſed eodem tempore alibi diem eſſe, alibi noctem. Quin compertum hodie eſt in occaſum profectis, & circumnavigato orbe reverſis, integrum diem excidiſſe. Indeque accidit, cum in littoribus maris Tartarici & vicinis inſulis, quaſi in confinio ortus & occaſus, & Hiſpani & Portugalli loca teneant, ad quæ illi in occaſum, hi in ortum tendendo navigent; ut hodienum idem Hiſpanis ſit Solis, qui Portugallis eſt Saturni dies. *Becm. hiſt. univ. c.* 1. §. 9. Quin nec id quidem definiri poteſt, an dies Saturni ſit idem ipſe dies, qui orbe condito ſeptimus fuit; & a tanto intervallo dierum computus nunquam erraverit, aut fefellerit, aut nullam variationem paſſus fuerit; præſertim ex eo, quod ſub Joſua contigit, *Joſu. X. v.* 13. *Eccleſ. XLVI. v.* 36. & ſub Ezechia *II Reg. XX. v.* 9. & 10. *Eſai. XXXVIII. v.* 8. Satisfactum igitur legi, ſi exactis ſex diebus profeſtis ſeptimus ſit feſtus, & Deo vacet. *Vid. Prodr. Jur. Gent. Ex.* 2. §. 4. & 44. At *poſterior* lex revelata, *de decimis ſolvendis*, ad alios populos non pertinet; quia nullibi in alios lata, aut ad peregrinos extenſa, ſed ſoli populo Judaico, ſeu Iſraëlitico data fuit. *Vid. Prodr. d. l.* §. 46.

Videtur igitur Auctor hic indulgere Gallis pontificiis, qui decimas eſſe juris naturalis dicunt; cum tamen jus decimarum apud ipſos Judæos non niſi tanquam jus civile obtinuerit. Sane nulla ratio naturalis, nec ullum factum perpetuum naturæ exſtat, ex quo neceſſitas decimarum inferri poſſit. Quin decimæ ſunt numeri, qui ex inſtituto hominum, adeoque juris poſitivi ſunt. *Vid. J. publ. noſtrum c.* 23. §. 55.

Neque *obſtat*, jus decimarum apud plures gentes in uſu eſſe. Reſp. Mos hic non poteſt eſſe ex jure naturali, uti jam vidimus: neque ex jure gentium voluntario, quia ceſſat communis neceſſitas, vel uſus exigentia: ſed caſu id contingere poteſt, vel ad imitationem, ut in teſtamentis &c. Unum enim illuſtre exemplum ſufficit aliquando ad inducendam conſuetudinem apud plures gentes: Ita enim Semiramidis regnum cauſam dedit ſucceſſioni fœminarum in Oriente. Ita ex facto Abrahami, cujus nomen in Oriente inter gentiles etiam celebratur, mos decimas ſolvendi ortus eſſe poteſt.

Neque porro *obſtat*, quod Abraham, pater credentium, decimas ſolverit Melchiſedecho Sacerdoti. Reſp. is citra ullam naturæ legem ex ſola pietate, adeoque ex liberrima voluntate decimas ſolvit, neque ullibi legimus Melchiſedechum eas tanquam debitum poſtulaſſe.

Additio.

Lex Sabbati eſt lex mere civilis, quæ ſolos Judæos obligabat, uti plenius demonſtravimus *ſupra* §. 15. *n.* 2. & *Diſſ. Proœm. III.* §. 46. Sed & legem de *decimis* eſſe mere poſitivam probavimus *in dict. Diſſ. Proœm. III.* §. 46. ſimulque rationem dedimus, cur apud Judæos Levitis naturali quoque ratione ſolvi debuerint.

CAPUT II.

An bellare unquam juſtum ſit.

I. *Jus naturæ bello non repugnare, probatur rationibus:*
II. *Hiſtoria:*
III. *Conſenſu.*
IV. *Jus gentium non repugnare bello probatur.*
V. *Jus divinum voluntarium, ante Evangelii tempus, bello non repugnare probatur, cum ſolutione objectionum.*
VI. *Ad quæſtionem, an bellum cum jure Evangelico pugnet, prænonita.*
VII. *Argumenta pro negante ſententia ex ſacris literis.*
VIII. *Solutio argumentorum ex ſacris literis pro parte ajente.*
IX. *Examinatur veterum Chriſtianorum circa hanc rem conſenſio.*
Negans privatim conſilio potius, quam præcepto nixa, reprobatur.
X. *Affirmans, publica Eccleſiæ auctoritate, conſenſu, & temporum uſu confirmatur.*

VIſis + Juris fontibus, + ad primam ac generaliſſimam veniamus quæſtionem, quæ hæc eſt, + an bellum aliquod juſtum ſit, + ſive, an bellare unquam liceat.

I. 1. Hæc + autem ipſa quæſtio, + ut & aliæ quæ deinceps ſequentur, + ad jus naturæ primum exigenda eſt. M. Tullius [1] Cicero + tum tertio de Finibus, + tum aliis in locis, ex Stoïcorum libris erudite diſſerit, eſſe quæ-
Gell. XII. *c.* V. dam [2] + prima naturæ, Græcis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, quædam conſequentia, + ſed quæ illis primis præferenda ſint. Prima naturæ vocat, + quod ſimulatque natum eſt animal, [3] ipſum ſibi conciliatur, + & commendatur ad ſe conſervandum, + atque ad ſuum ſtatum, + & ad ea quæ conſervantia ſunt ejus ſtatus, diligenda: + alienatur autem ab interitu, iiſque rebus, quæ interitum videantur afferre. + Hinc etiam, ait, fieri, ut nemo ſit, quin cum utrumvis liceat, aptas malit, & integras omnes partes corporis, quam eaſdem uſu imminutas, aut detortas habere: + primumque eſſe officium, ut ſe quis conſervet in naturæ ſtatu, + deinceps ut ea teneat, quæ ſecundum naturam ſint, + pellatque contraria.

2. + At [a] poſt hæc cognita ſequi [4] notionem convenientiæ rerum cum ipſa ratione

GROTII NOTÆ.

a *Poſt hæc cognita ſequi notionem convenientiæ rerum cum ipſa ratione*] *Seneca* epiſtola CXXIV: *quemadmodum omnis natura bonum ſuum niſi conſummata non profert, ita hominis bonum non eſt in homine, niſi cum in illo ratio perfecta eſt.*

GRONOVII NOTÆ.

1 *Cicero tertio de Finibus*] c. 5.

2 *Prima naturæ*] Documenta, monita.

3 *Ipſum ſibi conciliatur*] Amor & ſtudium conſervandi ſui. Quod ipſum ſeſe amat, ſibi placet, curam ſumit ſuæ ſalutis; alienatur autem, & refugit perniciem, & quæ eo ducunt. *Seneca* ep. 121. *Primum ſibi ipſi conciliatur animal. Nullum animal ad vitam prodit ſine metu mortis. Simul enim conciliatur ſaluti ſuæ quidque, & quæ juvant, illa petit, læſura formidat.*

4 *Notionem convenientiæ*] Intelligentiam ordinis, concordiæ, decoris rerum agendarum. *Gellius* vocat utendi conſilii reputationem, & honeſtatis, utilitatiſque veræ contemplationem; ſubtilioremque explorationem, & commodorum delectum.

GRO-

ratione, quæ corpore eſt potior; + atque eam 5 convenientiam, 6 + in qua honeſtum ſit propoſitum, pluris faciendam, quam ad quæ ſola primum animi appetitio ferebatur; quia prima naturæ 7 commendent nos quidem rectæ rationi, b ſed + ipſa recta ratio carior nobis eſſe debeat quam illa ſint à quibus ad hanc venerimus. + Hæc cum vera ſint, & ab omnibus, qui judicio ſano ſunt præditi, facile ſine alia demonſtratione aſſenſum impetrent; ſequitur in examinando jure naturæ primum videndum + quid illis naturæ initiis congruat, + deinde veniendum ad illud, + quod quanquam poſt oritur, + dignius tamen eſt; + neque ſumendum tantum, ſi detur, ſed omni modo expetendum.

3. Hoc + ipſum vero, quod honeſtum dicimus, + pro materiæ diverſitate, + modo (ut ita dicam) 8 in puncto conſiſtit, ut ſi vel minimum inde abeas, 9 ad vitium deflectas; + modo liberius habet ſpatium, ita ut & fieri laudabiliter, (aa) & ſine turpitudine omitti, aut aliter fieri poſſit, + ferme quomodo ab hoc eſſe ad hoc non eſſe ſtatim fit tranſitus; at inter aliter adverſa, ut album & nigrum, reperire eſt aliquid interpoſitum, + ſive mixtum, ſive 10 + reductum utrinque. + Et in hoc poſteriori genere + maxime occupari ſolent leges + tum divinæ, + tum humanæ, (bb) id agendo, + ut, quod per ſe laudabile tantum erat, 11 etiam deberi incipiat. 12 Supra a autem diximus, de jure naturæ cum quæritur, hoc quæri, + an fieri aliquid poſſit non injuſte: injuſtum autem id demum intelligi 13 quod neceſſariam + cum natura rationali, + ac ſociali habet repugnantiam. a *L. 1. c. 1. §. 3. & §. 10. n. 3.*

4. 14 Inter + prima naturæ + nihil eſt quod bello repugnet, imo omnia potius ei favent. + Nam & finis belli, + vitæ membrorumque conſervatio, + & rerum

GROTII.

b *Sed ipſa recta ratio carior nobis eſſe debeat, quam illa ſint à quibus ad hanc venerimus*] *Seneca* epiſtola LXXVI: *Id in quoque optimum eſt, cui naſcitur, quo cenſetur; in homine optimum quid eſt? Ratio.* Vide & epiſtolam CXXI. & CXXIV. *Juvenalis* Satyra XV:

melius nos
Zenonis præcepta movent: neque enim omnia, quædam
Pro vita facienda monent.

(Vers. 106, *& ſeqq.*)

GRONOVII.

5 *Convenientiam, in qua*] Utpote in qua.

6 *In qua honeſtum*] *Cicero* c. 6. *In primis illis naturæ conciliationibus non ineſt honeſta actio: conſequens eſt, & poſt oritur.*

7 *Commendent*] Ab illis ad hanc proficiſcimur. *Cic.* cap. 7. eadem phraſi utitur.

8 *In puncto conſiſtit*] Stricte, ac præciſe accipiendum eſt.

9 *Ad vitium deflectas*] Ubi quicquid remittas, ſumma turpitudo ſequitur: ut deſerere amicum non licet, juvare aliter atque ille velit, nihil impedit quo minus honeſtum ſit.

10 *Reductum utrinque*] *Horat.* 1. ep. 18. *Virtus eſt medium vitiorum, & utrinque reductum.*

11 *Etiam deberi*] Ut niſi facias pœnæ ſis obnoxius.

12 *Supra diximus*] 1, 3.

13 *Quod neceſſariam*] Quod formulæ ſocietatis ratione utentium adverſatur.

14 *Inter prima naturæ*] Bellum non repugnare primis naturæ.

(aa) Exempli gratiâ, ubi nullâ Lege Civili vetatur Polygamia, non *peccat* equidem qui plures unâ uxores ducit; ſed tamen, ſi una contentus ſit, facit *laudabiliter*; idque *honeſtum eſt*, ſenſu illo latiori. Vide infra Lib. 11. Cap. V. §. 9. *J. B.*

(bb) Sic JUSTINIANUS Imp. in ſuâ quadam Conſtitutione ſe tale quid egiſſe gloriatur: *Licet*, inquit, *ii* (veteres) *qui id permittebant* (ut ſcil. Heres, & qui in ipſius poteſtate erant, teſtes eſſent in Teſtamento) *hoc jure minimè abuti eos debere ſuadebant: tamen nos . . .* QUOD AB ILLIS SUASUM EST, IN LEGIS NECESSITATEM TRANSFERENTES &c. Inſtit. Lib. II. Tit. X. *De Teſtam. ordin.* §. 10. Vide & COD. THEODOS. *De Secundis Nuptiis*, Lib. III. Tit. VIII. Leg. 2. ibique Doctiſſimum GOTHOFREDUM, Tom. I. pag. 485. *J. B.*

rerum ad vitam utilium aut [15] retentio, aut acquisitio, [+] illis primis naturæ maxime convenit, [+] & vi ad eam rem si opus sit uti, nihil habet à primis naturæ dissentaneum, [+] cum animantibus singulis vires ideo sint à natura attributæ, ut sibi tuendis juvandisque sufficiant. Xenophon : [a] τὰ ζῶα ἐπίσαται τινα μάχην ἕκαστα, οὐδὲ παῤ ἑνὸς ἄλλου μαθόντα ἢ παρὰ τῆς Φύσεως· *omnia animantium genera pugnam norunt aliquam, quam non aliunde quam à natura didicerunt.* In Halieuticôn fragmento est : (verſ. 7, *& ſeqq.*)

Omnibus hoſtem,
Præſidiumque datum ſentire, & noſcere teli
Vimque modumque ſui.

Horatius dixerat : (II, Sat. I, 53.)

Dente lupus, cornu taurus petit. Unde, niſi intus
Monſtratum?

Lucretius vero amplius : (Lib. V. verſ. 1032, *& ſeqq.*)

Sentit enim vim quidque ſuam, qua poſſit abuti.
Cornua nota prius vitulo quam frontibus exſtent :
[c] *Illis iratus petit, atque infenſus inurget.*

Quem ſenſum Galenus ſic exprimit. φαίνεται γὰρ ἕκαστον ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος ἀμυνόμενον, ὅ τῶν ἄλλων ὑπερέχει· μόσχος μὲν κυρίτλων πρὶν φύσαι τὰ κέρατα, πῶλος δ' ἵππε λακτίζων, οὐδέπω στερεαῖς ταῖς ὁπλαῖς, ὥσπερ γε τὸ μὲν σκυλάκιον δάκνειν ἐπιχειρῶν, κἂν μηδέπω κραταιοὺς ἔχει τοὺς ὀδόντας. *Videmus animantium quodque eo ad ſui tutelam uti, quo maxime valet. Nam & vitulus nondum enatis cornibus ea parte minatur, & equulus nondum firmatis ungulis calcitrat, & catellus dentibus nondum robuſtis morſitat.* Idem Galenus de uſu partium primo, hominem animal eſſe ait ad pacem

[a] *Cyrop.* Lib. II. c. 3. §. 5. *Ed. Oxon.*

GROTII.

c *Illis iratus petit, atque infenſus inurget*] *Martialis* : III. Epigr. 58.

Vitulusque inani fronte prurit ad pugnam.

Porphyrius tertio de non esu animalium : (Pag. 268. *Ed. Lugd.* 1620.) πρῶτον μὲν ἕκαστον οἶδεν εἴτε ἀσθενές ἐστιν εἴτε ἰσχυρόν· καὶ τὰ μὲν φυλάττεται, τοῖς δὲ χρῆται. ὡς πάρδαλις μὲν ὀδοῦσιν, ὄνυξι δὲ λέων καὶ ὀδοῦσιν, ἵππος δὲ ὁπλῇ, καὶ βοῦς κέρασι· *novit quodque animantium quæ pars ſui infirma ſit, quæ valida: illi cavet, hac utitur: ut dentibus pardalis, leo & unguibus & dentibus, equus ungula, bos cornibus. Chryſoſtomus* de Statuis undecimo : (*Tom.* VI. pag. 537. *Edit. Savil.*) τὰ ἄλογα πάλιν ἐν τῷ σώματι τὰ ὅπλα ἔχει, οἷον ὁ βοῦς τὰ κέρατα, τοὺς ὀδόντας ὁ σῦς ὁ ἄγριος, τοὺς ὄνυχας ὁ λέων. ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐν τῇ φύσει τῷ σώματι τὰ ὅπλα κατέθετο ὁ Θεός, ἀλλ' ἔξω τὰ σώματος, δεικνὺς ὅτι ἥμερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι οὐκ ἀεί μοι τῶν ὅπλων καιρός. καὶ γὰρ πολλάκις μὲν αὐτὸ ἀποτίθημι, πολλάκις δὲ μεταχειρίζομαι ἵν' ὦ ἐλεύθερος ὧν καὶ ἀπολελυμένος, καὶ μὴ δυνεκῶς ἀναγκάζομαι βαστάζειν τὰ ὅπλα, ἐποίησεν αὐτὰ κεχωρισμένα τῆς Φύσεως εἶναι τῆς ἐμῆς· quæ postrema optime conveniunt cum iis, quæ ex Galeno in contextu sequuntur. Hoc enim dicit ; *Ratione quæ carent, arma in ipso habent corpore, ut bos cornua, dentes aper, ungues leo. At mihi non in corporis natura Deus arma posuit, sed extra corpus; hoc ipso ostendens mansuetum animal esse hominem, neque semper talium armorum mihi esse tempus. Nam telum sæpe depono, resumo interdum. Ut igitur liberior solutiorque sim, neque semper cogar portare arma, fecit ea sejuncta esse à mea natura.* (Tom. VI. pag. 537. *Edit. Savil.*)

GRONOVII.

15 *Retentio*] Melius dixisset *defensio*, vel *tutela*, nam *retentio* est quidem vox *Ciceronis*, sed significat vel ἐποχὴν *inhibitionem*, ut cum auriga adducit frenos, & sistit currum 13. Attic. 21. vel cum quis dubitans assensum sustinet 4. Acad. 18. & 25. vel non solvere solidum 13. Attic. 23, 25. l. 60. D. de leg. 1.

GRO-

pacem, bellumque natum, cui arma quidem agnata non ſint, [d] ſed apta armis parandis ac tractandis manus : qua etiam pro armis uti ſponte ſua, nec aliunde id + edoctos infantes videmus. Sic & Ariſtoteles de partibus animalium quarto, capite X. [16] manum homini, ait, eſſe pro haſta, pro enſe, & pro armis quibuslibet, quia omnia poteſt ſumere ac tenere.

5. + Recta autem ratio, ac natura ſocietatis, [17] + quæ ſecundo + ac potiore loco ad examen vocanda eſt, + non omnem vim inhibet, ſed eam demum quæ ſocietati repugnat, + id eſt, quæ jus alienum tollit. + Nam ſocietas eo tendit ut ſuum cuique ſalvum ſit communi ope ac conſpiratione. + Quod facile intelligi poteſt + locum habiturum ; etiamſi [18] dominium (+ quod nunc ita vocamus) introductum non eſſet : + nam vita, membra, libertas, ſic quoque propria cuique eſſent, ac proinde non ſine injuria ab alio impeterentur. + Sic & rebus in medio poſitis uti, & quantum natura deſiderat eas abſumere, [19] jus eſſet occupantis : + quod jus qui ei eriperet, faceret injuriam. + Hoc ipſum autem + nunc, poſtquam ex lege aut uſu dominium formam ſuam accepit, + multo intelligitur facilius : quod exprimam Tullii [a] verbis : *Ut* [20] *ſi unumquodque membrum ſenſum ſuum haberet, ut poſſe putaret ſe valere ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari, & interire totum corpus neceſſe eſt : ſic, ſi unuſquiſque noſtrum rapiat ad ſe commoda aliorum, detrahatque quod cuique poſſit, emolumenti ſui gratia, + ſocietas hominum & communitas evertatur neceſſe eſt : nam ſibi ut quiſque malit quod ad uſum vitæ pertineat quam alteri acquiri, conceſſum eſt non repugnante natura, illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus.* [a] *De Offic.* III, c. 5.

6. + Non eſt ergo contra ſocietatis naturam ſibi proſpicere, atque conſulere, dum jus alienum non tollatur : + ac proinde nec vis, quæ jus alterius non violat, injuſta eſt : quod idem Cicero [b] ita extulit : *Cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium ſit hominis, hoc beluarum, confugiendum eſt ad poſterius ſi uti non licet ſuperiore.* Idem [c] alibi : *Quid eſt quod contra vim fieri ſine vi poſſit ?* + Apud Ulpianum eſt : [d] *Vim vi repellere licere Caſſius ſcribit, jus natura comparatur, apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere.* + Ovidius dixerat : (*De Art. Am.* III. 492.) [b] *De Offic.* I, 11. [c] *Epiſt. Fam.* XII, 3. [d] *L.* 1. §. 27. *vim vi D. de vi & vi armata.*

Armaque in armatos ſumere jura ſinunt.

+ II. 1. Id quod dicimus, non omne bellum juri naturæ adverſari, probatur amplius ex ſacra hiſtoria. + Nam cum adverſus Reges quatuor, qui Sodoma

GROTII.

d *Sed apta armis parandis ac tractandis manus, qua etiam pro armis uti ſponte ſua, nec aliunde id edoctos infantes videmus*] *Caſſiodorus* de anima : *Et quoniam neque cornu, neque dente, neque fuga (ſicut alia animalia) corporis humani forma ſe prævalet vindicare, robuſtus illi thorax, brachiaque conceſſa ſunt : ut illatam injuriam manu defenderet, & objectu corporis quaſi quodam clypeo vindicaret.* (Pag. 296. *Edit. Pariſ.* 1589.)

GRONOVII

16 *Manum pro haſta*] Lucret. 5. 1285. *Arma antiqua manus, denteſque, unguesque fuerunt.*

17 *Quæ ſecundo ac potiore loco*] Bellum non repugnare ſecundis, & excellentioribus naturæ.

18 *Dominium*] Certarum rerum jus proprium.

19 *Jus eſſet occupantis*] Ut nunc quoque in iis quæ communia ſunt, quæ publica, quæ univerſitatis.

20 *Si unumquodque*] Hinc jure culpat *Themiſtocles* Lacedæmonios, quod imbecillitate ſociorum potentiam quærerent, *Juſtin.* 2. ult.

GRO-

doma diripuerant, Abrahamus cum [21] miniſtris, ac fœderatis ſuis armatus victoriam reportaſſet, Deus + per ſacerdotem ſuum Melchiſedecum factum ejus probavit. Ita enim illi Melchiſedecus : *Laus ſit Deo altiſſimo, qui tradidit hoſtes tuos in manum tuam*, Gen. XIV, 20. At ceperat arma Abrahamus, ut ex hiſtoria apparet, + ſine ſpeciali Dei mandato : + fretus igitur jure naturæ vir non ſanctiſſimus tantum, ſed & ſapientiſſimus, + etiam [22] extraneorum (cc) Beroſi, atque (dd) Orphei teſtimonio. [23] + Hiſtoria ſeptem populorum, quos Iſraëlitis exſcindendos Deus tradidit, + non utar: [24] fuit enim ibi mandatum ſpeciale ad exequendam rem à Deo judicatam in populos maximorum criminum reos : + unde hæc bella in ſacris literis Dei bella proprie nominantur, quippe Dei juſſu, non humano arbitrio ſuſcepta. + Ad rem magis pertinet quod Amalecitas vim ſibi inferentes Hebræi, ducibus Moſe ac Joſua, armis repulerunt, Exod. XVII. + Quod Deus ante factum non juſſerat, poſt factum probavit.

2. + Sed & leges generales, ac perpetuas de modo gerendi belli Deus populo ſuo præſcripſit Deut. XX, 10. 15. + eo ipſo oſtendens juſtum bellum etiam ſine mandato ſpeciali ſuo eſſe poſſe, + nam aperte ibidem cauſam ſeptem populorum ab aliorum populorum cauſa diſtinguit : ac cum [25] de juſtis cauſis belli ſuſcipiendi nihil ibidem edicat, + eo ipſo oſtendit eas [26] naturaliter ſatis eſſe manifeſtas : + qualis cauſa tuendorum finium in bello Jephtæ adverſus Ammonitas. Jud. XI. + violatorum legatorum in bello Davidis adverſus eoſdem, II. Sam. X. Simul notandum quod dicit + divinus ad Hebræos ſcriptor, Gedeonem, Baracum, Samſonem, Jephten, Davidem, Samuelem, atque alios [27] + per fidem debellaſſe regna, invaluiſſe in bello, exercitus exterorum vertiſſe in fugam, XI, 33. 34. quo loco, + ut iſtius diſſertationis ſeries docet, in fidei nomine includit perſuaſionem, qua id quod fit, Deo placere creditur. Sic & Davidem ſapiens femina ait, prælіari Dei prælia, I. Sam. XXV, 28. + id eſt pia, ac juſta.

+ III. 1. Probatur idem quod dicimus + omnium gentium, ac præcipue ſapientum conſenſione. + De vi qua vita defenditur notus Ciceronis [a] locus, ipſi naturæ teſtimonium perhibens : + *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non* [28] *didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus*

[a] *Pro Milone* c. 4.

GRONOVII.

21 *Miniſtris*] Clientibus, libertis, ſervis.

22 *Extraneorum*] Infidelium, paganorum, gentilium.

23 *Hiſtoria ſeptem*] Erant Cananitæ, Hethitæ, Hevitæ, Pherezitæ, Girgaſitæ, Amalecitæ, Jebuſitæ. *Joſuæ* 3, 10.

24 *Fuit enim*] Id bellum fuiſſet juſtum, etſi nullum aliud eſſet bellum juſtum, ex iis, quæ dicta ſunt cap. 1. 10. & 15.

25 *De juſtis nihil*] Certas & expreſſas, tanquam ſolas, & vere juſtas non definiat.

26 *Naturaliter*] Plerumque, ut plurimum. (Immo, ex lumine naturali. *J. B.*)

27 *Per fidem*] Quaſi diceret, quod credebant ac certum habebant, Deum eſſe Deum ipſorum, & vindicem juſtæ cauſæ, ac velle eos armorum remedio adverſus violentiam iniquorum uti. Fortaſſe tamen voluit, Deum proſperaſſe illorum arma propter fidem, qua exſpectabant venturum Meſſiam.

28 *Didicimus, accepimus, legimus*] Id eſt, didicimus vel traditam à magiſtris, vel hauſtam ex libris : nam *accipere* diſcentium eſt. Sic à ſacerdotibus Ægyptiis numeros, & cœleſtia Platonem accepiſſe ſcribit *Cicero* 2. Fin. 29. *Juſtin.* 11, 3.

(cc) Locus *Beroſi* refertur à JOSEPHO, *Antiq. Jud.* Lib. I. Cap. 8. (Cap. VII. §. 2. *Edit. Hudſon.*) *J. B.*

(dd) Aut potius veteris Poëtæ, qui nomen *Orphei* adſumſit. Exſtat fragmentum apud CLEMENTEM

mus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, e 29 + *omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.* Item: [a] *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.* Cajus Jurisconsultus: [b] *adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.* [c] Florentinus Jurisconsultus: *Jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.* [d] Josephus: Φύσεως γὰρ νόμῳ ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι, τὸ ζῆν ἐθέλειν· διὰ τοῦτο καὶ τὰς φανερῶς ἀφαιρουμένους ἡμᾶς τοῦτο, πολεμίους ἡγούμεθα. *Est enim naturæ lex illa,* + *quæ in omnibus valet, ut velint vivere, idque ipsum est quapropter eos, qui vita manifeste nos volunt spoliare, hostes censemus.*

2. Adeoque manifestam æquitatem hoc habet, + ut in bestiis etiam, + quæ juris non rem ipsam, ut diximus, sed 30 umbram habent quandam, distinguamus inter vim, quæ injuriam infert, & quæ propulsat. Nam cum dixisset Ulpianus, [e] animal [f] quod sensu, id est rationis usu, caret, non posse injuriam fecisse, mox tamen subjungit, + cum arietes, vel boves 31 commisissent, & alter alterum occidisset, Q. Mutio auctore distinguendum, ut si quidem is periisset qui aggressus erat, cessaret actio; si is, qui non provocaverat, competeret actio. + Cui explicando serviet illud Plinii: (ee) *Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petunt serpentes; sed si vis inferatur, nulla est cui non sit ira, non sit anima injuriæ impatiens, & prompta, si noceas, ad se defendendum alacritas.*

+ IV. 1. De jure naturali ergo, + quod & gentium dici potest, + satis constat eo bella non omnia improbari.

2. + Ju-

[a] *Ibid. c.* 11.

[b] *L. itaque.* 4. *princ. D. ad l. Aquil.*

[c] *L.* 3. *ut vim D. de Just. & jure.*

[d] *De bello Jud. l.* III. *Cap.* 8. §. 5. *Ed. Hudson.*

[e] *L.* 1. *D. si quadrup. f.* §. *Ait:* 1. & §. *Cum arietes:* 11. *Adde Ex.* XXI, 28.

MENTEM ALEXANDRINUM, *Strom.* L. V. & apud EUSEBIUM, *Præpar. Evangel.* XIII. 12. unde Auctor noster ipse attulit, Not. in Tractatum *De Verit. Rel. Christ.* Lib. 1. §. 16. & in *Matth.* V, 31. sub fin. *J. B.*

GROTII.

e *Omnis honesta ratio esset expediendæ salutis*] Seneca: *Tutela certissima ex proximo est, sibi quisque permissus est.* (Epist. CXXI.) *Quinctilianus* VII. cap. 11: *Primum in omni genere debet esse defensio, quia natura potior est salus nostra, quam adversarii pernicies.* (Ubi tamen locus sese ita habet: *Quo in genere semper prior esse debebit defensio: Primum, quia* &c. Pag. 403. *Ed. Obrecht.*) Bene ergo in Trachiniis *Sophocles*: [vers. 281. 282.]

εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο,
Ζεύς τ' ἂν συνέγνω σὺν δίκῃ κειμένῳ.

nam si se ipse tutasset palam,
Veniam dedisset jure pugnanti Deus.

vide & *Wisigothorum* legem lib. VI. tit. IV. cap. 6.

f *Quod sensu, id est rationis usu, caret*] Similem in modum *Seneca* de feris loquitur: *Adeo etiam quæ extra intellectum, atque æstimationem beneficii sunt posita, assiduitas tamen meriti pertinacis evincit.* Vide totum locum de beneficiis libro 1. cap. III. & compara quæ ad præfationem ex *Philone* posuimus, §. 7.

GRONOVII.

29 *Omnis honesta*] Quidvis tentaremus, nihil non licere putaremus, vel si occidendi essent, ad nos liberandos.

30 *Umbram*] Simulacrum, imaginem, instar.

31 *Commisissent*] Cornibus invicem se petiissent. Unde *arietare* frequens *Senecæ* pro impellere.

(ee) Prima quidem verba istius loci leguntur apud PLINIUM, *Hist. Natur.* Lib. VII. *Præfat.* in fine. Verum reliqua ab illis, *Sed si vis inferatur* &c. non ibi exstant, nec alibi, quod sciam, apud eundem Auctorem. Adeo ut in unum compegerit *Grotius* duo loca diversorum Scriptorum, dum scilicet exscribit alios, qui ita juncta adferunt: sic enim FRANCIS. CONNANUS, *Comm. Jur. Civ.* Lib. 1. Cap. IV. num. 8. MARC. LYCKLAMA, *Membran.* Lib. VII. Eclog. XLII. pag. 394. Simile exemplum videbimus infra, ad Lib. II. Cap. 11. §. 13. Notâ ult. Auctoris. *J. B.*

2. + Jure autem gentium, voluntario itidem, non damnari bella satis nos docent historiæ, + & omnium populorum leges ac mores. Imo g 32 jure gentium introducta esse bella, + dixit [a] Hermogenianus: + quod paulo aliter quam vulgo accipi solet interpretandum censeo: nempe + ut certa bellorum forma à jure gentium sit introducta, + quam formam quæ habeant bella, ea peculiares ex jure gentium effectus consequantur: (ff) unde distinctio nascitur, qua utendum nobis erit infra, [b] + in bellum solemne juris gentium, quod & 33 justum, + id est plenum, dicitur, + & non solemne, + quod tamen non ideo justum esse desinit, id est juri congruens. + Nam aliis bellis, + modo æqua subsit causa, + jus gentium non adsistit quidem, sed nec resistit, + ut infra latius explicabitur. + *Jure gentium* (inquit [c] Livius 34) *ita comparatum est, ut arma armis propulsentur.* Et Florentinus [d] + jus esse gentium, ait, ut vim atque injuriam propulsemus, ut corpus nostrum tutemur.

V. 1. + De jure divino voluntario + major est difficultas. + Neque hic objiciat quisquam jus naturæ esse immutabile, + ac proinde à Deo nihil in contrarium potuisse constitui: + id enim verum est in iis, quæ 35 jus naturæ vetat, 36 aut præcipit; + non in iis, quæ jure naturæ 37 licent tantum: + nam quæ ejus sunt generis, + cum proprie juris naturæ non sint, sed 38 + extra jus naturæ, & vetari possunt, & præcipi.

2. + Solet ergo primum à nonnullis contra bellum adferri lex data Noæ ejusque posteris, ubi Deus sic loquitur, Gen. IX, 5, 6. + *Quin etiam sanguinem vestrum, id est animarum vestrarum, reposcam: ab omni bestia reposcam eum: atque etiam de manu hominis alterius, utpote fratris, reposcam hominis animam.* + *Quisquis effuderit sanguinem hominis,* 39 *qui est in homine, sanguis ejus effundetur: quia hominem ad effigiem suam fecit Deus.* Hic ergo + quidam illud, quod de reposcendo sanguine dicitur, generalissime intelligunt, & alte-

a *L. Ex hoc jure. 5. D. de just. & jure.*

b *Lib. I. cap. 3, §. 4. Lib. III. cap. 3. per tot. & L. IV. §. 1.*

c *Lib. XLII. c. 41. num. 11.*

d *L. ut vim. 3. D. de just. & jure.*

GROTII.

g *Jure gentium introducta esse bella*] Scriptor vitarum illustrium in Themistocle: *Professus est Athenienses suo consilio, quod communi jure gentium facere possent, Deos publicos, suosque patrios, ac penates, quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse.* [CORN. NEPOS, Cap. VII. *num.* 4.]

GRONOVII.

32 *Jure gentium*] Fortassis hoc vult, id quod in bellis justum est (nempe, non ut vim inferamus alios non lædenti, sed ut vim prohibeamus, armis resistendo si quis vim fecerit, & vitam, bona, libertatem nostram & nostrorum aggressus fuerit) id necessitate atque usu edoctas comparavisse gentes.

33 *Justum, id est plenum*] *Justum* aliquando est, in quo adhibetur certus ordo, modusque rerum ac verborum: & diversum est tumultuario, inapparato, incondito; aliquando, quod est juri conveniens, & contra est injustum, iniquum, illegitimum. Priori sensu bellum minus solemne non est justum; posteriori esse potest.

34 *Inquit Livius*] Lib. XLII. cap. 42.

35 *Jus naturæ vetat*] Tanquam nunquam non turpia.

36 *Aut præcipit*] Tanquam semper honesta.

37 *Licent tantum*] Quæ sive omittantur, sive fiant, nihil peccatur, nisi quibusdam temporibus & occasionibus, quale est bellum gerere in offendentes.

38 *Extra jus naturæ*] Non sunt de imperatis naturæ, sed de indulgentia; non leges, sed legum beneficia, quæ ubi valeant, ubi non, tempus & res præsens docent.

39 *Qui est in homine*] Hebr. בארם *in homine*, & hoc referunt ad membrum sequens, ut sit per hominem, qui nempe juste vindicet facinus, sanguinem ejus effusum iri. Quod non improbat auctor ad locum istum.

(ff) Non videtur de distinctione illâ cogitasse Jurisconsultus: sed hoc velle tantum, regulas, quæ in Bello observantur, ut justum habeatur, ex præceptis naturalis Rationis constitutas fuisse & inductas. Talibus enim naturalis Rationis dictatis censetur Jus Gentium, ex mente veterum. *J. B.*

GRO-

alterum de effundendo viciſſim ſanguine, 40 + comminationem eſſe volunt, non approbationem : + quorum neutrum mihi ſe perſuadet. Nam 41 interdictum de ſanguine non effundendo 42 + latius non patet, quam quod in lege eſt, *Non occides*; quod neque capitalibus ſuppliciis, neque bellis obſtitiſſe manifeſtum eſt. Lex ergo + tam hæc, + quam illa, + non tam novi aliquid conſtituit, + quam jus naturæ prava conſuetudine obliteratum declarat, atque repetit : + unde 43 verba illa intelligenda in eo ſunt ſenſu, qui 44 vitium includit; + ſicut homicidii nomine non quamvis hominis cædem intelligimus, ſed 45 deſtinatam, & 46 innocentis. Quod vero ſequitur de ſanguine viciſſim effundendo, + videtur mihi 47 non factum nudum, 48 ſed jus continere.

3. + Rem ita explico. Natura non iniquum eſt, ut quantum quiſque fecit mali, tantundem patiatur, juxta illud, quod h 49 + Rhadamanthi jus dicitur :

Εἶκε πάθοι τὰ κ' ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

Quæ fecit ſi quiſque ferat, jus fiet, & æquum.

50 Seneca pater hanc ſententiam ſic retulit : *Juſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitavit ſupplicio,* 51 *excipit ſuo.* + Ex hujus naturalis æquitatis ſenſu Cain parricidii ſibi, conſcius dixerat, Gen. IV, 14. *qui inveniet me, interficiet me.* Sed Deus primis illis temporibus, aut ob hominum raritatem, aut quia paucis adhuc graſſantibus minus opus erat exemplo, + id quod naturaliter licitum videbatur edicto repreſſit, + & contactum quidem, ac commercium homicidæ defugi voluit, + at vitam ei non eripi; quomodo & Plato (gg) in legibus conſtituit, & olim in Græcia uſurpatum his verſibus docet Euripides : [Oreſt. verſ. 511, *& ſeqq.*]

Καλῶς

GROTII.

h *Rhadamanthi jus*] Apud *Apollodorum* lib. II. Νόμος Ῥαδαμάνθυος ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄξιόν τι παθεῖν εἶναι. *Lex Rhadamanthi : ſi quis ſe ultus ſit de eo, qui prior vim intulerit, impune id ferat.* (Cap. IV. §. 9. *Ed. Gale.*)

GRONOVII.

40 *Comminationem*] Tanquam denuntiet Deus, quid ipſe facturus ſit, vel per malos & injuſtos; ſolet enim & peccatis peccata punire : non conſtituat & ordinet lectum genus hominum, qui vindices homicidii, & ſimilium ſint rerum capitalium. Quemadmodum Davidi minatur 2. Sam. XII, 1. & 12.

41 *Interdictum*] Noacho datum.

42 *Latius non*] Nihil amplius vetat, quam Moyſi dictum.

43 *Verba illa*] Effundere ſanguinem, & occidere.

44 *Vitium includit*] Ut injuria effundere, inſontem occidere.

45 *Deſtinatam*] Conſilio & propoſito factam, non fortuitam.

46 *Innocentis*] Qui nihil commeruerit, cur vitâ privaretur.

47 *Non factum nudum*] Quaſi minetur Deus, quid eventurum ſit per aliquem in eodem actu peccantem.

48 *Sed jus*] Immo præcipit quid legitima poteſtas facere debeat.

49 *Rhadamanthi*] Pythagorœorum ἀντιπεπονθὰς, talio : Καὶ τοι βάλλονταί γε τῦτο λέγειν τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον, Εἶκε πάθοι &c. *Ariſtotel.* 5. Ethic. 8. *Seneca* ludo de morte Claudii : *Illum tantum altera parte audita condemnat Æacus, & ait :* Εἶκε πάθοι. Ariſt. 1. Magnorum Mor. 34. Καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς ὃ μέντοιγε ὡς οἱ Πυθαγόρειοι ἔλεγον ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὤοντο δίκαιον εἶναι, ἃ ἐποίησέ τις, ταῦτα ἀντιπαθεῖν. Ejuſdem op. 3. 4. Δοκεῖ δέ τισι τὸ ἀντιπεπονθὸς ἁπλῶς εἶναι δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ· τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν· καίτοι βάλλονταί γε τῦτο λέγειν τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον Εἶκε πάθοι. [In illo verſu legendum : Ἔικε πάθοις τὰ κ' ἔρεξας, &c. Vide Cl. SPANHEM. Comment. Gallic. in *Cæſares* JULIANI Probat. *Not.* 316. p. 54., 55. nuperæ Edit. Amſtelod. 1728.]

50 *Seneca*] Præf. 5. Contr.

51 *Excipit*] Expiat.

(gg) Vide *De Legib.* Lib. IX. Tom. II. pag. 864, *& ſeqq.* Ed. H. Steph. *J. B.*

Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι·
Εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἴων περᾶν,
Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅς τις αἷμ' ἔχων κυρεῖ·
Φυγαῖσι δ' ὁσίων, ἀνδροκτεῖναι δὲ μή.

Quam bene parentum provida ætas ſtatuerat,
Ut cogeretur de via decedere,
Hominumque viſu cæde patrata nocens,
Fugaque lueret triſte, non letho, ſcelus!

[a] *Lib.* III. §. 45. *Ed. Oxon.* Quo & illud pertinet [a] Thucydidis : εἰκὸς τοπάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτὰς (τὰς ζημίας), παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ εἰς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκεσι. *Credibile eſt antiquitus, quamvis gravium delictorum* [i] *leves fuiſſe pœnas : ſed cum eæ progreſſu temporis contemnerentur, ventum ad mortem.* [b] Lactantius : (hh) *Adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines, ſupplicio capitis afficere.*

[b] *Lactant. Lib.* II.

4. Ab uno facto illuſtri ſumta [52] [+] conjectura divinæ voluntatis in legem

GROTII.

i *Leves fuiſſe pœnas*] Servius ad primum librum Æneidos : (*verſ.* 136.) *Luetis, perſolvetis. Et hic ſermo à pecunia deſcendit : antiquorum enim pœnæ omnes pecuniariæ fuerunt.* Et ad librum ſecundum : (*verſ.* 229.) *Expendere, tractum eſt à pecunia, nam apud majores pecuniarias pœnas conſtat fuiſſe, cum adhuc rudi ætate pecunia ponderaretur, quod ad capitis pœnam deinde uſurpatum eſt.* Ad ſextum : (*verſ.* 20.) *Pendere, tractum eſt à pecuniaria damnatione.* Memorat *Plinius* Hiſtoriæ Naturalis lib. VII. cap. LVI : primum capitis judicium in Areopago eſſe actum.

(hh) Locus eſt *Inſt. Div.* Cap. X. *num.* 23. *Ed. Cellar.* ubi agitur de Exſulibus, quibus, apud veteres *Romanos*, igni & aquâ interdicebatur. *J. B.*

GRONOVII.

52 *Conjectura divinæ voluntatis in legem ivit*] Ab inſigni exemplo, quod Deus in fratricidam ſtatuerat, homines ante diluvium argumentati, & colligentes nondum placere Deo cædem cæde lui, quamquam naturalis id ratio ſuaderet, capitali ſupplicio in homicidas abſtinuerunt, quaſi vetito ipſius Dei lege : Videtur ſpecioſius dici quam verius. Sane non exſtat præceptum Dei de homicida capite puniendo ante diluvium : ſed cum prior ille mundus per annos mille ſexcentos ſteterit, & haud dubie infinitis populis, nationibus, civitatibus frequentatus fuerit, vix videtur veriſimile, ut eos aut naturalis ratio, aut ſua ſecuritas, aut neceſſitas, quæ delictis creſcentibus augeri pœnas imperat, non docuerit tam juſto ſupplicio ſcelus refrenandum eſſe. Edictum de Caino ſimile eſt illis reſcriptis Principum, quibus alicui ſine exemplo ſubveniunt, quæ perſonam non tranſgrediuntur, ut loquitur Imperator §. 6. Inſtit *de Jure naturæ, gentium, & civili.* Ipſe Cainus oſtendit ſe metuere, & exſpectare quod feciſſet. Cur ? quia natura eum monebat : *Tibi quod non vis fieri, alteri ne feceris.* Quod autem pœnæ exemptus eſt, admitto facile rationem auctoris, ob hominum raritatem ei parci Deum juſſiſſe : at id tranſiiſſe in legem cur videatur, ceſſante ratione, & mundo tot ſæculis frequentato ? Nec juvat exemplum Lamechi, quem accipere poſſumus hæc profatum, non ut gentium jus, ſed ſuæ ſalutis muniendæ gratia, atque ut vindices facinoris à ſuo corpore, & capite abſterreret. Ut ille medicus regi Ludovico XI. apud *Comineum* lib. X. *Non dubito quin me quoque ſis ejecturus, ſicuti reliquos omnes; verum ſanctiſſimo jurejurando tibi confirmo, poſt meum abs te diſceſſum non te victurum ſupra octavum diem.* Minæ ſunt hæ, non jus, aut veritas. Illud facile conceſſerim, in paucitate hominum, & ante diluvium, & poſt (etſi tum jam capitale ſupplicium edicto ſanxiſſet Deus) aliquamdiu exilio tantum, aut mulcta diverſos apud populos luiſſe culpam homicidas. Id non confirmant tantummodo, quos advocat auctor, ſed & leges barbararum gentium, quæ Romanum imperium conculcarunt. Lex *Salica* tit. XLIII. *Si quis ingenuus Francum, aut Barbarum hominem occiderit, qui lege Salica vivit, octo millibus denarium, qui faciunt* CC. *ſolidos* (ſolidus intelligitur aureus, qui XL. denariis argenteis æſtimatur, de quo egimus in lib. III. de pec. vet.) *culpabilis judicetur. Si quis Romanum hominem, convivam Regis occiderit, duodecim millia denariûm, qui faciunt* CCC. *ſolidos, culpabilis judicetur.* Lex Alemanorum tit. XLIV. *Si quis hominem occiderit, ex Weregeldis* (Weregeldum genus mulctæ) *eum ſolvat. Si fœminam*, XVIII. *Weregeldis.* Lex Bajavaricorum tit. 3. num. XIII. *Si quis liberum hominem occiderit, ſolvat parentibus ſuis, ſi habet : ſi autem*

non

gem ivit, + ita ut Lamechus quoque k + simili facinore perpetrato impunitatem sibi ab hoc exemplo promiserit, Gen. IV, 24.

5. + At cum jam ante diluvium, gigantum ætate, promiscua invaluisset cædium licentia, instaurato post diluvium humano genere, + ne mos idem invalesceret, 53 + severius occurrendum Deus censuit: & repressa prioris sæculi lenitate, + quod natura non iniquum esse dictabat, & ipse permisit, l 54 ut insons esset, qui homicidam occidisset: + quod postea 55 institutis judiciis 56 summas ob causas ad judices solos restrictum est; + ita tamen ut moris pristini vestigium manserit 57 in jure ejus, qui occisum sanguine proxime attingeret, etiam post Mosis legem, qua de re infra a fusius agetur.

a Cap. III. per tot. & L. II. c. XX. §. 3. 31. & §. 40.

6. + Magnum habemus auctorem nostræ interpretationis Abrahamum, + qui cum legem Noæ datam non ignoraret, arma sumsit in reges quatuor, ut quæ plane crederet cum ea lege non pugnare. + Sic & Moses Amalecitis + populum oppugnantibus arma jussit opponi, + naturæ scilicet jure usus: + nam Deum de hac re speciatim consultum non apparet, Exod. XVII, 9. Adde jam, quod + capitalia supplicia nec in homicidas tantum, sed & in alios facinorosos usurpata apparet, + non modo apud 58 populos extraneos, + sed apud ipsos piæ doctrinæ alumnos, Gen. XXXVIII, 24.

7. Nimirum 59 + conjectura divinæ voluntatis, + ipsa naturali ratione adjuvante, à similibus ad similia processerat, ut quod in homicidam constitutum erat, + in alios quoque eximie nocentes non iniquum videretur. Sunt enim quædam, + quæ vitæ æquiparantur, + ut existimatio, + pudor virginalis, + fides matrimonii, aut sine quibus vita tuta esse non potest, + ut 60 imperii societatem continentis reverentia: adversum quæ qui faciunt, ii homicidis meliores non videntur.

8. Huc

non habet, solvat duci, vel cui commendatus fuit (i. e. qui patronus ejus, vel cujus ipse cliens) *dum vixit, bis* LXXX. *solidos. De fœminis eorum, si aliquid de istis actis contigerit, omnia dupliciter componantur.* Lex Ripuariorum: *Si quis ingenuus hominem ingenuum Ripuarium occiderit,* CC. *solidis culpabilis judicetur.* Lex Saxonum: *Qui nobilem occiderit,* 1440. *solidis componat.* Lex Anglorum: *Si quis Adelingum occiderit* (distinguebant homines in Adelingos, Frilingos, & Ligios, i. e. nobiles, liberos, & servos) DC. *solidis componat, qui liberum occiderit,* CC. *solidis componat, qui servum occiderit,* XXX. *solidis componat.* Lex Frisiorum: *Si nobilis nobilem occiderit,* LXX. *solidis componat: si nobilis liberum occiderit, solidos* LIV. *& unum denarium solvat; si liber nobilem,* LXXX. *solidis componat.* Lex Longobardorum lib. 1. tit. 9. *Si quis homicidium perpetraverit absconse in Barone, libero, vel servo, vel ancilla, & unus fuerit, aut duo tantum, qui ipsum homicidium fecerit, componat* DCCCC. *solidis.*

53 *Severius occurrendum*] Verbis adductis ex Genes. IX, vers. 5. & 6.

54 *Ut insons*] Ut liceret cunctis bonis, & innoxiis necem fraude interfecti hominis ulcisci, & homicidam perimere: quique id feciisset, ut nullam culpam contraheret.

55 *Institutis judiciis*] Postquam placuit & lites dirimendas, & delicta punienda selectis judicibus, & magistratibus committi.

56 *Summas ob causas*] Quia multi eo jure abutebantur.

57 *In jure ejus*] Numer. 35.

58 *Populos extraneos*] Exsortes fœderis divini.

59 *Conjectura*] Quod statuerat jam Deus homicidam capitali supplicio puniri, id interpretati sunt homines eum velle extendi ad eos, qui non levius peccarent homicidis in societatem humanam, & hos per supplicium luere.

60 *Imperii societatem*] Unde lex majestatis.

GROTII.

k *Simili facinore perpetrato*] Aut potius, si quid simile perpetrasset; nam hunc sensum ferunt verba quæ apud Mosem.

l *Ut insons esset, qui homicidam occidisset*] *Josephus*: παραινῶ μέν τοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι ἢ καθαρεύειν φόνου ἢ δράσαντας τι τοιοῦτο κολάζεσθαι. *Edico ut à cæde humana puræ habeantur manus: quod si quis cædem commiserit, pœnam ferat.* (Lib. 1. Cap. III. §. 8. *Ed. Hudson.*)

8. Huc pertinet + vetus, quæ apud Hebræos exſtat, traditio, + leges plures Noæ filiis datas à Deo, quæ non omnes à Moſe narratæ ſint, + quia ſatis erat ad ipſius inſtitutum, eas poſtea in lege peculiari Hebræorum eſſe comprehenſas. Sic + adverſus nuptias [61] inceſtas legem veterem, quamquam à Moſe + ſuo loco non memoratam, exſtitiſſe apparet Levit. XVIII. Inter ea autem, quæ Noæ liberis Deus edixit, hoc quoque ajunt fuiſſe, + ut non homicidia tantum, ſed & adulteria, & + concubitus inceſti, item + violentæ rapinæ morte punirentur. [62] Quod ipſum confirmant Jobi verba XXXI, 11.

9. Jam vero data per Moſem lex ſanctionibus capitalibus + rationes adjicit, quæ apud alios populos non minus quam apud Hebræum populum valent: ut + Levit. XVIII, 24. 25. 27. 28. + Pſal. CI, 5. Prov. XX, 8. + Et peculiariter de homicidio dicitur terra [63] non poſſe expiari niſi ſanguine homicidæ fuſo, Num. XXXV, 31. 33. + Præterea abſurdum cogitatu eſt, Hebræo populo indultum, diſciplinam, & ſalutem publicam ac ſingulorum munire pœnis capitalibus, ac ſe bello tueri, cæteris autem regibus gentibuſque idem eodem tempore non licuiſſe: + neque tamen reges eos, aut gentes unquam à prophetis admonitos improbari à Deo uſum capitalium ſupplicíorum, ac bella omnia, + ſicut de aliis peccatis admoniti ſæpe ſunt.

10. Imo contra quis non credat, cum lex Moſis de judiciis expreſſam habuerit divinæ voluntatis imaginem, + recte ac pie facturas fuiſſe nationes, quæ inde ſibi exemplum peterent? + Quod certe Græcos, Atticos præſertim, feciſſe credibile eſt: + unde (ii) tanta in jure veteri Attico, & quod inde ſumtum eſt Romano XII. tabularum [64] cum legibus Hebræis ſimilitudo eſt. Sufficere hæc videntur, + ut appareat legem Noæ datam non eum habere ſenſum quem volunt, qui bella omnia eo argumento impugnant.

VI. 1. + Speciem majorem habent + quæ ex Evangelio contra bellum adferuntur: in quibus examinandis non illud mihi ſumam, quod ſumunt multi, in Evangelio [65] extra præcepta credendi, & ſacramentorum, nihil eſſe quod non ſit juris naturalis; id enim, quo ſenſu à pleriſque ſumitur, verum non puto.

2. Illud libens agnoſco, + nihil nobis in Evangelio præcipi, quod non naturalem habeat honeſtatem: + ſed non ulterius nos obligari legibus Chriſti, quam ad ea, ad quæ jus naturæ per ſe obligat, cur concedam non video. + Et qui aliter ſentiunt mirum quam ſudent, + ut probent quædam, (kk) quæ Evangelio vetantur ipſo jure naturæ eſſe illicita, [m]+ ut concubinatum

GROTII.

m *Ut concubinatum, divortium*] Spectat huc illud *Hieronymi*: (*ad Ocean.* Tom. 1. p. 198. *C. Ed. Baſil.*) *Aliæ ſunt leges Cæſaris, aliæ Chriſti, aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit.*

GRONOVII.

61 *Inceſtæ*] Intra gradus conſanguinitatis vetitos jungi.

62 *Quod ipſum*] Adulterium eſſe crimen, quod plectat judex.

63 *Non poſſe expiari*] Piaculo obligari omnes regionis incolas, ubi homicidium factum eſt, quod tolli nequeat.

64 *Cum legibus*] Ut apparet ex Fragmentis JC. cum lege Moyſis collatis, & editis à *P. Pithœo* Lutet. 1573. [nuperrimè autem in *Jurisprudentia Ante-Juſtinianea* Viri Eruditiſſimi ANT. SCHULTINGII.]

65 *Extra præcepta*] Præter myſteria, & ſumma capita Chriſtianæ religionis.

(ii) Vide Auctoris Tractatum *De Verit. Relig. Chriſt.* Lib. 1. §. 15. *in fin.* pag. 28. Ed. nuper. Amſt. *J. B.*

(kk) Vocem illam *quædam* addidi, quæ excidit in omnibus Editionibus, & quam deeſſe nemo non videt. *J. B.*

GRO-

binatum, + divortium, + matrimonium cum pluribus fœminis. Sunt quidem hæc ejuſmodi, ut eis + abſtinere honeſtius eſſe dictet ipſa ratio ; + at non talia ut abſque lege divina nefas in illis appareat. Ad illud vero + quod Chriſtiana lex præcipit, ut alii pro aliis mortis periculo nos objiciamus, 1. Joh. III, 16. + quis dicat ipſo (ll) naturæ jure nos obligari? Juſtini dictum eſt : τὸ κατὰ φύσιν βιῶν, ἀδέπω πεπίςευκόΘ ἐςίν· n + *ſecundum naturam vivere ejus eſt, qui nondum credidit.*

3. Sed ne illos quidem ſequar, qui aliud ſibi ſumunt non exiguum, + Chriſtum ſcilicet in tradendis præceptis, quæ extant Matthæi V, & deinceps, 66 interpretem tantum agere legis per Moſem datæ. Aliud enim ſonant verba toties repetita, *Audiſtis dictum fuiſſe veteribus : Ego vero dico vobis :* + quæ oppoſitio : ſed & Syriaca & aliæ verſiones oſtendunt, + illud *veteribus* ſignificare, ad veteres, non à veteribus ; ut *vobis* eſt, ad vos, non à vobis. + Veteres autem illi non alii fuerunt, quam qui Moſis tempore vivebant : + nam quæ ut veteribus dicta recitantur, non legis peritorum ſunt, ſed Moſis, aut verbo tenus, aut ſenſu. *Non occides*, Exod. XX, 13. *Quisquis occiderit, tenebitur judicio*, Levit. XXIV, 21. Num. XXXV, 16. 17. 30. *Non mœchaberis*, Exod. XX, 14. *Quiſquis dimiſerit uxorem, det ei libellum divortii*, Deut. XXIV, 1. *Non pejerabis, ſed reddes Domino, quæ juraveris*, Exod. XX, 7. Num. XXX, 2. + *Oculum pro oculo, dentem pro dente* + (ſupple, repoſcere liceat in judicio) Levitic. XXIV, 20. Deuter.

GROTII.

n *Secundum naturam vivere, ejus eſt, qui nondum credidit*] Locus *Juſtini* eſt ad *Zenam* (pag. 389. *Edit. Sylburg.*) idemque ſenſus apud *Origenem* in excerptis illis, quæ Philocalia dicuntur. (Cap. IX. pag. 36. *Edit. Catabrig.*)

GRONOVII.

66 *Interpretem tantum agere legis per Moſem datæ*] *Coccejus* de Fœdere cap. 12. num. 357. *Alting.* Theol. Elenct. p. 411. Hæc tamen ſententia communis eſt omnium Proteſtantium: Chriſtum, nec univerſis, nec ſingulis decalogi præceptis quicquam addidiſſe, quod ad perfectiorem Dei cultum in N. T. pertineat, quia lex Dei perfecta eſt, cui nec addi quicquam poteſt, nec detrahi. Deut. IV, ℣. 2. & XII, ℣. 32. Pſalm. XIX, ℣. 8. & obedientiam omnem, non modo externam, in ſermone, geſtu, facto, ſed etiam internam mentis, voluntatis, affectuum complectitur: Matth. XXII. ℣. 38. & 39. Deut. XXVII, 26. eoque & vitam æternam & pollicetur, & dare poteſt ſervantibus. Levit. XVIII. ℣. 5. Deuter. XXX, ℣. 19. Luc. X, ℣. 25. & 28. collatiſque inter ſe locis ad Rom. X, ℣. 5. Gal. III, 12.

Negant iidem legislatorem proprie dici Chriſtum, nili quatenus cum Patre & S. Spiritu Deus Trinus legem dedit Moſi in monte Sina. At qua ΘεάνθρωπΘ & medius, atque interpres novi Teſtamenti eſt, non concedunt legislatorem eſſe, quia Moſi, ejuſque legi opponitur tanquam gratiæ & virtutis auctor. Joan. I, ℣. 17. officiumque habet proferre Evangelium ex ſinu Patris, intercedere, & fieri victima pro nobis, & dato Spiritu S. nos Patri reconciliare. Joann. I. ℣. 18. Matth. XX, ℣. 28. 2. Corinth. V, ℣. 19. 20. 21. Ad munus ſane propheticum in erudiendo populo pertinuit inſtauratio, & vindicatio legis, remotis Phariſæorum additamentis, & pravis interpretationibus : cæterum nec alia legis præcepta tradidit, ſive per ſe, ſive per Apoſtolos, quam Moſes, nec aliam explicationem addidit, quam quæ à Prophetis tradita eſt, & ſemper tradi debuit. Sic quidem noſtri. At Pontificii ſtatuunt Chriſtum in Evangelio legem Moſis ex imperfecta perfectam, vel ex perfecta perfectiorem reddidiſſe. Sociniani quoque longum texunt catalogum eorum, quæ ſingulis capitibus decalogi addiderit : de quibus plura Theologi. Sic igitur contra Socinianos hic diſputat, ut multa illis concedat.

(ll) Quidni? ſi rectè jus illud intelligamus. Vel exemplum Ethnicorum, qui pro patria ſe morti devoverunt, id refellit. Poſtulat omnino Societatis cuſtodia, de quâ Auctor noſter in Prolegomenis, ut in certis quibuſdam caſibus nonnulli plurimorum ſaluti vitam ſuam donent. Adeoque ipſa obligatio *Martyrii*, qualis ab Evangelio nobis imponitur, à Lege Naturæ ultimo deduci poteſt. *J. B.*

GRO-

Deuteron. XIX, 21. *Diliges* + *proximum tuum* (id est Israëlitam) Levit. XIX, 18. *& odio habebis inimicum tuum*, o + puta septem populos, quibuscum amicitiam colere, quorumque misereri vetantur, Exod. XXXIV, 11, Deut. VII, 1. + His addendi Amalecitæ, in quos Hebræi jubentur bellum habere implacabile, Exod. XVII, 16. Deut. XXV, 19.

4. + Sed ad intelligentiam verborum Christi omnino notandum, legem per Mosem datam dupliciter accipi : aut secundum id, quod commune habet cum aliis legibus, quæ ab hominibus condi solent, + quatenus scilicet graviora delicta pœnarum 67 aspectabilium formidine coërcet, Hebr. II, 2. + & populum Hebræum hac ratione in statu civilis societatis continet, + quo sensu dicitur νόμ@ ἐντολῆς σαρκικῆς, Hebr. VII, 16. + & lex factorum, Rom. III, 27. aut secundum id, + quod legis divinæ est proprium, + quatenus scilicet etiam mentis requirit puritatem, + & actus aliquos, qui sine temporali pœna omitti possunt : + quo sensu vocatur νόμ@ πνευματικὸς, Rom. VII, 14. + exhilarans animum, Psalm. XIX, qui Latinis XVIII, 9. + Legisperiti, & Pharisæi + priore illa parte contenti, + secundam, quæ potior est, insuper habebant, neque inculcabant populo : + quod verum esse non ex nostris dumtaxat libris, sed ex Josepho quoque, & magistris Hebræorum ostendi potest.

5. Sed etiam + secundam hanc partem quod attinet, sciendum est, virtutes, quæ à Christianis exiguntur, + etiam Hebræis aut commendari, + aut præcipi, sed p non præcipi in eo gradu + ac latitudine, quo Christianis. + Utroque autem hoc sensu Christus sua præcepta opponit veteribus; + unde liquet, verba ejus non continere nudam interpretationem. Hæc autem sciri non + ad hoc tantum, quod nunc in manu est, refert, + sed & ad multa alia, ne legis Hebraicæ auctoritate supra quam æquum est utamur.

VII. 1. + Omissis ergo argumentationibus, quæ minus se nobis probant, PRIMUM ac præcipuum testimonium, quo bellandi jus a Christi lege non plane tolli probamus, esto Pauli illud 1. ad Timotheum II, 1. 2. 3. *Hortor ergo*

GROTII.

o *Puta septem populos*] In hos odium lege permitti, ait illustrissimus *Abarbanel* ad Deut. XXIII, 21.

p *Non præcipi in eo gradu ac latitudine*] Quædam huc pertinentia vide in notatis supra ad finem capitis primi. Egregius inprimis *Chrysostomi* locus de Virginitate cap. XLIV : τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν ἐ τοσοῦτον ὑμῖν ἀρετῆς πρόκειτο μέτρον, ἀλλὰ κὴ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα, κὴ ἀντιλοιδορεῖσθαι τῷ λοιδορμένῳ, κὴ χρημάτων ἐπιμελήσεσθαι ἐξὸν, κὴ ἐνορκῶντα ὀμνύναι, κὴ ὀφθαλμὸν ἐξορύξαι ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, κὴ μισῆσαι τὸν ἐχθρὸν, κὴ ὅτε τρυφᾶν, ὅτε ὀργίζεσθαι, οὔτε γυναῖκα τὸν μὲν ἐκβάλλειν τὸν δὲ ἀντεισάγειν κεκώλυτο, κὴ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ κὴ δύο κατὰ ταὐτὸν ὁμοῦ γυναῖκας ἔχειν ὁ νόμ@ ἐπέτρεπε, κὴ πολλὴ κὴ ἐν τούτοις κὴ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡ συγκατάβασις ἦν· κατὰ δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πολλῷ γενοτέρα γέγονεν ἡ ὁδός. *Olim tanta nobis injuncta non erat virtutis mensura, sed & vindictam sumere de injuriam inferente, & convitianti reddere convitium, & pecuniis studere licebat, sed & citra falsimoniam jurare, & pro oculo excutere oculum, & odio habere inimicum: quin nec deliciis frui, nec irasci, nec uxorem aliam ejicere, recipere aliam, vetitum erat. Parum dixi: etiam duas eodem tempore uxores habere lex sinebat, multaque & in his, & in aliis rebus erat temporum illorum indulgentia. At post Christi adventum multo arctior facta est via.* (Tom. VI. *Ed. Savil.*) Eodem libro cap. LXXXIII. οὐ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀπαιτούμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι· *non eadem virtutis mensura à nobis, & ab illis exigitur.* Idem in oratione Filium Patri æqualem, quæ est Tomo VI, ait in Evangelio esse ἐπίτασιν κὴ προσθήκην ἐντολῶν, *præceptorum & intensionem, & adjectionem.* (Pag. 717.)

GRONOVII.

67 *Aspectabilium*] Quæ in oculos incurrunt, quæ pro exemplis sunt.

GRO-

ergo ante omnia, ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro quibusvis hominibus: pro regibus, & quibusvis in eminentia constitutis: q *ut tranquillam, ac quietam vitam degamus cum omni pietate, ac sanctitate. Nam id bonum gratumque est apud Deum servatorem nostrum, qui omnes homines vult servari, & ad agnitionem veritatis venire.* Tria enim hinc docemur : + Gratum esse Deo, ut reges fiant Christiani : ut Christiani facti reges maneant : quod ita expressit Justinus Martyr : [a] ἐυχόμεθα τῶν βασιλέων καὶ ἀρχόντων μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας εὑρεθῆναι. *Hoc precamur, ut Reges, & Principes simul cum regali potestate etiam sanam mentem consequantur :* & in libro, cui nomen Constitutiones Clementis, precatur Ecclesia [r] χριστιανὰ τὰ τέκνα, id est, magistratus Christianos ; deinde & hoc Deo gratum esse, + ut Christiani reges Christianis aliis vitam tranquillam præstent.

[a] Apolog. I. p. 32. Ed. Oxon.

2. + Quomodo vero ? Alibi id explicat Rom. XIII, 4. *Dei minister est tuo bono. Quod si feceris quod malum est, metue ;* + *non enim frustra gladium gerit : nam Dei minister est, vindex ad iram ei, qui quod malum est fecerit.* (mm) + Jure gladii per complexionem [68] omnis quidem coercitio intelligitur, quomodo etiam apud Jurisconsultos interdum ; + sed ita tamen, ut pars ejus summa, id est verus gladii usus, non excludatur. Huic loco illustrando non parum servit Psalmus secundus, qui quanquam in Davide suam habuit veritatem, + plenius tamen & perfectius ad Christum pertinet : ut discere est Actor. IV, 25. XIII, 33. Hebr. V. 5. Is autem Psalmus reges omnes hortatur, ut Dei filium venerabundi suscipiant : hoc est, ut se ministros ei exhibeant, [69] + qua reges sunt scilicet, ut recte explicat Augustinus, cujus verba ad hanc rem pertinentia apponam : [b] *In hoc reges, sicut eis divinitus præcipitur, Deo serviunt, in quantum reges sunt, si in regno suo bona jubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ pertinent ad divinam religionem.* Et alibi : [c] *Quomodo ergo*

[b] *Contra Cres. Gram. lib. III. cap. 51.*

[c] *Ad Bonif. Epist. 50. C. 185. num. 19. Ed. Benedict.*

GROTII.

q *Ut tranquillam, ac quietam vitam degamus cum omni pietate, ac sanctitate*] *Seneca* Epistola LXXIII. Philosophiæ fideliter deditos falso, ait, contemtores magistratuum, ac regum existimari. *E contrario*, ait ; *nulli adversus illos gratiores sunt : nec immerito ; nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo otio licet.* Digna est quæ legatur epistola. ubi & hoc : *Hujus pacis beneficium ad omnes pertinentis, altius ad eos pervenit, qui illa bene utuntur.*

r Χριστιανὰ τὰ τέκνα, *id est, magistratus Christianos*]. Nisi hic interpretari malis, *Christianum* vitæ exitum. (Locus est *Lib.* VIII. *Cap.* 36. ubi, quemadmodum & *Cap.* 6. ejusdem Libri, eadem verba reperiuntur, posteriori modo rectè vertitur in Edit. *Patrum Apostolic.* 1724. Tom. II. *pag.* 397. & *pag.* 421.)

GRONOVII.

68 *Omnis coercitio*] Merum imperium est habere gladii potestatem l. 3. D. de jurisdictione. *Tacit.* 3. hist. 68. Vitellius assistenti consuli exsolutum à latere pugionem, veluti jus vitæ necisque civium reddebat. [Vide summi Jurisconsulti, Clar. NOODTII, eruditissimum Scriptum *De Jurisdict. & Imperio*, Lib. 1. Cap. 4. *J. B.*

69 *Qua Reges*] Potentia sua utendo ad bonos mores introducendos, malos excludendos, aut supprimendos.

(mm) Argumentum istud, ut & plura ex sequentibus, per se equidem & directè eo tantum pertinet, ut capitalia supplicia ab Evangelio non tolli probetur : verum per consequentiam hinc deduci potest, neque Bellum omne Christianis vetitum esse. Huc facit non tantum ratio ab Auctore adlata *num.* 13. istius paragraphi, sed etiam quòd usus capitalium suppliciorum non minus videatur repugnare mansuetudini, & clementiæ Christianæ, quàm Bellum, unde, si priora tamen licent, posterius illicitum non esse efficitur. Vide quæ de capitalibus suppliciis ulteriùs dicentur infrà, Lib. II. Cap. 20. §. 12. *J. B.*

ergo reges Domino ſerviunt in timore, niſi ea, quæ contra juſſa Domini fiunt, religioſa ſeveritate prohibendo, atque plectendo? + *Aliter enim ſervit* 70 *qua homo eſt, aliter qua rex eſt.* Mox: *In hoc ergo ſerviunt Domino reges, in quantum ſunt reges, cum ea faciunt ad ſerviendum illi, quæ non poſſunt facere niſi reges.*

3. + SECUNDUM argumentum præbet nobis is ipſe locus, cujus partem citavimus, ad Rom. XIII. ubi poteſtas ſumma, qualis eſt regia, à Deo eſſe dicitur, & + Dei ordinatio vocatur; unde infertur, + ei & parendum & honorem exhibendum; + & quidem ex animo: & qui ei reſiſtit, eum Deo reſiſtere. + Si ordinationis voce res intelligeretur, 71 quam Deus tantum non vult impedire, quomodo ſe Deus habet circa actus vitioſos, + jam inde nulla honoris, nulla obedientiæ, 72 ad animum maxime pertinentis, obligatio ſequeretur; + nec quicquam diceret Apoſtolus, ubi hanc poteſtatem tantopere prædicat, atque commendat, quod non latrociniis & furtis conveniret. + Sequitur ergo, ut ordinata hæc poteſtas 73 voluntate Dei approbante intelligatur; unde porro infertur, cum Deus ſibi contraria non velit, + hanc poteſtatem cum voluntate Dei per Euangelium revelata, & 74 + omnes homines obligante, non pugnare.

4. Neque eliditur hoc argumentum eo, quod qui in imperiis erant eo tempore cum hæc Paulus ſcriberet, + dicuntur alieni fuiſſe à Chriſtiana pietate: nam primum id ita univerſim verum non eſt. Nam Sergius Paulus Cypri Proprætor Chriſto nomen pridem dederat, Actor. XIII, 12. Ut jam taceam quod de s 75 Edeſſenorum rege vetus fama tradidit, + nonnihil forte falſo inquinata, ſed ut videatur ex vero originem trahere. + Deinde non de perſonis quæritur, an impiæ fuerint, ſed an illa functio in illis impia fuerit: quod dicimus ab Apoſtolo negari, quando illam functionem dicit à Deo inſtitutam + etiam pro illo tempore, ac propterea honorandam etiam + intra animi receſſus, + quibus proprie ſolus Deus imperat. Potuit ergo & Nero, & rex ille Agrippa, quem ad Chriſti religionem amplectendam Paulus tam ſerio invitat, Act. XXVI, Chriſto ſe ſubjicere, + & retinere hic regiam, ille imperatoriam poteſtatem: + quæ ſine jure gladii & armorum intelligi nequit

GROTII.

s *Edeſſenorum*] Eſt Edeſſa in Oſroëne. Nomen Abgari frequens illis locis. Apparet ex nummis, *Tacito*, *Appiano*, *Dione* tum in pridem editis, tum in novis excerptis, *Capitolino*. (Vide Ill. SPANHEM. *De præſt. & uſu Numiſmatum*, Diſſ. VIII. §. 10. *pag.* 534. *& ſeqq.* Tom. I.)

GRONOVII.

70 *Qua homo*] Ut ſibi temperet, abſtineatque injuria; ut ſe pium, & moderatum præſtet.

71 *Quam Deus tantum*] Quales ſunt res, quas ſuſtinet Deus ac patitur tantum, & hactenus regit, ne ulterius evagentur, quam fert aut juſta ejus ira, dum malum punit per malum; aut indulgentia, dum ſpatium dat ad pœnitentiam; aut ſapiens conſilium, dum malum aliunde ortum facit initium & occaſionem boni, ut mancipationem *Joſephi* reddidit viam ad potentiam ejus, & ad Patriarchas alendos in Ægypto; perfidiam Pilati & Judæorum erga Chriſtum, principium liberandi generis humani.

72 *Ad animum maxime*] Quæ non conſiſtat in externo tantum opere, quod coacti & inviti præſtamus ad voluntatem potentioris, ſed maxime in ſtudio, & affectione, atque propenſione animi, cum volentes lubentesque paremus.

73 *Voluntate Dei approbante*] Non modo permittente.

74 *Omnes homines*] Tanquam quod in V. F. revelatum eſt non obligaret omnes homines, ſed tantum Hebræos.

75 *Edeſſenorum rege*] Abgaro, quaſi dederit ad Chriſtum & ab eo receperit Epiſtolam. *Euſeb.* 1, cap. 13. [Quam meram fabulam eſſe, inter Eruditos hodie ſic ſatis conſtat. *J. B.*]

GRO-

quit. Sicut ergo olim + pia erant sacrificia secundum legem, quamvis ab impiis sacerdotibus celebrata; sic t pia res est imperium, quamvis ab impio teneatur.

5. TERTIUM argumentum petitur ex Joannis Baptistæ verbis, qui serio interrogatus à militibus Judæis + (cujus gentis multa millia Romanis militasse, ex Josepho & aliis scriptoribus manifestissimum est) quid haberent faciendum, ut iram Dei effugerent; + non eos 76 militia abire jussit, quod facere debebat si ea erat Dei voluntas, sed abstinere 77 concussionibus & fallaciis, stipendiisque esse contentos, Luc. III, 14. Ad hæc Baptistæ verba, cum apertam satis militiæ approbationem contineant, multi respondent, quæ Baptista præscripsit ita discrepare à Christi præceptis, + ut aliud docere potuerit Baptista, aliud Christus: quod quo minus admittam, hæc obstant. Joannes & Christus + eodem exordio doctrinæ, quam afferebant, summam indicarunt. *Respiscite: appropinquavit enim regnum cœlorum*, Matth. III, 2. IV, 17. Christus ipse + regnum cœleste + (id est legem novam: nam legem regni nomine appellare Hebræis mos est) dicit cœpisse invadi à diebus Baptistæ, Matth. XI, 12. Joannes dicitur prædicasse baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, Marc, I, 4. Tantundem feciisse dicuntur Apostoli Christi nomine, Actor. II, 38. Exigit Joannes fructus dignos pœnitentia, & iis, qui talem fructum non proferunt, excidium minatur, Matth. III. 8. & 10. + Exigit opera dilectionis supra legem, Luc. III, 11. Lex dicitur durasse usque ad Joannem, + id est, ab illo incepisse doctrina 78 perfectior, Matth. XI, 13. + Et principium Euangelii à Joanne ducitur, Marc. I, 1. Luc. I, 77. Ipse Joannes hoc nomine major Prophetis, Matth. XI, 9. Luc. VII, 26. missus scilicet ad dandam cognitionem salutarem populo, Luc. I, 77. ad Euangelium annuntiandum, Luc. III, 18. Neque usquam Joannes Jesum + à se distinguit præceptorum discrepantia (quanquam quæ generalius, & confusius, & rudimentorum more à Joanne sunt indicata, eadem differte tradidit Christus vera lux) + sed eo quod Jesus esset promissus ille Messias, Actor. XIX, 4. Joan. I, 29. rex scilicet regni cœlestis, qui daturus esset in se confidentibus vim Spiritus Sancti, Matt. III, 11. Marc. I, 8. Luc. III, 16.

6. QUARTUM hoc est argumentum, quod mihi ponderis non exigui videtur: Si tollatur jus capitalium suppliciorum, & armis cives tuendi adversus latrones ac prædones, + maximam inde secuturam scelerum licentiam, & quasi diluvium malorum, u cum nunc quoque constitutis judiciis ægrè repri-

GROTII.

t *Pia res est imperium, quamvis ab impio teneatur*] Bene hoc exsequitur ad hunc locum epistolæ ad Romanos *Chrysostomus*.

u *Cum nunc quoque constitutis judiciis ægrè reprimatur improbitas*] Διὰ τᾶτες δικαςήρια καὶ νόμοι καὶ τιμωρίαι καὶ διάφοροι κολάσεων τρόποι. *Propter hos sunt judicia, & leges, & supplicia, totque pœnarum modi. Chrysostomus* in sermone ad Patrem fidelem. [Tom. VI. pag. 696. *Edit. Savil.*]

GRONOVII.

76 *Militia abire*] Ut sacerdotio abire *Gell.* 6, 7.

77 *Concussionibus*] Extorsionibus pecuniarum *l.* 1. & 2. *D. de concuss.*

78 *Perfectior*] Potius clarior, & evidentior, quam fuerat sub umbris sacrificiorum, & cæremoniarum. Πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννε ἐπροφήτευσαν.

primatur improbitas. Quare si mens Christi fuisset, talem rerum statum, qualis auditus nunquam fuerat, inducere, + haud dubie verbis quam maxime disertis, ac specialibus edicendum ei fuerat, ne quis de capite judicaret, ne quis arma ferret; quod feciſſe nusquam legitur: + nam quæ adferuntur, aut valde sunt generalia, aut obscura. + Docet autem ipsa æquitas, & communis ratio, non tantum verba 79 generalia contrahi, & ambigua commode explicari, sed & à proprietate usuque recepto verborum discedi nonnihil, ut is sensus evitetur, qui maxima secum incommoda sit allaturus.

7. + QUINTUM sit, quod nullo argumento ostendi potest lex Mosis, quæ ad judicia pertinebat, + desiisse priusquam urbs Hierosolyma exscinderetur, + & cum ea tum species, tum spes reipublicæ concideret: nam + neque in lege Mosis ullus terminus isti legi præfinitur, + neque Christus, aut Apostoli usquam de istius legis cessatione loquuntur, + nisi quatenus id comprehensum videri potest in reipublicæ (ut diximus) destructione: + imo contra Paulus summum pontificem, ait, constitutum, ut judicium ferret secundum legem Mosis, Act. XXIII, 3. Christus ipse in præfatione præceptorum suorum, ait, + non venisse se ad solvendam legem, sed 80 ad implendam, Matt. V, 17. + quod quem de ritualibus sensum habeat non obscurum est; 81 implentur enim lineamenta adumbrantia cum perfecta rei species exhibetur: de legibus autem ad judicia pertinentibus + quomodo verum esse potest, si Christus, + ut quidam existimant, adventu suo ea sustulit? Si autem mansit obligatio legis, + quamdiu stetit Hebræorum respublica, + sequitur ut Judæi etiam ad Christum conversi, si ad magistratum vocarentur, eum defugere (α) non potuerint, & + ut judicare non aliter debuerint quam Moses præscripserat.

8. Ego sane omnia expendens ne leviſſimam quidem conjecturam reperio, qua motus vir aliquis pius + illa tunc Christi loquentis verba audiens, + aliter existimare potuerit. + Illud agnosco, + ante Christi tempus quædam fuisse permissa, + sive 82 quoad impunitatem externam, + sive etiam quoad animi puritatem + (nunc enim ista distinctius exquirere, nec opus, nec otium

GRONOVII.

79 *Generalia contrahi*] Generalibus derogari per specialia; generalia strictius accipi oportere, quam sonant.

80 *Ad implendam*] Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι· Non ut irritam faciam, ne sit, sed ut illi satisfaciam, hoc est, in moralibus: ut perfectam illam sanctitatem, quam requirit lex, & humanus nemo potest assequi, præstando pro fidelibus & piis, liberem eos diris, quibus fulminat lex peccantes, & supplicio merito. In ritibus, & cærimoniis: ut ei satisfaciam exhibendo Messiam, qui omnibus sacrificiis & victimis significatus est. Πληρῶσαι, ut & implere, satisfacere. *Salmas.* ad ejus Attic. p. 34. 35.

81 *Implentur lineamenta*] Ut in pingenda imagine primum ducuntur lineæ quædam, quibus signantur extremitates partium; dein vacuum illud, quod fuit inter extremitates, coloribus impletur; & tum exhibetur perfecta rei species, cessantque notari primi illi ductus: sic Legem à Christo completam dici vult, quum qui rudibus, & primis quasi lineis adumbratur Christus, in effigie & corpore apparuit, & sacrificium, quod in Judaismo simulabatur, præstitit. *Theophylact.* p. 28. Ὅσα ἐκεῖνος (ὁ νόμος) ἐσκιαγράφησε, ταῦτα οὗτος τελείως ἐζωγράφησεν. *Isidorus* lib. 19. *Orig.* c. 16. *Pictores prius umbras quasdam & lineas futuræ imaginis ducunt, deinde coloribus implent, tenentes ordinem inventæ artis.*

82 *Quoad impunitatem*] Sive ut puniri non possent à judice forensi, etsi conscientiam lædrent; sive ut ne conscientiam quidem gravarent.

(α) Scilicet eâ de causâ, quod morte damnandi forent Rei. Neque enim aliàs quivis tenebatur Magistratum delatum omnino suscipere. Vide Notam Gallicam in h. l. *J. B.*

GRO-

otium eſt) + quæ Chriſtus ſuam diſciplinam ſectantibus licere noluit, + ut 83 ob qualemcumque offenſam uxorem dimittere, 84 + ab eo qui læſerit in judicio exigere ultionem : ſed inter Chriſti præcepta, & illas permiſſiones eſt + diverſitas quædam, non eſt repugnantia. + Nam qui uxorem retinet, + qui ultionem ſibi privatim debitam remittit, 85 nihil facit contra legem ; + imo hoc facit, quod lex maxime vult. Longe aliud eſt in judice, + cui lex non permittit, ſed imperat ut homicidam morte puniat, reus ipſe futurus apud Deum ni fecerit. 86 Huic ſi Chriſtus interdicit, ne homicidam morte puniat, omnino contrarium legi præcipit, + ſolvit legem.

9. SEXTUM ſit argumentum ab exemplo Cornelii Centurionis, [a] qui & Spiritum Sanctum, ſignum indubitatum juſtificationis, à Chriſto accepit, & in nomen Chriſti à Petro Apoſtolo baptizatus eſt : militiam autem abdicaſſe, aut ad eam abdicandam + à Petro monitus non legitur. Sunt qui reſpondeant, cum de religione Chriſtiana à Petro ſit inſtitutus, + ſimul cenſeri debere inſtitutum de militia deſerenda. Hi, ſi quidem certum eſſet atque indubitatum inter Chriſti præcepta contineri interdictum militiæ, aliquid dicerent. Sed cum id nuſquam alibi diſerte exſtet, certe de ea re aliquid hoc ſaltem loco, qui id maxime poſcebat, dicendum fuerat, ne poſt ventura ætas officii ſui regulas ignoraret. Neque vero ſolet Lucas, ubi perſonarum qualitas ſpecialem quandam vitæ mutationem deſiderabat, id ſilentio prætereire, ut videre eſt tum alibi, + tum 87 Actor. XIX. 19.

[a] Act. X. v. 22. ſeq.

10. SEPTIMUM huic ſimile petitur ex eo, quod de Sergio Paulo cœpimus dicere, nam in ejus converſi hiſtoria + nullum eſt indicium 88 ejurati magiſtratus, aut admonitionis factæ ut ejuraretur. + Quod autem non narratur, cum narrari, ut diximus, maxime attineat, id nec factum cenſendum eſt.

11. OCTAVUM eſſe poteſt, quod [x] Paulus Apoſtolus, intellectis Judæorum in ſe inſidiis, Tribuno indicari eas voluit ; & cum Tribunus milites ei addidiſſet, quorum præſidio in itinere adverſus vim omnem tutus eſſet, nihil contradixit, + neque Tribunum, aut milites monuit, Deo non placere, ut

GROTII.

[x] *Paulus Apoſtolus, intellectis Judæorum in ſe inſidiis*] Utitur hujus loci auctoritate Concilium Africanum : [Cap. 93. pag. 253. *Cod. Canon. Eccleſ. Afric.* Edit. Pariſ. 1615.] *Quorum contra furorem poſſumus non inſolita, nec à Scripturis aliena impetrare præſidia ; quando Apoſtolus Paulus, ſicut in Apoſtolorum actibus fidelibus notum eſt, factioſorum conſpirationem militari etiam ſubmovit auxilio.* Utitur & ſæpe *Auguſtinus*, ut Epiſt. L. quæ eſt ad *Bonifacium* : epiſtola CLIV. ad Publicolam, ubi hæc : *Neque ſi in illa arma ſceleratí homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret.* Idem Epiſtola CLXIV. *Paulus egit, ut ſibi tuitio etiam armatorum daretur.* [Quæ Epiſt. eſt LXXXVII. *Edit. Benedictin.* Epiſt. autem L. eſt CLXXXIV. & Ep. CLIV. eſt XLVII.

GRONOVII.

83 *Ob qualemcumque*] Non enim licere voluit id niſi ob mores graviores, ut loquebantur olim, *Ulp.* Tit. VI. §. 9, 12. hoc eſt, ob adulteria. Matth. V, 31.

84 *Ab eo qui læſerit*] Solius vindictæ cauſa litigare, Matth. V, 38. 39. &c.

85 *Nihil facit contra legem*] Dilectionem inimici etiam V. F. præcipit Exod. XXIII, v. 4. 5. Prov. XXV, 22. & eſt in eam rem exemplum Eliſæi 2. Reg. VI, 22.

86 *Huic*] Judici, cui lex imperat.

87 *Actor.* XIX.] Ubi de Demetrio.

88 *Ejurati*] Depoſiti, vel abdicati. Sic autem Romæ loquebantur, ideo quod abeuntes conſulatu pro concione jurare ſolebant, ſe nihil contra leges feciſſe.

ut vis vi repellatur. Atqui is erat Paulus, qui nullam occasionem edocendi officii aut omitteret ipse, + aut omitti ab aliis vellet, 2. Timoth. IV, 2.

12. NONUM accedat, quod rei honestæ, ac debitæ finis proprius non potest non esse honestus, ac debitus. + Tributa ut solvamus honestum est, + atque etiam præceptum conscientiam obligans, ut Paulus + Apostolus explicat: tributorum autem (ε) finis est, ut potestates publicæ habeant + unde sumtum faciant ad bonos tuendos, ac coercendos malos, Rom. XIII, 3. 4. 6. Tacitus [a] apposite ad hanc rem: *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Cui dicto simile est Augustini illud: [b] *Ad hoc tributa præstamus, ut propter necessaria militi stipendium præbeatur.*

[a] *Hist.* IV. c. 74.

[b] *Lib.* XXII. *contra Faustum. cap.* 74.

13. DECIMUM argumentum præbet locus ille Actor. XXV, 11. ubi Paulus ita loquitur: *Si injuria quemquam affeci, & dignum aliquid morte commisi,* ϒ *non recuso mori.* Unde colligo, ita censuisse Paulum, etiam post publicatam Euangelii legem quædam esse crimina, quæ morte plecti æquitas ferat, aut etiam exigat: + quod & Petrus docet, 1. Epist. cap. II, 19. 20. Quod si ea tum fuisset Dei voluntas, ut capitalibus judiciis absisteretur, potuerat quidem purgare se Paulus, + sed non debuerat in hominum animis eam relinquere opinionem, quasi capite plectere nocentes nunc non minus quam olim liceret. Probato autem capitales pœnas post Christi adventum recte exerceri, + simul probatum arbitror, bellum aliquod licite geri, puta adversus nocentes multos, & armatos: [89] qui ut rei fiant, acie vincendi sunt. Vires enim, & resistentia nocentum, sicut + in prudenti deliberatione [90] suum habere momentum potest, + ita de jure ipso nihil imminuit.

14. UNDECIMUM sit, quod in Apocalypsi prophetia prædicuntur bella quædam piorum cum manifesta approbatione, XVIII, 6. & alibi.

15. DUODECIMUM esse potest, quod + Christi lex solam legem Mosis, [91] + qua gentes ab Hebræis separabat, sustulit, Ephes. II, 14. + Quæ autem natura, + & bene moratarum gentium consensu honesta censentur, adeo non sustulit, + ut sub generali præcepto omnis honesti, ac virtutis comprehenderit, Phil. IV, 8. 1. Cor. XI, 13. 14. Jam vero + criminum pœna, + & arma, quæ injuriam arcent, + natura habentur laudabilia, + & ad justitiæ, + & ad beneficentiæ virtutem referuntur. Atque hic + obiter notandus eorum est error, [92] qui Israëlitarum jus ad bellum deducunt ex eo solo, quod terram

GROTII.

ϒ *Non recuso mori*] Sic & Act. XXVIII, 18. *quia nulla in me erat mortis causa. Justinus* Apologetico II. καλάζεσθαι δὲ τὰς μὴ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανοὺς, οὐ ὑφ' ὑμῶν, ἀξιοῦμεν. *Ut autem puniantur, qui non convenienter præceptis illis vivunt, & nomine solo sunt Christiani, & quidem à vobis, & nos optamus.* (Pag. 50. *Edit. Sylburg.*)

GRONOVII.

89 *Qui ut rei fiant*] Ut compellantur facere quod jus & æquum est. *Taciti* verba imitatur 3. Ann. 13. *Petitam armis rempublicam, utque reus agi posset, acie victum.*

90 *Suum habere momentum*] Potest facere, ut intutum sit illos aggredi.

91 *Qua gentes*] Ea parte, qua nationes alias præter Israëlis posteros excludebat à fœdere Dei.

92 *Qui Israëlitarum*] Non aliam ob causam jus belli gerendi Hebræis fuisse, quam ut acquirerent terras septem populorum devotorum, à Deo illis attributas.

(ε) Hic, scilicet, inter alios, quos Auctor minimè excludit, ut ineptè hoc nomine eum carpunt quidam Interpretes. *J. B.*

GRO-

ram Cananæam illis Deus dediſſet. + Eſt enim hæc juſta quidem cauſa, + ſed non unica. Nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella geſſerunt : & + ipſi Iſraëlitæ poſtea aliis de cauſis, + ut David ob legatos violatos. Tum vero + quæ 93 humano jure quiſque poſſidet, + non minus ejus ſunt, quam ſi Deus donaſſet : + id autem jus per Euangelium non tollitur.

VIII. Videamus nunc etiam + quibus argumentis ſe fulciat adverſaria ſententia, quo facilius judicet pius æſtimator utra præponderent.

1. PRIMUM adferri ſolet z + vaticinium Eſaiæ, qui futurum dicit, ut populi gladios contundant in ligones, & lanceas in falces ; neque gladium ſumant alius in alium, neque bellum ultra addiſcant, II, 4. Sed hoc vaticinium aut ſub conditione quadam accipiendum eſt, quemadmodum multa alia ; ut nimirum intelligamus talem fore rerum ſtatum, a + ſi omnes populi Chriſti legem ſuſcipiant, atque impleant ; quam ad rem Deus nihil ſua ex parte paſſurus ſit deſiderari : + certum autem eſt, ſi omnes ſint Chriſtiani, & Chriſtiane vivant, nulla fore bella : quod a Arnobius ita enuntiat : *Si omnes omnino, qui homines eſſe ſe non ſpecie corporum, ſed rationis intelligunt poteſtate, ſalutaribus ejus, pacificiſque decretis aurem vellent commodare pauliſper, & non faſtu & ſupercilio tumidi ſuis potius ſenſibus quam illius commonitionibus crederent, univerſus jamdudum orbis mitiora in opera converſis uſibus ferri, tranquillitate in molliſſima degeret, & in concordiam ſalutarem incorruptis fœderum ſanctionibus conveniret.* Lactantius vero hoc modo : b *Quid fiet, ſi omnes in concordiam conſenſerint ? quod certe fieri poterit, ſi pernicioſo, & impio furore projecto, innocentes ac juſti eſſe velint ?* + Aut intelligendum eſt pure ; + quo modo ſi accipiatur, docet res ipſa impletum hoc nondum eſſe, ſed

a *Adv. Gentes*, Lib. 1. pag. 6. *Edit. Lugd. Bat. Salm.*

b *Inſt. Div.* Lib. 1. Cap. 18. n. 16.

GROTII.

z *Vaticinium Eſaiæ*] Id de pace, quæ orbi contigit beneficio Romani imperii, interpretatur *Chryſoſtomus* oratione Chriſtum eſſe Deum : ὡ ὅτι ἡ παγία ἐξὶ μόνον ὡ ἀκίνητ☉ ὡ ἀῤῥαγὴς, ἀλλὰ ὡ πολλὴν περιτανεύσει τῇ οἰκεμένῃ εἰρήνην, ὡ αἱ μὲν κατὰ πόλεις πολυαρχίαι ταναλυθήσονται, ὡ αἱ μοναρχίαι, μία δέ τις ἔσαι βασιλεία εἰς πάντας ἀῤθεῖσα, ὡ τὸ πλέον αὐτῆς ἐν εἰρήνῃ ἔσαι, ἡ καθάπερ ἔμπροσθεν. τὸ μὲν παλαιὸν χειροτέχναι πάντες ὡ ῥήτορες ὅπλα ἐτίθεντο ὡ ἐπὶ παρατάξεως ἐξήκκασαν τῷ Χριῳ δὲ παραγενομένῳ πάντα ἐκεῖνα διελύθη ὡ εἰς μέρ☉ διωρισμένον τὰ τῶν πολέμων περιέῃ. *Neque vero prædictum tantum eſt, ſtabilem fore, immotam, atque inconcuſſam hanc religionem : ſed cum ea adventuram orbi pacem, deſituras illas in ſingulis civitatibus plurium potentias, regnaque ipſa, & unum fore ſuper omnes imperium, ac ejus pleraque pacem habitura, contra quam ante fiebat ; olim enim & opifices, & oratores induebant arma, conſiſtebant in acie : Poſt Chriſti vero adventum ceſſavit mos iſte, & ad definitum hominum ordinem redacti ſunt actus bellici.* (Tom. VI. p. 628.) Habes ſenſum plane eundem apud *Euſebium* de Præparation. l. 1. c. 4.

a *Si omnes populi Chriſti legem ſuſcipiant, atque impleant.* Nam de Chriſtianis *Juſtinus* ἐ πολεμᾶμεν τοῖς ἐχθροῖς, *non pugnamus in hoſtes.* (Apolog. II. pag. 60. in fin. *Ed. Sylb.* ubi legitur, τὰς ἐχθρὰς.) Plane ut de *Eſſenis Philo* in oratione Omnem bonum eſſe liberum : (Pag. 877. A. *Edit. Pariſ.*) βελῶν, ἢ ἀκόντων, ἢ ξιφιδίων, κράνες, ἢ θώρακ☉, ἢ ἀσπίδ☉ ἐδένα παρ' αὐτοῖς ἂν ἔυροις ὁπλοποιὸν ἢ ὅπλοποιὸν, ἢ μηχανοποιόν. *Nullum inter eos reperias, qui aut jacula, aut ſagittas, aut gladium, aut galeam, aut loricam, aut ſcutum fabricet, nullum qui aut arma conficiat, aut machinas.* Simile eſt quod *Chryſoſtomus* ait 1. ad Corinth. XIII, 3. *Si eſſet inter homines qualis oportet dilectio, nullas fore pœnas capitales.* (Οὔτε γὰρ νέμων, ἔτε δικαςηρίων ἔδει, ἐ κολάσεων, ἐ τιμωριῶν, ἐκ ἄλλε τῶν τοιύτων ὐδενὸς· εἰ γὰρ ἅπαντες ἠγάπων, ἡ ἠγαπῶντο, ὐδὲν ἂν ἠδίκησεν ὐδεὶς &c. Tom. III. pag. 454. *Ed. Savil.*)

GRONOVII.

93 *Humano jure*] *Juſto* titulo poſſidendi, quem vel naturæ, vel gentium, vel civile jus ſanxit.

GRO-

ſed implementum ejus, + ut & converſionis generalis Judæorum, adhuc exſpectandum. Utrovis autem modo ſumas, + nihil hinc inferri poteſt adverſus bellorum juſtitiam, quamdiu ſunt qui pacis amantes pace frui non ſinunt, ſed vim eis intentant.

2. + Ex quinto Matthæi capite plura argumenta depromi ſolent, ad quorum dijudicationem opus eſt animo repeti, quod paulo ante diximus: + ſi Chriſto id fuiſſet propoſitum, omnia capitalia judicia, & jus bellorum tollere, + facturum id fuiſſe verbis quam maxime expreſſis ac ſpecialibus, ob rei magnitudinem ac novitatem; + eoque magis, quod nemo Judæus aliter cogitare poterat, quam leges Moſis ad judicia, & rempublicam pertinentes vim ſuam in homines Judæos habere debere, quamdiu ſtaret illa reſpublica. Hac ergo de re præmoniti locorum ſingulorum vim ordine exploremus.

3. Adverſariæ ergo ſententiæ munimentum SECUNDUM ex iſtis verbis petitur: *Audiſtis dictum fuiſſe*, + *Oculum pro oculo*, *& dentem pro dente.* + *Ego vero dico vobis, ne obſiſtite injurioſo*, (לרשע [b] quod Græci vertunt [94] τῷ ἀδικοῦντι, Exod. II, 13.) + *ſed cædenti te in dexteram maxillam, alteram quoque obverte.* + Hinc enim inferunt quidam, nullam injuriam aut repellendam, aut vindicandam, + ſive publice, + ſive privatim. (γ) Atqui non hoc dicunt verba: + neque enim magiſtratus hic alloquitur Chriſtus, ſed [95] eos, qui impetuntur; + nec de quavis agit injuria, ſed [96] de tali, qualis eſt alapa: + ſequentia enim verba reſtringunt præcedentium generalitatem.

4. Sic in præcepto ſequente: + *Qui velit tecum litigare, ut tunicam accipiat*, [c] *dimitte illi etiam pallium*: non omnis provocatio ad judicem, aut arbitrum prohibetur, + Paulo interprete, qui lites non omnes prohibet, 1. Cor. VI, 4. + ſed vetat Chriſtianos [97] in prophanis auditoriis inter ſe litigare, idque ad Judæorum exemplum, apud quos recepta erat ſententia, + *Qui adducit negotia Iſraëlitica* [98] *ad extraneos, polluit nomen Dei:* ſed vult Chriſtus + ad exercendam patientiam noſtram, + de rebus, quæ facile ſunt recuperabiles, ut tunica, aut cum tunica, ſi opus ſit, pallium, non contendi judicio, + ſed quamvis optimo jure nitamur, omitti juris perſecutionem

GROTII.

b *Quod Græci vertunt τῷ ἀδικοῦντι*] Ut & *Lucas* in Stephani oratione: ὁ ἀδικῶν τὸν πλησίον. (Act. VII, 27.)

c *Dimitte illi etiam pallium*] Id ita exponit *Cyprianus* de bono Patientiæ: *Ut tua ablata non repetas.* (Pag. 216. *Ed. Fell.*) *Irenæus* lib. IV, Cap. XXVII. (XIII. *Edit. Maſſuet.*) *Tollenti tibi tunicam, remitte ei & pallium: ſed non quaſi nolentes fraudari contriſtemur, ſed quaſi volentes donaverimus, gaudeamus. Et ſi quis te, inquit, angariaverit mille paſſus, vade cum eo alia duo, ut non quaſi ſervus ſequaris, ſed quaſi liber præcedas.* Etiam *Libanius*, qui Evangelia legerat, laudat non litigantes de chlamyde & tunica, in oratione de cuſtodia reorum. *Hieronymus* dialogo I. adverſus *Pelagium*: *Docet Evangelium ei, qui nobiſcum velit judicio contendere, & per lites & jurgia auferre tunicam, etiam pallium eſſe concedendum.* (Tom. II. pag. 274. C. *Edit. Baſil.*)

GRONOVII.

94 Τῷ ἀδικοῦντι] τῷ ἀσελγεῖ.

95 *Eos, qui impetuntur*] Privatos, quibus fit injuria.

96 *Tali, qualis*] Levi, quæ plus habeat contumeliæ, quam detrimenti.

97 *In prophanis auditoriis*] Ad paganorum judicium tribunalia. Sic auditorium principis *l.* 18. §. 1. *D. de Minorib.* Præfecti prætorio *l.* 40. *de reb. cred.* Alibi auditoria judicum & magiſtratuum.

98 *Ad extraneos*] Ἀλλοφύλους, ἀπειρημένους.

(γ) Confer. heic Auctoris *Epiſt.* 1057. I. Part. *J. B.*

GRO-

nem. + Apollonius Tyanæus [a] negabat philosophi esse περὶ χρυσίου διαφέρεσθαι, + de pecuniola litigare. [b] *Non improbat prætor* (inquit Ulpianus) *factum ejus, qui* 99 *tanti habuit re carere, ne propter eam sæpius litigaret. Hæc enim verecunda cogitatio ejus, qui* 100 *lites exsecratur, non est vituperanda.* Quod hic 101 probari à probis, ait Ulpianus, + hoc Christus imperat, + ex rebus honestissimis, & probatissimis deligens præceptorum suorum materiam. + At non hinc recte colligas etiam parenti, etiam tutori nefas fore, id sine quo liberi, sine quo pupilli sustentari nequeant, si cogatur, apud judicem defendere. + Aliud enim est tunica & pallium, aliud totum illud unde vivitur. In Clementis Constitutionibus [c] de homine Christiano dicitur, si litem habeat, ἀπαιτείτω διαλύεσθαι, κἂν δέῃ βλαφθῆναί τι, + *det operam*, [1] *ut transigat, etiamsi quid damni accipiendum sit.* Quod ergo de moralibus dici solet, hic quoque locum habet, [2] + non consistere hæc in puncto, sed habere suam quandam latitudinem.

[a] *Philostr.* II, 15. (c. 39. *Ed. Olear.*)
[b] *L. Item si* 4. §. 1. *D. de alien. jud. mut. causa facta.*
[c] *L. I. c. 5.* XLIV.

5. Sic in eo, quod deinceps sequitur, + *Qui* 3 *angariabit te ad milliare unum, abi cum eo duo:* + non dixit Dominus de centum milliaribus, quod iter hominem à suis negotiis longius abduceret, sed de uno, &, si ita usu veniat, de duobus; quæ deambulatio quasi pro nihilo ducitur. Sensus ergo est, + in his, quæ nobis non multum sunt incommodatura, non urgendum nobis esse jus nostrum, sed cedendum plus etiam quam alter postulet, [d] + ut & patientia, & benignitas nostra omnibus innotescat.

6. Sequitur porro: [e] + *Petenti abs te dato, & volentem à te mutuo sumere, ne rejice.* + Si 4 in infinitum hoc producas, nihil durius. + Qui domesticorum curam non agit, infideli est deterior, inquit Paulus I. Tim. V, 8. Sequamur ergo eundem Paulum, optimum legis herilis interpretem, qui Corinthios excitans ad beneficentiam in Hierosolymitanos exercendam, + *Non*, inquit,

GROTII.

d *Ut & patientia, & benignitas omnibus innotescat*] *Justinus* Apologetico II: περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι καὶ ἀοργήτους, ἃ ἔφη ταῦτά ἐστι. *Quæ dixit, huc pertinent, ut adversus omnes simus patientes, officiosi, minime iracundi.* (Pag. 49. *Edit. Sylb.*]

e *Petenti abs te dato*] *Justinus* Apologetico eodem: εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, ταῦτα ἔφη παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, &c. (Pag. 48.) *De communicandis vero facultatibus nostris cum egentibus, & ne quid ad gloriam aucupandam faciamus, hæc dixit: omni petenti date*, &c. Alibi: παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες, *communicantes nostra omni egenti.* (Pag. 47.) *Cyprianus* Testimoniorum lib. III, 1. *Nemini negandam eleemosynam.* item illic: *omni poscenti te dato, & ab eo, qui voluerit mutuari, ne aversatus fueris.*

GRONOVII.

99 *Tanti habuit*] Cui tanti fuit non litigare, ut maluerit fraudari, quam lites sequi.

100 *Lites exsecratur*] A litibus abhorret. *Justin.* 13, 1. 38, 10. 39, 1. *lites gravatur.*

101 *Probari à probis*] Optimo cuique potius videri, id omnes suum nomen professos curare, & observare jubet.

1 *Ut transigat*] Citra judicem controversiam dirimat, & rem componat.

2 *Non consistere*] Non strictissime, ac præcise accipienda. Vid. supr. §. 1. num. 3.

3 *Angariabit*] Omissis rebus tuis viæ ducem esse, onus portare, jumentum, aut vehiculum præbere coget. *Angari* dicebantur nuntii regum Persicorum. Illis jus erat per vias obvio cuique auferre recentiorem equum, aut adigere homines ad illa, quæ diximus, & similia præstanda.

4 *In infinitum*] Sine limitatione de omnibus omnino rebus, & quantacumque summa accipias.

inquit, *ut* 5 *aliis sit laxamentum, vobis res angustæ, sed ut æquabiliter* f *vestra copia succurrat illorum inopiæ*, 2. Cor. VIII. 13. Id est (Livii [a] verba + in re non dissimili usurpabo) ut ex eo, quod adfluit opibus vestris, sustineatis necessitates aliorum: qui sensus est & in Cyro [b] Xenophontis: 6 ἃ ἂν ἴδω περισσὰ ὄντα τῶν ἐμοὶ ἀρκούντων, τούτοις τὰς ἐνδείας τῶν φίλων ἐξακοῦμαι. + Similem æquitatem adhibeamus interpretando præcepto, quod jam à nobis recitatum est.

[a] *Lib.* VI. *c.* 15. *num.* 9.

[b] *Cyrop.* Lib. VIII. *c.* 2. §. 11. *Ed. Oxon.*

7. + Lex Hebræa, 7 sicut divortii libertatem indulgebat, ut sævitiæ maritorum in uxores occurreret: + ita etiam privatæ ultioni, + ad quam gens illa valde prona erat, coërcendæ, jus læso fecerat ab eo qui læserat, + non manu sua, + sed apud judicem + exigere talionem: quod lex etiam XII. tabularum secuta est; + *Si membrum rupit*, 8 *talio esto*. Christus vero + majoris patientiæ magister tantum abest, ut illam in jam læso probet vindictæ flagitationem, + injurias quasdam ne arceri quidem vult, aut vi, aut judicio. + At quales injurias? tolerabiles scilicet, ff non quod non in atrociorib[us] quoque laudabile hoc sit, + sed quod 9 restrictiore quadam patientia contentus sit. + Ideo exemplum posuit in alapa, quæ non vitam impetit, non corpus mutilat, sed tantum contemtum quendam nostri significat, + qui nos nihilo deteriores facit. Seneca, [c] libro de constantia sapientis, + injuriam à contumelia dividit: *Prior illa*, inquit, *natura gravior est: hæc levior, & tantum* 10 *delicatis gravis, qua non læduntur, sed offenduntur. Tanta est animorum dissolutio, & vanitas, ut quidam nihil acerbius putent. Sic invenias servum, qui flagellis, quam colaphis cædi malit.* Idem alio loco: [d] *Contumelia est minor injuria, quam queri magis* 11 + *quam exsequi possumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putaverunt.* Sic apud [e] Pacuvium quidam: *Patior facile injuriam, si est vacua à contumelia.* Et apud Cæcilium 12 alius: *f*

[c] *Cap.* 4.

[d] *Ibid. c.* 10.

[e] *Peribœa, apud Non. Marcell.* p. 430. *Ed. Merc.*

[f] *Fallacia, ibid.*

Facile ærumnam ferre possim, si inde abest injuria;
Etiamque injuriam, nisi contra 13 *constat contumelia;*

Demosthenes: (nn) οὐδὲ γὰρ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, ἀλλὰ τὸ

GROTII.

f *Vestra copia succurrat illorum inopiæ*] *Seneca* de beneficiis secundo: *Dabo egenti, sed ut ipse non egeam.* (Cap. 15.) *Chrysostomus* in locum ad Corinthios hic productum: ὁ Θεὸς τὰ κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, οὐ καθ' ὃ ἔχει τις οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει. *Deus pro facultate poscit quatenus habet quis, non quatenus non habet.* Quod ut recte intelligatur, accedant sequentia: ἐπαινεῖ μὲν τοὺς ὑπὲρ δύναμιν, οὐκ ἀναγκάζει δὲ τούτους ποιῆσαι ταῦτα. *Laudat quidem quod facultates exsuperat,* (nempe in Thessalonicensibus) *sed hos* (Achæos scilicet) *non cogit idem facere.* (Tom. III. p. 641. *Edit. Savil.*

ff *Non quod non in atrocioribus quoque laudabile hoc sit*] Vide *Chrysostomum* dicto jam loco.

GRONOVII.

5 *Aliis sit laxamentum*] Ut alii facilius vivant, vos spoliari à vobismetipsis, & in arctum redigi.

6 Ἃ ἂν ἴδω] Quod de meis opibus mihi supersit, eo indigentiam amicorum sustento.

7 *Sicut divortii*] Quemadmodum maritos voluit uxoribus, quarum tæderet, ne perpetuo eas male tractarent, libellum repudii dare, & eas à se dimittere. Formula in not. ad Matth. V, 31.

8 *Talio esto*] Ejusdem membri in auctore injuriæ rumpendi petitio esto.

9 *Restrictiore*] Non tam late patente.

10 *Delicatis*] Fastidientibus, impatientibus.

11 *Quam exsequi*] Ulcisci. §. 2. Instit. *de his, qui sui, vel alieni.*

12 *Alius*] Nonius p. 430.

13 *Constat contumelia*] MSS. editique, *constant contumeliam*, f. *circumadstant contumeliæ.*

(nn) Locus est in Oratione *Adversus Midiam*, pag. 395. B. *Ed. Basil.* 1572. refertur & fusius à *Saturnino*, *L.* 16. §. 6. *D. De Pœnis. J. B.*

GRO-

τὸ ἐφ' ὕβρει. *Nec enim tam grave hominibus ingenuis verberari, quamquam & hoc grave, quam per contumeliam verberari.* Is, quem dixi, Seneca [a] paulo inferius ex contumelia dolorem + affectum eſſe, ait, quem [14] humilitas animi moveat [15] + contrahentis ſe ob factum, dictumve inhonorificum. [a] Cap. X.

8. + In tali ergo circumſtantia + patientiam Chriſtus præcipit : & ne quis tritum illud objiciat, (oo) + *Veterem ferendo injuriam* [16] *invitas novam* : addit, [g] + potius etiam ferendam eſſe alteram injuriam, quam propulſandam priorem : + quia ſcilicet [h] nihil inde ad nos mali pervenit, + niſi quod in ſtulta perſuaſione poſitum eſt. + Maxillam obvertere in Hebraiſmo eſt patienter ferre, ut apparet Eſai. L, 6. Jerem. III, 3. [i] præbere os contumeliis, dixit Tacitus Hiſtoriarum tertio. (pp)

9. TERTIUM argumentum peti ſolet ex eo, quod apud Matthæum ſequitur : *Audiſtis dictum fuiſſe*, + *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum* : + *Ego vero dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benedicite eis, qui vos exſecrantur, precamini pro eis, qui infeſti vobis ſunt, & vos perſequuntur.* Sunt enim qui exiſtimant cum tali dilectione, & beneficentia adverſum inimicos, & infeſtos, + pugnare tum judicia capitalia, tum bella. + Sed facile id refellitur, ſi ipſum illud legis Hebraicæ dictum conſideremus. Præcipiebatur Hebræis, ut proximum diligerent, [ii] + Hebræum ſcilicet : ita enim vocem proximi ibi ſumi oſtendit Levit. XIX, [17] + comma 17, collatum cum commate 18. + At non eo minus imperatum erat magiſtratibus occidere homicidas, & alios graviter ſontes : + non eo minus tribus undecim ob delictum atrox juſto bello perſecutæ ſunt tribum Benjamiticam, Jud. XX. + non eo minus recte David, qui [18] prælia Domini præliabatur, regnum ſibi promiſſum ab Iſboſeto armis repetit.

10. + Sit

GROTII.

g *Potius ferendam eſſe alteram injuriam*] *Chryſoſtomus* VII. ad Romanos : ταύτῃ γὰρ ἡ λαμπρὰ νίκη, τὸ πλεῖον αὐτῷ παραχεῖν ὧν βούλεται, μὴ τοὺς ὅρους τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας αὐτῷ τῇ δαψιλείᾳ τῆς οἰκείας ὑπερβῆναι μακροθυμίας. *Hæc egregia victoria plus illi largiri quam velit, & fines improbæ in illo libidinis liberalitate propriæ patientiæ tranſcendere.* (Tom. III. pag. 98.)

h *Nihil inde ad nos mali pervenit, niſi quod in ſtulta perſuaſione poſitum eſt*] *Chryſoſtomus* de Statuis prima : (Immo *ſecunda*. pag. 471. Tom. VI.) ὕβρις γὰρ οὐκ ἀπὸ γνώμης τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διαθέτεως τῶν πασχόντων ἢ συνίσταται, ἢ ἀπόλυται. *Contumelia non ab inferentis animo; ſed ex judicio eorum, qui patiuntur, aut fit, aut perit.*

i *Præbere os contumeliis*] Præbere os, eo ſenſu & apud *Terentium* eſt Adelphis. (*Act.* II. *Scen.* II. verſ. 7.)

ii *Hebræum ſcilicet*] Cui par proſelytus; leges autem de non nocendo etiam ad incolas illos incircumciſos, de quibus actum cap. 1, §. XVI. porrigebantur. Ita Thalmudici.

GRONOVII.

14 *Humilitas animi*] Μικροψυχία.

15 *Contrahentis*] In angorem prolapſi.

16 *Invitas novam*] Das audaciam lædenti ad iterum te offendendum.

17 *Comma* 17, *collatum*] Priori proximus & frater appellantur, poſteriori cives. Non memineris injuriæ civium tuorum.

18 *Prælia Domini*] Non niſi juſta bella gerebat. *Vid. ſup.* §. 2. *n.* 2.

(oo) E *Publio Syro*, referente AULO GELLIO, Noct. Attic. XVII. 14. *J. B.*

(pp) Apud Auctorem illum eſt : Mox ut *præberi ora contumeliis.* C. 31. Et *os offerre contumeliis.* Cap. 85. *num.* 6. Lib. III. Hiſt. indicati. Sic & LIVIUS dixit : *Deſiiſſe poſtremo præbere ad contumeliam os.* Lib. IV. cap. 35. *num.* 10. quæ jam animadverto partim obſervata à Clar. *Clerico*, in Matth. V. 39. Adde CICERON. I. *Ep. ad Attic.* 18. pag. 145. *Ed. Græv.* Orat. *pro S. Roſc. Amer.* cap. 49. pag. 205. & *in Ver.* III, 16. pag. 32. *J. B.*

10. + Sit ergo nunc porrecta [19] latius proximi significatio ad homines quosvis : omnes enim in communem gratiam sunt recepti : nulli populi à Deo [20] devoti ; + licebit tamen + in omnes + quod tunc in Israëlitas licuit, + qui diligi æque tunc jubebantur, + ut nunc quivis homines. + Quod si etiam velis in Euangelica lege majorem dilectionis gradum imperari, concedatur & hoc, dum illud quoque constet, [k] non omnes æqualiter diligendos, + sed magis patrem, quam extraneum. [a] Sic etiam [21] bonum innocentis [22] bono nocentis, [23] bonum commune [24] privato antehabendum + ordinatæ dilectionis lege. + Ex [25] dilectione autem innocentium nata sunt & judicia capitalia, & pia bella. Vide sententiam moralem, + quæ exstat Prov. XXIV, 11. Debent ergo Christi præcepta de singulis diligendis, atque adjuvandis ita impleri, + nisi major, ac justior dilectio impediat. Notum est dictum vetus : [1] *Tam omnibus parcere crudelitas est, quam nulli.*

a Vid. inf. L. 2. c. 20. §. 10. n. 8.

11. Adde, + quod inimicos diligere jubemur Dei exemplo, qui malis solem suum oriri facit. At idem Deus de quibusdam malis + & in hac vita pœnas sumit, & olim sumet gravissimas. Quo argumento simul solvuntur ea, + quæ de lenitate Christianis præcepta ad hanc rem adferri solent. Nam Deus lenis, misericors, longanimis appellatur Jonæ IV, 2. Exod. XXXIV, 6. At [ll] ejusdem in contumaces iram, hoc est, puniendi voluntatem, passim describunt sacræ literæ, Num. XIV, 18. Rom. II, 8. + Et hujus iræ minister constitutus est Magistratus, Rom. XIII, 4. + Moses ab eximia lenitate prædicatur : at idem pœnas de sontibus exegit, etiam capitales. Christi lenitatem, & patientiam imitari passim jubemur. At [m] + Christus est, qui & Judæos

GRONOVII.

19 *Latius proximi*] Quia in N. T. Christus demonstravit, proximum esse nobis non modo civem, sed & quemvis hominem.

20 *Devoti*] Ut septem Cananæi.

21 *Bonum innocentis*] Quod est, ut puniatur noxius, ne impunitas augeat in istum & similes improbitatem.

22 *Bono nocentis*] Quod ille bonum sibi putat, ut ei parcatur, & nihil luat.

23 *Bonum commune*] Ut refrenentur delicta suppliciis.

24 *Privato*] Singulorum alios injuria afficientium, ne quid mali vicissim patiantur.

25 *Dilectione innocentium*] Ne hi periclitarentur, si malis impunita essent facinora.

GROTII.

k *Non omnes æqualiter diligendos*] *Tertullianus* adversus Marcionem IV : (*Cap.* 16.) *Secundus gradus bonitatis est in extraneos : in proximos primus. Hieronymus* adversus *Pelagium* dialogo I. *Præceptum est mihi, ut diligam inimicos, & orem pro persecutoribus. Numquid justum est ut ita diligam, quasi proximos & consanguineos, ut inter æmulum & necessarium nulla distinctio sit?* (Tom. II. pag. 274. C. *Ed. Bas.*)

1 *Tam omnibus parcere crudelitas est, quam nulli*] Verba sunt *Senecæ* 1. de *Clementia*, cap. 11. *Chrysostomus* 1. ad Cor. III, 12. & sequentibus, de pœnis humanis agens : δεῖ ἄνθρωποι ὠμότητι ταῦτα πράττειν, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ· *non ex sævitia, sed ex bonitate talia faciunt homines.* (Tom. III. pag. 297. *Ed. Savil.*) *Augustinus* : (Ep. LIV. ad *Macedonium.*) *Sicut est aliquando misericordia puniens, ita & crudelitas parcens.* Imperatores, *Valentinianus, Theodosius*, & *Arcadius*, in lege tertia, Codice *Theodosiano*, de defensoribus civitatum : *Removeantur patrocinia, quæ favorem reis, & auxilium scelerosis impertiendo maturari scelera fecerunt. Totilas* apud Procopium Gotthicorum II : [immo *Lib.* III. Cap. 8.] τό τε ἐξαμαρτάνειν καὶ τὸ διακωλύειν τὴν εἰς τοὺς ἡμαρτηκότας τιμωρίαν, ὅμοιά, ἐν ἴσῳ ἐστί. *Peccare, & prohibere pœnas peccantium in pari pono.* Vide quæ dicentur lib. II. cap. XXI. §. 2.

ll *Ejusdem in contumaces iram*] Vide hac de re *Cyrillum* libro V. contra Julianum. (Pag. 173. & *seqq.* Edit. Spanhem.)

m *Christus est, qui Judæos inobedientes suppliciis affecit gravissimis*] Adde loca Matth. XXI, 41. Lucæ XIX, 12, 14, 27. *Chrysostomus* ad Rom. XIV.

Judæos inobedientes ſuppliciis affecit graviſſimis, Matth. XXII, 7. + & impios in die judicii pro meritis eſt damnaturus. Magiſtri lenitatem imitati ſunt Apoſtoli, qui tamen n + poteſtate ſibi divinitus data uſi ſunt ad pœnam facinoroſorum, I. Cor. IV, 21. V, 5. I. Tim. I, 20.

12. QUARTUS locus qui objicitur eſt Rom. XII, 17. + *Nemini malum pro malo reddite :* 26 *procurate honeſta in omnium conſpectu : ſi fieri poteſt,* + *quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viventes, non vosmetipſos* o *ulciſcentes, dilecti,* + *ſed* 27 *date locum iræ : ſcriptum eſt enim;* + *Meum eſt ulciſci : ego rependam, dicit Dominus.* + *Itaque ſi eſurit inimicus tuus, ciba eum; ſi ſitit, da ei potum :* + *hoc enim ſi feceris, carbones ignis coacervabis in caput ejus. Ne vincitor à malo, ſed vince bono malum.* Sed hic quoque eadem, quæ ad locum ſuperiorem a patet reſponſio. Nam quo tempore dictum fuerat à Deo, Meum eſt ulciſci, ego rependam; + eo ipſo tempore & judicia capitalia excercebantur & de bellis ſcriptæ erant leges. Quin & beneficia inimicis (28 + popularibus ſcilicet) exhiberi jubentur, Exod. XXIII, 4. 5. Hæc tamen, ut diximus, neque pœnis capitalibus, neque bellis juſtis in ipſos etiam Iſraëlitas obſtabant. Quare ne nunc quidem verba eadem, aut præcepta ſimilia, + quamvis 29 latius patentia, in talem ſenſum rapienda ſunt: eoque minus + quia 30 capitum ſectiones non ab Apoſtolis ſunt, aut eorum ætate, ſed multo

a *ſup. n. y.*

XIV. narratis malis Hieroſolymorum : (Tom. III. pag. 205.) ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς αὐτὲς ταῦτα εἰργάσατο, ἄκυρον αὐτῷ τῦτο περολέγοντα, μὴ διὰ παραβολῶν, μὴ σαφῶς, μὴ διαῤῥήδην. *Chriſtum eſſe, qui hæc fecerit, audi ipſum prædicentem, tum per parabolas, tum aperte & exerte.* Similia habet oratione ſecunda adverſus Judæos.

n *Poteſtate ſibi divinitus data uſi ſunt*] *Chryſoſtomus* 1. Cor. IV, 21. ἀνελῶ, πηρώσω; ἔστι γὰρ πνεῦμα πραότητος καὶ πνεῦμα αὐστηρότητος. *Interficium, mutilabo ? eſt enim ut lenitatis, ita & ſeveritatis ſpiritus.* (Tom. III. pag. 321.) Vide & *Auguſtinum* de ſermonibus Domini in monte lib. 1. & alios, quos citat *Gratianus* Cauſ. XXIII. quæſt. VIII.

o *Ulciſcentes*] Vulgata interpretatio in hoc loco habet *defendentes.* Sed ea vox ſæpe à Chriſtianis in ulciſcendi ſenſu poſita invenitur. *Tertullianus* de Patientia : Cap. X.) *Jam ſi leviùs defendaris, inſanies : ſi uberius, oneraberis. Quid mihi cum ultione, cujus modum regere non poſſum per impatientiam doloris ?* Adverſus *Marcionem* II. *non enim injuriæ mutuo exercendæ licentiam ſapit, ſed in totum cohibendæ violentiæ proſpicit, ut quia duriſſimo, & infideli in Deum populo longum, vel etiam incredibile videretur à Deo exſpectare defenſum, edicendam poſtea per Prophetam, Mihi defenſum, & ego defendam, dicit Dominus : interim commiſſio injuriæ metu vicis ſtatim occurſuræ repaſtinaretur : & licentia retributionis prohibitio eſſet provocationis : ut ſic improbitas aſtuta ceſſaret, dum ſecunda permiſſa, prima terretur : & prima deterrita, nec ſecunda committitur, quæ & aliàs facilior timor talionis per eumdem ſaporem paſſionis. Nihil amarius quam id ipſum pati, quod feceris aliis.* (Cap. 18.) De monogamia : *Aliæ diluvium iniquitates provocaverunt, ſemel defenſæ qualeſcumque fuerunt, non tamen ſeptuagies ſeptiès, quod duo matrimonia meruerunt.* (Cap. 4.) Locum Pauli, de quo hic ſermo, non male explicat *Auguſtinus* epiſtola CLIV : *Hinc autem dictum eſt, non reſiſtamus malo, ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit.* Vide quæ infra lib. II. cap. XX. §. V. & X.

GRONOVII.

26 *Procurate honeſta*] Hæc *Bezæ* verſio προνοέμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων. Vulg. *providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.* Caſtalio : *date operam, ut vos apud omnes homines honeſte geratis.* Nec male ſit, honeſta ſectantes in exemplum, & confeſſionem omnium hominum. Vel ut, quantum fieri poteſt, apud omnes homines bene audiatis. Matth. V, 17.

27 *Date locum iræ*] Spatium, advocationem, ut loquitur *Seneca* ad Marc. cap. X.

28 *Popularibus*] Civibus, quibuſcum eſt ſimultas, mitius tractandis quam in hoſtes externos conſulimus.

29 *Latius patentia*] Etſi ad plures pertineant ob vocis Proximi ſignificationem productam.

30 *Capitum ſectiones*] Et habuit longe alias vetus Eccleſia, de quibus videndus *Caſaubonus* initio Notarum ad N. T. (Vide inprimis Prolegomena Doctiſſimi MILLII, *num.* 905. *& ſeqq. Ed. Kuſter.* Secundum veterem illam diviſionem, Capita XII. XIII. & XIV. Editionum noſtrarum in unum compingebantur, ut videre eſt in Editione laudatâ. *J. B.*

multo ſerius factæ ad dividendam lectionem, & faciliorem locorum allegationem. Quare quod nunc XIII. caput inchoat, *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto*, & quæ ſequuntur, cum illis de ultione non expetenda præceptis [31] cohæſit.

13. In hac autem diſſertatione dicit Paulus, poteſtates publicas Dei miniſtras eſſe, & vindices ad iram (id eſt ad pœnam) in maleficos: + eo ipſo apertiſſime diſtinguens inter ultionem publici boni cauſa, quæ Dei vice [32] exigitur, & ad ultionem Deo reſervatam referenda eſt; & illam [33] explendi doloris, quam paulo ante interdixerat. Nam ſi ultionem etiam illam, quæ boni publici cauſa exigitur, in illo interdicto comprehenſam velis, + quid erat abſurdius, quam cum dixiſſet abſtinendum à pœnis capitalibus, deinde ſubjicere, in hoc poteſtates publicas à Deo conſtitutas, ut pœnas vice Dei exigant?

14. QUINTUS, quo nonnulli utuntur, locus eſt 2. Cor. X, 3. *Quanquam in carne ambulantes, nequaquam carnis bella gerimus.* + *Nam arma militiæ noſtræ* [p] *non ſunt carnalia, ſed divinitus valida ad deſtructionem munitionum*; & quæ ſequuntur. Sed hic locus nihil ad rem facit. Oſtendunt enim tum præcedentia, tum quæ ſequuntur, carnis nomine à Paulo ibi intelligi + imbecillam corporis conditionem, qualis in aſpectum veniebat, & cujus nomine contemnebatur. Huic opponit Paulus arma ſua, poteſtatem ſcilicet ſibi ut Apoſtolo datam ad coercendos refractarios, + quali uſus fuerat in Elymam, Corinthium inceſti reum, Hymenæum, & Alexandrum. Hanc ergo poteſtatem negat eſſe + carnalem, id eſt, infirmam, + imo contra validiſſimam eam eſſe aſſerit. + Quid hoc ad jus capitalium ſuppliciorum, aut belli? Imo contra, + quia Eccleſia eo tempore publicarum poteſtatum auxilio deſtituebatur, ideo ad ejus tutelam [34] + prodigioſam illam poteſtatem Deus excitaverat, + quæ deficere ferme cœpit ex quo Imperatores Chriſtiani Eccleſiæ contigerunt, + ſicut Manna defecit ubi in terras frugiferas populus Hebræorum pervenerat.

15. Qui SEXTO affertur locus Eph. VI, 12. *Induite univerſam illam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus artes diaboli*; + *quia non eſt vobis lucta adverſus ſanguinem & carnem* (ſupple, *tantum*, + more Hebræo) *ſed adverſus imperia*, & quæ ſequuntur: + agit de pugna, quæ Chriſtianorum eſt qua ſunt Chriſtiani, + non quam communem habere cum aliis hominibus certis eventibus poſſunt.

16. Jacobi locus, qui SEPTIMO affertur, IV, 1. + *Unde bella, & pugnæ inter vos? nonne ex voluptatibus veſtris, quæ militant in membris veſtris?* Concu-

GROTII.

p *Non ſunt carnalia*] *Chryſoſtomus* hoc loco: Ὅπλα σαρκικὰ intelligit πλοῦτον, δόξαν, δυναστείαν, ἐυγλωττίαν, δεινότητα, περιδρομὰς, κολακείας, ὑποκρίσεις. *Opes, gloriam, potentatum, eloquentiam, ſolertiam, prenſationes, aſſentationes, fallacias.* (Tom. III. pag. 658.)

GRONOVII.

31 *Cohæſit*] Olim conjunctum, & continuatum fuit.

32 *Exigitur*] Per magiſtratus, quæque pars eſt illius hoſtimenti, & viciſſitudinis, quam minatur, & ab ſeſe jubet exſpectari Deus.

33 *Explendi*] Quam privata libido ſumit, ægri, & crudelis animi ſolatium.

34 *Prodigioſam illam*] Qua vexandos Satanæ tradebant diſcipulos non audientes.

GRO-

Concupiscitis, & non habetis : invidetis, & affectatis, nec potestis nancisci : pugnatis, & bella geritis, nec obtinetis, eo quod non petitis : Petitis, & non accipitis, eo quod male petitis, ut in voluptates vestras absumatis : nihil continet universale : tantum dicit bella, & pugnas, + quibus tum Hebræi dispersi inter se misere collidebantur (cujus historiæ partem aliquam apud [a] Josephum videre est) + ortum habuisse ex causis non probis : + quod nunc etiam contingere scimus, & dolemus. Sensum ab hoc Jacobi loco non alienum habet Tibulli illud : (I. Eleg. XI, 7. 8.)

[a] *Antiq. lib.* XVIII. *cap.* 12. *seu ultim. & lib. seq.*

+ *Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuere,*
Faginus adstabat cum scyphus ante dapes.

Et apud Strabonem non (qq) uno loco notatum videas, q + innocentissime agere eas gentes, quarum victus est simplicissimus. Non abeunt hinc ista Lucani : (Phars. IV, 373. & *seqq.*)

——— ——— ——— *O prodiga rerum*
Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,
Et quæsitorum terra, pelagoque ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ !
Discite quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. Non erigit ægros
Nobilis ignoto Consule Bacchus,

Non

GROTII.

q *Innocentissime agere eas gentes, quarum victus est simplicissimus*] Dicit idem *Philo* de vita contemplatrice, (pag. 892. A. B.) citans *Homeri* illud : (Iliad. XIII. 6.)

Γλακτοφάγων ἀβίωντε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
Laccomedonum, inopumque hominum justissima quæ gens

Justinus de Scythis : (Lib. II. c. 2.) *Aurum, & argentum non perinde ut reliqui mortales appetunt.* Mox : *Hæc continentia morum quoque illis justitiam indidit nihil alienum concupiscentibus : quippe ibidem divitiarum cupido est, ubi & usus.* Et de Scythis in eandem sententiam locus lectu dignus apud *Gregoram* lib. II. Taxiles Alexandro : τί δεῖ πολέμων ἡμῖν μάχης ἡμῖν, Ἀλέξανδρε, πρὸς ἀλλήλους, εἰ μήτε ὕδωρ ἀφαιρησόμενος ἡμῶν ἀφίξας, μήτε τροφὴν ἀναγκαίαν, ὑπὲρ ὧν μόνον ἀναγκη διαμάχεσθαι νῦν ἔχουσιν ἀνθρώποις ; (Apud *Plutarchum*, in Alex. p. 698. A. Tom. I.) *Quid inter nos, Alexander, bellis & præliis opus, quando neque ut aquam, neque ut victum necessarium à nobis auferas huc venisti, pro quibus solis pugnare est hominum ratione utentium ? Diogenis* dictum huc pertinet : ἢ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων οἱ κλέπται ἢ οἱ πολεμίοι, *non enim ex his, qui polentam edunt, aut fures exsistunt, aut bellorum auctores. Porphyrius* lib. II. de non edendis animalibus : τὸ εὐδάπανον ἢ εὔπορον πρὸς συνεχῆ εὐσέβειαν συντελεῖ ἢ τῶν ἀπάντων, *quicquid paratu facile est, & levis sumptus, ad pietatem perpetuam, & quidem omnium confert.* (Locus extat pag. 144. *Ed. Lugd.* 1620. ubi in fine legitur, καὶ πρὸς τῶν ἀπάντων. Ex eodem autem Auctore petitum est dictum præcedens *Diogenis*, Lib. I. p. 94. idque eo lubentius observo, quòd locus ille, ut quidam alii, effugerit diligentiam non tantum STANLEJI, in *Hist. Philosophicæ* Anglicè editâ, sed etiam Eruditissimi illius Interpretis Latini GODEFRIDI OLEARII, cujus immaturus obitus haud exiguum damnum Reip. literariæ adtulit. In loco *Homeri*, (ut hoc etiam addam) τὸ Ἀβίων, nomen est Populi è veteribus *Scythis* ; quod prima observavit Eruditissima matrona, *Anna T. Fabri* filia, in Notis ad versionem suam Gallicam. *J. B.*)

GRONOVII.

35 *Faginus adstabat*] Quum ligneo poculo contenti essent. *Ovid.* Metam. 8, 670. *fabricataque fago Pocula, quæ cava sunt flaventibus illita ceris.*

36 *Ambitiosa fames*] Ostentatrix sui.

37 *Diffusus Bacchus*] *Saccatum vinum Martial.* 2, 40. 8, 54. ubi *Scriver. Saccos vinarios* appellat *Plinius* 24, 1. *Ignoto consule, ante multos annos, ut qui tum fuerint coss. ignoretur.*

(qq) Exempli gratia, Lib. VII. *pag.* 300. *Ed. Paris. Casaub.* Lib. XIV. *pag.* 656. Lib. XV. *pag.* 713. & alibi. *J. B.*

GRO-

Non auro, 38 myrrhaque bibunt; ſed gurgite puro
Vita redit. Satis eſt populis fluviusque, Ceresque.
Heu miſeri, qui bella gerunt.

Cui adjungi poteſt [a] Plutarchi illud in Stoicorum 39 contradictionibus : *Nullum inter homines bellum non ex vitio naſcitur : [1] aliud ex voluptatum cupiditate, aliud ex avaritia, aliud ex honorum, aut impe-*

[a] *Pag.* 1049. D. *Tom.* II. *Ed. Wech.*

ἐδεὶς γὰρ φύεται ἀνθρώποις πόλεμος ἄνευ κακίας· ἀλλὰ τὸν μὲν φιληδονία, τὸν δὲ πλεονεξία, τὸν δὲ φιλοδοξία τις ἢ φιλαρχία συῤῥήγνυσι.

GRONOVII.

38 *Myrrhaque*.] Murrino, vel murreo calice. *Sueton.* Octav. 71.

39 *Contradictionibus*.] Ἐναντιώμασιν.

GROTII.

1 *Aliud ex voluptatum cupiditate, aliud ex avaritia, aliud ex honorum, aut imperii nimio ſtudio conflatur*.] Veriſſimam, ſed parum meditatam hominibus ſententiam, multis egregiis veterum expreſſam verbis, quid nocebit & aliorum dictis non minus efficacibus confirmare? *Athenæus* Philoſophus apud *Diogenem* Laërtium : (Lib. X. §. 2. *Edit. Amſt.*)

Ἄνθρωποι μοχθεῖτε τὰ χείρονα ἢ διὰ κέρδος·
Ἅπλησον νεικέων ἄρχετε ἢ πολέμων·

In mala ſudatis miſeri : ſine fine cupido
Vos agit in rixas, bellaque præcipites.

Fabianus Papirius in controverſiis *Senecæ* patris : (*Lib.* II. *Contr.* IX.) *Ecce inſtructi exercitus, ſæpe civium cognatorumque, conſerturi manus : conſtiterunt, & colles equis utrinque complentur, & ſubinde omnis regio trucidatorum corporibus conſternitur, illatorum multitudine cadaverum, vel ſpoliantium. Si quæſierit aliquis, quæ cauſa hominem adverſus hominem in facinus coëgit? nam neque feris inter ſe bella ſunt : nec, ſi forent, eadem hominem deceant, placidum proximumque divino genus. Quæ tanta vos fert ira, cum una ſtirps, ademque ſanguis ſitis? vel quæ furiæ in mutuum ſanguinem egere? quod tantum malum humano generi vel ſorte, vel fato invectum? an ut convivia poculis exſtruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enimvero, & laudanda ſunt, propter quæ menſam, & lacunaria ſua potius, quam lucem innocentes intueri maluerint. An, ne quid ventri negetur, libidinique, orbis ſervitium expetendum eſt? quid tandem ſic peſtiferæ iſtæ divitiæ expetuntur, ſi ne in hoc quidem ut liberis relinquantur? Philo* ad Decalogum : (Pag. 765. *Edit. Pariſ.*) χρημάτων ἔρως, ἢ γυναικὸς, ἢ δόξης, ἢ τινος ἄλλης τῶν ἡδονὴν ἀπεργαζομένων, ἆρά γε μικρῶν ἢ τῶν τυχόντων αἴτιος γίνεται κακῶν; οὐ διὰ τοῦτο συγγένειαι μὲν ἀλλοτριοῦνται, τὴν φυσικὴν εὔνοιαν μεθαρμοζόμεναι πρὸς ἀνήκεσον ἔχθραν· χῶραι δὲ μεγάλαι καὶ πολυάνθρωποι φάσεσιν ἐμφυλίοις ἐρημοῦνται· γῆ δὲ καὶ θάλαττα πληροῦται τῶν κεκινυγημένων ἀεὶ συμφορῶν, ναυμαχίαις καὶ πεζαῖς φρατιαῖς; οἱ γὰρ Ἕλληνες ἢ Βαρβάρων πρός τε ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους τραγῳδηθέντες πόλεμοι πάντες ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἐρρύησαν, ἐπιθυμίας ἢ χημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς. *Pecuniarum amor, aut feminæ, aut gloriæ, aut alicujus demum rei, quæ voluptatem pariat, an parvorum dumtaxat, & vulgarium malorum cauſſa eſt? Ob hoc alienantur à cognatis cognati, naturali benevolentia in odium inſanabile mutata : regiones autem magnæ, & fœcundæ populorum civilibus vaſtantur diſſidiis : tum vero & terra, & mare implentur calamitatibus nove ſemper repertis per pedeſtres, navaleſque acies. Nam bella illa Græcorum, Barbarorumque, aut inter ſe, aut horum in illos, etiam tragœdiis decantata, ab uno fluxere fonte cupiditatis, ſive illa divitiarum, ſive gloriæ, ſive voluptatum fuit. Plinius* Hiſt. Nat. lib. II. cap. 63. *Placatiore tamen ea* (Terra) *ob hoc utimur, quod omnes hi opulentiæ exitus ad ſcelera, cædes, & bella tendunt, quamque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. Hieronymus* adverſus *Jovinianum* II. Diogenes *tyrannos, & ſubverſores urbium, bellaque vel hoſtilia, vel civilia, non pro ſimplici victu olerum, pomorumque, ſed pro carnium, & epularum deliciis aſſerit excitari. Chryſoſtomus* I. Cor. XIII, 3. (Tom. II. pag. 77.) εἰ γὰρ ἅπαντες ἠγάπων ἢ ἠγαπῶντο, οὐδὲν ἂν ἠδίκησεν οὐδεὶς, ἀλλὰ ἢ φόνοι ἢ μάχαι καὶ πόλεμοι καὶ στάσεις καὶ ἁρπαγαὶ καὶ πλεονεξίαι καὶ πάντα ἂν ἐκποδὼν ἐγεγόνει τὰ πονηρά. *Nam ſi mutuo ſe diligerent homines, nemo alterum afficeret injuria, procul eſſent cædes, & pugnæ, & bella, & ſeditiones, & rapinæ, & defraudationes, & quicquid eſt malorum.* Idem *Orat.* ad patrem fidelem de opulentis loquens : (Tom. VI. pag. 196. *Ed. Savil.*) ἢ δὲ ἐκείνης στάσεις καὶ πόλεμοι καὶ μάχαι καὶ πόλεων κατασκαφαὶ καὶ ἀνδραποδισμοὶ καὶ ὀρλεῖαι καὶ αἰχμαλωσίαι καὶ φόνοι καὶ τὰ μυρία ἐν τῷ βίῳ κακά; *Nonne per hos adveniunt ſeditiones, & bella, & pugnæ, & urbium excidia, & plagia, & ſervitutes, & captivitates, & cædes, & innumera vitæ mala?* Claudianus : (*In Rufin.* Lib. I. *v.* 218. *& ſeqq.*)

Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu,
Claſſica non fremerent, non ſtridula fraxinus iret,
Non ventus quateret puppes, non machina muros.

Age-

imperii nimio studio conflatur. Justinus [a] cum Scytharum instituta laudasset; *Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio, & abstinentia alieni foret: profecto non tantum bellorum per omnia sæcula terris omnibus continuaretur, neque plus hominum ferrum, & arma, quam naturalis fatorum conditio raperet.* Apud Ciceronem est de Finibus primo [b]: *Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur.* Maximus Tyrius [c]: νῦν μεσὰ πάντα πολέμε· αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι πλανῶνται παντᾳχῆ, περὶ πᾶσαν γῆν τὰς πλεονεξίας ἐπεγείρασαι. *Nunc omnia bellis plena: ubique enim oberrant cupiditates, & per omnes terras excitant appetitum rerum alienarum.* [d] Jamblichus: ἡ γὰρ πολέμες ἡ φάσεις ἡ μάχας ἐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα ἡ αἱ τάτε ἐπιθυμίαι· διὰ γὰρ τὴν τῶν χρησίμων κτῆσιν πάντες οἱ πόλεμοι γίγνονται. *Bella, pugnas, seditiones corpus præbet, & corporis cupiditates; Nam rerum utibilium causa bella omnia oriuntur.*

17. Quod vero (OCTAVO) Petro dictum est, + *Qui gladio ferit, gladio peribit*, cum non ad bellum communiter spectatum, + sed [40] ad bellum privatum proprie pertineat (nam & + Christus ipse inhibitæ, aut neglectæ defensionis hanc reddit causam, + quod regnum suum de hoc mundo non esset Joan. XVIII, 36.) suo [e] loco rectius pertractabitur.

+ IX. 1. + Quoties [41] de scripti sensu quæritur, + magnam vim habere solet tum usus sequens, tum prudentum auctoritas: quod etiam in divinis scriptis sequendum est. + Neque enim probabile est, Ecclesias, quæ ab Apostolis constitutæ sunt, aut subito, aut omnes defeciisse ab iis, quæ Apostoli breviter perscripta ore liberalius explicaverant, aut etiam in usum introduxerant. Solent autem ab iis, qui bella impugnant, adferri + dicta quædam veterum Christianorum: ad quæ tria dicenda habeo.

2. PRIMUM est, ex iis dictis nihil amplius colligi, quam + privatam quorundam sententiam, non publicam Ecclesiarum: adde, quod ferme quorum ea dicta sunt, amant ab aliis seorsim ire, + & docere quiddam [42] magnificentius; quales sunt + [f] Origenes, & +[g] Tertullianus, qui nec sibi satis constant. Nam idem Origenes apes, ait, à Deo documentum datas πρὸς τὸ δικαίως ἡ τέλκγμένως πολέμως, εἴποτε δέοι, γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις. + *Ut bella justa, atque ordinata inter homines gerantur, si quando id jubeat necessitas.* Et idem ille Tertullianus, qui alibi supplicia capitalia minus probare videtur, dixit, [s] *Bonum*

[a] *Lib.* II. c. 2. *Vid. & ejusd. Lib.* I. c. 1.

[b] *Cap.* 13.

[c] *Dissert.* XIII. pag. 142. *Ed. Davis.*

[d] *Protrept.* Cap. 13. pag. 73. *Ed. Arcer.*

[e] *L.* I. c. III. §. 1.

[f] *Contra Cels.* Lib. III. pag. 115. & Lib. VII. p. 349. Lib. 8. p. 427. *Ed. Cantabrig.*

[g] *De Coron. Mil.* c. 11. & 12. *De Idolatr.* c. 19.

Agathias historiarum primo: (cap. 1.) ἐς δὲ πλεονεξίαν καὶ ἀδικίαν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ ἀυθαίρετα κατολισθαίνυσαι, πολέμων καὶ ταραχῶν ἅπαντα ἐμφορῶσιν· *Hominum animi sponte ad nimias cupiditates, injustitiamque delapsi, implent omnia bellis, ac tumultibus.* Concludam multa bene dicta uno *Polybii*: αὐτάρκεια τῦ βίυ, φιλοσοφία αὐτοδίδακτος. *Animus necessariis contentus alio ad sapiendum magistro non eget.* (Apud SUIDAM, in voce Αὐτάρκεια.)

s *Bonum esse cum puniuntur nocentes nemo negat*] Idem *Tertullianus* de anima: *Quis non præferat sæculi justitiam, quam & Apostolus non frustra gladio accinctam contestatur, quæ pro homine sæviendo religiosa est?* (Cap. 33.) Et ad Proconsulem Scapulam: *Non te terremus, qui nec timemus. Sed velim, ut omnes salvos facere possimus, monendo μὴ θεομαχεῖν. Potes & officio jurisdictionis tuæ fungi, & humanitatis meminisse, vel quia & vos sub gladio estis.* (Cap. 4.)

GRONOVII.

40 *Ad bellum privatum*] Armatam defensionem sui.

41 *De scripti sensu*] In Statu juridiciali qualitatis ante judicium, qui dicitur Legalis, vel legitimus, utrum scripto præcise adhæreri debeat, an sententia, & voluntas scriptoris spectanda sit. ad *Herenn.* 2, 9. & 10.

42 *Magnificentius*] Propositum vitæ sublimioris, quæ non potest ab omnibus exigi.

num (rr) *esse cum puniuntur nocentes nemo negat:* Et de militia hæsitat; nam libro de [a] Idololatria, *Quæritur*, inquit, *an fideles ad militiam converti possint, & an militia ad fidem admitti*; Et videtur eo loco propendere in eam sententiam, + quæ militiæ adversatur. At libro de Corona Militis, cum quædam adversus militiam disputasset, mox distinguit, qui ante baptismum militabant, ab iis, + qui post baptismum nomen dant militiæ. [b] *Plane*, inquit 43 *si quos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum, quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fidelissimorum,* 44 *quem Christus probat, &* 45 *quem Petrus catechizat:* t *dum tamen susceptа fide, atque* 46 *signata, aut deserendum statim sit, ut multis actum, aut omnibus modis* 47 *cavillandum*, (id est cavendum) *ne quid adversus Deum committatur.* Sensit ergo illos post baptismum in militia permansisse; quod + sane minime facturi fuerant, si intellexissent militiam à Christo interdictam; + non magis quam aruspices, magi, u & alii vetitarum artium professores in sua arte post baptismum manere permissi sunt. Eodem [c] libro militem quendam, & quidem Christianum, laudans, *O militem*, inquit, *in Deo gloriosum.*

a Cap. 19.

b Cap. 11.

c Cap. 1.

3. SECUNDA observatio est, quod militiam Christiani sæpe aut improbarunt, aut evitarunt ob temporum circumstantias, + quæ vix ferebant militiam exerceri sine actibus quibusdam cum Christiana lege pugnantibus. In literis Dolabellæ ad Ephesios, quæ apud Josephum [d] exstant, videmus Judæos ab expeditionibus militaribus + immunitatem postulasse, quod externis permixti non satis + ritus legis suæ observare possent, + & quia sabbatis ferre arma, & magna itinera facere cogerentur. Atque easdem ob causas à L. Lentulo missionem Judæos impetrasse, + docet idem [e] Josephus: + alibique narrat, [f] 48 cum Judæi Roma urbe jussi essent excedere, quosdam militiæ adscriptos, alios punitos quod militare nollent patriarum legum

d *Antiq. Jud.* Lib. XIV. Cap. 10. §. 12.

e *Ibid.* §. 13.

f *Lib.* XVIII. Cap. 3. §. 5.

GROTII.

t *Dum tamen susceptа fide, atque signata*] Distinctionem, quam hic de militia affert, alibi ad nuptias applicat, tum libro de *Monogamia*, tum exhortatione castitatis.

u *Et alii vetitarum artium professores*] *Tertullianus* de idololatria: (Cap. 5.) *ad Ecclesiam non admittuntur qui artes exercent, quæ Dei disciplina non recipit. Augustinus* de fide & operibus: *Meretrices, & histriones, & quilibet alii publicæ turpitudinis professores, nisi solutis, aut diruptis talibus vinculis, ad Christi sacramenta non permittuntur accedere.* (Cap. 18. num. 33. *Ed. Benedictin.* Tom. VI.) De histrione exemplum vide apud *Cyprianum* epistola LXV. De laniistis, lenonibus, victimarum redemtoribus, apud *Tertullianum*: (De Idololatr. c. 11.) De auriga Circensi, apud *Augustinum*. [Immo in Epistola Episcoporum, de rebus in *Arelatensi Concilio* gestis, *Appendic.* Tom. IX. col. 16. *Edit. Benedictin.* (*Antverp. f. Amst.*) 1700. Adde *Constitution. Apostolic.* Lib. VIII. Cap. 32.]

GRONOVII.

43 *Si quos militiâ præventos*] Si qui sacramento jam tenebantur, & militabant, antequam fierent Christiani.

44 *Quem Christus*] Matth. VIII, 10. (In verb. præced. legendum, *Centurionum fidelissimum*, non *fidelissimorum*, observavit V. Cl. *Joannes Clericus*, Hist. Eccles. pag. 751. *J. B.*]

45 *Quem Petrus*] Act. X.

46 *Signata*] Per baptismi signaculum. *Tertul.* de spectac. 24.

47 *Cavillandum*] Videtur legi oportere, *cavitandum*: nam *Cavillari* est quidem frequens *Tertulliano*, sed pro *decipere, fallere, frustrari.*

48 *Cum Judæi Roma urbe*] *Tacit.* 2. annal. 85. *Suetonius Tiber.* 36.

(rr) Locus est in Lib. *De Spectaculis*, Cap. XIX. & ita legitur (nam Auctor ex memoriâ illum adferebat:) *Bonum est, quum puniuntur nocentes. Quis hoc, nisi nocens, negabit?* Sic sententia ἐναργείαν majorem habet. Cæterum vide quæ de his locis, & aliis *Tertulliani*, diximus in Libro Gallico *De Doctrina Morali Patrum*, Cap. VI. §. 6. *& seqq.* 25. &c. *J. B.*)

GRO-

gum reverentia; ob eas ſcilicet, quas diximus cauſas: quibus accedebat interdum tertia, + quod adverſus populares ſuos pugnandum haberent: [a] at κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὅπλα λαβεῖν ἀθέμιτον, *nefas in populares ſuos arma ſumere*; + tunc ſcilicet cum populares ob patriæ legis obſervationem periclitabantur. Quoties vero hæc incommoda cavere poterant Judæi, militabant etiam ſub externis regibus, ſed ἐμμένοντες τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ κατὰ ταῦτα ζῶντες, x + *perſtantes in patriis inſtitutis, & ex eorum præſcripto viventes*: quod paciſci prius ſolebant, eodem Joſepho auctore. + His periculis ſimillima ſunt quæ Tertullianus militiæ ſuorum temporum objicit, ut libro de Idololatria: [b] *Non convenit* 49 *ſacramento divino, & humano, ſigno Chriſti, & ſigno diaboli*: quia ſcilicet per Deos Gentium, Jovem, Martem, atque alios, jurare milites jubebantur. Libro autem de Corona [c] Militis: *Excubabit pro templis quibus renuntiavit, & cœnabit illic ubi Apoſtolo non placet: & quos interdiu exorciſmis fugavit, noctibus defenſabit?* mox: *Quanta alia* 50 *in delictis circumſpici poſſunt caſtrenſium munium, tranſgreſſioni interpretanda?*

4. TERTIUM, quod notamus hoc eſt, Chriſtianos primorum temporum tanto ardore ſuccenſos fuiſſe 51 ad præclariſſima quæque capeſſenda, ut ſæpe 52 conſilia divina pro præceptis amplecterentur. (ff) Chriſtiani, inquit [d] Athenagoras, οὐ δικάζονται τοῖς ἁρπάζουσι, *adverſus ſua rapientes judicio non contendunt*. [e] Salvianus juſſum à Chriſto, ait, ut ea ipſa de quibus lis eſt relinquamus, dummodo litibus exuamur. Atqui y id ita generaliter ſumtum + conſilii forte eſt, & vitæ ſublimioris, at non in præcepto poſitum. Simile eſt + quod plurimi veterum omne juramentum improbant, nulla exceptione addita

[a] *Joſeph.* in Vit. ſua, §. 6. *Ed. Hudſon.*

[b] Cap. 19.

[c] Cap. 11.

[d] *Legat. cap.* I.

[e] *De Gubernat. Dei*, Lib. III. pag. 73. *Ed. Pariſ.* 1645.

GROTII.

x *Perſtantes in patriis inſtitutis*] Verba *Joſephi* XI. hiſtoriæ antiquæ. (*Cap.* VIII. §. 5. *Edit. Hudſon.*)

y *Id ita generaliter ſumtum conſilii forte eſt, & vitæ ſublimioris*] Concilium Carthaginenſe IV: *Epiſcopus nec provocatus de rebus tranſitoriis litiget.* Adde *Ambroſium* lib. 11. Offic. cap. XXI. & *Gregorium Magnum* libro 11. Ind. XI. Epiſt. LVIII.

GRONOVII.

49 *Sacramento divino, & humano*] Quod promittitur Deo in veræ religionis profeſſione, & quod juratur imperatori gentili in militia ſuſcipienda. De Corona II. *Credimusne humanum ſacramentum divino ſuperduci licere?*

50 *In delictis*] Scribendum cenſeo, *in debita*. Caſtrenſium munium debita ſunt, quæ *Livius* vocat *militaria juſta* lib. 24, 48. Sic *Seneca*, quæ in Med. ℣. 997. vocavit *juſta functis*, Troad. 602. *debita exanimis* appellat. Quot, vel quam multa alia ſunt ex officiis, & operibus militiæ legitimis, quæ Chriſtianus debet tranſgreſſiones, vel peccata interpretari?

51 *Ad præclariſſima*] Ad ſeparandos ſe à vulgo, & à turbis ſecularibus, & ad ſummum gradum vitæ innocentis, atque à rebus remotæ conſequendum, inſtar Henochi, Eliæ, Johannis Baptiſtæ.

52 *Conſilia divina*] Ea quæ erant propoſita pro eximiis & ſingularibus, nec niſi illis qui extraordinariis dotibus, & donis divinæ indulgentiæ inſtructi eſſent, aggredienda acciperent quaſi communia, & neceſſaria, & nemini non affectanda. *Gregor. Nazianz.* 3. in *Julian.* cap. 94. Ἔπειτα πῶς ἐκεῖνʼ ἀ λογίζῃ, ὦ σοφώτατε πάντων καὶ συνετώτατε, ὁ πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ἄκρον συγκλείων χρῄσιανοὺς, ὅτι τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας τὰ μὲν ἀνάγκην ἔχει τοῖς ἐπιτατομένοις, ἃ μὴ φυλάττουσι κίνδυνον· τὰ δὲ ἐκ ἀνάγκην, ἄιρεσιν δὲ, ἃ φυλάττουσι μὲν τιμὴν καὶ ἀντίδοσιν, μὴ φυλάττουσι δὲ οὐδʼ ὄντιν ἔχει κίνδυνον; &c. (Pag. 95. D. *Ed. Colon.* 1690.

(ff) Quæ ad *Conſilia Evangelica* ab Auctore noſtro, aut aliis referuntur, vel per ſe nec bona ſunt, nec mala, vel habent neceſſitatem quamdam *præcepti*, reſpectu hujus, vel illius hominis, in certis caſibus, & circumſtantiis. Quâ de re fusè egimus in noſtris ad hunc locum Gallicis Notis: ubi ſimul, unde ortus ſit error eorum, qui hanc diſtinctionem inter *Præcepta* & *Conſilia Evangelica* excogitarunt, oſtendimus, ſtudiumque ejuſmodi *Conſiliis* utendi facilè homines à veræ Virtutis viâ avertere, tantum abeſt ut ad illam ſit incitamentum. *J. B.*

dita, cum tamen + Paulus in re gravi juraverit. Christianus apud [a] Tatianum, στρατηγίαν παρήτημαι, + *prætura recuſo* : apud + Tertullianum, [b] *Chriſtianus* 53 + *nec ædilitatem affectat.* Sic [c] Lactantius juſtum (qualem vult eſſe Chriſtianum) negat belligeraturum ; + ſed ita ut ſimul 54 navigaturum neget. + A ſecundis nuptiis quam multi veterum Chriſtianos dehortantur ? Quæ omnia ſicut laudabilia, eximia, Deo apprime grata ſunt : + ita nullius legis neceſſitate à nobis exiguntur. Atque hæc ſolvendis quæ objiciuntur ſufficient.

[a] *Apolog.* c. 17. *Ed. Oxon.*
[b] *Apolog.* c. 46.
[c] *Inſt. Div. Lib.* V. c. 17. *n.* 12.

X. 1. Nunc ut noſtra firmemus, primum + non deſunt nobis ſcriptores, & quidem antiquiores, qui & capitalia ſupplicia, + & quæ inde pendent bella, + ſentiant à Chriſtianis licite poſſe uſurpari. Nam Clemens Alexandrinus [d] Chriſtianum, ait, ſi ad imperium vocetur, ut Moſes, futurum + vivam ſubditis legem, + & præmio affecturum bonos, pœnis malos. + Et alibi habitum Chriſtiani deſcribens, decere eum, ait, intectis eſſe pedibus, 55 niſi forte militet. z + In Conſtitutionibus, quæ Clementis Romani nomen præferunt, libro VII. c. III. legimus : ἐχ ὡς παντὸς φόνε φαύλε τυγχάνοντ@, ἀλλὰ μόνε τε ἀθώε, τε δ' ἐνδίκε ἄρχεσι μόνοις ἀφορισμένε· *non quaſi omnis cædes illicita ſit, ſed ea, quæ eſt innocentis : ita tamen, ut quæ juſta eſt, magiſtratibus ſolis ſit reſervata.*

[d] *Pædag.* L. II. c. 11. p. 240. *Ed. Oxon.*

2. Sed auctoritatibus privatis ſepoſitis, ad publicam Eccleſiæ veniamus, + quæ maximi debet eſſe ponderis. Dico igitur, + nunquam à baptiſmo rejectos, aut ab Eccleſia excommunicatos eos, qui militabant, quod tamen & factum oportuit, & factum fuiſſet, ſi militia cum novi fœderis conditionibus pugnaſſet. In dictis modo Conſtitutionibus, lib. VIII, c. XXXII. agit ſcriptor ille de iis, qui antiquitus ad baptiſmum admitti, aut ab eo rejici ſolerent. στρατιώτης πρεσιών διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν· ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμεν@ προσδεχέσθω. *Miles baptiſmum poſtulans doceatur ab injuriis, & vexationibus abſtinere : contentus eſſe ſuis ſtipendiis.* + *Si his pareat, admittitor.* Tertullianus in [e] Apologetico ex perſona loquens Chriſtianorum ; *Navigamus*, inquit, *& nos vobiscum, & militamus.* Paulo ante [f] dixerat : *Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia,* 56 *conciliabula, caſtra ipſa.* Eodem libro [g] narraverat [a] M. Aurelio Imperatori Chriſtianorum 57 + militum precationibus imbrem impetratum. 58 In [h] Corona, militem illum qui coronam abjecerat, conſtantiorem, ait, fuiſſe cæteris fratribus, & multos ei oſtendit fuiſſe Chriſtianos commilitones.

[e] *Cap.* XLII.
[f] XXXVII.
[g] *Cap.* V.
[h] *Cap.* I.

3. Ac-

GROTII.

z *In Conſtitutionibus*] Videtur ſcriptus is liber finiente ſæculo ſecundo.

a *M. Aurelio Imperatori*] Vide & *Xiphilinum* de hac hiſtoria.

GRONOVII.

53 *Nec ædilitatem*] Opinor quia ædilium erat dare ludos. *Cicero* 1. Verrin. 54. *Sueton.* Jul. 10. Ludi autem erant honos Deorum, quos deſpuebant Chriſtiani. Sed & prætorum. *Tac.*

54 *Navigaturum*] Quia aut lucri fere, aut voluptatis, aut bellandi cauſa navigatur, quorum omnium ergo nihil ſuſcipiebat primævus ille rigor.

55 *Niſi forte militet*] Nam militantes caligati.

56 *Conciliabula*] Conciliabulum, vicus, vel pagus, qui haberet jus nundinarum. *Sigon.* de jure Italiæ 2, 15. *Liv.* 24, 56.

57 *Militum precationibus*] *Claudianus* 6. Conſ. Honorii 340.

58 *In Corona*] In libro *de Corona.*

GRO-

3. Accedat, quod & milites nonnulli, pro Christo tormenta, mortemque perpessi, + eundem cum cæteris martyribus honorem ab Ecclesia acceperunt, quos inter memorantur [b] + tres Pauli comites; sub Decio Cerialis, sub Valeriano Marinus, quinquaginta sub Aureliano, Victor, Maurus, & Valentinus magister militum sub Maximiano, circa idem tempus Marcellus Centurio, Severianus sub Licinio. Cyprianus [a] de Laurentino, & Ignatio Afris : *In castris & ipsi quondam sæcularibus militantes, sed veri & spirituales Dei milites, dum diabolum Christi confessione prosternunt, palmas Domini, & coronas illustres passione meruerunt.* Et hinc apparet quid de militia senserit communitas Christianorum, + etiam priusquam Imperatores Christiani essent.

[a] *Epist. 39. Ed. Fell. (34. Pamell.)*

4. Capitalibus judiciis (tt) si non libenter interfuerunt Christiani illis temporibus, haud mirum videri id debet, + cum plerumque de Christianis ipsis esset judicandum : adde, quod & in cæteris rebus + leges Romanæ duriores erant, quàm lenitas Christiana patiatur : quod vel solo [c 59] + Silaniani Senatusconsulti exemplo satis patet. Postquam vero Constantinus Christianam religionem & probare, & promovere cœpit, + non ideo desierunt capitalia supplicia. Imo ipse Constantinus inter alias leges + de parricidis [60] culeo insuendis legem tulit, quæ exstat Codice, [b] Titulo de iis, qui parentes, vel liberos occiderunt; quanquam alioqui in suppliciis exigendis mitissimus fuerit, ita ut ab historicis non paucis reprehendatur [d] nimiæ lenitatis nomine. Tum vero in exercitu suo + plurimos habuit Christianos, ut nos historiæ docent, & [61] + labaro Christi nomen inscripsit. Ex eo etiam mutatum est sacramentum militare in eam formam, quæ exstat apud Vegetium : [c] *Per Deum, & Christum, & Spiritum sanctum, + & per majestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est, & colenda.*

[b] *Leg. unic.*

[c] *De Re Milit. Lib. II. C. 5.*

5. Ne-

GROTII.

b *Tres Pauli comites*] Adde militem quendam à *Cornelio* baptizatum, cujus apud *Adonem* mentio.

c *Silaniani Senatusconsulti*] Cujus asperitatem mitigavit *Adrianus* Imperator, ut apud *Spartianum* est. Asperis Romanorum legibus addi possunt, quæ servum nisi tortum testimonium dicere vetant. [Vid. COD. *De Serv. fugitivis* &c. L. 4. & Clar. NOODTII *Prob. Juris*, Lib. I. Cap. ult. in fine. *J. B.*

d *Nimiæ lenitatis nomine*] *Zonaras* : (Lib. XIII. Cap. 4. pag. 11. T. II. *Ed. Reg.*) τοῖς μεταβαλλομένοις ἐκ πονηρίας φιλάνθρωπον διατιθέμενος, ἔλεγεν ὅτι τὸ νοσῶν μέλος ἀποκοπτέον ἢ σέσηπος, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι λυμαίνηται, ὃ μὲν τοι τὰ ὑγιείας ἤδη τυχὸν ἢ καὶ ὑγιαζόμενον. *Clementem se ostendebat iis, qui pravam vitam deseruerant, quod diceret abscindendum membrum ægrotans, ac putridum, ne sana contagio corrumpat, non id quod aut sanatum jam sit, aut sanescat.* Vide & *Eusebium.* [De *Vita Constantini*, Lib. IV. Cap. 31.] sicut de nimia *Constantini* lenitate Christianos, ita de *Haraldi* Regis questos Danos apud *Saxonem* historicum invenias. (*Lib.* XI. pag. 194.

GRONOVII

59 *Silaniani*] Ut si quis domui suæ occisus esset, de servis, quotquot sub eodem tecto fuissent, quæstio haberetur, omnesque supplicio afficerentur. Factum autem illud Senatusconsultum A. V. C. 762. P. Cornelio Dolabella, C. Junio Silano Coss. Augusto imperante. Exemplum apud *Tacitum* 14. annal. 42.

60 *Culeo*] Sacco coriaceo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, inque mare abjiciendis. §. 6. *Instit.* de publ. jud. *Cic.* pro Sex. Roscio cap. 25. & 26. *Juvenal.* 8, 214. & 13, 155.

61 *Labaro*] Vexillo. *Prudent.* 1. adversus Symm. 488. *Christus purpureum gemmanti textus in auro Signabat laburum. Euseb.* de vita Constant. 1, 31.

(tt) In omnibus Editionibus heic erat *suppliciis* : sed vel Auctorem, vel Typographos, vocem illam ex incogitantiâ posuisse pro *judiciis*, ex sequentibus manifestissimum est ; quum heic non agatur de spectando supplicio reorum, sed de *judicando* in causâ capitis. Et ita apud *Tertullianum*, de Idololatr. *Cap.* 19. *An Militia ad fidem admitti . . . cui non sit necessitas immolationum, vel* CAPITALIUM *judiciorum.* J. B.

5. Neque eo tempore ex tot Episcopis, inter quos multi erant durissima quæque passi pro religione, vel unus fuisse legitur, + qui aut Constantinum ab omnibus omnino capitalibus suppliciis, & bello, aut Christianos à militia injecto divinæ iræ metu absterruerit, cum tamen plurimi essent acerrimi custodes disciplinæ, + & minime dissimulantes eorum, quæ ad officium tum Imperatorum, tum aliorum pertinerent: + qualis & Theodosii tempore fuit Ambrosius, + qui sermone VII. ita ait: [a] *Non militare delictum est, sed propter prædam militare peccatum est.* Et de [b] Officiis: *Fortitudo, quæ vel bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est.* Hoc argumentum tanti mihi videtur, ut nihil ultra requiram.

a Tribuitur malè *Augustino*, infr. Lib. II. C. 25. §. 9. n. 3.

b L. 1. C. 27.

6. Neque tamen ignoro, [e] sæpe Episcopos, & plebem Christianam, + interpositis precibus suis avertisse pœnas, præsertim capitales: morem quoque introductum, [f] + ut qui ad Ecclesiam confugissent, non nisi vitæ servandæ fide data redderentur; & [g] + ut circa Pascha carcere emitterentur, quos sua crimina attinebant; sed, qui cum cura hæc omnia, & si qua his sunt similia, expendet, inveniet + signa hæc esse Christianæ bonitatis omnem rapientis clementiæ occasionem, + non omnia judicia capitalia damnantis animi: unde & locorum, & temporum illa beneficia, & preces ipsæ [h] + exceptionibus quibusdam temperabantur.

7. + Objiciunt hic nobis nonnulli XII. [62] canonem Synodi Nicæensis, qui Latine sic habet: [i] *Quicunque vocati per gratiam, primum quidem ardorem, fidemve suam ostenderunt, & [63] cingulum militiæ deposuerunt, postea vero ut*

GRONOVII.

62 *Canonem Synodi Nicæensis*] Quatuor gradus erant pœnitentiæ in veteri Ecclesia. I. Πρόσκλαυσις, *deploratio*, illorum, qui admisso peccato extra Ecclesiam stantes cum luctu, & lacrymis ingredientes orabant, ut pro se Dei misericordiam eliceret: & ii dicebantur προσκλαίοντες, quasi *adflentes*. II. Ἀκρόασις, eorum, qui in prodromo, vel porticu, aut vestibulo Ecclesiæ stantes divinas scripturas audiebant usque ad lectionem Euangelii, & dicebantur Ἀκροώμενοι, *Audientes*. III. Ὑπόπτωσις, *submissio*, eorum, qui jam intra Ecclesiæ septa, post suggestum tamen, ut videtur, inclinati, & genu submittentes stabant, & cum catechumenis egrediebantur, & vocabantur Ὑποπίπτοντες, *Succidentes*, vel *Succumbentes*. IV. Σύστασις, *constitutio*, eorum, qui jam cum fidelibus consistebant orantes, nondum tamen ad sacramenta admittebantur; his nomen Συνεστῶτες, *Consistentes*. Videndus *Christoph. Justellus* ad Codicem Canonum Ecclesiæ universæ.

63 *Cingulum*] Ἀποθέμενοι τὰς ζώνας. Milites altius cincti, & proincti, quo expeditiores forent. Et militum balthea, zonæque. *Tacit.* 2. histor. 88. *Horat.* 2. epist. 2, 40. *Cinctus*, qui militat, præsertim honorata militia. l. 25. & l. 38. §. 1. D. de Testam. mil. *Ammianus* l. 22. p. . . . Et *cingulum* nunc pro militia, nunc pro ducatu aliquo, & gradu altiore, vel honore militiæ l. 5. Cod. Qui mil. poss. *binis merere cingulis*. l. 9. C. de metatis: *illustris dignitas vel sub cingulo, vel citra cingulum*. l. 2. C. ut dignitatum ordo serv. l. 5. C. de apparit. mag. mil.

GROTII.

e *Sæpe Episcopos*] *Augustinus*: [Epist. 153. vulg. 54.] *Officium Sacerdotis est intervenire pro reis.* In ejus epistolis multa sunt hujus bonitatis specimina. (Confer heic quæ habet RADULPH. FORNERIUS, *Rer. Quotid.* Lib. VI. cap. 7.)

f *Ut qui ad Ecclesiam confugissent*] Vide *Chrysostomum* XVI. de Statuis. [Nil ibi ad rem. Voluit forte dicere *Orat.* XVII. ubi aliquid de Monachis, *pag.* 575. in fin. *Tom.* VI. *Edit. Savil.*] Concilium Aurelianense cap. 3. legem *Wisigothorum* libro VI, tit. V, 16. IX. tit. III. cap. 3.

g *Ut circa Pascha*] L. Nemo. 3. C. de Episc. audientia.

h *Exceptionibus quibusdam*] Quas vide apud *Cassiodorum* XI, 40. & Cap. inter alia, 6. de immunitate ecclesiastica, in Decretalibus.

i *Quicunque vocati*] *Simeon Magister* in ejus canonis epitome: οἱ βιαζόμενοι καὶ δόξαντες ἀντιξῆναι,

ut canes ad ſuum vomitum reverſi ſunt ; + *ita ut aliqui &* 64 *pecuniam darent, & beneficiis militiam repeterent,* + *hi decem annis* 65 *jaceant, poſt triennii auditionis tempus. In his autem omnibus obſervari oportet propoſitum, & modum pœnitentiæ. Quicunque enim, & timore, & lacrymis, & patientia, & bonis operibus converſionem abſque ſimulatione demonſtrant, hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum* 66 *orationibus communicabunt, & poſtea licebit Epiſcopo de his aliquid* 67 *humanius cogitare. Quicunque vero* 68 *indifferenter tulerunt, &* 69 *habitum Eccleſiam introëundi ſibi arbitrati ſunt ad converſionem ſufficere,* + *hi definitum tempus omnino impleant.* Vel ipſum tredecim annorum tempus ſatis indicat, non de levi, aut ambiguo, ſed gravi aliquo, atque indubitato crimine hic agi.

8. Agitur autem haud dubie k de idololatria, nam quæ canone XI. præceſſerat + mentio temporum 70 Licinii, in hoc canone repetita tacite haberi debet, ut ſæpe Canonum ſequentium ſenſus à prioribus pendet. Vide in exemplum Canonem XI. Concilii Eliberini. Licinius autem, verba ſunt Euſebii, [a] στρατιώτας ἐκέλευεν ἀποβάλλεσθαι τὸ ἀξίωμα, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο· *milites militia exuebat,* [1] *niſi Diis ſacrificare vellent*; quod & [b] Julianus poſtea imitatus eſt, quam ob cauſam Victricius atque alii 71 cingulum pro Chriſto abjeciſſe leguntur. Idem olim ſub Diocletiano fecerant in Armenia mille centum quatuor, quorum in martyrologiis mentio : & in Ægypto Menna, & Heſychius. Sic ergo & Licinii temporibus multi abjecere cingulum, quorum fuit Arſacius inter 72 Confeſſores nominatus, & Auxentius factus

a De Vita Conſtantin. L. I. c. 54.
b Sozomen. H. Eccl. V. 17. *Socrat.* L. III. c. 15.

σῆναι, εἶτα καταλέμενοι τῆς ἀσεβείας ἢ ἀναστρατευτόμενοι, δεκαετίαν ἀφορίζεσθῶσαν. *Qui vi adhibita viſi ſunt reſtitiſſe, ſed ab impietate victi ſunt, & militiam reſumſere, decem per annos abſtineantur.* Eundem hujus canonis ſenſum exprimunt *Balſamo*, & *Zonaras*, & *Ruffinus* libro X, cap. VI. (Adde BINGHAM, *Origines Eccleſ.* Lib. XI. Cap. V. §. 10. Tom. IV. pag. 248, & *ſeqq.*)

k *De idololatria*] Quod principale crimen, *ſummus ſæculi reatus* dicitur *Tertulliano* de Idololatria : (*Cap.* 1.) *graviſſimum*, & *extremum delictum Cypriano* epiſt. XI. (XV. *Ed. Fell.*)

1 *Niſi Diis ſacrificare vellent*] *Sulpitius Severus :* (Hiſt. Sacr. Lib. II. cap. 33.) *Sane tum Licinius, quia adverſum Conſtantinum de imperio certavit, milites ſuos litare præceperat : abnuentes militia rejiciebat.* Ob hanc cauſam Valentinianus, qui imperator poſtea factus eſt, ſub Juliano abjecit cingulum. Non diſſimile eſt quod *Victor Uticenſis* narrat, multos ſub Hunericho Rege militiam temporalem abjeciſſe, quia cum Arianiſmo erat connexa.

GRONOVII.

64 *Pecuniam darent, & beneficiis*] Ὡς τινὰς ἢ ἀργύρια προέσθαι ἢ βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι. Militiæ enim vendi poterant, & obligari. *Novell.* 53. cap. 5. l. 22. *Dig.* de leg. 2. & teſtamento relinqui. l. 11. §. 16. D. de leg. 3. Beneficiis autem recepiſſe militiam dicuntur, quibus ea contigit gratia, ſuffragatione, commendatione alicujus. *Suet.* Jul. 75. *Quibus ex commendatione Pompeii ordines dederat.* Tib. 12. *Venit etiam in ſuſpicionem per quoſdam beneficii ſui centuriones.*

65 *Jaceant*] Ὑποπιπλέτωσαν μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. Reſpiciunt hæc verba duos ex quatuor gradibus pœnitentiæ in veteri Eccleſia, qui erant Πρόκλαυσις, Ἀκρόασις, Ὑποπίπτωσις, Σύστασις. *Caſaub.* Exercit. in Bar. 16. num. 43. p. 552. *Salmaſ.* in Epiſt. Simplicii Verin. nomine p. 113.

66 *Orationibus communicabunt*] Precibus publicis intereſſe poterunt.

67 *Humanius cogitare*] De admittendis illis ad Κοινωνίαν ἢ σύναξιν, ad participandam Euchariſtiam.

68 *Indifferenter tulerunt*] Ἀδιαφόρως ἤνεγκαν. *Sueton.* Domit. 23. *Occiſum eum populus indifferenter, miles graviſſime tulit.*

69 *Habitum*] Σχῆμα τὸ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Speciem, mimum, imaginem.

70 *Licinii*] Qui Conſtantini M. affinis fuit, & cum eo aliquamdiu imperavit, acerrimus Chriſtianorum perſecutor, donec ex hac ipſa cauſa bello inter eos orto victus, & occiſus eſt.

71 *Abjeciſſe cingulum*] Renuntiaviſſe militiæ.

72 *Confeſſores*] Qui in periculum adducti, & tormentis ſubjecti fidem ſervaverant, non etiam occiſi erant, ut Martyres.

GRO-

factus poſtea Mopſueſtiæ Epiſcopus. Quare his, qui ſemel conſcientia puncti 73 cingulum abjecerant, + reditus ad militiam ſub Licinio non patebat niſi per fidei Chriſtianæ abnegationem: quæ quia eo erat gravior, quo + prior ille actus majorem in illis legis divinæ cognitionem teſtabatur, ideo hi defectores + gravius etiam puniuntur quam illi, de quibus egerat præcedens canon, qui ſine periculo vitæ, aut facultatum amittendarum, Chriſtianiſmum abjecerant. Generaliter autem + de omni militia interpretari canonem, quem produximus, ab omni ratione alienum eſt. Aperte enim teſtatur hiſtoria, [a] his, qui ſub Licinio militiam abjecerant, neque Licinio imperante ad eam redierant, ne fidem Chriſtianam violarent, à Conſtantino datam optionem, immunesne eſſe à militia vellent, + an ad militiam redire: quod haud dubie multi fecerunt.

[a] *Euſeb. Vit. Conſtant. II. 33.*

II. 9. Sunt & qui + Leonis [b] epiſtolam objiciant, quæ dicit, + *Contrarium eſſe Eccleſiaſticis regulis, poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſæcularem.* Sed ſciendum, in pœnitentibus non minus quam in clericis, 74 & aſcetis exactam fuiſſe vitam non quovis modo Chriſtianam, ſed eximiæ cujuſdam puritatis, [m] ut tanto exemplo eſſent ad correctionem, quanto ad peccandum fuerant. Similiter in conſuetudinibus antiquiſſimis Eccleſiæ, quæ quo auguſtiori nomine commendabiliores eſſent, + Canones Apoſtolici vulgo appellabantur: Canone LXXXII. edicitur: + *Ne quis Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, militiæ vacet, & utrumque retineat, 75 officium Romanum, & functionem ſacerdotalem. Quæ enim Cæſaris ſunt Cæſari, quæ Dei Deo.* Quo ipſo oſtenditur, his, + qui 76 cleri honorem non ſperarent Chriſtianis militiam non fuiſſe interdictam.

[b] *Epiſt. XC. ad Ruſtic. Epiſcop.*

10. Hoc amplius, etiam [n] ad clerum admitti vetabantur qui poſt baptiſmum + aut magiſtratus attigiſſent, aut munera bellica, ut in epiſtolis Syricii & Innocentii, & in Concilio Toletano videre eſt. Legebantur ſcilicet Clerici non ex quovis modo Chriſtianis, ſed ex iis, qui vitæ exactiſſimæ ſpecimen dediſſent. Adde quod militiæ, & quorundam magiſtratuum perpetua non erat

GROTII.

m *Ut tanto exemplo eſſent ad correctionem, quanto ad peccandum fuerant*] *Leo* epiſtola XC. ad *Ruſticum*: *Illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam multis licitis abſtinere.* In epiſtola Epiſcoporum ad Ludovicum Regem legimus: *Quilibet tanto à ſe licita debet abſcindere, quanto ſe meminit & illicita perpetraſſe.* In Capitulis *Calvi*: *Tanto quiſque majora quærat bonorum operum lucra, quanto graviora ſibi intulit damna per culpam.*

n *Ad clerum admitti vetabantur*] *Euſebius* Demonſtrationum lib 1. duplicem deſcribit Chriſtianorum vitam, aliam ἐντελῆ, aliam inferiorem; qui in hac ſunt, eos inter alia τοῖς κατὰ τὸ δίκαιον στρατευομένοις τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι, *iis, qui juſte militant agenda indicare.* (Cap. 8.)

GRONOVII.

73 *Cingulum abjecerant*] Qui quod Chriſtianam religionem ſuſcepiſſent militantes, & viderent ſe ſalva conſcientia manere in militia non poſſe; per quam idolis ſervire cogebantur, miſſionem impetraverant.

74 *Et aſcetis*] Aſcetæ, qui ſtudio precum, & meditationum ſacrarum omiſſis rebus excedebant ſæculo, & corpus domabant, & exercebant: ut Monachi, Stylitæ, Incluſi, Heſychaſtæ. Vide *Gretſeri* Variar. 1, 3.

75 *Officium Romanum*] Ῥωμαϊκὴν ἀρχήν. In *Zonara* vertitur, *Romanam præfecturam*: in *Balſamone*, *Romanum magiſtratum*. An *Romanum*, ut *Tertull.* infra. C. 4. §. 5. n. 1.

76 *Cleri honorem*] Eccleſiaſticæ functionis. *Suidas*: κλῆρος, σύγκλημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων. Hæc erat ſimplicitas primævæ Eccleſiæ. Poſtea tanta ordinum varietas, & copia acceſſit.

GRO-

erat obligatio : at ſacro miniſterio addicti [o] nulla alia cura, ac labore quotidiano inde abſtrahi debebant ; qua de cauſa & ſextus Canon conſtituit, ne Epiſcopus, presbyter, aut diaconus [+] fæculares curas adminiſtret ; octuageſimus, ne publicis ſe adminiſtrationibus immittat : & inter Africanos Canones ſextus, [p] ne procurationem rerum alienarum ſuſcipiat, aut cauſarum patrocinium. Sic eosdem [q] tutores conſtitui nefas judicat Cyprianus.

11. At pro noſtra ſententia expreſſum Eccleſiæ judicium habemus in Concilio primo Arelatenſi, quod habitum eſt [+] ſub Conſtantino. Ejus enim Concilii Canon III. ſic habet : *De his, qui arma projiciunt in pace, placuit abſtinere eos à communione :* id eſt, qui militiam deſerunt extra tempora perſecutionis. [r] Id enim pacis nomine intelligi volebant Chriſtiani, ut ex Cypriano, & aliis apparet. Accedat exemplum militum ſub Juliano, [77] non modico profectu Chriſtianorum, ut qui morte ſua Chriſto reddere teſtimonium parati eſſent : de quibus ſic Ambroſius : (uu) *Julianus Imperator, quamvis eſſet Apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites ; quibus cum dicebat : Producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebant ei ; cum autem diceret eis : Producite arma in Chriſtianos,* [78] [+] *tunc agnoſcebant Imperatorem cœli.* Talis & multo ante fuerat Thebæa legio, quæ Diocletiano imperante à Zabda triceſimo Hieroſolymorum Epiſcopo Chriſtianam religionem acceperat, & deinde in omne ævum memorabile edidit Criſtianæ conſtantiæ, & patientiæ exemplum, quod (xx) infra à nobis memorabitur.

12. Hoc loco ſatis ſit illam eorum adferre vocem, quæ Chriſtiani militis

GROTII.

o *Nulla alia cura, ac labore*] Vide Canonem Concilii Moguntini apud Gratianum, titulo, Ne Clerici, vel Monachi. [Imo in *Decretalibus*, Lib. III. Tit. L. Cap. 1.]

p *Ne procurationem rerum alienarum ſuſcipiat*] Vide Epiſtolam *Hieronymi* ad Nepotianum.

q *Tutores conſtitui nefas judicat Cyprianus*] In epiſtola ad presbyteros, diaconos, & plebem Furnis conſiſtentem. [*Epiſt.* 1. *Ed. Fell.* (*66. Pamel.*)] Adde l. Generaliter, 52. C. de epiſcopis, & clericis.

r *Id enim pacis nomine intelligi volebant*] *Tertullianus* de idololatria : (Cap. 19.) *Imo quomodo etiam in pace militabit ?* idem de Fuga perſecutionum : *Noſtræ paci quod eſt bellum quam perſecutio* (Cap. 3.) *Cyprianus* epiſtola X. (XVI. *Ed. Fell.*) *Quando ipſa ante mater noſtra Eccleſia pacem de miſericordia Domini prior ſumſerit.* Epiſtola XXI. (utriuſque diviſion.) *Cum Dominus cœperit ipſi Eccleſiæ pacem dare.* Epiſtola XXXI. (XXX. *Ed. Fell.*) *Eccleſiæ pacem ſuſtinendam*, id eſt expectandam. de Lapſis : *diſciplinam pax longa corruperat.* (pag. 123. *Ed. Fell.*) *Sulpitius Severus* : (Lib. II. Cap. 32.) *Antonino Pio imperante pax Eccleſiis fuit*, mox : *Interjectis deinde annis* XXXVIII. *pax Chriſtianis fuit.* & in Conſtantini ætate : (ibid. *Cap.* 33.) *Exinde tranquillis rebus pace perfruimur.* Et initio hiſtoriæ : *Vexationeſque populi Chriſtiani, & mox pacis tempora.* (Lib. I. C. I.)

GRONOVII.

77 *Non modico profectu*] Quod exemplum non parum profuit ad eos, qui jam erant Chriſtiani, confirmandos, & ad complures, qui nondum erant, faciendos. (Immo, *non modico profectu Chriſtianorum*, heic omnino ſignificat talium, qui multum profecerant in ſtudio veritatis, & pietatis Chriſtianæ. Imitatus eſt Auctor noſter AUGUSTINUM, qui de *Pelagio* dicit : *Viri, ut audio, ſancti, & non parvo profectu Chriſtiani.* De Peccator. merit. & remiſſ. Lib. III. Cap 1. *Tom.* X. col. 47. *Ed. Benedict. Antverp.* J. B.]

78 *Tunc agnoſcebant*] Negabant Cæſari obſequium, quo eſſent in Deum peccaturi.

(uu) *Ambroſio* equidem verba hæc tribuuntur à *Gratiano*, Cauſ. XI. Quæſt. III. *Can.* 94., ſed non indicato loco. Similis eſt locus *Auguſtini*, ibi etiam relatus, *Can.* 98. ex Comm. in Pſalmum 124. Unde priorem fortè natum eſſe in Rubricâ conjiciunt. *J. B.*

(xx) Cap. IV. hujus Libri, §. 7. *num.* 10. *& ſeqq.* ubi vide quæ monebimus. *J. B.*

litis officium ſolida brevitate exprimit : *Offerimus noſtras in quemlibet hoſtem manus*, + *quas ſanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dexteræ ipſæ pugnare adverſus impios, & inimicos ſciunt : laniare pios, & cives neſciunt. Meminimus nos pro civibus potius, quam adverſus cives arma ſumſiſſe. Pugnavimus ſemper pro juſtitia, pro pietate, pro innocentium ſalute* : 79 *hæc fuerunt hactenus pretia periculorum. Pugnavimus pro fide, quam* + *quo pacto conſervemus tibi* (ad Imperatorem ſermo eſt) *ſi hanc Deo noſtro non exhibemus?* Baſilius de antiquioribus Chriſtianis ſic loquitur : τοὺς ἐν πολέμοις φόνους οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τοῖς φόνοις οὐκ ἐλογίσαντο, ἐμοὶ δοκεῖ, συγγνώμην δόντες τοῖς ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας ἀμυνομένοις. *Eas, quæ in bello perpetrantur cædes, majores noſtri pro cædibus non habuere,* + *excuſatos habentes eos, qui* (α) *pro pudicitia, ac pietate decertant.*

GRONOVII.

79 *Hæc fuerunt hactenus*] Hæ ſunt cauſæ, propter quas in hunc diem uſque non dubitavimus, & operæ pretium putavimus vitam in diſcrimen mittere, quas tanti putavimus, ut pro eis pericula non recuſaremus.

(α) *Pro pudicitia* etiam habet Interpres vulg. *Epiſt. ad Amphiloch.* unde hæc petita ſunt, *Can.* 13. pag. 26. D. Tom. III. *Ed. Pariſ.* 1638. Sed videtur hæc vox latiorem heic habere ſignificationem. Cæterum vide quæ diximus in Libro Gallico *De Doctrina Morali Patrum*, Cap. XI. §. 1, & *ſeqq.* J. B.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. I. CAP. II.

VISIS *juris fontibus*] „ Sed quibus? „ Varios enim fontes fecit; Nimirum „ 1. fontem juris naturæ ſocialis, 2. juris naturæ laxioris, ſeu naturæ humanæ, 3. juris „ divini univerſalis, 4. juris gentium voluntarii : Nos omnes hos jurium fontes non „ agnoſcimus, eosque refutavimus in *Diſſ. „ proœm. I. II. III. & IV.* Ac demonſtravimus, omnium jurium fontem eſſe *voluntatem Dei jus ſuum cuique tribuendi. „ Diſſ. Proœm. XII.* §. 49. *ſeq.*

„ Merito ergo B. Parens *in prodromo juris „ gentium fol.* 110. Grotium notat, quod „ mira confuſione tam varia jurium genera fingat, ac cumulet, novisque, ac inſolentibus „ vocabulis involvat, ſpecies generi ſuo op„ ponat, & nova ea genera faciat, nec in„ ter ſe rite diſcernat.

Ad primam, ac generaliſſimam veniamus quæſtionem] „ Si enim bellum juſtum nullum „ datur, fruſtranea eſſet tota tractatio; fru„ ſtra quæreretur de cauſis belli, fruſtra de „ ejus proceſſu, & fruſtra denique de modis „ finiendi &c.

An bellum aliquod juſtum ſit] „ Nam Auctor „ ſollicite diſtinxit bellum a belli jure ſupra „ *c.* 1. §. 2. quia diſtingui debere, dixit, id „ quod quæritur, ab eo de quo quæritur. *d.* „ §. 2. De *priori* quæſtione egit capite præce„ denti, de poſteriori hoc capite agitur.

Sive

Sive an bellare unquam liceat] Auctor contra Anabaptiſtas, qui bellum juſtum dari negant, bella quædam licita eſſe probat I. ex jure naturæ brutis communi, i. e. ex motibus omnibus animantibus a natura inditis, quos prima naturæ vocat. §. 1. *n.* 1. II. Ex ratione, & natura ſocietatis, quæ non omnem vim inhibet, ſed eam demum quæ ſocietati repugnat. §. 1. *n.* 2. 5. & 6. III. Ex Sacra Hiſtoria, inprimis exemplis bellorum Deo vel jubente, vel approbante geſtorum. §. 2. IV. Ex conſenſu gentium. §. 3. V. Ex jure gentium voluntario. §. 4. VI. Ex jure divino voluntario, quod ſcil. revelatum nobis eſt tum in veteri Codice, §. 5., tum in novo, §. 6. VII. Ex veterum Chriſtianorum doctrina. §. 9. & 10. Denique & VIII. dubia removet. §. 7. & 8.

At cum omnia, quæ de juſtitia bellorum Auctor tradit, vaga nimium ſint, nihilque juris inferant, nedum licentiam bellorum probent, veram juris bellorum rationem præmittere neceſſarium erit.

Primo certum, & indubitatum eſt, Creatorem humano generi non tantum jus occupandi res terræ dediſſe, ſed & facultatem de illis diſponendi; eoque jus agendi omnia ea, ſine quibus facultatem illam exercere non poſſumus: Si ergo alia defendendi juris noſtri ratio præter vim non eſt, ea quoque licita erit. Hæc medii neceſſitas inprimis II. vera eſt in illis, qui ſuperiorem non cognoſcunt: ſine quo igitur Princeps, vel reſpublica jus conſequi, vel defendere nequit, id natura licitum eſt; at adverſario reparationem negante, Principes ſine vi bellica jus ſuum defendere non poſſunt, ergo vis bellica licita eſt. Atque hac ratione uſus eſt Pontius Dux Samnitium contra Romanos apud *Liv. L.* 9. *c.* 1. ubi ait, *juſtum eſt bellum, quibus neceſſarium, & pia arma, quibus nulla relinquitur ſpes niſi in armis:* eoque nomine firmat Samnites ſuos, & id verum ait *Livius d. l. c.* 2. Unde *Cicero* 1 *off. c.* 11 docet, *cum duo ſint genera decertandi, per diſceptationem, & vim, confugiendum eſſe ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore.* Hac ratione Caracalla fratricidium quoque ſuum defendere nititur in oratione ad milites apud Herodianum *L.* 4. *in Anton. Carac. Juſtum, & neceſſarium eſt, ſi alius alium occidere velit, vindicare potius injuriam, quam expectare.* (Ratio quidem hæc bona, ſed factum, fratrem id voluiſſe, dubium erat.) Alias auctoritates vide apud Grotium *h.* §. *n.* 6. Probatur III. licentia bellorum ex officii magiſtratus natura, & fine. Finis conſtituti magiſtratus eſt defenſio jurium civitatis, ea ergo intentio naturæ eſt: unde nihil Deo carius eſſe hoc fine, ait Scipio apud Ciceronem in *Somn. Scip. c.* 3. Hoc adverſus extraneos invitos imperio fieri nequit, cui non ſunt ſubjecti: ſupereſt ergo ut bello fiat. Unde ſimul apparet his caſibus bella non ſaltem eſſe voluntatis, ſed & neceſſitatis, & partem officii. Porro IV. ex inſtinctibus naturæ defenſionem neceſſariam licitam eſſe apparet, omne enim animal fertur ad ſui defenſionem natura; Creator omnibus animantibus hunc motum indidit, adeoque contradictio foret, appetitum hunc a Deo eſſe, & tamen Deum illum improbare: at bellum nihil aliud eſt quam defenſio neceſſaria juris denegati. Atque hæc ratio late ab Auctore in præcedentibus tractata eſt. Imo Creator non tantum motum ſui conſervandi, ſeque defendendi, omnibus animantibus indidit; ſed & V. arma, armorumque ſenſum ac media dedit, ut poſſint exequi, & quidem ea parte dedit, qua magis viribus pollent. Cum igitur alius horum armorum uſus non ſit, merito concluditur, defenſionem neceſſariam fini creationis, adeoque & voluntati Creatoris eſſe conſentaneam. Denique & VI. communi gentium conſenſu, quin ex utroque fœdere, ac patrum eccleſiæ auctoritate, id in ſequentibus probat Auctor.

Additio.

„ Nihil eſt quod his rationibus addi poſſit, „ quæ eo redeunt: Quod natura cuique homi„ num facultates agendi, vel habendi, i. e. „ jura quædam a Creatore conceſſa ſint Si „ proinde alius jura illa turbat, vel aufert, „ contra voluntatem Creatoris, adeoque injuria agit, quam reparare, i. e. jus ſuum cui„ que tribuere tenetur. Si autem nolit injuriam „ reparare; ſi nolit jus ſuum cuique tribuere, „ neceſſario ſequitur vi alterum ad id cogi „ poſſe, quia fruſtra Deus jura illa cuique „ hominum conceſſiſſet, ſi tertius impune „ jura illa auferre, vel turbare poſſet.

„ Cum vero B. Parens paſſim hanc de bel„ lorum licentia materiam tractaverit, loca „ hic inſerere liceat.

„ *Primus* occurrit in *Exercit. II. ad Grot.* „ §. *ſeq.* ubi ita rem explicat. Natura cuique „ facultatem tantum dedit in actiones, & res „ ſuas, non alterius; ſed contra, huic ipſi in „ ſuas propriam pariter conceſſit: per *poſ.* 5. „ *n.* 1, 2. quæ proinde invicem impedire non

 „ poſſunt

„ poſſunt: unde ſequitur, hominem homini, „ ejusve rebus vim inferre natura non poſſe.

„ Ab eodem plane capite fluit ex adverſo, „ ſi tu mihi, rebusve meis vim inferas, me „ jus meum tueri, & vim arcere poſſe: quia „ data mihi a natura de actionibus, rebusque „ meis ſtatuendi facultate, & jam illud da- „ tum permiſſumque eſt, ſine quo de iis ſtatue- „ re ac diſponere, impedimentumque tollere „ non poſſum, per *poſ.* 4. *n.* 4. Quoties ergo „ tu meo me jure, meoque arbitrio uti non „ ſinis, tu mihi vim facis impediendo, non „ ego tibi impedienti reſiſtendo. (*Conf. l.* 11. „ *ff. de vi & vi arm.*) Quoniam igitur in id „ conſtitutum in terris eſt ſummum imperium, „ ut cujusque jus tueatur, per *Poſ.* 13. „ ſequitur, quoad ejus copia eſt, me jus per „ vim tueri non poſſe; at implorato ſummi „ imperii officio, ſeu per judicia poſſe. Hinc „ ſi deficiat imperii, aut judicis copia, conſe- „ quens plane eſt, hominem vi quoque ſe ac „ jus ſuum tueri poſſe, atque tum unicum „ illud quod ſupereſt, & quod adeo neceſſa- „ rium eſt, mei tuendi medium eſſe licitum, „ per *poſ.* 4. *n.* 4. Neque vero tum ego tibi „ vim infero, ſed a te mihi illatam defendo. „ Conf. *d. l.* 11. *& l.* 17. *ff. de vi & vi arm.*

„ Cum igitur, quoties inter ipſas ſummas „ poteſtates de jure contenditur, ſemper de- „ ficiat imperii & judicii facultas, quippe „ quod nullum illæ agnoſcunt; ſequitur, ſi „ neutra pars injuriam fateri, & ultro ſatisfa- „ cere velit, nunquam aliud ipſis reſtare me- „ dium juris ſui aſſerendi, quam vim & arma. „ Hoc igitur tum eſt juſtum utrinque bellum, „ etſi non poſſit eſſe juſta utrinque belli cau- „ ſa: nam hæc committitur tum Dei, quem „ ſolum judicem & ſuperiorem habent, ju- „ dicio, pendetque juſtitia cauſæ ab ejus „ eventu. *Vid. diſp. de juſt. præl. exit.*

„ Hanc permiſſionem vi ſuum jus tuendi, „ ſi alia via reliqua non ſit, ipſe æternus „ Creator illuſtribus argumentis præterea de- „ claravit; etenim hoc ſtudium ſui defen- „ dendi ipſe ingeneravit non hominibus tan- „ tum, ſed & omni animantium generi, id- „ que tanta cura, & admiranda providentia, „ ut non tantum in natura animantium mo- „ tum, & affectum ſui defendendi, qui om- „ nium extenſiſſimus & acerrimus, omnium- „ que reliquorum motuum, quibus feruntur „ ad id quod ſibi ſuisque bonum videtur, „ principium & cauſa eſt; ſed & arma, & in- „ ſtrumenta ſui tuendi creaverit, & nec „ arma ſolum, ſed & armorum ſenſum im- „ preſſerit, adeo ut jam ante quam notæ illæ „ fuerint, vim ſuam ſentiant, & ſciant qua „ corporis parte maxime valeant ad vim abi- „ gendam, & ad ſui defenſionem: quæ latius „ exponit, & auctoritatibus firmat Grotius *cap.* „ 2. §. 1. & in notis, quo nos remittimus.

„ Cum itaque tanta ſollicitudine æternus „ Creator proſpexerit animantibus, ut inpri- „ mis curam haberent ſui conſervandi & tuen- „ di, ſine qua nulla quoque ſpecies conſer- „ vari poſſet; eamque adeo hoc facto ſuo „ probaverit, & inprimendo quaſi commen- „ daverit, nullatenus dubitari poteſt, quin „ ſi hæc defenſio non poſſit niſi per vim fieri, „ hanc quoque permiſſam voluiſſe, per *Poſ.* „ 4. *n.* 4. *Conf. Cic. Lib.* 5. *de finibus bon.* „ *cap.* 9. *ſeq.* ubi hoc argumentum, omne „ animal ſeipſum diligere, imo omnem na- „ turam eſſe ſui conſervatricem, perquam „ egregie, & copioſe proſequitur.

„ Quid vero præterea inſulſius, & ineptius „ eſt, quam dubitare, num pro neceſſaria „ defenſione bella geri poſſint? cum & opor- „ teat; nec licitum ſaltem id ſit, ſed & of- „ ficii: Ea enim eſt principalis illa pars ſum- „ mi imperii, quæ in juris ac juſtitiæ, adeo- „ que in ipſa divinæ voluntatis executione, „ occupata eſt, & vi gemina exercetur: *Una* „ in ſubditos contumaces, ſeu maleficos, jure „ imperii ſpecialiter dicti; *altera* in hoſtes „ jure belli, per *Poſ.* 13. & 14. Et utraque „ vis tantum abeſt ut minus licita ſit, ut & „ teneatur ea uti is, cui tutela, & executio juris „ & juſtitiæ a Creatore vice ſua injuncta eſt.

„ *Secundo*, peculiari diſſertatione, *de ju-* „ *ſtitia bellorum*, B. Parens demonſtravit bel- „ lare aliquando licitum eſſe. Idque hac ra- „ tione probat: Naturæ lex evidens eſt, quod „ nemo, & ne ſumma quidem poteſtas, poſ- „ ſit ſimul eſſe pars, & judex, per tradita *in* „ *diſp. de poſtlim.*

„ Jus enim ſupponimus controverſum in- „ ter duos, i. e. quod quæque pars ſuum „ eſſe judicat, & aſſerit. Quæritur ergo judi- „ cium tertii, quo jus illi, cujus eſt, tri- „ buatur, & quod proinde neceſſario diver- „ ſum eſſe debet a judiciis partium: his enim „ jam deciſum cuique eſt, ſuum eſſe jus, „ illo demum cognoſcendum ac decidendum, „ cujus ſit: his inducitur contrarietas, illo „ componitur: hæc in propria cauſa, dum „ quiſque naturali affectu ſibi ſtudet, non „ amplius ſunt libera ad verum jus cuique tri- „ buendum; hoc ergo a propria cauſa diver- „ ſum plane eſſe debet.

„ Hoc

„ Hoc igitur jure non videtur ſumma po-
„ teſtas jus aliquod vindicare poſſe, niſi de
„ eo prius per tertium, ſeu arbitrum con-
„ ſtiterit.

„ Verum generali gentium conſuetudine
„ obtinuit, ut ſine tali arbitro decernere ar-
„ mis poſſint; quæritur an recte? & quidem
„ videtur id negandum, cum gentes de natu-
„ ræ decretis diſponere non poſſint: Cæte-
„ rum ex alio fonte recte defenditur hoc
„ jus belli, quod ſcilicet conceditur ſummis
„ poteſtatibus ex neceſſitate per modum ſortis,
„ ſeu aleæ. Nam arbitrium illud ſine poteſta-
„ te non ſufficit, nec propterea Princeps ſuo
„ judicio cedere voluerit: quin cum multa a
„ judice injungenda hinc inde ſint partibus,
„ alterutra partium paritionem denegante,
„ & deficiente vi coactiva, arbitrium plane
„ futurum eſſet deluſorium.

„ Jure ergo Principum dubio, cujus ex-
„ plicandi alia ratio non eſt, gentes rem ſorti,
„ ſeu belli aleæ committunt: uti & privato-
„ rum jus in dubio ſorte dirimi ſolet. *l.* 14.
„ *judic. l.* 5. *fam. erciſc. l.* 24. §. 14. *fideic.*
„ *libert.* §. 23. *Inſt. de legat.* & merito: Si enim
„ nihil caſu, & abſque ſummi naturæ arbitri
„ directione contingat, dubitandum non eſt,
„ quin ſortis eventus non caſu, ſed arbitrio
„ numinis futurus ſit. Ita Salomo: ſors in
„ ſinum jacitur, ſed tota cadit arbitrio Domi-
„ ni. *Prov.* 16. *v. ult.* Inprimis ergo ad hoc
„ rerum arbitri judicium recte confugiunt
„ Principes, utpote qui immediate ab eo de-
„ pendent, & quorum ſolus ille eſt judex
„ competens, cum alium judicem non ha-
„ beant. Ita idem Salomo: Sors litem com-
„ ponit, & decidit inter ſummas poteſtates.
„ *Prov.* 18. *v.* 18. *Conſ.* 1. *Sam.* 14. *v.* 41.
„ 42. *Jon. I. v.* 7. *Cauſ.* 1. *c.* 4. *q.* 2. Non
„ obſt. *c.* 7. *q.* 5. *Eod.* & *tt. de ſortileg.* &c.

„ Sortis autem modus Principibus proprius
„ eſt alea belli: tum quod Principes ad execu-
„ tionem juris ab ipſa natura gladio armati
„ ſunt; *diſp. de ſum. pot.* tum quia hic modus
„ ſolus ſupereſt, quo pars ſtare cogitur judi-
„ cio ſortis; vi ſcilicet victoriæ ultimæ, qua
„ ipſe hoſtis redigitur in poteſtatem victoris,
„ quæ eſt finis armorum.

„ *Tertio* B. Parens in Diſp. *de jure victo-*
„ *riæ* jus bellorum deducit, & in §. 7. ita
„ rem explicat. Bellum eſt poteſtas jus no-
„ ſtrum vi vindicandi ab extraneis, a quibus
„ imperio, cui ſubjecti illi non ſunt, non
„ poſſumus. Bellorum igitur, atque in bel-
„ lis occidendi, vaſtandi, prædandi jura,
„ ſola neceſſitate rerum noſtrarum tuenda-
„ rum conſtituuntur, & Principes cum per
„ judicem, quem non habent, aut aliter
„ contra extraneos invitos non poſſint, vi,
„ ac armis jura ſua conceſſione naturæ vindi-
„ cant; quæ & Ciceronis ratio eſt. *Lib.* 1.
„ *offic.* Facultas enim defendendi, quæ om-
„ nibus hominibus, quin & brutis a rerum
„ Creatore data eſt, deſineret, ſi unicum
„ illud remedium, quo ſolo defenſio fieri
„ contra invitos poteſt, auferretur. Hoc igi-
„ tur neceſſario indulſit eadem natura, quæ
„ illam conceſſit; & ut vulgo dicitur, dato
„ fine datur quoque medium, ſine quo finis
„ obtineri nequit. Bellum itaque Princeps ge-
„ rit, non ut judex, quia in extraneos im-
„ perium nullum habet; ſed ut pars, & eo
„ jure, quo vel privatis, quando Judicis nul-
„ la copia eſt, nec aliter ipſi poſſunt, morte
„ adverſarii quoque ſe, ac ſua defendere, nul-
„ la lege prohibente, licet.

„ Omne igitur jus belli hac regula definitur,
„ quod omnia illa in bello licita ſint, ſine
„ quibus reparatio juris noſtri obtineri nequit.
„ Ideo enim bellum juſte geritur, ut jus ſuum,
„ quod aliter non poteſt, Princeps recuperet.
„ Hic finis eſt totius negotii, uti finis cujuſ-
„ que actus, & prælii eſt victoria, quam Im-
„ peratori propoſitam eſſe non uno loco refert
„ Cicero. *Lib.* 8. *ad Attic. ep.* 11. & *in*
„ *fragm. de rep. lib.* 5. Præliis itaque victo-
„ rias, victoriis jus ſuum tueri, ac vindicare
„ Princeps intendit.

AD §. I.

Hæc *autem ipſa quæſtio*] „ Scil. an bel- 1
„ lare umquam liceat?

Ut & aliæ, quæ deinceps ſequentur] „ Ubi
„ ſcil. de cauſis belli, & de belli proceſſu
„ quæritur.

Ad jus naturæ] „ Senſu laxiori ſumto,
„ quo continetur non tantum jus naturæ ſo-
„ ciale, ſed & jus naturæ rationalis, ſeu hu-
„ manæ. *Vid. l.* 1. *c.* 1. §. 9. junct. *proleg.*
„ §. 9. Vid. *auct. b.* §. 1. *n.* 3. *in f.* & *n.* 5.

Tum tertio de finibus] „ *pag. m.* 107. &
„ *pag.* 109.

Tum aliis in locis] „ Scilicet *lib.* 5. *de fi-*
„ *nibus bon.* & *mal. p. m.* 144. 145. 146. &
„ 147. *add. lib.* 4. *eod. p.* 127.

Eſſe quædam prima naturæ] „ Prima natu-
„ ræ ita deſcribit Cicero *d. p.* 147. *quæ infixa*
„ *ſunt in ipſa natura, comprehenduntur*que

„ *ſuis cujusque ſenſibus, ſic ut contra ſi quis* „ *dicere velit, non audiatur.* Alibi ea vocat „ initia naturæ, *d. fol.* 109. prima invita- „ menta naturæ. *d. fol.* 144.

Quædam conſequentia, ſed quæ illis primis præferenda ſunt] Nimirum notiones convenientiæ rerum cum ipſa ratione. *Vid. n.* 2. Quod ſpecialius poſtea explicat, convenientiam neceſſariam cum natura rationali, & ſociali. *n.* 3. *in f.* & *n.* 5. *pr.*

Prima naturæ vocat] Intelligit Cicero motus illos, quibus natura ferimur ad defenſionem juris noſtri. Separandi autem ſunt hi motus ab illis, qui ex corrupta hominis natura procedunt, quod innuere videtur Auctor *n.* 2. at exprimere nequit. Bœclerus tractatum ſatis ineptum de primis naturæ ſcripſit, nam ex ſe ſatis patet quinam motus omnibus animantibus natura inditi ſint.

Sed quæ primis illis præferenda ſunt] „ Quia „ prima illa ex motu naturæ, conſequentia „ autem ex ratiocinandi facultate oriun- „ tur. *Vid. n. ſeq.*

Quod ſimulatque natum eſt animal ipſum ſibi conciliatur] „ Cicero *Lib.* 4. *de fin. pag. m.* 128. ait, primam ex natura nos habere „ appetitionem, ut conſervemus nos ipſos. „ Et *Lib.* 5. *de fin. pag. m.* 146. ait, *omne* „ *animal ſe ipſum diligit,* & *ſimul ac ortum* „ *eſt, id agit ut ſe conſervet.* Plures au- „ ctoritates colligit Teſmarus. h. *Vid. Plato* „ *L.* 5. *de Leg. p.* 731. *Sen. ep.* 121. & *ep.* „ 82. *Item L.* 5. *benef. c.* 9. *Gell. Noct. Att.* „ 12. 5. Cicero 1. *off.* 4. ſingula capita eo- „ rum, quæ ad prima naturæ pertinent, re- „ cenſet: *principio generi animantium omni* „ *eſt a natura tributum, ut ſe, vitam, cor-* „ *puſque tueatur, declinetque ea, quæ no-* „ *citura videantur, omniaque quæcunque ad* „ *vivendum ſunt neceſſaria, inquirat,* & *pa-* „ *ret, ut paſtum, ut latibula, ut alia ejuſ-* „ *dem generis. Commune autem animantium* „ *omnium eſt conjunctionis appetitus, pro-* „ *creandi cauſa,* & *cura quædam eorum quæ* „ *procreata ſunt.*

Et commendatur ad ſe conſervandum] „ I. „ e. non tantum ad conſervandum vitam & „ membra, ſed & res, quarum acquiſitio, & „ retentio ad vitam utilis, & neceſſaria eſt. „ *Vid. n.* 4. *ſeq.*

Atque ad ſuum ſtatum] „ I. e. corpus, & „ facultates agendi.

Et ad ea, quæ conſervantia ſunt ejus ſtatus, diligenda] „ Adeoque & vim, ſi ſtatus ille „ aliter conſervari nequit, adhibendi.

Alienatur autem ab interitu, iisque rebus, quæ interitum videntur afferre] „ Seneca rem „ ita explicat *Ep.* 121. *nullum animal ad vi-* „ *tam prodit ſine metu mortis: ſimul enim con-* „ *ciliatur naturæ ſuæ, quidque* & *quæ juvant,* „ *illa petit, læſura reformidat.*

Hinc etiam] „ Scil. ex motu illo, quo „ animantia feruntur ad ſui, membrorum- „ que ſuorum, conſervationem.

Primumque eſſe officium ut ſe quis conſervet in naturæ ſtatu] „ Quia omne animal, ſimul- „ atque natum eſt, ſibi commendatur ad „ ſuum ſtatum diligendum: quæ ſunt verba „ Grotii *in pr. h. n.*

Deinceps ut ea teneat, quæ ſecundum natu-ram ſunt] „ I. e. quæ ad conſervationem „ ejus ſtatus pertinent. Nam ad hæc quoque „ diligenda animal illud ſimulatque natum eſt, „ ſibi commendari dixit. *n.* 1. Convenit hoc „ cum principiis Stoicorum, qui vitam bea- „ tam in eo poſuere, *naturam ſequi*, ſeu *na-* „ *turæ convenienter vivere*, quod late expli- „ cat Lipſius in manud. &c. *diſſ.* 14. *uſque* „ *ad diſſ.* 23.

Pellatque contraria] „ I. e. ea, quæ naturæ „ repugnant.

At poſt hæc cognita ſequi notionem convenientiæ rerum cum ipſa ratione] Dixit Auctor, quædam eſſe prima naturæ, quædam conſequentia. Expoſuit, quænam ſint illa naturæ initia, ſeu prima invitamenta naturæ: *n. præc.* hic jam explicat conſequentia, ſeu notiones convenientiæ rei cum ipſa ratione, i. e. cum natura rationali, ac ſociali. *Vid. n.* 5. Intelligit igitur Auctor per rectam rationem, eam quæ convenit cum appetitu ſociali, & rationali. Hanc convenientiam ideo pro regula actionum moralium conſtituit, quia prima illa naturæ, i. e. inſtinctus naturæ, indefinita ſunt, adeoque reſtringi debent per illam convenientiam cum natura rationali & ſociali. Nos alibi demonſtravimus, motus depravatos a motibus naturalibus ſecerni debere, non ex natura ſociali, ſed ex poſitione noſtra juris gentium quarta.

Additio.

„ Bene notandum eſt, Auctorem per pri- „ ma naturæ nihil aliud intelligere quam mo- „ tus naturæ, inſtinctus naturales, ac facul- „ tatem & jus agendi juxta illos motus: quod „ jus naturam omnia animalia docuiſſe, inde- „ que brutis commune eſſe, dixit Ulpianus. „ Cum vero homini ratione prædito non pro- „ miſcue motus illos ſequi conceſſum ſit, ſed „ tantum quatenus rationi conveniunt: tota

„ quæſtio

„ quæstio eo redit, quando rationi convenire „ videantur? Auctor ait, quando motus illi „ cum natura sociali & rationali conveniunt. „ *Vid. n.* 3. *in f. & n.* 5. *pr.* Hinc diffe„ rentiam inter bruta & homines alibi hanc „ constituit, quod illa agant ex principio ali„ quo intelligente externo; hominibus au„ tem, qui circa similia similiter agere norunt, „ cum appetitu societatis insit facultas sciendi, „ agendique secundum generalia præcepta. „ *Prol.* §. 7.

„ Cum vero satis probatum sit, naturam „ socialem & rationalem in sensu Auctoris „ nullam inferre obligationem, convenientia „ cum his naturis non potest regulam actio„ num moralium constituere. (Conf. quæ „ notavimus *ad proleg.* §. 7.) Neque proinde „ justitia bellorum inde defendi.

„ Vera igitur ratio, cur bellare licitum „ sit, non ea est quam Auctor affert, *quia* „ *id non repugnat naturæ sociali, & naturali:* „ sed quia Deus voluit jus suum cuique tri„ bui, finis autem ille absque bello obtineri „ nequit.

Atque eam convenientiam &c. pluris faciendam] „ Prima enim naturæ sunt effectus „ instinctus; convenientia autem illa effectus „ rationis. Illa brutis communia sunt, hæc „ solis hominibus propria est. Egregie Sallu„ stius *Catilin. pr. Animi imperio corporis ser„ vitio magis utimur: alterum nobis cum* „ *Diis, alterum cum belluis commune est.*

In qua honestum sit propositum] „ Quando „ propositum honestum sit *Vide n. seq.*

Quia prima naturæ commendant quidem nos rectæ rationi] „ I. e. ab illa ad hanc profi„ cisci mur. *Gron. b.* Ex ratione enim, i. e. „ ex fine Creationis demum eluceseit, an homo „ ratione præditus motus illos naturæ sequi „ jure possit.

Sed ipsa recta ratio carior nobis esse debeat, quam illa sint a quibus ad hanc venerimus] „ Rationem, cur præferri debeat causa in„ telligens primorum naturæ ipsis initiis na„ turæ, jam dedimus; scil. quia illa ex ratione, „ hæc ex solo instinctu, ex appetitu, & „ motu naturæ procedunt.

Hæc cum vera sint, & ab omnibus, qui judicio præditi sunt, facile assensum impetrent] „ Vires animi viribus corporis præferendas „ esse omnium gentium consensu constat. *Vid.* „ *Orat. B. Par. an respubl. armis magis, quam* „ *legibus defendatur.*

Quod illis naturæ initiis congruat] „ I. e. „ primis illis naturæ, motibus illis naturali„ bus, appetitui illi confuso sese conservandi.

Deinde veniendum ad illud] „ I. e. ad „ causam intelligentem, cur illa prima na„ turæ hominibus indita sint.

Quod quamquam post oritur] „ Scil. per „ ratiocinationem.

Dignius tamen est] „ Quia est effectus „ rationis.

Neque sumendum tantum si detur, sed omni modo expetendum] „ Imo nec omitten„ dum, nisi pœnæ divinæ se subjicere velint „ homines. *Proleg.* §. 11.

Hoc ipsum vero, quod honestum dicimus] „ Et quod pluris faciendum esse dixit, quam „ & ad quod prima naturæ nos ducunt. *Vid.* „ *n. præced.* Ad intellectum eorum, quæ se„ quuntur, repetendum est ex præcedenti ca„ pite, Auctorem ad *jus naturæ*, *laxiori* sen„ su sumtum, etiam referre *virtutum obliga„ tionem*; at non omnium, sed tantum ea„ rum, quæ aliis hominibus utilitatem affe„ runt. *L.* 1. *c.* 1. §. 8. Et hoc est quod hic „ innuit, *honestum* pro diversitate materiæ „ *vel* in puncto consistere, ut debeat fieri; „ *vel* latius habere spatium, ut possit fieri, vel „ non fieri. In examinando autem jure natu„ ræ se tantum priori sensu honestum sumere, „ ait. Adeoque Auctori injustum est, quic„ quid rationi, (seu honesto, quod in puncto „ consistit) adeoque naturæ sociali, & ratione„ li repugnat: §. *b. n.* 3 *in fin. & n.* 5. *pr.*

Pro materiæ diversitate] „ Quædam enim „ virtutes præceptum continent, adeoque ad „ jus naturæ laxius pertinent: quædam vero „ commendantur saltem, sed non obligant. „ Ad illa Grotius refert eas virtutes, quæ aliis „ hominibus utilitatem afferunt: Quam hypo„ thesin Auctoris plenius exposui, & examina„ vi *L.* 1. *c.* 1. §. 8. *n.* 1. Conf. *Dissert.* „ *Proœm. II.* §. 8. & 9.

Modo in puncto consistit, ut si vel minimum inde abeas, in vitium deflectat] „ Adeoque unde obligatio agendi oritur *Vid.* „ *l.* 1. *c.* 1. §. 9.

Modo liberius habet spatium, ita ut & fieri laudabiliter, & sine turpitudine omitti, aut aliter fieri possit] „ Adeoque unde nulla agen„ di obligatio oritur: nam consilia, & si qua „ sunt alia præscripta, honesta quidem, sed „ non obligantia, legis, aut juris nomine non „ venire, dixit *l.* 1. *c.* 1. §. 9. etsi per abusio„ nem aliquando juris naturalis vocentur. *l.* 1. „ *c.* 1. §. 10. *n.* 4.

Ferme quomodo ab hoc esse ad hoc non esse statim fit transitus] „ Grotius doctrinam de

„ primis

„ primis naturæ, per se satis cognitam,& evi-
„ dentem, hac interpretatione obscuram ad-
„ modum reddit. Quædam enim existere ait,
„ quæ ubi existere desinunt, in oppositum
„ aliquod statim, & necessario transeunt: ita
„ enim inter vitam & mortem non datur in-
„ termedium, sed qui desinit vivere eo ipso
„ momento mortuus est. Atque simili ratione
„ Auctor ait, honestum quatenus justitiam
„ n turalem continet, statim ac inde recedi-
„ tur, fieri inhonestum & injustum. *Conf.*
„ *l.* 1. *c.* 1. § 8. *n.* 2.

Ac inter aliter adversa] „ Ubi non fit transi-
„ itus ab hoc esse ad hoc non esse.

Ut album, & nigrum, reperire est aliquod interpositum] „ Album enim dum existere
„ desinit, non statim & necessario transit in
„ oppositu n nigrum, sed alium colorem in-
„ termedium induere potest: Atque simili ra-
„ tione Auctor ait, aliquando id quod hone-
„ stum est, non statim fieri inhonestum si
„ negligitur, sed rem arbitrii ac libertatis
„ manere: idque semper ex hypothesi Grotii
„ contingit, si virtutes illæ ad aliorum utili-
„ tatem non pertinent. *Vid. l.* 1 *c.* 1. §. 8. *n.* 1.

Sive mixtum] „ Scil. ex albo & nigro.

Reductum utrinque] „ Etenim quædam
„ dici juris naturalis reductive, docuit supra
„ *L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 3. non quia jure na-
„ turæ obligationem inferunt, sed quia juri
„ naturali non repugnant, adeoque sine tur-
„ pitudine peragi, vel omitti possunt: & huc
„ quoque refert ea quæ honesta sunt, sed non
„ obligantia, quæ per abusionem dici juris
„ naturalis,ait. *dict.* §. 10. *n.* 3. Gronovius in
„ notis refert huc illud Horatianum in *Lib.* 1.
„ *ep.* 18. *Virtus est medium vitiorum,& utrin-*
„ *que reductum.* At Grotius, alio ac Hora-
„ tius sensu, ait, *reductum* aliquid utrinque
„ esse. Horatius enim innuit virtutem in me-
„ diocritate consistere. *Vid. Prol.* §. 33.

Et in posteriori genere] „ I. e. in honesto,
„ quod liberius spatium habet, & quod per-
„ tinet ad præscripta honesta quidem,sed non
„ ad obligantia *L.* 1. *c.* 1. §. 9. *n.* 1. *L.* 2.
„ *c.* 15. §. 10. *n.* 1. *L.* 3. *c.* 3. §. 6. *n.* 3.
„ *cap.* 4. §. 2. *n.* 1. *cap.* 11. §. 4. *n.* 3.
„ *c.* 14. §. 6. &c.

Maxime occupari solent leges] „ *Vid. Diss.*
„ *Proœm. II.* §. 9.

Tum divina] „ Intelligit leges Adamiticas,
„ Noachicas, & Evangelii. *L.* 1. *c.* 2. §. 6.
„ *n.* 2. Eoque refert leges de divortio,& con-
„ cubinatu; ibi enim nefas non apparere pu-
„ tat absque lege divina.

Tum humanæ] „ Intelligit jus gentium
„ voluntarium, & leges civiles. Exemplum
„ juris gentium affert in successione collatera-
„ lium: jus gentium enim ideo, quod testa-
„ tor præsumatur voluisse id quod honestissi-
„ mum est,& quod officio congruit, iis defer-
„ re hæreditatem,ait. *L.* 2. *c.* 7. §. 3. §. 9.

Ut quod per se laudabile tantum erat, etiam deberi incipiat] „ Exemplum est in *l.* 1.
„ *ff. Peric. & comm rei vend.*

An fieri aliquid possit non injuste] „ Nam
„ ex mente Grotii non sufficit quærere *an ali-*
„ *quid fieri possit juste:* quia abusive etiam ju-
„ stum dici potest, quod juri non repugnat:
„ quod examinavimus *dict. lib.* 1. *c.* 1. §. 3.
„ & §. 10. *n.* 3.

Cum natura rationali] „ Quid autem in-
„ telligat per naturam rationalem, explica-
„ vit *in Prol.* §. 9. nimirum, quando quid
„ convenit judicio recte conformato ad æsti-
„ manda quæ delectant,aut nocent, citra so-
„ cietatis respectum. *ibid.* Atque hoc *jus na-*
„ *turæ laxius* vocat; cui quæ repugnant,
„ contra jus naturæ, humanæ scilicet, esse
„ ait, *Prol.* §. 9.

Ac sociali] „ Per naturam socialem intelli-
„ git appetitum societatis, i. e. communita-
„ tis non qualiscunque, sed tranquillæ, &
„ pro sui intellectus modo ordinatæ. *Proleg.*
„ § 6 Ad hanc enim societatem custodiendam
„ obligari homines, ait, *Prol.* §. 8. & quic-
„ quid huic naturæ sociali repugnat, *injustum*
„ esse asserit. *Vid. l.* 1. *c.* 1. §. 3.

Inter prima naturæ] „ I. e. inter motus
„ illos naturæ, quibus unumquodque animal
„ sibi conciliatur,& commendatur ad se con-
„ servandum, *n.* 1. etiam citra respectum
„ convenientiæ rerum cum ipsa ratione, *n.* 2.

Nihil est quod bello repugnet] „ Certum
„ enim est omnibus animantibus vehementissi-
„ mum motum natura inditum esse sese con-
„ servandi, & omnem vim alienam a se amo-
„ vendi.

Nam & finis belli] „ Qui consistit in de-
„ fensione necessaria jurium nostrorum.

Vitæ, membrorumque conservatio] „ Nihil
„ hominibus pretiosius est vita & corpore, &
„ vehementissimus est motus, qui nos ad eo-
„ rum conservationem ducit.

Et rerum ad vitam utilium retentio, aut acquisitio] „ Negari nequit naturam nobis
„ instinctum indidisse ad acquirenda & reti-
„ nenda ea,quæ ad vitam utilia sunt, perti-
„ nent enim ad conservationem vitæ.

Illis primis naturæ maxime convenit] „ Nam
„ ex

„ ex Cicerone *primæ naturæ* descripsit, quod „ simulatque natum sit animal, ipsum sibi „ concilietur, & commendetur ad se con„ servandum, atque ad suum statum, & ad ea „ quæ conservantia sunt ejus status, diligen„ da: *Vid. sup. n.* 1.

Et vi ad eam rem, si opus sit, uti &c.] „ I. e. „ si aliter jus nostrum servari nequit, tunc „ enim demum agitur de necessaria defensio„ ne, seu conservatione juris sui.

Cum animantibus singulis vires ideo a natura sint attributæ] „ Certissima ratio, Deum „ approbasse bella, hæc est, quod non tan„ tum motum sese defendendi omnibus ani„ mantibus indiderit, sed & arma dederit, „ ac ea in robustissima corporis parte consti„ tuerit, imo usum horum armorum solo na„ turæ instinctu & homines, & animantia do„ cuerit; unde necessario sequitur, Deum vo„ luisse ut homines se defendant.

Illis iratus petit, atque infensus inurget] „ Tesmarus *in not. h. t.* alias auctoritates af„ fert, scl. Pheraulæ apud *Xenoph. Inst.* 2. „ *p.* 56. *pugnam equidem homines universos a* „ *natura nosse video, quemadmodum & alio*„ *rum animalium quælibet aliquam pugnam* „ *norunt, quam non aliunde atque ab ipsa na*„ *tura didicerunt, v. g. bos cornu ferire no*„ *vit, equus ungula, canis ore, dente aper;* „ *Atque etiam omnia hæc animalia cavere si*„ *bi ab eis norunt, a quibus est cavendum ma*„ *xime, etiam si nullius unquam magistri lu*„ *dum frequentaverint.* Lactantius *in l.* 6. *c.* „ 10. ait; *Deus, qui cæteris animantibus sa*„ *pientiam non dedit, naturalibus ea muni*„ *mentis ab incursu, & periculo tutiora fecit:* „ Et *l.* 3. *c.* 22. de animalibus sermonem fa„ ciens, ita pergit, *quæ vel ad perferendam* „ *vim temporum, vel ad incursiones a suis* „ *corporibus arcendas, naturalibus munimen*„ *tis providentia cœlestis armavit.*

Edoctos infantes videmus] „ Qui cum usum „ rationis non habent, non potest non na„ tura ipsis hunc motum indidisse.

Manum homini esse, ait, pro hasta] Horatius 1. *Sat.* 3. ita canit:

Unguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus.

Recta autem ratio, ac natura societatis] „ Per *rectam rationem* intelligit jus naturæ „ humanæ, seu jus naturæ laxius sic dictum: „ per *naturam societatis* intelligit jus sociale. „ Neutrum jus admittimus, adeoque ex neu„ tro bellorum justitia probari potest.

Quæ secundo loco ad examen vocanda est] „ Primo enim loco examinavit, an bella primis „ naturæ repugnent. *Vid. supra n.* 4.

Ac potiore] „ Dixit enim, causam intelli„ gentem potiorem esse primis naturæ. *Vid.* „ *supr. n.* 2.

Non omnem vim inhibet, sed eam tantum quæ societati repugnat] „ Diximus 1. non „ dari societatem humanam, adeoque frustra „ de repugnantia vis cum ea societate quæri. „ 2. Si daretur talis societas, non tamen bella „ inde licita fieri probavimus *in Diss. Proœm.* „ *I.* §. 71. Hinc 3. licentiam bellorum ex „ plane alia ratione probavimus initio hujus §.

I. e. quæ jus alienum tollit] „ Nam secun„ dum principia Auctoris, jus meum est quic„ quid cum natura societatis convenit; alie„ num, quicquid ei repugnat. *Proleg.* §. 9.

Nam societas eo tendit, ut suum cuique sal„ *vum sit communi ope*] „ Plenius hæc princi„ pia Auctor explicavit in *Proleg.* §. 7. § 16., „ § 23. Cum vero humana societas non detur, „ verum quoque non est jura singulorum com„ muni ope defendi debere.

Quod] „ Nimirum quod ex natura sociali „ vis bellica licita sit.

Locum habiturum, etsi dominium introductum non esset] „ Communis vox est, bel„ la orta esse ex dominio, ex meo & tuo: „ Auctor hoc negat, & probat defensionem „ necessariam jurium nostrorum locum habi„ turam, etsi nullam rerum proprietatem ha„ beremus: quia 1. extra bona alia jura ho„ mini competunt, scil. vita, membra, ho„ nor, libertas &c. quæ si auferuntur, vel „ violantur, vi defendi possunt. 2. Quia ex „ hypothesi Auctoris hominibus competit jus „ occupandi usum rerum natura communium: „ atque hunc usum, quem Auctor a dominio „ distinguit, armis defendi posse, concludit.

„ Equidem *prior* ratio vera est; at *posterior* „ ratio falso nititur fundamento, negamus „ enim res natura esse communes, & homi„ nibus solum jus occupandi usum in primævo „ rerum statu competiisse: Verius est res om„ nes natura esse nullius, easque cedere oc„ cupanti jure dominii: *l.* 2. *c.* 3. §. 1. & 4. „ adeoque dominium a natura introductum „ esse, & cum genere humano originem ce„ pisse, ut JCtus loquitur in *l.* 1 *ff. A. R. D.*

Quod nunc ita vocamus] „ Dominia enim, „ qualia nunc sunt, non a natura, sed ac„ cedente demum voluntate hominum intro„ ducta esse, Auctor putat, ante autem hanc „ introductionem res omnes fuisse communes.

„ *Vid. Diff. Proœm.* 1. *Cap. fin. & Diff.* „ *Proœm.* 6. §. 9. *ſeq.*

Nam vita, membra, libertas ſic quoque propria cuique eſſent] „ Hæc ergo jura noſtra „ ſunt, & armis defendi poſſunt, etſi non ſint „ in dominio. *Conf. l.* 2. *c.* 17. §. 2. *n.* 1. „ certiſſimo indicio, dominia rerum bellis „ cauſam non dediſſe.

Sic & rebus in medio poſitis uti, & quantum natura deſiderat eas abſumere] „ Hunc „ enim ſolum uſum rerum, quoad proprieta- „ tem communium, inſtar dominii tunc fuiſ- „ ſe, ait. *L.* 2. *c.* 2. §. 2. *n.* 1.

Quod jus qui ei eriperet, faceret injuriam] „ Quia repugnat ſocietati humanæ, eoque „ Auctori injuſtum eſt.

Hoc ipſum] „ Nimirum, quod injuriam „ faciat is, qui jus alii quæſitum tollit.

Nunc poſtquam ex lege, aut uſu dominium formam ſuam accepit] „ Ex hypotheſi Aucto- „ ris dominia orta ſunt ex diviſione rerum „ communium, & conceſſa tacite facultate „ occupandi res non diviſas: præterea formam „ dominium accepiſſe, ait, tum ex jure Gen- „ tium. *Vid. L.* 2. *c.* 8. *per tot.* tum ex lege „ civili. *l.* 2. *c.* 7. §. 7. *c.* 8. §. 1. §. 8. & „ §. 16. Quæ plenius examinavimus in *Diff.* „ *Proœm. I.* §. 78. *ſeq. & VI.* §. 1. §. 14.

Multo intelligitur facilius] „ Introducto „ enim dominio non tantum jus utendi, ſed & „ ipſa proprietas auferretur, quæ major eſt „ injuria.

Societas hominum, & communitas evertatur neceſſe eſt] „ Tota hæc ratio Ciceronis, quod „ ſcil. ab alieno abſtinere debeamus ne ever- „ tatur ſocietas, falſa eſt: Nam cum nulla „ ſocietas humani generis exiſtat, fruſtra me- „ tuitur ne illa evertatur: Abſtinentiam ab „ alieno ex plane alio principio fluere, demon- „ ſtravi *ſupra proleg.* §. 8. & *L.* 1. *c.* 1. §. 10. „ *n.* 4. quod homines obligaret, etſi nulla ſo- „ cietas inter homines exiſtat.

6 *Non eſt ergo contra ſocietatis naturam ſibi proſpicere &c. dum jus alienum non tollatur*] „ Probavit Grotius, in primis naturæ nihil eſſe „ quod bello repugnat, quia omne animal „ natura fertur ad ſui, jurisque ſui conſerva- „ tionem: probavit porro, nec rectam ratio- „ nem, nec naturam ſocietatis (quæ conſe- „ quentia primorum naturæ vocat) omnem „ vim inhibere, quia ſocietas in eo conſiſtit, „ ut jus ſuum cuique communi ope ſalvum „ ſit. Hinc jam concludit, non eſſe contra „ naturam ſocietatis, adeoque nec contra jus „ naturæ, vim adhibere, quæ jus alterius non „ violat, ſed noſtrum conſervat.

Ac proinde nec vis, quæ alterius jus non „ violat, injuſta eſt] „ Quia non eſt contra „ naturam ſocietatis ſibi conſulere, & jus „ ſuum conſervare.

Apud Ulpianum eſt] „ In *l.* 1. §. 27. *ff. de* „ *vi & vi arm.* Florentinus quoque inter jura „ gentium, & quidem poſt religionem erga „ Deum & parentes, ponit, *ut vim atque in-* „ *juriam propulſemus. L.* 3. *ff. juſt. & jur.* „ ubi addit rationem: *nam jure hoc evenit,* „ *ut quod quisque ob tutelam corporis ſui fece-* „ *rit, jure feciſſe exiſtimetur.* Paulus *in L.* 45. „ §. 4. *ff. ad Leg. Aquil.* ait, *vim vi defen-* „ *dere omnes leges, omniaque jura permittunt:* „ Et Gajus in *l.* 4. *eod. Nam adverſus pericu-* „ *lum naturalis ratio permittit, ſe defendere.* „ Canones in *dict.* 1. *c.* 7. ajunt: *juris naturæ* „ *eſſe violentiæ per vim repulſionem.*

Ovidius] „ *L.* 3. *de art. amand. v.* 491. „ Alias auctoritates affert Teſmarus in *not. ad* „ *b.* §. *Vide Herodian.* 3. 6. *&c.* 4. *Busbeq.* „ *ep.* 3. *Thuan. L.* 36. & 41. Sophocles *in* „ *Oedip. Colon. v.* 220. ait, *non meretur pœnam* „ *divinam, qui injuria affectus ulciſcitur.* „ Salluſtius *de bello Jugurth. c.* 22. *Adherba-* „ *lem dolis vitæ ſuæ inſidiatum, quod ubi* „ *comperiſſet, ſceleri obviam iviſſe: Populum* „ *Romanum neque recte, neque pro bono factu-* „ *rum, ſi ab jure gentium ſe prohibuerit.* „ Xenophon. *Inſt.* 1. *p.* 26. *quid ergo vel ju-* „ *ſtius eſt, quam vim propulſare. &c.* Marcel- „ linus 23. 2. *Irruentibus armis externis lex* „ *una eſt, & perpetua, ſalutem omni ratione* „ *defendere.* Thucydides 1. *p. m.* 38. *non* „ *lædere alios, ſic ne ipſi lædamini vim propul-* „ *ſare, in hoc colitis æquitatem.* Livius *L.* 9. „ *c.* 1. *Juſtum eſt bellum, quibus neceſſarium:* „ *& pia arma, quibus nulla niſi in armis ſpes* „ *relinquitur. Add. Auct. infra* §. 3.

Ad §. 11.

Auctor probat ex veteri teſtamento bella fuiſſe licita, exemplo Abrahami, item ſeptem populorum, quos Iſraëlitis exſcindendos dedit Deus, Moſis, Joſuæ; judicio Davidis &c. ipſumque Deum de modo bella gerendi leges dediſſe, ait.

Nam cum adverſus Reges quatuor Abraha- 1 *mus cum miniſtris, ac fœderatis ſuis armatus &c.*] „ De hoc bello quærit Teſmarus *in not.* „ *b.* an juſtum fuerit? quia & noctu ge- „ ſtum

„ ſtum; & non indictum eſt. Ac reſpondet, „ indictionem eſſe juris poſitivi, nec eam „ requiri, ſi de juſtitia cauſæ naturaliter con- „ ſtet. Verum fallit hæc ratio: quia indictio, „ vel ſaltem clarigatio in bello omnino neceſ- „ ſaria eſt. *Vid. L. 3. c. 3.* Verior ergo eſt „ reſponſio, in bello defenſivo non opus eſſe „ indictione, uti late id evincit Auctor in „ *L. 3. c. 3. §. 6.* cum ergo tale fuerit bel- „ lum Abrahami, eoque nulla indictione „ opus fuerit, fruſtra porro quæritur, an „ injuria noctu quoque arceri poſſit.

Per Sacerdotem ſuum Melchiſedecum] „ Quem regem terræ Salem fuiſſe ajunt: Cau- „ ſa autem cur magnus hic Dei Pontifex Abræ „ benedicendi cauſa advolaverit, fuit admi- „ ratio victoriæ, quam cum pauciſſimis comiti- „ bus, nec uno eorum amiſſo, reportavit „ contra quatuor Reges, qui quinque Reges „ ſibi hoſtiles vicerant, *Geneſ. XIV. per tot.* „ quod ſine ope divina fieri non potuiſſe me- „ rito ſuſpicabatur. *Philo Judæus in libro de* „ *Abram. & Perer. ad d. c. 14. vid. Tesm. h.*

Sine ſpeciali mandato] „ Ex ſola defenſio- „ nis familiæ ſuæ neceſſitate.

Fretus igitur Jure naturæ] „ Quod de- „ fenſionem neceſſariam juris tum ſui, tum fa- „ miliæ ſuæ permittit.

Etiam extraneorum Beroſi, atque Orphei teſtimonio] „ Beroſi verba nobis ſervavit Joſeph. „ *Antiq. hiſt. L. 1. c. 8. Poſt Cataclyſmum* „ *decima ſtirpe apud Chaldæos* vir *exſtitit juſtus,* „ *& eximius, inter cætera cœleſtium peritus.* „ Orphei teſtimonium ex vetuſtiſſimo Orphi- „ corum ſcripto refert Clem. Alexandr. in „ *Strom. 5. & Euſeb. Lib. 13. c. 11.*

Nemo illum novit mortalia cuncta regentem.
Unicus ille niſi Chaldæo ſanguine cretus;
Norat enim ſolis, quæ ſe aſtrum lege notaret,
Et circum terram magnus ſi volveret orbis.

„ Sed & præterea Hecatæus librum ſcripſit „ de Abrahamo, qui periit. Theodorus in „ carmine de Judæis Abrahamum ſanctum vo- „ cat. Damaſcenus, amicus ille Auguſti & „ Herodis, eum Regem Damaſcenum facit; „ quod & Juſtinus *L. 36. c. 2.* refert. Ar- „ tapanus Eupolemus, & Demetrius ejus men- „ tionem faciunt apud Euſeb. præp. *Ev. L.* „ *9. c. 16. fol. 61. 62. 63.* Ælius Lam- „ pridius ait, Alexandrum Severum Abra- „ hamo, Chriſto, & Appollonio divinos ho- „ nores exhibuiſſe *in vit. Alex. Sev. c. 29.* „ Sane apud Indos hodieque Abrami no- „ men ſumma in veneratione eſſe, tradit „ Bernier *dans ſon voyage des Indes.*

Hiſtoria ſeptem populorum] „ Nomina ſep- „ tem populorum hæc ſunt: Cananitæ, He- „ vitæ, Phereſitæ, Girgaſitæ, Ammonitæ, „ Jebuſitæ. *Deut. VII. v. 1. Joſ. III. v. 10.* „ videatur *Gron. h. & inf. L 2. c. 13. §. 4.* „ quibus poſtea ex nova cauſa acceſſere Ama- „ lecitæ *Exod. XVII. v. 14.* de quibus mox.

Non utar, fuit enim ibi mandatum ſpeciale ad exequendum. &c.] „ Recte dicit Au- „ ctor, bellorum licentiam ex his exemplis „ probari non poſſe, quia Iſraëlitæ non ſuo jure „ vim intulerunt his gentibus, ſed juſſu, & „ mandato Dei: hinc non bella hæc erant, „ ſed executiones Imperii divini. Repeten- „ dum enim eſt quod Auctor monuit *in prol.* „ §. 44. diſtingui debere jus Dei, quod Deus „ per homines interdum exercet, & jus ho- „ minum inter ſe.

„ Adeoque fruſtra quæritur, an bella hæc „ juſta fuerint? cum, ut dictum eſt, vera „ bella non fuerint, ſed executiones juſſu ſu- „ perioris ſuſceptæ. Vid. notata ad *prol. §. 27.*

Unde hæc bella in ſacris literis Dei bella proprie nominantur] „ Vide infra *L. 3. c. 11. §. 9.* „ *n. 1. & L. 2. c. 13. §. 13. n 2.* Cunæus „ *de Republ. Hebræor. L. 2. c. 19.*

Ad rem magis pertinet] „ Nam ſuo jure „ ibi vim intulerunt.

Quod Deus ante factum non juſſerat] „ Imo prohibuerat: nam Amalecitæ deſcen- „ debant ab Amalec Eſavi nepote, *Gen.* „ *XXXVI. 12.* Indeque Amalec vocatur dux „ in terra Edom *d. c. 36. §. 16. & 43.* At „ Iſraëlitis expreſſe Deus prohibuit pugnare „ contra Eſavi poſteros *Deut. II. 5.* & noluit „ abominari Idumæos, ſeu populos Edom. „ *Deut. XXIII. v. 7.* Hinc etiam non con- „ tinebantur ſub populis exſcindendis: *Exod.* „ *II. v. 8. & 17.* & cauſa damnationis poſtea „ demum ſupervenit, quia ſcil. Iſraëlitas ar- „ mis prohibuere a tranſitu. *Exod. XVII.* „ *v. 18. ſeq. Num. XXIV. 20. Deut. XXV.* „ *17. ſeq.* Ex eo enim tempore Deus mina- „ tus eſt, ſe nomen ejus deleturum. *Exod.* „ *XVII. v. 14.* quod factum eſt ſub Rege „ Saül. *1. Sam. XV. v. 2. ſeq.* Atque ex pari „ cauſa, & ob denegatum tranſitum, Am- „ monitæ, & Moabitæ, etſi ſub populis dam- „ natis non continerentur, ab omni commer- „ cio in æternum cum Judæis excluſi fuerunt. „ *Deut. XXIII. v. 6.* cum Idumæi ſaltem „ excluſi fuerint ad tertiam uſque generatio- „ nem. *Ibid. Add. infra §. 6. n. 3.*

„ Hactenus igitur ex Amalecitarum exem-
„ plo omnino conſtat, bella quædam a Deo
„ probari, quia non tantum probavit victo-
„ riam ab hoſte illo reportatam, ſed & adeo
„ populus ille in ſe convertit Dei indignatio-
„ nem, ut minatus ſit, ſe nomen Amalecita-
2 „ rum deleturum. *Exod. XVII. v.* 14.

Sed & leges generales, ac perpetuas de modo gerendi belli Deus populo ſuo præſcripſit] „ Teſmarus *in not. h. l.* ait, non ſequi Deum „ legibus rem incluſiſſe, ergo licitam eſſe; „ Ita enim Deum etiam divortiis leges poſuiſſe, „ non tamen inde ſequi eum divortia probaſ- „ ſe. &c. At fallit hæc argumentatio: Nam „ cum perfectione divina pugnat, leges de re „ ferre (i. e. velle rem illam certis adhibitis „ ritibus fieri) & tamen eam non probare. „ Præterea divortia jure naturæ intra fines a „ Deo præſcriptos, omnino licita eſſe demon- „ ſtrabimus *infra l.* 2. *c.* 5. §. 9. *n.* 2. Sic ex „ eo quod Deus leges præſcripſit de jure re- „ gis, neceſſario infertur Deum imperium „ regium probaſſe, etſi factum populi expe- „ tentis regem improbaverit.

„ Quod denique refert, magiſtratus de lu- „ panari, & furtis admittendis ſæpius leges fer- „ re, neque tamen ea probari, ad Deum non „ pertinet, quia conſtat nec furta, nec lupanaria „ a Deo probari, nedum de iis admittendis „ unquam leges a Deo latas eſſe. Quatenus „ vero magiſtratus ob utilitatem publicam his „ factis impunitatem tribuere poſſint, & ſo- „ leant, alia quæſtio eſt.

Eo ipſo oſtendens, juſtum bellum etiam ſine mandato ſpeciali ſuo eſſe poſſe] „ Fruſtra „ enim præſcriberet leges, ſi bella illicita „ forent, & ab hominibus nulla ratione geri „ poſſent.

Nam aperte ibidem cauſam ſeptem populorum ab aliorum populorum cauſa diſtinguit] „ *Deut. XX. v.* 15. Poſtquam enim populo „ ſuo procedendi modum præſcripſit, ita „ pergit: *Sic facies cunctis civitatibus, quæ „ a te procul valde ſunt, & non ſunt de his „ urbibus, quas in poſſeſſionem accepturus es.*

Eo ipſo oſtendit, eas naturaliter manifeſtas ſatis eſſe] „ Si enim dubium aliquod circa „ belli cauſas fuiſſet, probabile eſt, eum „ cauſas illas expoſiturum fuiſſe.

Qualis cauſa tuendorum finium] „ Rex „ enim Ammonitarum vindicabat terras, „ quas Moſen ejus præceſſoribus abſtuliſſe „ fingebat, a finibus Arnon usque Jeboc, at- „ que Jordanum. *Jud. c. XI. v.* 13.

Violatorum legatorum] „ Auctor cauſam „ hanc naturaliter cognitam eſſe gentibus, hic „ affirmat: at alibi ait, jus de non violandis „ legatis, non ut jus naturale ex certis ratio- „ nibus oriri, ſed ex voluntate gentium „ modum accepiſſe. *Vid. infra L. 2. c.* 18. „ §. 4. *n.* 2. Priorem ſententiam veram eſſe „ *d. c.* 18. plenius probabimus.

„ Præterea aliæ paſſim cauſæ, quæ pro ju- „ ſtis reputantur, in ſacris occurrunt: ita „ pro defenſione familiæ bellum geſſit Abra- „ ham, idque Deo acceptum fuiſſe, patet ex „ benedictione Melchiſedech. *Gen.* 14. *v.* 12. „ *ſeq.* Pro defenſione ſui neceſſaria Iſraëlitæ „ bellum geſſere contra Amalecitas, qui re- „ ſtiterunt Iſraëlitis in via, cum aſcenderent „ de Ægypto. *Exod. XVII. v.* 8. *& Deut.* „ *XXV. v.* 17. *ſeq.* 1. *Reg. XV. v.* 2. *ſeq.* „ Ita pro juſta cauſa habetur denegatio tran- „ ſitus. *Vid. Num. XXI. v.* 21. *Jud. II.* „ *v.* 19. *Deut. II. v.* 36. *ſeq.*

Divinus ad Hebræos ſcriptor] „ *Paulus ad* „ *Hebr. XI. v.* 32. *ſeq.*

Per fidem debellaſſe regna &c.] „ Adeoque „ in re licita, & Deo grata verſati ſunt.

Ut iſtius diſſertationis ſeries docet] „ Præ- „ miſit enim Apoſtolus, per fidem Abelem con- „ ſecutum eſſe teſtimonium juſti a Deo. *c. XI.* „ *v.* 4. Henochum per fidem placuiſſe Deo „ *v.* 5. Denique per ſolam fidem placere nos „ poſſe Deo *v.* 6. &c.

Id eſt pia, ac juſta] „ Nam dehortabatur „ Davidem, ne innoxium ſanguinem effundat: „ 1. *Sam. XXV. v.* 31. quia Deus ipſum „ non elegiſſet ducem, ut injuriam armis „ committeret, ſed ut præliaretur prælia do- „ mini. *ibid. v.* 28.

Ad §. III.

Auctor porro ex gentium conſenſu bellum juſtum dari, probat.

Omnium gentium &c. conſenſu] „ Nam 1
„ quoties multi diverſis temporibus, ac locis
„ idem affirmant, id ad cauſam univerſalem
„ referri debet, quæ ſi ex recta illatione pro-
„ cedit, jus naturæ indicat. *Proleg.* §. 40.
„ & 46.

De vi, qua vita defenditur] „ Adde aucto- „ ritates *ſupra* §. 1. *n.* 4. 5. & 6. allegatas.

Eſt hæc non ſcripta, ſed data lex] „ I. e. „ lex naturæ, quæ non verbis revelata, ſed „ rationi inſita eſt.

Omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis] „ Idque adeo Auctor verum eſſe, ait, ut

„ inva-

„ invaſor non tantum occidi, *l.* 2. *c.* 1. §. 2. „ ſed & innocentes, qui interpoſiti defenſio- „ nem, aut fugam, ſine qua mors evadi non „ poteſt, impediunt, transfodi, aut obte i „ poſſe contendat: de quo vide *L.* 2. *c.* 1. §. 4.

Quæ in omnibus valet] „ I. e. quæ a toto „ humano genere obſervatur.

2 *Ut in beſtiis etiam &c. diſtinguamus inter vim, quæ injuriam infert, & quæ propulſat*] „ Imo JCti non adeo deſipiunt, ut vim offen- „ ſivam, etiam in beſtiis tamquam juri naturæ „ contrariam improbent; nullibi enim JCti „ id tradunt, uti mox plenius explicabitur.

Quæ juris non rem ipſam &c, ſed umbram habent quandam], An & quatenus bruta ra- „ tione prædita ſint, & quatenus illorum ra- „ tio a ratione humana differat, vidimus *ſu- „ pra L.* 1. *c.* 1. §. 11. *n.* 1. At nullo modo „ juris capacia, nec umbram rationis eis in- „ eſſe, pluribus probavimus. *ibid. n.* 2.

Cum arietes, vel boves commiſiſſent, & alter alterum occidiſſet &c.] „ Imo JCtus non ideo „ diſtinguit inter offenſionem, & defenſionem, „ quaſi illa in brutis quoque ob umbram ra- „ tionis illicita ſit, (Nam in brutis illicitum „ ſtatui non poteſt) ſed ideo, quia quæſtio „ ibi proponitur, quis damnum pati debeat, „ an dominus illius animalis quod vim intulit, „ an dominus animalis quod vim paſſum eſt? „ & merito JCti ajunt priorem id ferre debe- „ re, quia illi, qui animal tale noxium „ habuit, aliquid imputari poteſt, alteri nihil: „ Adeoque ex hac æquitate poſterior agit con- „ tra dominum animalis aggredientis, ut vel „ animal, quod noxam commiſit, dedat, aut „ æſtimationem ſolvat. *L.* 1. §. 1. *ſi quadr. „ pauper.* Hæc igitur diſtinctio non fit intuitu „ beſtiæ, quaſi ex umbra rationis diſcrimen „ cognoſcat inter offenſionem, & defenſionem; „ i. e. inter vim juſtam, & injuſtam, ſed in- „ tuitu dominorum: inter hos enim leges „ ſuccurrunt domino, cujus animal vim pati- „ tur, contra dominum beſtiæ aggredientis.

Cui explicando inſerviet illud Plinii] „ Imo „ alio plane ſenſu hæc verba a Plinio allegan- „ tur: JCtus enim ait, dominum animalis „ aggredientis damnum reſarcire debere; „ Plinius vero ſaltem ait, animalia ſua natura „ non offendere ſui ſimiles, niſi ad ſui defen- „ ſionem: quod etiam Ælianus 1. *Var.* 14. „ tradit. *Idem ille*, (loquitur de Ariſtotele,) „ *affirmat, Cygnos cum aquilis bellum gerere, „ verum ita ut injuriam a ſe propulſent, non „ ut inferant priores.* Ex Plinii igitur verbis „ neque locus JCti explicari, neque inde „ elici poteſt, vim offenſivam in brutis que- „ que ullo modo improbari.

A D §. IV.

AUCTOR licentiam bellandi probare per- 1
git ex jure gentium ſecundario, quia nulla gens exiſtit, quæ neceſſariam defenſionem non probat; idque ex hiſtoria demonſtrat.

Quod & gentium dici poteſt] „ Scilicet „ *primarium:* quod Doctores opponunt juri „ gentium *ſecundario.*

Satis conſtat, eo bella non omnia improbari] „ Rationes allegavit, tum quia in bello nihil „ eſt quod primis naturæ repugnet; tum quia „ recta ratio, ac natura ſocietatis eam demum „ vim prohibet, quæ ſocietati repugnat. At „ dictum jam eſt, ex neutra demonſtrari bel- „ la licita eſſe. Nos alio modo bellandi licen- „ tiam ex naturæ principiis probavimus.

Jure autem gentium voluntario itidem non 2
damnari bella, docent hiſtoriæ] „ Tale jus „ gentium ſecundarium non dari, nec ejus „ aliquem uſum eſſe in diſciplina juris natu- „ ralis, ſupra dictum eſt, *Vid. Diſſ. Proœm. „ IV.* Adeoque fruſtra quæritur, an bella re- „ pugnent juri huic gentium, quod non „ exiſtit.

Et omnium populorum leges, & mores] „ Ex his non ſequitur jus gentium ſecunda- „ rium, ſed ſi mores illi rectæ rationi con- „ veniunt, indicant, & eo magis probant „ verum jus naturæ.

Dixit Hermogenianus] " *In l.* 5. *ff. juſt. „ & jur.* Loquitur ſcil. JCtus de jure gen- „ tium, quod ratio naturalis inter omnes ho- „ mines conſtituit, & quod etiam naturale „ dicitur: *L.* 1. *c.* 1. §. 11. non ergo de ju- „ re gentium ſecundario.

Quod paulo aliter, quam vulgo accipi ſolet, interpretandum cenſeo] „ Arcanum hoc Au- „ ctoris late explicavimus ſupra *L.* 1. *c.* 1. „ §. 14. At tota hæc ſubtilitas corruit poſito „ principio, jus gentium voluntarium univer- „ ſale nec dari, nec per naturam dari poſſe.

Ut certa bellorum forma a jure gentium ſit introducta] „ Formam autem illam in eo „ conſiſtere, ait, ſi bellum a duabus ſummis „ poteſtatibus geratur, & publice decretum, „ ac indictum ſit. *Diſſ. Proœm. IV.* §. 20. „ & *IX.* 63. *ſeq.*

Quam formam quæ habeant bella, ea peculia- res ex jure gentium effectus conſequantur] „ Repetit hoc Auctor paſſim, & infra *L.* 3.

„ c. 4. §. 1. ait, ejusmodi belli, inter duos „ populos, eorumque capita indicti, effectus „ quosdam esse proprios, qui bellum ex sua „ natura non sequuntur: Qui autem sint illi „ effectus juri naturæ contrarii, notavimus „ supra *L.* 1. *c.* 1. §. 14. scil. 1. ut justum „ hoc bellum dicatur, licet justa causa non sit: „ 2. ut interficere hostem, capere, & vastare „ res hostiles liceat ultra quantitatem debiti, & „ pœnæ: 3. ut nemo ideo a vicinis bello peti, „ neque in terris eorum tamquam homicida, „ vel fur conveniri; neque 4. res hostiles cap- „ tæ, apud medios inventæ, vindicari a „ pristinis dominis possint: sed 5. capiens „ apud omnes in possessione tuendus sit: „ 6. ut quædam, quæ jure naturæ permissa „ sunt, bellum gerens facere non possit, „ sed ea omittere teneatur, nisi apud gentes „ ideo reus fieri velit. Qui effectus omnes „ sponte sua corruunt sublata causa, i. e. „ sublato jure gentium voluntario, quale non „ dari sæpius dictum est. *Vid. Dissert. Proœm.* „ *IV.* §. 21. §. 22. & *Diss. X. Sect.* 4. „ *per tot.*

In bellum solenne juris gentium, quod & justum dicitur] „ *Solenne* Auctori dicitur, quia „ solennitates juris gentium habet: nimirum „ si bellum a duobus populis geritur, & publi- „ ce indictum est *d. l.* 3. *c.* 3. §. 5. *justum* „ ei dicitur, non quod naturæ jure licitum „ sit, sed quod effectus externi dominii ei tri- „ buantur, quos antea recensuimus. Quæ „ omnia ex prioribus solvuntur. *Dict. disp. IV* „ §. 20. & *IX. Sect.* 2. *per tot.*

I. e. plenum] „ Auctor bella in genere vel „ plena, vel minus plena esse, ait *L.* 3. *c.* 1. „ §. 2. *n.* 3. illa sunt, quæ populus populo in- „ fert. *L.* 3. *c.* 2. §. 2. *n.* 3. Hæc, cum non „ ad illam plenitudinem belli ventum est ubi „ omnia in alium populum licent, attamen „ violenta quadam executione ad jus obtinen- „ dum opus est. *d. c.* 2. §. 2. *n.* 3. & 4. „ Eoque refert jus repressaliarum. *Vid. Diss.* „ *Proœm. IX.* §. 29. *seq.*

Et non solenne] „ Quod scil. vel non indi- „ ctum, vel non a summa potestate gestum „ est. *Vid. L.* 1. *c.* 3. §. 4. & *c.* 4. §. 1. „ & 2. *d. disp. IX.* §. 70. *seq.* At tale bellum „ minus solenne non dari plenius probabimus „ in notis *ad d.* §. 4. *Add. dict. disp. IX.* „ §. 168.

Quod tamen non ideo justum esse desinit, i. e. juri congruens] „ Sensus est, quod non „ minus justum sit, etsi non sit solenne: eo- „ dem modo uti codicillus, etsi non habeat „ solennitates testamenti, adeoque non sit „ dispositio solennis, non tamen desinit esse „ justa dispositio.

Nam aliis bellis] „ Scil. quæ solennia non „ sunt; quo pertinent privata, vel mixta, „ *c. c.* §. 1. & 2. Rationem hujus rei dat Au- „ ctor *L.* 3. *c.* 3. §. 11. & 12. quia jus gen- „ tium voluntarium gentibus tantum prospi- „ cit, non his, qui sine gente sunt, aut pars „ gentis: quod in allegato loco examina- „ bimus.

Modo æqua subsit causa] „ Nam bellum „ quod solenne est, i. e. quod solennitates „ prædictas juris gentium habet, Auctori ju- „ stum est, etsi justa causa non adsit. *Diss.* „ *Proœm. IX.* §. 63. *seq.*

Jus gentium quidem non adsistit, sed nec resistit] „ Juxta Auctorem enim jus gentium „ format saltem bella publica, sive solennia, „ adeoque *non assistit* cæteris bellis minus so- „ lennibus, sive privata sint, sive mixta, cu- „ jus rei rationem antea ex Auctoris libro 3. „ *c.* 3. §. 11. & 12. suppeditavimus. Sed *nec* „ *resistit* bellis minus solennibus, quia jus „ gentium ea quæ juris naturalis sunt non im- „ probat. At omnia hæc in vanum dicuntur, „ quia bella jure gentium sollennia non dan- „ tur, sed unum saltem genus bellorum jure „ naturali existit, cui certa forma eodem jure „ præscripta est: uti plenius capite sequenti, „ & in notis ad *L.* 3. *c.* 1. videbimus.

Ut infra latius explicabitur] „ *Vid. L.* 3. „ *c.* 3. §. 11. & 12. *Adde Diss Proœm* 4. „ §. 20. *seq.* & *dissert. IX.* §. 63. *seq.*

Jure gentium, inquit Livius] „ Imo Livius „ non loquitur de jure gentium voluntario, „ sed de jure naturæ, quod solum Romanis „ dicitur jus gentium. *Vid. Liv. l.* 42. *c.* 41.

Jus esse gentium, ait] „ Imo nec JCtus de „ jure gentium voluntario loquitur, sed de „ jure naturæ. *Vid. supra.* §. 1. *in f.*

Ad §. V.

De *jure divino*] „ Quod constitit in lege 1
„ Adamitica, Noachica, & lege Evangelii: „ *Vid. Diss. Proœm. III. Sect.* 1. 2. & 3.

Major est difficultas] „ Inprimis circa legem „ Evangelii.

„ *Neque hic objiciat quispiam, jus naturæ esse immutabile*] „ De qua immutabilitate egit „ *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 5. rationem autem „ immutabilitatis constituit in principiis inter- „ nis juris naturalis, quæ obligare dixit, etsi

detur

„ detur Deum non esse. *Prol.* §. 8. 9. 11. *d.* „ §. 10. *n.* 1. & 2.

Ac proinde a Deo nihil in contrarium constitui] „ Vis argumenti hæc est: quod magis „ videatur esse difficultas de jure divino vo„ luntario circa licentiam bellorum; quia „ cum jure naturæ, quod ex principiis inter„ nis fluit, bella licita sint, Deus mutare jus „ illud non potuit.

Id enim verum est in iis, quæ jus naturæ vetat, aut præcipit] „ Adeoque in iis, quæ naturæ ra„ tionali, aut sociali repugnant, eoque sua na„ tura, & remoto quoque Deo, injusta „ sunt. *Vid. l.* 1. *c.* 1. §. 3. *n.* 1. §. 10. *n.* 3. „ & *c.* 2. §. 1. *n.* 3.

Non in iis, quæ jure naturæ licent tantum] „ Quæ enim lege tantum permittuntur, non „ proprie juris naturalis dici putat: quod re„ tulimus *supra L.* 1. *c.* 1. §. 9. *n.* 1. „ & §. 17.

Nam quæ hujus sunt generis] „ Scil. ut „ liceant tantum, & a natura permittantur.

Cum proprie juris naturæ non sint] „ Per„ missionem proprie non esse actionem legis, „ sed actionis negationem, dixit *L.* 1. *c.* 1. „ §. 9. *n.* 1. & §. 17.

Extra jus naturæ] „ Grotius passim in hoc „ tractatu a *jure naturæ* distinguit ea, quæ sal„ tem jure permittuntur: Ea enim minus „ proprie *juris naturalis* dici, ait, & reductive „ saltem, *L.* 1. *c.* 1. & 3. & §. 10. *n.* 3. „ imo extra jus naturæ §. *b.* Ratio hujus in„ venti in promptu est: cum enim is jura na„ turæ deducat ex principiis internis, quæ „ obligarent etsi detur Deum non esse, ne„ cessario quoque statuere debuit jura illa nec „ a Deo mutari posse, quia principia illa in„ terna per se obligant, nec causam a Deo „ habent, nec ab eo pendent.

„ Cum autem observaverit multa, quæ ju„ re naturæ principiis illis internis conve„ niunt a Deo vetari, dubium illud solvere „ credidit distinguendo inter *præcepta juris* „ *naturæ*, & ejus *permissionem*: ita ut hæc „ mutari a Deo possit, non illa.

„ At gratis hæc dicuntur: ex præcedenti„ bus enim 1. repetendum est *permissionem* „ juris esse veram, & præcipuam juris naturæ „ partem, quæ in ipsa definitione justitiæ „ continetur: In omni enim jure supponitur „ jus alicui quæsitum, i. e. facultatem agen„ di, vel habendi concessam esse: Hæc igitur „ permissio vere, & proprie juris naturalis di„ citur, ejusque effectus est, ne alii jus „ agendi impedire possint. Si proinde 2. hæc „ permissio a principiis internis, nimirum ex „ appetitu sociali fluit, in quæ Deo nullum „ jus competit, & quæ a Deo non dependent, „ quo jure hic illam permissionem vetare pos„ sit non video. Sane 3. ipse Grotius fatetur „ ea, quæ jure naturæ, i. e. ex principiis inter„ nis permittuntur, jus dare ad aliquid licite „ agendum, ad eum effectum ne alius actio„ nem impedire possit. *Vid. supra c.* 1. §. 17. „ *n.* 3. si alius impedire non potest, nec Deus „ poterit, quia Deo nullum jus in illos actus „ naturali jure permissos competeret. Tota „ igitur hæc tractatio 4. supervacua est, & „ posito principio, Deum esse auctorem juris „ naturalis, sponte corruit: Ex eo enim se„ quitur Deum nec id, quod semel præcipit, „ nec id, quod semel permisit, mutare posse: „ Non autem mutat si jus inter homines con„ stitutum non tollit, sed suo jure supre„ mo dominii utitur; quod uberius explica„ vimus supra *Proleg.* §. 11. & *L.* 1. *c.* 1. „ §. 10. *n.* 1. *n.* 5.

Solet ergo &c. contra bellum afferri lex data Noæ, ejusque posteris] Ex principiis, quæ initio hujus capitis exposui, profligatur, penitus telum illud, quod Anabaptistæ petunt ex præcepto de non fundendo sanguine Noachidis dato *Gen. IX. v.* 6. & in decalogo repetito *Exod. XX. v.* 13. qui in utriusque præcepti generalitate ita sententiam suam defigunt, ut dimoveri inde se non patiantur. Et sane, quæ Grotius respondet *c.* 2. §. 5. *seq.* magis obfirmabunt hominum pertinaciam, quam frangent: adeo illa languent, & frigent, & nervum rei non solvunt.

Ut igitur nihil generalitati utriusque præcepti derogetur, dicimus illud præceptum, quod solis hominibus datum est, nihil pertinere ad jus, & potestatem summi imperii: quippe quod exercetur non jure hominis, sed vice, & nomine ipsius Dei, qui ipse illud per summos in terris magistratus exercet. Legem itaque istam, de non fundendo sanguine, Deus hominibus tulit, non sibi, aut iis quibus vices ipse suas in terris concessit. Præcipit hac lege, ne homo hominem occideret; nullius ergo hominis jus est hominem occidere: at summi Magistratus gladium, seu imperium suum pace, & bello homines exequuntur, non ut homines, sed ut ministri Dei, unde quæ exercent Dei judicia, dicuntur & Dei bella. Hic jussus specialiter de eo, qui sanguinem fudit, additur *Gen. c. IX.* §. 6. *sanguis ejus fundetur*: per quos, nisi per summos magistratus? Hi ergo geminam omnino perso-

nam

nam ſuſtinent, & ſpectantur vel ut nudi homines, quo reſpectu non magis illi, quam alii homines ſanguinem hominis fundere poſſunt, vel ut Dei quaſi legati, & miniſtri, ſeu vicarii in officio tuendæ, & exequendæ juſtitiæ cum in ſubditos, tum in hoſtes divinitus ipſis permiſſo, quin injuncto. Sed nec magis pugnat hoc præceptum cum defenſione neceſſaria privati, quia cauſa, & auctor hujus necis non eſt qui ſe defendit, ſed ipſe occiſus, qui invaſit, eoque alterum ad neceſſitatem ſui defendendi compulit.

Additio.

„ Ego verum hujus loci ſenſum late expli„ cavi in *Diſſ. Proœm III.* §. 30. ejusque „ compendium ſtatim exponam.

Quin etiam ſanguinem veſtrum &c. repoſcam, ab omni beſtia repoſcam] „ An ergo „ beſtia injuriam facit? Videtur id aſſeri hoc „ loco, quia beſtia pœnam patitur, æque ac „ homo ſui congenerem interficiens. Equidem „ variæ de ſenſu hujus loci apud Hebræos „ ſunt ſententiæ, quas refert Seldenus *de jur.* „ *nat. l.* 1. *c.* 5. *fol.* 63. *ſeq.* & nos expoſui„ mus in *Diſſ. Proœm. III.* §. 28. Probavi„ mus ibidem, vocem Hebraicam non denota„ re beſtiam, ſed *viventem*, i. e. *hominem.* „ Cur vero Deus ſtatim ſpeciatim *hominis*, „ *viri*, & *fratris* mentionem facit? Si enim „ voce *viventium homines* intelliguntur, ſe„ quentia verba inutilia forent, & bis homi„ num mentio fieret. Reſp. ſequentia verba „ intelligenda ſunt de *homine, qui ſimul frater* „ *eſt*; Atque hinc Samaritanus quoque vertit, „ *de manu viri*, & *fratris ejus*: Et Rabbino„ rum quidam verba illa explicant de cæde „ hominis, ſeu ſocii, apud *Selden. l.* 4. *c.* 1. „ *fol.* 475. *d. Diſſ. III.* §. 39.

Quiſquis effuderit ſanguinem hominis] „ Legem de homicidio ex jure Hebræorum „ late explicat *Seld. L.* 4. *c.* 1.

Quidam illud, quod de repoſcendo ſanguine dicitur, generaliſſime intelligunt] „ Ita ut „ nullo caſu ſanguinem hominis effundere „ liceat, adeoque nec bello.

Comminationem eſſe volunt, non approbationem] „ Adeoque quando Deus ait, *quisquis* „ *effuderit ſanguinem hominis, ſanguis ejus* „ *effundetur &c.* exinde non ſequi putant „ jam id fieri poſſe ab homine: adeoque Deum „ id non approbare, ſed ſaltem minari ſan„ guinem homicidæ iterum effuſum iri, vel „ per malos, vel etiam alia ratione.

Quorum neutrum ſe mihi perſuadet] „ Non „ *prius*, quia alia occaſio fuit legis illius ſpe„ cialis: nimirum Deus prohibuit idolothita „ comedere, & eandem pœnam conſtituit in „ talia ſacrificia, quæ in homicidas conſtituta „ erat; quia is, qui idolis ſacrificia offert, ani„ mam perdit, adeoque homicida eſt: quod „ latius explicavimus in *Diſſ. Proœm. III.* „ §. 30. *ſeq.* Non *poſterius*, quia Deus omni„ no probat effuſionem ſanguinis, etiam ex va„ riis aliis cauſis, v. g propter læſam majeſta„ tem divinam, inceſtum & propter co„ meſtionem idolothiti. Pœnam autem homici„ dii ipſo jure naturæ, & ex natura talionis, in „ effuſione reciproca ſanguinis conſiſtere, infra „ *l.* 2. *c.* 20. demonſtrabitur. *Conf. Diſp. B.* „ *Par. de ſacros. jure talionis.* Cæterum de jure „ occidendi in bello vide *infra L.* 3 *c.* 4. §. 1.

Latius non patet, quam quod in lege eſt, non occides] „ Refutat Auctor eos, qui pro„ hibitionem hujus legis intelligunt de omni „ effuſione ſanguinis, etiam quæ in bello, & „ a magiſtratu fit; & ait, Deum eandem le„ gem prohibitivam poſtea in decalogo dediſ„ ſe, neque tamen ideo ſive bella prohibita „ fuiſſe, ſive judicia capitalia.

Tam hæc], Scil. non occides.

Quam illa] „ Scil. de non effundendo ſan„ guine.

Non tam novi aliquid conſtituit] „ Licet „ enim talis lex ſtatuta a Deo non eſſet, ex „ ipſa tamen ratione naturali conſtat, nemi„ nem hominum poſſe vitam alii homini a „ Deo conceſſam absque injuria auferre, in„ deque ſi aufert, ad reparationem, ſeu ad ta„ lionem teneri. Sed modo diximus, legem „ illam plane non de homicidio, nec de ejus „ pœna agere, ſed de pœna ejus, qui idolo„ thitum comedit, quod latius probavimus „ *in Diſſ. III.* §. 30.

Quam jus naturæ prava conſuetudine obliteratum declarat] „ Auctor ſupponit in ſtatu „ naturæ unicuique jus fuiſſe homicidam oc„ cidendi, at id poſt tempora Noachi ob „ abuſum penitus prohibitum fuiſſe. *Vid. n.* „ *ſeq.* 3. & 5.

Unde verba illa intelligenda ſunt in eo ſenſu, qui vitium includit] „ Vitium autem illud in „ abuſu occidendi promiſcue, qui gigantum „ tempore obtinuerat, conſiſtere putat.

Sicut homicidii nomine non quamvis hominis cædem intelligimus, ſed deſtinatam, & innocentis], Hunc errorem jam notavimus ſupra „ *L.* 1. *c.* 1. §. 10. Nam omnino quævis ho„ minis cædes eſt *homicidium*, at non ſem„ per eſt crimen; hinc dantur etiam homici„ dia caſualia, atque ad talia homicidia, quæ „ abſ-

, abs que crimine fiunt, pertinent cædes ho- „ minum, quæ a magiſtratu, vel in bello fiunt.

Videtur mihi non factum nudum, ſed jus continere] „ Senſus eſt; verba de non effun- „ dendo viciſſim ſanguine non nudam commi- „ nationem continere, quaſi minetur Deus „ ſanguinem ejus aliquando, ſive caſu, ſive „ alio modo effuſum iri, ſed approbationem „ divinam inferre, & quod jure quoque ef- „ fundi poſſit: quod omnino verum eſt.

3 *Rem ita explico*] Auctor ad illuſtrationem illius legis, de viciſſim effundendo ſanguine, ſupponit I. natura cuique homini inſonti, & parilis criminis non reo, licitum eſſe homicidam occidere; idque exemplo Caini probat. II. Hanc licentiam reſtrictam fuiſſe, Deumque illam repreſſiſſe in Caino, ob paucitatem hominum, *ibid.* & hinc Lamechum ſimili facinore perpetrato impunitatem ſibi ab hoc exemplo promiſiſſe. *n.* 4. III. Deum, inſtaurato poſt diluvium humano genere, reduxiſſe primævam illam licentiam propter crudelitatem gigantum, qui promiscuas cædes exercebant, ac permiſiſſe ut inſons eſſet qui occideret homicidam. *n.* 5. *ſeq.* At IV. propter abuſum gentes tandem hoc jus privatum puniendi ſuſtuliſſe, illudque ſolis magiſtratibus tribuiſſe; *d. n.* 5. *& L. I. c.* 3. §. 1. *n.* 2. *l.* 2. *c.* 20. §. 9. *n.* 4. exceptis tamen V. quibusdam caſibus, ubi jus vindictæ privatæ hodieque permiſſum eſſe, ait. Denique & VI. hanc ſuam interpretationem probat exemplis Abrahami & Moſis, qui non obſtante lege Noæ arma ſumſerunt *n.* 6. *ſeq.*

Natura non iniquum eſt, ut quantum quisque fecit mali, tantumdem patiatur] „ De „ hoc jure talionis, ejusque ratione naturali „ vide *l.* 2. *c.* 20. §. 1. *& Diſp. B. Parentis* „ *de Sacroſancto talionis jure.*

Rhadamanthi jus] „ Varia nomina juris „ talionis vide in *B. Parentis Diſp. de SS. jur.* „ *tal.* §. 7. *add. L.* 2. *c.* 20. §. 1. Voca- „ tur autem jus Rhadamanthi, quia Rhada- „ manthus, Jovis & Europæ filius, cum fra- „ tribus Minoe & Æaco, judex apud inferos „ factus fingitur, *Serv. ad Æn.* 6. *v.* 566. „ *Theſeus apud Tragicum in Herc. Fur.* „ *v.* 731. Formula autem, ſecundum quam „ jus dixit, hæc refertur.

Quod quisque fecit, patitur, Auctorem ſcelus repetit,
Suoque premitur exemplo nocens.

Ex hujus æquitatis naturalis ſenſu Cain parricidii ſibi conſcius, dixerat] Speciale fuit in Caino: Deus ipſe cauſam decidit, pœnam ei dictaverat, eumque extorrem eſſe juſſit. Cum igitur pœnam ſemel a ſupremo judice dictatam ſuſtinuerit, non potuit genus humanum ſibi ulterius judicium in eum arrogare. Cain igitur non allegat quaſi id juris naturæ ſit, ut NB. *quicunque* eum interficere poſſet: ſed ex terrore conſcientiæ metuebat ne id fieret adeoque non jus allegat, ſed metum ſuum.

Additio.

, Obiter hic notamus, ſcriptores quoſdam „ ſignum, quod Deus Caino impreſſit, in „ coloris mutatione conſtituiſſe, atque ex eo „ nigrorum gentem ortam eſſe, tradidiſſe: „ Quam fabulam merito rejicit Labat *dans ſa* „ *nouvelle relation de l'Afrique.*

Id, quod naturaliter licitum videbatur, edicto repreſſit] „ Imo nunquam ſingulis homi- „ nibus hæc licentia competiit, *Vid. Diſſ.* „ *Proœm. I.* §. 80. §. 81. *& Diſſ. VIII.* §. 22. „ *&* 23. adeoque non poteſt dici, eam edicto „ divino in Caino repreſſam fuiſſe. Quod „ vero pœnæ talionis exemtus fuerit, id non „ ob paucitatem hominum factum, ſed quia „ Deus, uti dictum eſt, immediate judicem egit.

Et contactum quidem, ac commercium homicidæ defugi voluit] „ Auctor reſpicit ad „ exilium Caini.

At vitam non eripi] „ Potuit enim Deus „ eximere reum pœnis hominum, pœnam „ ipſe ſtatuendo.

Conjectura divinæ voluntatis in legem ivit] 4 „ At 1. verum non eſt, Deum edicto voluiſſe „ reprimere licentiam puniendi, quæ unicui- „ que privato, etiam non læſo competiit, „ nam talis licentia generalis nunquam obti- „ nuit. 2. Verum igitur non eſt, conjectu- „ ram illam voluntatis in legem abiiſſe.

Ita ut Lamechus quoque ſimili facinore perpetrato impunitatem ſibi ab hoc exemplo promiſerit] „ Varias de hoc facto Lamechi conje- „ cturas vide apud Oſiandrum *in obſ. ad h.* „ §. 3. Vera hujus effati mens hæc eſſe vide- „ tur, quod Lamechus parilis criminis ſibi „ conſcius, & vindictam familiæ ſuæ me- „ tuens, deterrere familiam voluerit, quaſi „ Deus ipſi quoque exemplo Caini criminis „ impunitatem dederit: adeoque Lamechus „ non jus vindicandi necem negat, ſed vin- „ dictam, quam metuebat, nimis a ſe aver- „ tere ſtudebat. Quod vero quidam ajunt, „ Lamechum interfeciſſe Cainum, vel eum „ cœcum ex errore tale quid commiſiſſe, inde- „ que vindictam a ſe ideo ſumi non poſſe ja- „ ctaſſe, fabula eſt. *vid. Teſm. b.*

Simili facinore perpetrato] „ Videtur Auctor hic innuere, Lamechum non vere perpetrasse crimen, sed saltem conditionem posuisse: *Si tale quid perpetrasset.* Verum id repugnat verbis sacræ scripturæ *Gen. IV. v. fin.* ibi: *quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem &c. Gron. h.*

5 *At cum jam ante diluvium gigantum ætate promiscua invaluisset cædium licentia*] „ Imo id nullibi dicitur, sed sacra pagina saltem recensetque, tyrannos exstitisse, & tyrannorum filios vi duxisse uxores, quas vellent.

„ Quæri solet an unquam gigantes exstiterint? multi enim dubitant gigantes unquam fuisse: at contrarium constat 1. ab ipsa experientia, quia hodieque tales exstant, & seculo nostro visi sunt. Sane 2. primos homines naturali victu contentos, omnisque luxus expertes, viribus, & proceritate corporis prævaluisse, ratio ipsa innuit. Accedit 3. exemplum Goliath: & 4. assertio sacræ paginæ *Gen VI. v.* 4. (quanquam quidam per gigantes intelligant potentiores, qui opprimere inferiores solebant;) Exempla Gigantum 5. vide *apud Gellium Noct. Att.* 3. *c.* 10. *Plinium Hist.* 7. 16. *Juvenalem Sat.* 15. 70. *Augustinum de civit. Dei* 15. *c.* 9. ibique *Ludov. Vives. Vellejum Paterculum* 1. 5.

Ne mos iterum invalesceret] „ At talis mos nunquam ante diluvium obtinuit.

Severius Deus occurrendum censuit] „ Per legem scilicet Noæ datam de non effundendo sanguine. *Gen. IX. v.* 5. & 6.

Quod natura non esse iniquum dictabat, & ipse permisit], Dixi jam 1. verum non esse „ ante diluvium promiscuas cædes obtinuisse: „ & ideo Deum graviores leges contra homicidia statuisse. Verum 2. non est, naturam „ unquam dictasse æquum esse homicidam occidi a quocunque privato Verum quoque „ 3. non est, Deum per legem Noæ datam „ permisisse, ut promiscue insons esset qui „ homicidam occidisset; Deus enim vult quidem sanguinem vicissim effundi, sed per „ legitimam potestatem.

Quod postea institutis judiciis summas ob causas ad judices solos restrictum est] „ Summæ illæ causæ, quas Auctor hic prætexit ei „ sunt abusus, quia in rebus nostris, & nostrorum affectu corrumpi solemus *Vid. L.* 2. *c.* 20. §. 8. *n.* 4. & *Diss. Proœm. VIII.* § 22.

Ita tamen ut moris pristini vestigium manserit in jure ejus, qui occisum sanguine attingeret] „ Auctor putat, vestigium illius licentiæ „ primariæ puniendi reos superesse in vindice „ sanguinis, qui ut proximus hæres necem „ defuncti vindicare tenebatur. *Num.* 35. *v.* 13. *Conf. Seld. de J. N. L.* 4. *c.* 1. *in fin.* „ vide *plenius infra L.* 7. *c.* 20. §. 8. *n.* 4. „ 5. 6. At ex hoc vestigio apparet, antiquam „ licentiam non promiscue obtinuisse, sed „ saltem intuitu familiæ.

Magnum habemus Auctorem nostræ interpretationis, Abrahamum] „ Imo hæc interpretatio Auctoris, quod scilicet jure naturæ „ cuique privato jus sit occidendi homicidam; quod ob paucitatem hominum tempore Caini, & Lamechi id prohibitum fuerit: „ quod reductum fuerit gigantum ætate jus „ primævum, at propter abusum legis Noæ „ denuo restrictum, & institutis civitatibus „ penitus abolitum fuerit, nulla ratione con„ firmatur ex allegatis exemplis. Ex iis in ge„ nere quidem probatur, injurias bello, & „ judiciis vindicari posse, at plane inde non „ probatur, jure naturæ cuique privato, etiam „ qui læsus non est, jus esse homicidam occidendi; Nedum inde probatur, gigantum „ ætate promiscuam invaluisse cædium licen„ tiam, eique severius post diluvium occur„ rere voluisse Deum. 6

Qui cum legem Noæ datam non ignoraret, arma sumsit in reges quatuor] „ Abrahamus „ vel privatus fuit, vel Princeps superiore „ carens; utroque casu bellum licitum jure „ naturæ fuit: *Priori* enim casu jure necessariæ defensionis arma sumsit pro vindican„ da injuria, non alii, sed sibi, suæque familiæ „ illata: neque enim a superiore, utpote qui „ bello victus erat, auxilium sperare potuit. „ *Posteriori* casu jure belli vi summæ potesta„ tis pro liberando fratre, & familia arma sum„ sit: neutrum facturus, si putasset lege Noæ „ promiscue vetitum fuisse aliquem occidere.

Sic & Moses Amalecitis &c. arma jussit opponi] „ Israëlitæ erant liber populus, qui „ summa potestate gaudebat, adeoque jure „ oppugnabat gentes denegantes ea, quæ juris „ gentium sunt: Moses igitur convictus erat, „ legem Noæ huic bello non obstitisse. At in„ de non sequitur quod Auctor vult, cui„ que privato jus esse homicidam occidendi.

Populum oppugnantibus] „ Rectius transi„ tum negantibus. *Exod.* 17. *v.* 8. *seq. Num.* „ 24. 20. *Deut.* 25. *v.* 17. *seq.*

Naturæ scil. jure usus] „ Quo quilibet læ„ sus, ex hypothesi Auctoris, jus suum „ etiam privata auctoritate defendere potest. „ At id ibi non dicitur.

Nam

Nam Deum de hac re consultum non appa-ret] „ Nec opus fuit, quia ratio naturalis „ voluntatem Dei satis explicavit: dum enim „ jura quædam hominibus concessit, etiam „ media defensionis permisit; quia alias uti „ illis juribus homines non possent, & fru-„ stra Deus jura illa concessisset.

Capitalia supplicia nec in homicidas tantum, sed & in alios facinorosos usurpata apparet] „ Certissimo indicio, sanguinem effundere ob „ crimen non contrariari legi Noæ. At inde „ nulla ratione inferri potest, jus illud cuique „ privato competiisse, & lege Noæ sublatum esse.

Non modo apud populos extraneos] „ I. e. „ sub fœdere non comprehensos: sane judi-„ cia capitalia inter omnes gentes obtinere, ex-„ perientia docet, quod proinde apud mul-„ tos diversis temporibus obtinet, ex causa „ universali procedere necesse est. *Vid. Prol.* „ §. 40. & *l.* 1. *c.* 1. §. 12. *n.* 1.

Sed apud ipsos piæ doctrinæ alumnos] „ I. e. „ apud Judæos, qui legem Noachicam non „ ignorabant. Exemplum occurrit in Thamare „ cui ob adulterium commissum mortem mi-„ nitabatur Jehuda *Gen.* 38. *v.* 24. Magi-„ ster pistorum laqueo suffocatus fuit ob fur-„ tum. *Gen.* 40. *v. penult.* Sic & in crimen „ incestus pœna capitis statuta est, *Vid. Lev.* „ 18. & 20. nec non in violatores nominis „ divini, *Lev.* 24. *v.* 14. 16. & in homicidas. „ *ibid. v.* 17. &c.

7 *Conjectura divinæ voluntatis &c. a similibus ad similia processerat*] „ Auctor originem „ pœnarum capitalium hic explicat. Ait nimi-„ rum, Deum per legem Noachi saltem in „ homicidas mortis pœnam statuisse, at gen-„ tes ob identitatem rationis id etiam ad alia „ delicta, quæ homicidio comparantur, „ adjuvante ipsa ratione naturali, extendis-„ se: & sic ex conjectura voluntatis divinæ „ reliquas pœnas capitales ortas esse.

„ Nos ubi de origine pœnarum agemus, „ simul demonstrabimus, omnium pœnarum „ rationem in reparatione injuriæ per tantun-„ dem consistere: quoties igitur illud tan-„ tundem non nisi per mortem obtineri potest, „ toties pœnæ capitales non tantum jure infli-„ gi possunt, sed etiam infligi debent. Atque „ ex hac ratione B. Parens in adulteriis pœ-„ nam mortis natura statutam, ait in *Disp. de* „ *SS. jure talionis* §. 32. Præterea ob utilita-„ tem publicam ultra talionem ad modum „ malitiæ mortis pœnas statui posse, demon-„ stravit. *ibid.* §. *penult.*

„ Interest autem omnino scire, quænam pœ-„ næ capitales natura statutæ sint, quia Prin-„ cipes, qui sunt vicarii Numinis, & executo-„ res legum naturæ, de ejusmodi pœnis dis-„ pensare non possunt, cum e contrario illas, „ quas ex utilitate publica ipsi ultra talionis „ rationem statuunt, remittere, easque in „ aliam pœnam commutare possint.

Ipsa naturali ratione adjuvante] „ Quia „ scil. pœnæ ratio consistit in tantundem pa-„ tiendo; si proinde extra pœnam capitis „ non pateretur tantundem, hæc ipsa pœna „ mortis naturali quoque ratione licita erit.

In alios quoque eximie nocentes] „ Qui nisi „ capite plecterentur, tantundem non pate-„ rentur.

Quæ vitæ æquiparantur] „ Adeoque quarum „ violatio non nisi cum sanguine compensari „ potest.

Ut existimatio] „ Qui enim hanc aufert, „ ipsam vitam adimere videtur, utpote cum „ talis injuria alterum consortio honestorum „ virorum eximat.

Pudor virginalis] „ Si quis virginem invi-„ tam violat: vix enim tantundem aliter hic „ definiri potest, nisi per pœnam capitis. „ Quid enim is, qui vim alieno corpori intu-„ lit, ac existimationem virginis, sanctissimas-„ que propagationis leges violavit, justa pro-„ portione pati posset præter ultimum suppli-„ cium, non video.

Fides matrimonii] „ In adulteros justa ta-„ lione pœnam mortis statui posse, egregiis ra-„ tionibus probavit *B. Parens in disp. de SS.* „ *jure tal.* §. 32.

Ut imperii societatem continentis reverentia] „ Adeoque non repugnat rationi naturali, cri-„ men læsæ majestatis morte punire, quia in „ eum, qui contra fidem datam, & contra jura-„ mentum, jura civitatis evertit, &c. alia „ talionis ratio vix est: inprimis cum accedat „ mandatum divinum apud Josuam, *c.* 1. *in* „ *f. Quisquis rebellaverit præstituto tuo, & non* „ *auscultaverit verbis tuis, in omnibus quæ* „ *præceperis eis, morte plectatur.*

Vetus, quæ apud Hebræos exstat traditio] 8 „ Grotius inter jura divina voluntaria supra „ retulit jus, quod in reparatione generis „ humani post diluvium Noacho datum est. „ *L.* 1. *c.* 1. §. 15. *n.* 2. At in Dissertatione „ procemiali III. §. 13. *seq.* probavi som-„ nium hoc esse Rabbinorum.

Leges plures Noæ filiis datas a Deo, quæ non omnes a Mose narratæ sunt] „ Imo nullum „ vestigium legum apparet, quæ a Deo filiis

„ Noæ datæ ſint, præter legem de idolo non „ comedendo, quæ lex ipſa naturalis eſt.

Quia ſatis erat ad ipſius inſtitutum &c.] „ Senſus eſt, Moſen in hiſtoria Noæ non „ omnes recenſuiſſe leges huic a Deo datas, „ quia ſuperfluum ipſi viſum fuit mentionem „ earum eo loco facere, cum easdem ſuis le- „ gibus inſeruerit, idque ad inſtitutum Moſis, „ declarandi nimirum prohibitionem divinam, „ ſatis fuiſſe. At dictum eſt, nullam legem, „ præter eam de ſanguine idoli non comeden- „ do, & quæ ipſa naturalis eſt, Noæ datam „ eſſe, nec dari opus fuiſſe, quia omnes, „ quæ ad jus Noachicum referri ſolent leges, „ ex ipſa ratione naturali ſatis cognitæ erant, „ quod in ſingulis videbimus.

Adverſus nuptias inceſtas legem veterem exſtitiſſe apparet] „ Quia gentes ob id crimen „ ejectæ dicuntur. *Lev. XVIII. v. 27. ſeq.* „ At nuptias inceſtas ipſa ratione naturali pro- „ hiberi, alibi probavimus. *Vid. l. 2. c. 5.* „ §. 13. adeoque hæc lex nulla ratione ad le- „ ges poſitivas divinas Noæ datas referri po- „ teſt. *Add. Diſſ. Pr. XII.* §. 176.

Suo loco] „ Nimirum in hiſtoria Noæ.

Ut non homicidia tantum] „ Diximus in „ præcedentibus, legem Noæ datam non lo- „ qui de homicidio, ſed de comeſtione ſan- „ guinis idoli, huic autem crimini eandem „ pœnam a Deo decerni, quæ homicidio: cu- „ jus rei rationem explicavimus *ibidem.*

Sed & adulteria] „ Pœna mortis in adul- „ teros ipſa naturali ratione ſtatuta eſt, quod „ late expoſuimus in *Diſſert. Proœm. XII.* „ §. 142. §. 555.

Concubitus inceſti] „ In quibusdam gradi- „ bus pœna mortis jure Moſaico ſtatuta eſt: „ at eam vel jure naturæ, vel lege Noachica „ ſancitam eſſe, probari nequit.

Violentæ rapinæ] „ Pœna mortis in rap- „ tores jure civili ſtatuta eſt, non autem jure „ naturæ, nec jure Noachico.

9 *Rationes adjicit, quæ apud alios populos non minus &c. valent*] „ Adeoque ubi eadem eſt „ prohibendi ratio: ſi proinde ratio illa apud „ Hebræos ſufficit ad pœnam mortis infligen- „ dam, alii populi tuto imitari hunc morem „ poſſunt.

Levit. XVIII. 24. 25. 27. 28.] „ Gentes „ enim damnatæ, ejectæ, ac deletæ ideo di- „ cuntur, quia omnibus criminibus, quo- „ rum catalogum præmiſit, ſeſe contaminaſ- „ ſent: Si proinde apud alios populos quidam „ eorundem criminum rei ſunt, eadem pœ- „ na tuto dictari poterit.

Pſalm. CI. S. Prov. XX. 8.] „ His locis „ in genere traditur, delendos eſſe impios: „ at ſanctionibus his capitalibus nullæ adji- „ ciuntur rationes.

Et peculiariter de homicidio dicitur terræ non poſſe expiari niſi ſanguine homicidæ fuſo] „ Sanguis enim clamare dicitur, & apud „ Deum poſtulare vindictam. *Gen. IV. 10.* „ Sed & huic piaculo obligari ipſam terram, „ i. e. omnes regionis incolas, certum eſt; „ quia in ſtatu populari, qualis erat ſtatus „ Iſraëlitarum, toti populo imperium, adeo- „ que & jus puniendi competebat, quod ſi „ negligeret, merito a tota terra, i. e. ab „ integro populo, ſanguinem illum repoſcit „ Deus.

Præterea abſurdum cogitatu eſt] „ Nulla „ enim ratio dari poteſt cur pœnæ capitales, „ & bella apud Hebræos licita, apud alias „ autem gentes illicita ſint.

Neque tamen Reges eos, aut gentes unquam a Prophetis admonitos] „ Admonituri autem „ fuiſſent, ſi ſanctiones capitales illicitas „ credidiſſent.

Sicut de aliis peccatis admoniti ſæpe ſunt] „ Exemplum eſt in Ninive incolis: *Jonæ* „ *c. 3. v. 4.*

Recte, & pie facturas fuiſſe nationes, quæ 10 *inde ſibi exemplum peterent*] „ Dixit enim „ Auctor ſupra *L. 1. c. 1. §. 17. n. 3.* licere „ nunc his, qui imperium inter Chriſtianos „ obtinent, leges ferre ejus ſenſus, cujus ſunt „ leges per Moſen datæ.

Quod certe Græcos, Atticos præſertim, feciſſe credibile eſt] „ Imo nec de eo conſtat, „ nec opus fuit ab aliis gentibus exempla pe- „ tere, quia ratio ſatis hæc dictabat.

„ Equidem Tertullianus in *apol. adv. gent.* „ 45. gentes ita alloquitur: *ſciatis, ipſas* „ *quoque leges veſtras, qua videntur ad in-* „ *nocentiam pergere, de divina lege ut anti-* „ *quiori forma mutuatas.* Sane *Platonem*, „ communem Græciæ legislatorem, apud „ Ægyptios, vicinosque populos diu victitaſſe, „ ibique leges & jura didiciſſe, communis „ fama eſt: idque ex Judæis *Ariſtobulus* & „ *Joſephus*, ex philoſophis *Numenius*, ex „ patribus *Juſtinus Martyr*, *Clemens Alexan-* „ *drinus*, *Euſebius*, *Cyrillus Alexandri-* „ *nus*, & *Theodoritus* teſtantur apud Stanlej. „ *Hiſt. vet. phil. P. IV. fol.* 287. vide B. Len- „ fant in Diſſert. ſpeciali, quæ inſerta eſt „ *Biblioth. German. tom. 2. art. 5.* Sed & de „ *Pythagora* idem perhibent *Joſephus*, *Jam-* „ *blichus*, *Cyrillus* & *Theodoritus* apud

„ *Lenfant*

„ *Lenfant d. l.* At fabulam hanc ſolidiſſimis „ rationibus refellit idem *Lenfant d. l.*

Unde tanta in jure veteri Attico, & Romano XII. Tab. cum legibus Hebræis ſimilitudo eſt] „ Certum eſt, *jus Atticum* cum Romano in „ pluribus convenire, quod integris tracta- „ tibus demonſtraverunt *Meurſius* in Themi- „ de Attica, *Petitus* in legibus Atticis, *Pra- „ tejus* in jurisprud. vet. ſeu Comment. in le- „ ges Draconis, & Solonis. *Rittershuſius* in „ collatione actionum Atticarum, & Roma- „ narum. *Woldenburgius* in principiis juris „ Rom. i. e. de legibus Draconis, & Solo- „ nis. Sed & *Lacedæmoniorum leges* cum „ Romano jure apprime conveniunt, quod „ Cragius in libro de *republ. Laced.* probat. „ Denique jus Atticum, & Romanum ſimili- „ tudinem aliquam habere cum *legibus Moſis*, „ apparet ex fragmentis juris civilis cum legi- „ bus Moſis collatis a Pythæo. Nec mirum id „ eſt, quia una ratio eſt naturalis omnibus ho- „ minibus communis, cujus proinde principia „ inter omnes gentes æque conſpirant.

Ut appareat legem Noæ datam non eum habere ſenſum, quem volunt, qui bellum omne eo argumento impugnant] „ Qui quod de re- „ poſcendo ſanguine dicitur, generaliſſime „ intelligunt; & alterum de effundendo vi- „ ciſſim ſanguine comminationem eſſe vo- „ lunt, non approbationem. *Vid. ſup. n.* 3. „ Diximus enim legem Noæ datam loqui de „ ſanguine idoli, quod Deus comedere pro- „ hibet ſub pœna capitali, homicidis ſtatuta: „ adeoque judicia capitalia ex hoc loco aperte „ probantur.

Ad §. VI.

1 Speciem *majorem habent &c.*] Auctor probaturus lege Evangelii bella licita eſſe, varias opiniones de obligatione, quæ ex Chriſti lege oritur, recenſet. *Alii* enim dicunt, omnia præcepta Servatoris eſſe jus naturæ, præter ritus, & res ſalutis; *alii* e contrario ſtatuunt, omnia ejus dogmata continere ſaltem interpretationem legum Moſaïcarum. Utrumque refellit Auctor, & *tertiam* refert opinionem, leges ſcil. Servatoris majorem nobis ſanctimoniam præcipere, quam ſolum jus naturæ, vel leges Moſis exigunt.

Additio.

„ Doctrinam de lege Evangelii, ejusque „ obligatione, late expoſui *in Diſſert. proœm.* „ *II. cap. fin.*

Quæ ex Evangelio &c] „ Evangelium non „ improbat bella tanquam juſtitiæ naturali „ contraria, ſed tanquam pugnantia cum „ ſumma perfectione.

Additio.

„ Auctor jam improbavit hanc ſententiam „ *in proleg.* §. 50. hic rationes affert:

Nihil nobis in Evangelio præcipi, quod non naturalem habeat honeſtatem] „ Servator non 2 „ præcipit per modum legis, ſed exponit „ præcepta juris naturæ, promittit præmia „ obſervatoribus illorum jurium, & minatur „ pœnas æternas immorigeris.

Sed non ulterius nos obligari legibus Chriſti &c. cur concedam, non video] „ Concede- „ re tamen neceſſario debet. Cum enim Ser- „ vator Chriſtianis id præſcribat, quod ipſa „ ratio naturalis dictat, nihil ſupereſt cui „ ulterius homo obligari poſſit: jus naturæ „ enim omnia complectitur officia tum in- „ tuitu Dei, tum intuitu hominum inter ſe.

Et qui aliter ſentiunt] „ I. e. qui ajunt, „ omnia, quæ in novo fœdere præcipiuntur, „ eſſe juris naturalis.

Ut probent, quæ Evangelio vetantur ipſo jure naturæ eſſe licita] „ Equidem per modum „ legis nihil vetatur in Evangelio, adeoque „ nec concubinatus, nec divortium: &c. „ Et hactenus merito diſſentientes notantur. „ At omnes hos actus ipſo jure naturæ eſſe illi- „ citos, & ideo a Servatore improbari, con- „ tra Auctorem aſſerimus, & ſuis locis pro- „ babimus.

Ut concubinatum] „ Si de concubinatu „ temporario loquitur, verum omnino eſt, „ eum non tantum cum jure divino, ſed „ etiam cum jure naturali pugnare: perpe- „ tuus autem neutro jure prohibetur.

Divortium] „ Si ſine juſta cauſa, & alte- „ ra parte invita fit divortium, omnino re- „ pugnat juri naturali. *Vid. L.* 2 *c.* 5. §. 9.

Matrimonium cum pluribus fœminis] „ Nam „ Polygamiam, qua una fœmina plures ducit „ maritos, contrariari juri naturæ, demonſtra- „ bitur *d. l.* 2. *c.* 5. §. 9.

Abſtinere honeſtius eſſe dictet ipſa ratio] „ Adeoque Grotius nec ex jure naturæ laxio- „ ri has prohibitiones oriri ſtatuit, quia ex „ ejus hypotheſi jus naturæ laxius non per- „ tinet ad ea, quæ honeſta quidem ſunt, at „ non obligantia. *L.* 1. *c.* 1. §. 9. & §. 20. „ *n.* 3. Hinc ex lege divina voluntaria de- „ mum has prohibitiones deducit, quia leges „ divinas in eo maxime occupari ſolere, ait, „ ut id quod per ſe laudabile tantum eſt,

„ etiam deberi incipiat. *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* „ 3. *L.* 2. *c.* 2. §. 1. *n.* 2. Quæ principia „ ſatis alibi refutavimus. *Conf. Diſſert. Proœm. II.*

At non talia, ut abſque lege divina nefas in illis appareat] „ Imo nefas in illis actibus apparet ex ipſa ratione naturali. Alia „ igitur ratione impugnanda hæc eſt diſſentientium opinio, & dicendum, Servatorem plane non leges ſeu jura ſtatuere, „ ſed jura a natura ſtatuta tum intuitu Dei, „ tum intuitu hominum inter ſe, Judæis „ exponere, illuſtrare, & obſervantiam hujus juris eis inculcare.

Quod Chriſtiana lex præcipit] „ Vitam „ pro alterius ſalute exponere eſt lex naturæ intuitu Dei: adeoque hæc lex non a „ Servatore ſtatuta eſt, ſed is legem naturam ſtatutam laudat, & commendat, conf. „ 1. *epiſt. Joh. III. v.* 16. *Add. Rom. V. v.* 7.

„ Sane Ethnicis quoque glorioſum viſum „ fuit pro patria, pro parentibus, pro amicis mori. *Sen. controv.* 10. *Caſſiod.* 3. „ *Var.* 24. *Liv.* 5. *c.* 51. & *l.* 9. *c.* 4. *Horat.* 3. 2. *Vid. Teſm. h.*

Quis dicat, ipſo jure naturæ nos obligari] „ Homines ipſo jure naturæ tenentur imitari perfectiones divinas: at hæc obligatio „ ſaltem obtinet intuitu Dei, qui præmium „ cuique actui perfecto deſtinavit. *Diſſ.* „ *Proœm. II.* §. 36.

Secundum naturam vivere ejus eſt, qui nondum credidit] „ Ex hoc dicto Juſtini infert „ Auctor, aliud eſſe jus naturæ, aliud jus „ Evangelii: at ex ipſa inſpectione apparet, „ Juſtinum jus naturæ opponere non legi „ Evangelii, ſed *ſtatui gratiæ* per Evangelium revelatæ. Homo igitur, qui ſecundum „ naturam, i. e. rationi convenienter vivit, „ diſtinguitur ab eo cui Evangelium revelatum eſt, qui fidem habet Chriſto, adeoque qui *credit* in Chriſtum: non qua legislatorem, ſed qua Prophetam, & NB. „ mediatorem inter Deum & homines.

Chriſtum ſcil. in tradendis præceptis interpretem tantum agere legis] Recte Auctor rejicit illos, qui ajunt, Servatorem præceptis ſuis tantum interpretari legem Moſis; Rationes ejus hæ ſunt: 1. quia Servator ſuas leges opponit legibus Moſis: 2. quia lex antiqua duo continet, jus ipſum, & mentis puritatem; hanc ſolam reſtaurare Servatorem, ait, indeque 3. concludit, Servatoris verba non continere nudam interpretationem, ſed eum mentis puritatem majori gradu præcipere.

Ut vero conſtet, quænam ſit auctoritas Evangelii in traditione juris naturæ, dicimus, Chriſtum veterem, & ſuam doctrinam perpetuo diſtinguere, quod illa de jure, hæc de virtute, majorique perfectione agat: In præceptis ergo quæ Matth. V. exſtant, Chriſtus non interpretatur legem Moſis, utpote quod legislatoris, & ſuperioris eſt; ſed ait, legem non ſufficere ad ſalutem, indeque alia media ſalutis ſuppeditat, & doctrinam perfectionum populo prædicando explicat. Præterea hortatur Auditores, ne metu pœnæ leges obſervent, ſed ut ultro, & amore juſtitiæ id faciant, atque hoc ipſum perſpicuum maxime fiet ex exemplis quibus Servator utitur: ubi poſtquam veterum doctrinam, ſeu jus recenſuit, ſtatim opponit novam ſuam doctrinam, quæ plane legis partem non facit, ſed virtutum regulas continet.

Poſtquam igitur Servator dixit: *Antiquis dictum fuit non occides*: ſtatim addit, *ego vero dico vobis, iram, & odium quoque pro homicidio eſſe.* Servator ergo hic non interpretatur legem Moſis, quaſi etiam lex & pœna de homicidio ad eum pertineat, qui iraſcitur fratri, eumque odio habet; quis enim ſanus hoc dixerit? ſed quod juxta regulas perfectionis, & ſenſu Ethico, homicidium commiſſiſſe videatur, qui de illo committendo cogitat.

Pari ratione ait, legem dixiſſe *non mœchaberis*: ipſe autem ait, *etiam cogitationes libidinoſas eſſe adulterium.* Non quaſi lex, ejusque pœna etiam ad intentionem interpretatione quadam extendi debeat; ſed quod is, qui adulterium cogitando perfecit, juxta regulas perfectionis ad caſtitatis præmium aſpirare non poſſit, adeoque hactenus pro adultero habeatur. Hæc igitur dogmata Servatoris juri antiquo oppoſita, non ſunt partes juris, nullum inde eſt vinculum juris, nulla inter homines reparandi neceſſitas; ſed ſunt regulæ virtutis, quas homines impune negligunt. Sane alius inde effectus non eſt, quam ut homo eas negligens perdat ſpem præmii ſingulis virtutibus deſtinati: quæ ſigillatim illuſtrabimus infra *ad* §. 8. *n.* 2.

Additio.

„ Chriſtum interpretem tantum agere legis per Moſem datæ, ſtatuerunt *Cocceius* „ *de fœd. cap.* 12. *n.* 757. & *Altingius Theol.* „ *elenct. p.* 411. non ergo novæ latorem. „ Lex enim antiqua ex eorum hypotheſi iti-

„ dem

dem divina eſt, eoque perfecta, cui nihil „ addi, aut detrahi poteſt, *Deut.* 4. 2. & „ 12. *v.* 32. *Pſ.* 19. *v.* 8. & quæ obedien- „ tiam omnem, non modo externam, ſed „ etiam internam, complectitur, *Matth.* „ *XXII. v.* 38. & 39. *Deut. XXVII. v.* „ 26. eoque & vitam æternam & pollicetur, „ & dare poteſt ſervantibus. *Lev.* 18. *v.* 5. „ *Deut. XXX. v.* 19. *Luc. X. v.* 25. & „ 28. collatisque inter ſe locis ad *Rom. X.* „ *v.* 5. *Gal. III. v.* 12. Conferatur Grono- „ vius *in not. h.* ubi hanc communem ſen- „ tentiam omnium proteſtantium eſſe, ait. „ Unde negat, legislatorem proprie dici „ Chriſtum quatenus medius, ac interpres „ novi teſtamenti eſt, quia Moſi, ejusque „ legi opponitur tamquam gratiæ, & virtutis „ auctor. *Joh.* 1. *v.* 17. officiumque habet „ proferre Evangelium ex ſinu patris, in- „ tercedere, & fieri victima pro nobis, & „ dato ſpiritu ſancto nos patri reconciliat. „ *Joh. I. v.* 18. *Matth. XX. v.* 28. 2. *Co-* „ *rinth. V. v.* 19. 20. 21. Addit porro, ad „ munus Propheticum in erudiendo populo „ pertinuiſſe inſtaurationem, & vindicationem „ legis, remotis Phariſæorum additamentis, „ & pravis interpretationibus. Cæterum nec „ alia legis præcepta tradidiſſe, ſive per „ ſe, ſive per Apoſtolos, quam Moſes; nec „ aliam explicationem addidiſſe, quam quæ „ a Prophetis tradita eſt, & tradi debuit.

„ Hanc ſententiam rejicit Auctor, cujus „ rationes & ſyſtema late expoſuimus in „ *Diſſert. Proœm. III.* §. 44 *ſeq.* Noſtra au- „ tem principia explicavimus *ibid.* §. 46.

Quæ oppoſitio &c. oſtendunt] „ Argu- „ mentum Auctoris hoc eſt: Servator oppo- „ nit ſua præcepta illis præceptis, quæ *vete-* „ *ribus* Judæis per legem Moſis data ſunt: „ ergo non agit interpretem harum legum; „ quia pugnare videtur, præcepta opponi, „ & tamen eſſe oppoſiti interpretationem. „ Reſp. præcepta Servatoris, & legis Moſai- „ cæ hic non opponuntur, ſed ejusdem le- „ gis partes ſaltem diſtinguuntur. In omni „ enim lege, & præcipue in lege Moſis, „ duo continentur 1. neceſſitas agendi, vel „ non agendi intuitu hominum: 2. obliga- „ tio intuitu Dei, qui legem illam vel tu- „ lit, vel approbavit. Legislatores, adeoque „ & Moſes, circa *primam* legis partem præ- „ cipue ſolliciti ſunt, ſecuritati enim reipu- „ blicæ ac civium ſaltem proſpiciunt, ac „ violatores illius ſecuritatis pœnarum aſpe- „ ctabilium formidine coercent; *Alteram* „ autem partem ſub legibus quidem ſuis „ comprehendunt, utpote quas perfectiſſimo „ modo ſtatuunt, at pœnis eas non mu- „ niunt: indeque Judæi impune omittere „ partem illam legis in foro ſoli poterant.

„ Non tamen plane negligebant legisla- „ tores Judæi hanc partem, ſed Doctores „ publice conſtituebant, qui officia homi- „ num erga Deum hominibus inculcarent, „ eosque docerent, non ſufficere ad ſalutem „ juxta legem bonum eſſe, niſi quoque „ pia intentione, & amore juſtitiæ legibus „ parerent. Atque hinc notanter Servator „ ait, *diligendum eſſe Deum, & proximum*, „ ac ea regula abſolvi *legem, & NB. Prophe-* „ *tas.*

„ At Phariſæi, Doctores Judæorum, *poſte-* „ *riorem* legis partem non curabant, verba „ ſaltem legum captabant, populumque do- „ cebant, ſalvum aliquem fieri poſſe opera „ legis faciendo, vel actus virtutis exercen- „ do; etſi non amore juſtitiæ & virtuti id „ faciat, ſed metu pœnæ, vel oſtentationis „ cauſa &c.

„ Hunc errorem Phariſæorum increpat „ & corrigit Servator, allegando, Moſen ſuas „ leges ad ſtatum imbecillitatis humanæ ac- „ commodaſſe, ac ſecuritati civium ſaltem „ proſpicere voluiſſe, ac ſolis actibus eo „ tendentibus neceſſitatem agendi, vel non „ agendi impoſuiſſe, ajebat: utpote quod „ ſufficeret ad evitandas pœnas in violato- „ res illius ſecuritatis ſtatutas. Hinc meri- „ to addit, id non ſufficere ad ſalutem, „ ſed ad eam conſequendam *alteram* quo- „ que partem legis (quam Moſes pœnis „ non munivit, ſed arbitrio & conſcientiæ „ civium reliquit, cujusque curam Docto- „ ribus commiſit,) neceſſariam eſſe, adeo- „ que Phariſæos officio ſuo non defungi, „ dum hanc partem ſuæ curæ commiſſam „ negligunt, & opera ſaltem legis, vel vir- „ tutum commendant.

„ Ex his igitur apparet 1. Servatorem non „ opponere ſua præcepta legibus Moſis, ſed „ eum alteram legis partem commendare „ & populo, & Phariſæis, qui priori parte „ contenti ſecundam, quæ prior eſt, inſuper „ habebant, neque eam inculcabant popu- „ lo; Quod ipſe Auctor ita explicat *infra* „ *n.* 4 & nos latius explicavimus *in Diſ-* „ *ſert. Proœm. III.* §. 46. 2. Servatorem „ non novas leges ſtatuere, ſed præcepta „ ejus eſſe ipſum jus naturæ, quatenus offi- „ cia hominum erga Deum reſpiciunt; &

in

„ in regulis perfectionum, adeoque in puri-
„ tate animi conſiſtunt, in quam pœna ab
„ hominibus vix conſtitui poteſt. *l.* 20. *ff.*
„ *de Pœn.*

Illud veteribus ſignificare ad veteres] „ Fa-
„ cile id concedimus: At dictum jam eſt,
„ inde non ſequi oppoſitionem inter præcep-
„ ta Servatoris & Moſis, ſed Servatorem ra-
„ tionem legis explicare; quod illa ſaltem ſe-
„ curitati civium proſpiciat, indeque ratio-
„ ne habita imbecillitatis humanæ lata ſit, &
„ quod perfectionis regulas non excludat,
„ ſed eam doctoribus Phariſæis relinquat:
„ hos autem increpat, quod hanc partem
„ legis inſuper habeant.

Veteres autem non alii fuere, quam qui Moſis tempore viverent] „ Nimirum populus
„ Iſraëliticus, cui Moſes leges illas dedit.

Nam quæ ut veteribus dicta recitantur, non legiſperitorum ſunt, ſed Moſis] „ I. e. non
„ ſunt verba Phariſæorum, & Principum
„ eccleſiæ, qui legiſperiti erant. *vid. n.* 2.
„ Sed verba Moſis ad veteres dicta, quibus
„ Servator ſuam doctrinam opponit.

Oculum pro oculo, dentem pro dente] „ Ra-
„ tionem juris talionis videbimus infra *L.* 1.
„ *c.* 20. interim vide quæ de vero ſenſu divi-
„ næ illius legis tradit B. Parens *in Diſp. de*
„ *SS. jure talionis* §. 35.

Supple, repoſcere liceat in judicio] „ Jure
„ naturali id cuique privato licuiſſe, Auctor
„ ſtatuit, & inſtitutis demum judiciis ad ſo-
„ los judices reſtrictum fuiſſe, *Vid. ſupra*
„ §. 5. *n.* 5. quod alibi plenius explicabimus.

Proximum tuum, i. e. Iſraëlitam] „ Adeo-
„ que lex hæc pertinebat ad Iſraëlitas, ne hi
„ invicem ſævirent, vel bella gererent:
„ unde opponuntur inimicis, ſeu ſeptem
„ populis damnatis, in quos ſævire debebant.
„ *Vid. L.* 1. *c.* 2. §. 8. *n.* 9.

Puta ſeptem populos] De his ſeptem populis
„ egimus ſupra §. 2. *n.* 1. & latius agetur in-
„ fra *L.* 2. *c.* 13. §. 4.

His addendi Amalecitæ] „ Non etiam Am-
„ monitæ & Moabitæ. *Deut. XIII. v.* 6. *Vid.*
„ *ſupra* §. 2. *n.* 6. *& infra L.* 2. *c.* 15. §. 9.
„ *n.* 5. Occaſionem, & cauſam damnationis
„ vidimus *d.* §. 2. *n.* 2.

Sed ad intelligentiam verborum Chriſti omnino notandum, legem &c. dupliciter accipi]
„ Optime Grotius mentem Servatoris hic
„ explicat. Lex dupliciter poteſt accipi, *vel*
„ quatenus ſecuritati civium proſpicit, &
„ legibus pœnalibus munitur, *vel* quatenus
„ etiam mentis puritatem requirit.

„ Legislatores *priori* ſenſu leges ſtatuunt,
„ & hoc ſenſu, ad evitandas ſcil. pœnas ci-
„ viles, ſufficit ſi quis jus ſuum cuique tri-
„ buit, etiamſi tribuat metu pœnæ: at id non
„ ſufficit ad procurandam ſalutem, ſed im-
„ pleri lex *ſecundo* ſenſu debet; i. e. jus ſuum
„ cuique tribui debet amore juſtitiæ, & pia
„ intentione: hoc jus Dei eſt. quod legisla-
„ tores pœnis non muniunt, ſed conſcientiæ
„ civium relinquunt; cæterum curam ejus
„ doctoribus privatis committunt. Civis igitur,
„ qui metu pœnæ ab alieno abſtinet, pœnis
„ civilibus non ſubjacet: ſed Deus vindex eſt
„ hujus imperfectionis, quia ſolus de puri-
„ tate mentis judicium ferre poteſt.

„ Servator igitur *poſteriori* ſenſu legem ſu-
„ mit. eamque partem legis populo inculcat:
„ quam proinde Moſes non excludit a ſua le-
„ ge, ſed non punit, ejusque curam Docto-
„ ribus committit: Hi autem Doctores verbis
„ legis Moſaicæ inhærebant, & alteram
„ partem inſuper habebant, ac legis opera
„ non tantum impunitatem in civitate, ſed
„ etiam æternam ſalutem procurare, docebant:
„ Quod improbat Servator, verum ſenſum
„ legis Moſaicæ interpretando. *Vid. ſup. ad n.* 3.

Quatenus ſcilicet graviora delicta pœnarum aſpectabilium formidine coercet] „ Cum enim
„ leges humanæ ſecuritatem reipublicæ ſaltem
„ reſpiciant, ea ſecura reddi citra formidi-
„ nem pœnæ non poteſt.

Et populum Hebræum hac ratione in ſtatu civilis ſocietatis continet] „ De cujus ſocieta-
„ tis ſtatu unice ſollicitus fuit Moſes legis-
„ lator.

Quo ſenſu dicitur &c.] „ I. e. lex manda-
„ ti carnalis, *Epiſt. ad Hebr. VII. v.* 16.
„ quæ nihil ad perfectum adducit. *ibid. v.*
„ 39. Conf. *Gal. IV. v.* 9.

Et lex factorum] „ Ad id enim ut Judæus
„ pœnis eximatur, ſufficiebat opera legis per-
„ feciſſe.

Quod legis divinæ eſt proprium] „ Si enim
„ Deus legem dat, eam dat perfectiſſimo
„ modo.

Quatenus ſcilicet etiam requirit mentis puritatem] „ Ita ut legis præcepta non metu
„ pœnæ, ſed amore juſtitiæ impleantur. At
„ bene notandum, leges humanas quoque
„ non excludere mentis puritatem a legibus,
„ etſi eam pœnis temporalibus non coerceant.
„ Sane utramque partem JCti Romani ſub
„ definitione juſtitiæ comprehenderunt:
„ juſtitiam enim definiunt (a) *conſtantem*,
„ *atque perpetuam voluntatem* (b) *jus ſuum*
„ *cuique*

„ *cuique tribuendi. Vid. Diſſ. Proœm. III.* „ §. 46.

Et actus aliquos, qui ſine temporali pœna omitti poſſunt] „ V. g. dimittere uxorem ob „ quamlibet offenſam: exigere ultionem ab „ eo, qui læſit. &c. *Vid.* §. *ſeq. n.* 8 quæ ple„ nius ibidem examinabimus.

Quo ſenſu vocatur νόμος πνευματικὸς] „ Lex ſpiritualis, *Rom. VIII.* 14. quæ ad „ perfectionem ducit. *Ad Hebr. VII. v.* 19.

Exhilarans animum] „ Quia tutam reddit „ conſcientiam.

Legisperiti, & Phariſæi] „ Privati Judæo„ rum Doctores.

Priore illa parte contenti] „ Sufficere enim, „ credebant, ad ſalutem juxta verba legis bo„ num eſſe.

Secundam, quæ prior eſt, inſuper habebant] „ Adeoque parum ſolliciti erant de puritate „ mentis, & de actibus virtutum; quibus „ ſolis præmia æterna deſtinantur.

Quod verum eſſe, non ex noſtris duntaxat libris, ſed ex Joſepho quoque] „ Egregie id „ explicat Pridaux in libro *de la religion des* „ *Juifs.*

5 *Secundam hanc partem*] „ Quæ in puritate „ animi conſiſtit.

Etiam Hebræis aut commendari] „ Perfe„ ctionum regulæ non tantum Hebræis com„ mendantur per Prophetas; ſed & naturali „ ratione toti humano generi commendantur: „ Non enim ſolum jus a natura dijudicari, „ ſed omnia honeſta, & turpia, ait Cicero „ *L.* 1. *de leg. c.* 63. Seneca 4. *de benef.* „ *c.* 16. ita rem explicat, *virtus in omnium* „ *animam lumen ſuum dimittit, qui non ſe„ quuntur eam vident.* Hinc nulli præcluſam „ virtutem eſſe, omnibus patere, omnes ad„ mittere, ait, *L.* 3. *de benef. c.* 18 Et „ alibi docet: unam induci virtutibus hu„ manis regulam, quia una eſt ratio recta, „ ſimplexque. *Ep.* 66. *p. m.* 233. *Idem ep.* „ 108. ait: *Omnibus natura fundamenta de„ dit, ſemenque virtutum, omnes ad omnia* „ *iſta nati ſumus.* Unde etiam nullum dog„ ma virtutum in novo fœdere exiſtit, „ quod non Ethnicorum Philoſophis cogni„ tum fuerit: illud ipſum de benefaciendo „ inimicis, quod adeo celebratur, a Docto„ ribus gentilium paſſim inculcari videmus. „ Quod late probavit Anonymus in libello „ nuper edito, cui titulus *Hiſtoire de la phi„ loſophie payenne &c. Conf. Lipſ. in manud.* „ 2. *Diſſ.* 10. At cognitas habet homo per„ fectionum regulas, non tanquam leges na„ turæ, quibus homines inter ſe obligantur; „ ſed tanquam leges naturæ, quibus homo „ Deo enti perfectiſſimo obligatur. Adeo„ que homo eas peragere tenetur, etſi lex eas „ nec præcipiat, nec commendet.

Aut præcipi, ſed non præcipi in eo gradu, quo Chriſtianis] „ Verum 1. non eſt, Hebræis „ puritatem mentis *præcipi* lege Moſis: alibi „ diximus, neceſſitatem, quæ omni legi „ cohæret, repugnare eſſentiæ virtutis. Si „ igitur actus virtutis lege Moſis præcipitur, „ ſufficit ad immunitatem pœnæ actum exer„ ceri; nec quæritur an quis amore virtutis „ actum peregerit. Multo minus verum 2. „ eſt, Servatorem illam puritatem mentis „ *præcipere* in vim legis, is enim non legisla„ latorem agit, ſed Doctorem. Denique & „ 3. verum non eſt, a Servatore virtutes incul„ cari majori gradu. Nam cum Hebræi æque, „ ac Chriſtiani, regulas perfectionum a na„ tura cognitas habuerint, dicendum omnino „ eſt, eodem gradu utrisque virtutes præ„ cipi ipſa naturæ lege.

Ac latitudine] „ Eadem virtutum eſt lati„ tudo in veteri, ac novo teſtamento. Imo „ apud omnes gentes: Regula enim perfe„ ctionum ubique eadem eſt, alias non eſſet „ regula.

Utroque autem hoc ſenſu Chriſtus ſua præcepta opponit veteribus] „ Tum quia non pri„ mam legis Moſaicæ partem, ſed alteram, „ quæ in puritate mentis conſiſtit, & quam „ Phariſæi neglexere, inculcat: tum quia „ hanc ipſam poſteriorem partem in excellen„ tiori gradu præcipit.

Unde liquet, verba ejus non continere nudam interpretationem] „ Imo continent ve„ ram interpretationem, ſed doctrinalem: „ quia rationem dat, cur Moſes ea, quæ ad „ perfectionem legis pertinent, nimirum pu„ ritatem mentis, pœnis non muniverit.

Ad hoc tantum, quod nunc in manu eſt] „ Et quod probandum ſuſcepit: Nimirum, „ veram eſſe oppoſitionem inter præcepta „ Servatoris, & Moſis; adeoque Chriſtum „ non eſſe interpretem legis.

Sed & ad multa alia, ne legis Hebraicæ auctoritate, ſupra quam æquum eſt utamur] „ Multa enim legibus Moſis permitti, ait, „ quæ tamen lege Evangelii prohibentur. „ Catalogum exhibuimus in *Diſſert. Proœm.* „ *III. Sect.* 5. *n.* 4. & 5. Cæterum de le„ gis Moſaicæ auctoritate late egit Auctor ſu„ pra *l.* 1. *c.* 1. §. 16. & 17.

Ad §. VII.

Omissis *ergo argumentationibus*] Hic 1
Auctor probat ex novo fœdere, bella aliquando licita esse, & undecim colligit argumenta, quæ legi omnino merentur. Hoc saltem notamus, quod Auctor bella, & judicia capitalia merito conjungat, quia utraque negant Anabaptistæ, & ex justitia unius alterius licentia necessario sequitur: quo ipso solvitur dubium Gronovii, qui pleraque argumenta ab Auctore allata jus quidem gladii, non vero jus bellorum demonstrare, causatur.

Additio.

„ Ut compendio rationes ex novo fœdere „ desumtas exhibeam, licentia bellorum „ probatur I. *ex* 1. *Tim. II. v.* 1. *seq.* Ubi „ Paulus pro regibus, & magistratibus preces „ fundere jubet, eosque constitutos, ait, „ ut malos puniant. II. Ex *Rom. XIII.* „ *v.* 4. ubi Paulus docet, magistratui non resi„ stendum, idque a Deo esse. III. *Ex Luc III.* „ *v.* 14. ubi Johannes Baptista milites ad bap„ tismum accedentes non hortatur ut militiam „ deserant, sed stipendio contentos esse jus„ sit; ubi simul dubium, quod aliud possit „ docere Christus, aliud Johannes, removet. „ IV. Si Christus judicia capitalia, & bella „ improbasset, scelerumque licentiam, quæ „ ex defectu judiciorum capitalium oritura „ esset, approbasset, distincte, & clare hanc „ mentem declaraturus fuisset. quod tamen „ nullibi factum apparet. V. Tota respublica „ Judaica subsistebat temporibus Christi, „ adeoque & judicia a Mose constituta, qui„ bus Servator ipse, & Apostoli, æque ac „ omnes Christiani se subjectos profitebantur. VI. Cornelius, vir pius, militiam „ egit, & conversus eam non deseruit. „ VII. Sergius Paulus, Christianismum am„ plexus, magistratum non mutavit. VIII. „ Paulus usus est ope militari contra insidias „ sibi structas. IX. Tributa magistratibus sol„ venda esse, & Servator statuit, & Apostoli: finis autem tributorum est, ut subditi „ his subsidiis tuti reddantur contra malos. „ X. Paulus *Actor. XXV. v.* 11. ait, *si* „ *crimen morte dignum commisi, non recuso* „ *mori*; ergo non improbat judicia capitalia, „ quia illis se in aliquem casum submittit. „ XI. Christus non sustulit jus Mosis, nisi quatenus separat Judæos a gentibus i. e. „ quoad ritus: in cæteris ergo salva manst „ lex Mosis, quæ probat jus magistratus, „ jus gladii, & jus bellorum.

„ Ex his rationibus satis constat, bella „ adeo juri naturæ non esse contraria, ut „ nec cum perfectione, quæ in Evangelio „ exponitur, pugnent, modo tendant ad „ necessariam juris reparationem.

Gratum esse Deo ut reges fiant Christiani] „ Hinc merito gavisa est Christiana ecclesia, „ converso ad eum Constantino M., *Lactant.* „ *Lib. de falsa. rel. c.* 1.

Ut Christiani reges Christianis aliis vitam tranquillam præstent] „ Hinc Tertullianus „ *apol adv gent. c.* 30. testatur, Christianos „ precari Imperatoribus solitos fuisse *vitam* „ *prolixam, imperium securum, domum tu*„ *tam, exercitus fortes, senatum fidelem,* „ *populum probum, orbem quietum &c.*

Quomodo vero] „ Dum ergo Paulus vult 2
„ ut reges Christiani aliis vitam tranquillam „ præstent, necessario quoque probat bella; „ quia sine armis, & milite id fieri nequit, „ *Tac. hist. 4. c.* 14. *Liv. L. 2. c.* 55.

Non enim frustra gladium gerit] „ Idque „ patres, & ecclesiæ Christianæ Doctores „ communi ore fatentur. *Vid. Hieron. in Ioël.* „ *c. 2. Haymo in c.* 13. *ad Rom., cujus verba* „ *relata sunt in Caus.* 13. *qu.* 5. *c.* 39. „ *Conf. Theodulus presbyter Celesyrien sis ad* „ *Rom. c.* 13.

Jure gladii per complexionem omnis quidem „ *coercitio intelligitur*] „ Jus gladii in sacris „ significat proprie jus vitæ, & necis, seu ju„ dicia capitalia: JCti imperium merum vo„ cant. *L.* 3. *ff de Jurid. l.* 70. *ff. de R. I.* „ *arg. l.* 8. §. 1. *ff. de pœn.*

Sed ita tamen ut pars ejus summa, i. e. verus gladii usus, non excludatur] „ Verus au„ tem usus gladii consistit in violenta coerci„ tione, quæ fit per effusionem sanguinis.

Plenius tamen, & perfectius ad Christum pertinet] „ Osiander *in obs. ad h.* §. solitarie „ eum de Christo agere contendit, idque „ probat tum ex eo, quia huic regi in hoc „ Psalmo tribuitur dominium in omnes gen„ tes, & in fines orbis terrarum, v. 8. „ Imperium autem Davidis exiguis Judææ „ finibus fuerit terminatum; tum ex eo, quia „ præcipitur, ut omnes reges, & quidem in „ perpetuum, sine ullo fine huic regi se sub„ mittant v. 10. & 11.; tum denique quia „ promittitur salus, & beatitudo omnibus il„ lis conferenda, qui fiduciam suam in hoc „ rege collocarent; & e contrario maledi„ ctio æterna, qui ei parere recusarent, at„ que

„ que ita iram ejus in se concitarent. *v.* 11.

Qua reges sunt] „ Rex duplici modo consi-
„ derari potest, ut *homo*, & ut *rex: priori*
„ modo æqualis est omnibus cæteris homini-
„ bus, jura ejus privata hactenus sunt, sub
„ est patriæ potestati, obligatur ex pactis,
„ &c. æque ac alii homines. *Posteriori* modo
„ superiorem non habet, omnium rerum
„ arbitrium penes eum est, quatenus scil.
„ arbitrium ad salutem reipublicæ tendit.

Aliter enim servit, qua homo, aliter qua rex est] „ Qua homo servit Deo, si præceptis
„ naturæ, uti omnes reliqui homines, ob-
„ temperat; qua rex autem servit Deo justi-
„ tiam administrando, quam supremum Nu-
„ men curæ ejus commisit

3 *Secundum argumentum*] „ Auctor judicia
„ capitalia hic apertissime probat ex *Rom.*
„ *XIII.* ubi 1. judicia dicuntur ordinatio
„ Dei, cui qui resistit, ipsi Deo resistere di-
„ citur: 2. dum ergo adeo laudat, atque com-
„ mendat, necessario quoque ea approbat:
„ unde 3. infertur, cum contraria velle non
„ possit, hanc potestatem cum voluntate Dei
„ non pugnare.

Dei ordinatio dicitur] „ Quod infra, ubi
„ de origine summæ potestatis agetur, late
„ demonstrabitur: *Vid. l.* 1. *c.* 4. §. 4.

Ei & parendum, & honorem exhibendum] „ Vices enim Dei gerit, adeoque
„ proximus Deo honor, & obedientia debe-
„ tur Principibus.

Et quidem ex animo] „ Verba Apostoli
„ hæc sunt: *Quapropter necesse est subjici non*
„ *solum propter iram, sed & propter con-*
„ *scientiam*, quod explicat Auctor *l.* 1. *c.* 4.
„ §. 1. scil. fieri id debere non ex formidine
„ mali, sed ex ipso sensu officii nostri,
„ quo non hominibus tantum, sed & Deo
„ obligamur.

Si ordinationis voce res intelligeretur, quam Deus tantum non vult impedire]
„ Anabaptistæ, ut locum hunc Pauli effu-
„ giant, dicunt, Deum ordinasse jus gladii
„ permissive, eodem modo uti alia mala
„ permittit, vel potius non impedit. Bene
„ Auctor hic respondet, ordinationem illam
„ juxta mentem Apostoli a Deo, non tantum
„ non impediri, sed & probari, quin obli-
„ gationem hominibus injungi: nam Apos-
„ lus inde 1. infert, homines ex conscientia
„ subjici tali potestati, 2. ideo obedientiam,
„ & honorem magistratui deberi, & 3. resi-
„ stentem magistratui resistere Deo: quæ om-
„ nia necessitatem, & obligationem supponunt.

Jam inde nulla honoris, nulla obedientiæ obligatio sequeretur] „ Obligatio enim est
„ vinculum juris, quo necessitate adstringi-
„ mur ad aliquid agendum, vel non agen-
„ dum. At si Deus non probat, non ordi-
„ nat, non statuit magistratum; sed eum,
„ tanquam rem per se illicitam, saltem non
„ impedit, omnis obligationis ratio cessat:
„ adeoque tantum abest ut Apostolus com-
„ mendare hanc ordinationem, aut cultum,
„ ac honorem ei tribuere, & resistentiam
„ prohibere potuerit, ut potius resistentiam
„ suadere debuisset; rei illicitæ enim homo
„ resistere, & cultum, ac honorem negare
„ debet ordinationi per se vitiosæ.

Nec quicquam diceret Apostolus &c., quod non latrociniis, & furtis conveniret] „ Nam
„ eodem sensu dici posset, Deum furta,
„ & latrocinia ordinasse, i. e. ea non impe-
„ divisse: indeque juxta Anabaptistas concl-
„ di posset, latronibus, & furibus honorem
„ esse exhibendum, & qui iis resistunt, re-
„ resistere ordinationi divinæ, quod absur-
„ dum esset.

Sequitur ergo ut ordinata hæc potestas voluntate Dei approbante intelligatur] „ Quia
„ per conscientiam ei homines subjiciuntur,
„ quia ei resistentes Deo resisterent, & quia
„ ejus reverentia hominibus injungitur.

Hanc potestatem cum voluntate Dei per Evangelium revelata non pugnare] „ Ex eo
„ igitur, quod Deus voluntatem suam Chri-
„ stianis revelavit, & judicia a Deo ordinata
„ esse declaravit, necessario infertur, judicia
„ ejus voluntati non contrariari; non enim
„ Deus sibi contraria velle potest.

Omnes homines obligante] „ Lex Evangelii
„ non obligat omnes homines qua lex a
„ Servatore lata, sed qua lex naturæ, quæ
„ officia hominum erga Deum continet: &
„ quæ homines obligaret etsi Servator nihil
„ de his officiis dixisset. Cæterum notandum
„ est, ipsum Grotium statuisse, legem Evan-
„ gelii non omnes homines obligare, sed
„ eos tantum, quibus revelata est. *Vid. l.* 1.
„ *c.* 1. §. 15. *n.* 1.

Dicuntur alieni fuisse a christiana pietate] 4
„ Adeoque probari saltem videri judicia in
„ regibus infidelibus, non in Christianis.

Non nihil forte falso inquinata] „ Nam
„ traditur, Abgarum regem dedisse ad Chri-
„ stum, & accepisse ab eo epistolas. *Euseb.*
„ *L.* 1. *hist. c.* 14. Sed jam olim eas pro
„ Apocryphis habitas fuisse, probat Osiander

„ *b.* §. *obſ. III. Conf. Richard. Montacut.* „ *orig. eccleſ. p. 2. n. 69.* & *Gron. b.*

Deinde non de perſonis quæritur, an impiæ fuerint, ſed an illa functio in iis impia fuerit] „ Optime Auctor diſtinguit inter perſonam, „ & officium perſonæ cohærens: officium „ ſanctum eſſe poteſt, licet a peſſimo homine „ adminiſtretur. Ita tyranni æque, ac juſti „ reges utuntur titulo *Dei gratia.* Neque „ enim his titulis indicatur quales ſint, ſed „ quales vi officii eſſe debeant. Atque hac „ ratione vera omnino eſt concluſio Auctoris, „ *piam rem eſſe imperium, etſi ab impio te-* „ *neatur.*

Etiam pro illo tempore] „ Ubi reges alieni „ erant a Chriſtiana pietate.

Intra animi receſſus] „ I. e. conſcientiæ „ motu.

Quibus] „ Scil. receſſibus, i. e. conſcien- „ tiæ.

Et retinere] „ Quia ordinatio Dei, quæ „ impio verum jus concedit, multo magis „ jus tribuit fideli.

Quæ ſine jure gladii] „ Conferantur notata „ *ad præced. n. 2. pr.*

Pia erant ſacrificia ſecundum legem] „ Confirmat hæc Athanaſius *in cap. 8. diſt.* „ 19. *Non quæritur, quis, vel qualis prædicet,* „ *ſed quid prædicet. Nam baptiſma, ſive ab* „ *adultero, vel a fure datum fuerit, ad perci-* „ *pientem munus venit illibatum. Nam &* „ *Judas cum fuerit ſacrilegus, atque fur, quic-* „ *quid egit inter Apoſtolos pro dignitate com-* „ *miſſa, beneficia per indignum data, nulla* „ *ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc* „ *ipſum Domino manifeſtiſſima voce: Scribæ,* „ *& Phariſæi ſuper Cathedram Moſis ſedent,* „ *quæ dicunt facite, quæ autem faciunt* „ *facere nolite, dicunt, & non faciunt.* „ *Quicquid igitur ad hominum profectum qui-* „ *libet in eccleſia miniſter pro officio ſuo videtur* „ *operari, hoc totum contineri, implente* „ *divinitatis effectu.*

5 *Cujus gentis multa millia Romanis militaſſe*] „ Chriſtiani demum Imperatores, Ar- „ cadius, & Honorius, militiam Judæis ade- „ merunt: *Vid. Comment. Caſtilionis de co-* „ *lumn. triumph.*

Non eos militia abire juſſit, quod facere debebat] „ Vim hujus argumenti egregie „ demonſtrat Auguſtinus *ep.* 5., aliisque ratio- „ nibus jus militandi probat *ep.* 205.

Ut aliud docere potuerit Baptiſta, aliud „ *Chriſtus*] „ Optime Auctor huic objectio- „ ni reſpondet, & probat, doctrinam Bap- „ tiſtæ eandem eſſe quæ Chriſti, tum quia „ præcurſor Chriſti dicitur, tum quia jus „ ceremoniale per baptiſma Baptiſtæ ſubla- „ tum eſt.

Eodem exordio Doctrinæ] „ Certiſſimo „ indicio, non aliud docere Baptiſtam, aliud „ Chriſtum.

Regnum cœleſte dicit cœpiſſe invadi a die- *bus Baptiſtæ*] „ Ex vaticinio enim Danielis „ apparet, in medio ultimi ſeptenarii inſti- „ tutionem fœderis futuram. At terminum „ illum mediæ ſeptimanæ ſeptimæ, curate „ cum baptismo Johannis convenire, alibi „ demonſtrabimus.

Id eſt legem novam] „ Sæpius dictum eſt, „ Servatorem legem non ſtatuere, nedum „ novam; ſed eum utramque juris naturalis „ partem, nimirum & officia hominum in- „ ter ſe, & officia hominum intuitu Dei, „ Chriſtianis inculcare, Legemque Moſis ab „ iniquis Phariſæorum interpretationibus pur- „ gare.

Exigit opera dilectionis ſupra legem] „ Ni- „ mirum præcipit in allegato loco, ut qui „ habet duas tunicas, det non habenti; „ hæc ſupra legem exiguntur. At ex hoc „ ipſo exemplo apparet, Servatorem id non „ per modum legis exigere, ſed commen- „ dare liberalitatem ſubveniendo egenis. „ Hæc non erat materia legis Moſaicæ, quæ „ tantum de ſuo cuique tribuendo agebat.

Id eſt ab illo incepiſſe doctrina perfectior] „ Imo hic non eſt ſenſus illorum verbo- „ rum: Lex ideo dicitur duraſſe usque ad „ Johannem, quia prophetiæ, & leges cere- „ moniales adventu Baptiſtæ, i. e. in medio „ ſeptimanæ ſeptimæ, finiebantur. Sane „ regulæ perfectionum in veteri teſtamento „ eædem ſunt, quæ in novo.

Et principium Evangelii a Johanne ducitur] „ Dictum enim eſt, juxta vaticinium „ Danielis, fœdus finiri in medio ſeptima- „ næ ſeptimæ; in quod tempus incidit bap- „ tiſmus Johannis.

A ſe diſtinguit præceptorum diſcrepantia] „ Uterque enim docet, neminem regnum „ cœlorum intrare poſſe niſi veram agat „ pœnitentiam, i. e. iratum numen placare „ ſtudeat.

Sed eo quod Jeſus eſſet promiſſus ille Meſ- *ſias*] „ Nam duplex munus obiit Jeſus, in „ eo diverſus tum a Johanne, tum ab aliis „ prophetis.

Maximam inde ſecuturam ſcelerum licen- 6 *tiam*] „ Regula certa eſt, ſi non dantur magi-

„ magiſtratus, & judicia, quilibet agere „ quicquid lubet, & omnia perpetrare crimina inter homines impune poterit.

Haud dubie verbis quam maxime diſſertis] „ Atque tali ſpeciali præcepto eo „ magis opus fuiſſet, cum judicia juſſu „ Dei fuerint inſtituta.

Nam quæ adferuntur, aut valde ſunt generalia, aut obſcura] „ Adeoque per alia loca aut explicari, aut reſtringi debent.

Docet autem ipſa æquitas] „ De hac interpretandi ratione vide late *L.* 2. *c.* 16. „ §. 12. 13. 14.

7 *Quintum ſit*] „ Argumentum hoc eſt: „ Stante republica Hebræorum manſit obligatio legis, etiam quæ ad judicia pertinebat: Judæi igitur converſi, & magiſtratum gerentes, (uti plurimi gerebant) juxta leges illas judiciarias judicare debebant, certiſſimo indicio, judicia capitalia „ cum Evangelii doctrina non pugnare.

Deſiiſſe priusquam urbs Hieroſolyma exſcinderetur] „ Auctor adventu Chriſti leges „ Hebræorum, excepta ceremoniali, ſublatas non eſſe, ait, ſed ſecuto demum exciđio id factum eſſe ſtatuit, & merito: „ 1. Quia ſpecies, & ſpes reipublicæ adhuc „ ſubſiſtebat, adeoque & leges. 2. Quia in „ lege Moſis tempus, quo durare debet, ad- „ ditum non eſt. 3. Quia Chriſtus, & A- „ poſtoli nullibi dixere, legem Moſis finitam eſſe. Potius contra 4. Paulus ait, „ ſummum Pontificem judicare ſecundum „ legem Moſis. *Act.* 23. v. 3. 5. Servator teſtatur ſe veniſſe ut impleat legem, „ non ut tollat, quod aſſeri non poſſet, „ ſi adventu ejus leges judiciariæ ſublatæ „ eſſent.

Et cum ea tum ſpecies, tum ſpes reipublicæ concideret] „ *Vid. ſup. L.* 1. *c* 1. §. 16. *n.* 7. „ mutata enim ſpecie reipublicæ ipſum imperium tollitur. *L.* 2. *c.* 9. §. 6.

Neque in lege Moſis ullus terminus iſti legi præfinitur] „ Adeoque tamdiu durat, donec ſublata probetur.

Neque Chriſtus, & Apoſtoli de legis illius ceſſatione loquuntur] „ Imo ſæpius ad legem „ illam provocant, uti mox videbimus.

Niſi quatenus id comprehenſum videri poteſt in reipublicæ deſtructione] „ Quia tunc „ totum imperium tollitur civitatis, adeoque & civitatis leges.

Imo contra] „ Servator juvenem media „ ſalutis explorantem, remittit ad legem „ Moſis: & Lazarus hominem divitem ad „ legem, & Prophetas.

Non veniſſe ſe ad ſolvendam legem, ſed ad implendam] „ Liberando homines a ſuppliciis, quibus lex in peccantes fulminat. „ *Gron. h.*

Quod quem de ritualibus ſenſum habeat] „ Chriſtus implevit legem ceremonialem exhibendo Meſſiam, qui omnibus ſacrificiis, „ & victimis ſignificatus eſt. *Vid. Gron. h.* „ & *Grot. l.* 1. *c.* 1. §. 16. n. 7.

Quomodo verum eſſe poteſt, ſi Chriſtus &c. adventu ſuo ea ſuſtulit] „ Contradictio „ enim eſt, Chriſtum ſuſtuliſſe leges, & tamen eum veniſſe ut eas impleat, iisque „ ſatisfaciat.

Ut quidam exiſtimant] „ *Vid. ſupra pro* „ *leg.* §. 48 *ibique Gronov.*

Quamdiu ſteterit Hebræorum reſpublica] „ Jus enim forenſe deſiit poſtquam populus, „ per excidium urbis, & deſolationem præciſam, ſine ſpe reſtitutionis populus eſſe „ deſiit. *L.* 1. *c.* 1. §. 16. *n.* 7.

Sequitur ut Judæi etiam ad Chriſtum converſi, ſi ad magiſtratum vocarentur, eum defugere non potuerint] „ Sequela hæc certiſſima eſt: lege Moſis capitalia judicia erant „ conſtituta, respublica Judæorum durabat „ vivente Servatore; adeoque magiſtratus, „ etſi Chriſtiani, juxta regulas illius reipublicæ jus dicere tenebantur.

Ut judicare non aliter debuerint, quam Moſes præſcripſerat], Equidem *Ziglerus in not. h.* §. tradit, potuiſſe tum aliter in eorum „ cauſis judicari, ac Moſes præſcripſerat; „ quia in provinciæ formam Judæa jam redacta erat, &c., & beneficio ſaltem Cæſarum indultum fuit ut patrio jure uterentur. Sed poſtquam beneficium hoc „ obtinuerunt, certum eſt, eos nec potuiſſe, „ nec debuiſſe judicari, niſi juxta leges Moſis. Vid. B. Parens *in tract. de Auton. jur.* „ *gent. c.* 17. *per tot.*

Illa tunc Chriſti loquentis verba], Scil. 8 „ ſe non veniſſe ad ſolvendam legem, ſed „ ad implendam.

Aliter exiſtimare potuerit], Scil. quaſi „ venerit ad tollendam legem Moſis.

Illud agnoſco &c.] „ Grotius occurrit „ hic objectioni, quæ ipſi, poſitis ejus principiis, merito fieri potuit: Supponit enim „ Grotius, ante adventum Chriſti multa fuiſſe permiſſa, quæ Chriſtus prohibuit; hinc „ ſequi videtur, Chriſtum prohibendo id,

„ quod lege permiſſum erat, ſuſtuliſſe le-
„ gem. His reſpondet, inter permiſſiones
„ illas legis, & præcepta Chriſti non eſſe
„ repugnantiam, ſed diverſitatem.

„ At 1. poſitis principiis Auctoris, omnino
„ vera eſt repugnantia : Si enim admitti-
„ tur, Servatorem ea, quæ lege Moſis per-
„ miſſa fuere, prohibuiſſe, i. e. jus ex lege
„ mihi quæſitum ſuſtuliſſe, neceſſario ſequi-
„ tur, hoc præceptum repugnare legi Mo-
„ ſis, quæ jus mihi quæſitum eſſe voluit.
„ 2. Otioſum plane eſt hoc dubium : Nega-
„ mus enim, lege Moſis quædam permiſſa
„ eſſe, quæ Servator ſuis præceptis ſuſtule-
„ rit, quod ex ſequentibus mox exemplis
„ magis apparebit. *Conf. Diſſ. proœm. III.*
„ §. 46. *n.* 1.

„ Res ita ſe habet : Jura naturalia quæ-
„ dam reſpiciunt *homines inter* ſe, quædam
„ *ſolum Deum* : priora continentur ſub re-
„ gula, quæ jus cuique hominum quæſitum
„ tribui vult : poſteriora autem pro objecto
„ habent cultum Dei, qui præcipue con-
„ ſiſtit in eo, ut jus ſuum cuique tribua-
„ mus amore juſtitiæ ; & ut perfectiones
„ divinas imitemur, i. e. virtutes exercea-
„ mus.

„ *Prior* pars juris naturalis eſt objectum,
„ uti omnium legislatorum, ita & Moſis.
„ Illi ſecuritati civitatis proſpicere volen-
„ tes, in id ſaltem intenti fuere ut jus ſuum
„ cuique tribuatur, ſive id metu pœnæ, ſi-
„ ve ex animi puritate fiat.

„ *Alteram* autem juris naturalis partem,
„ nimirum puritatem animi circa actus juſti-
„ tiæ, & perfectionum regulas, non legum
„ præceptis comprehendebant, nedum pœ-
„ nis muniebant ; ſed eam arbitrio civium
„ relinquebant, & merito, quia nemo de
„ receſſibus his internis judicare poteſt. Cæ-
„ terum non approbabant vitia, & peccata :
„ ſed ideo Doctores publice conſtituebant,
„ qui regulas perfectionis populo inculca-
„ rent, puritatem animi ei commendarent,
„ & pœnas divinas negligentibus minaren-
„ tur.

„ Hic ſtatus reipublicæ per adventum
„ Chriſti mutatus non fuit : Leges ejus tem-
„ poris pariter ſaltem ſecuritati reipublicæ
„ conſulebant ; at præterea Doctores publi-
„ ce conſtituti erant, qui perfectionum re-
„ gulas, quæ ſub præcepto non compre-
„ hendebantur, nec comprehendi poterant,
„ populo inculcarent, præmia, & pœnas di-
„ vinas, virtutibus, & peccatis deſtinata ex-
„ plicarent, adeoque alteram juris naturalis
„ partem populum docerent.

„ Quia vero Doctores illi hanc partem
„ inſuper habebant, verbis, & rigori legis
„ inhærebant, ſola legis opera populo com-
„ mendabant, adeoque ea, quæ perfectionis
„ ſunt, quaſi ad ſalutem non neceſſaria,
„ negligebant : ideo Servator hanc Phari-
„ ſæorum negligentiam, & ignorantiam im-
„ probat, ac populo declarat, non ſufficere
„ legis opera perficere, ſed præterea requi-
„ ri, ut perficiantur amore juſtitiæ : ſed
„ nec virtutum actus mereri, niſi accedat
„ puritas mentis &c. *Vid. ſupra ad* §. 6. *n.* 3.
„ & *n.* 4.

„ Ex his igitur aperte apparet, verum non
„ eſſe quod Servator quædam prohibeat,
„ quæ lege Moſis permiſſa fuere. Præte-
„ rea ex dictis conſtat, diverſitatem inter
„ permiſſa legis, & præcepta jam obtinuiſ-
„ ſe ante Servatorem : Nam aliud ſtatue-
„ bant leges Moſis, aliud præcipiebant Pro-
„ phetæ, & Doctores : Leges proſpiciebant
„ ſoli ſecuritati civium, earumque regula
„ erat, *jus ſuum cuique tribuere* : hi præci-
„ pue puritatem mentis populo inculcabant,
„ eorumque principium erat, *colere Deum*,
„ *imitarique ejus perfectiones*.

„ Idem igitur obtinuit tempore Servato-
„ ris : aliud ſtatuebant leges illius temporis,
„ aliud præcipiebant virtutum Doctores,
„ quorum officium Servator in ſe ſuſcepit.
„ Atque hoc ſenſu verum eſt, quod diver-
„ ſitas ſit inter permiſſa legis, & præcepta
„ Servatoris.

Ante Chriſti tempus] „ Ubi legis periti,
„ & Phariſæi populum inſtituebant.

Sive quoad impunitatem externam] „ Quo
„ Auctor refert dimiſſionem uxoris ob qua-
„ lemcunque offenſam, & ultionem inju-
„ riæ : *Vid.* §. *b. l.* 2. *c.* 5. §. 9. *n.* 2. & 3.
„ & *l.* 2. *c.* 20. §. 10. *n.* 2. celebrationem
„ nuptiarum cum pluribus fœminis. *L.* 2.
„ *c.* 5. §. 9. *n.* 1. exactionem uſurarum ab
„ extraneis : *l.* 2. *c.* 12. §. 20. *n.* 3. & *cap.*
„ 20. §. 42. & concubinatum. *Infra* §. 8. *n.*
„ 7. *l.* 2. *c.* 20. §. 42. Impunitatem autem il-
„ lam tantum in ea permiſſione locum ha-
„ bere, ait, quæ minus plena eſt. *Vid. ſu-*
„ *pra c.* 1. §. 17. *n.* 2. Nos in præcedentibus
„ probavimus, lege Moſis nihil permiſſum
„ eſſe, quod non plenum jus det. Quod ſuo
„ loco in ſingulis exemplis demonſtrabimus.

Sive etiam quoad animi puritatem] „ I.
„ e. quoad alteram illam partem legis,
„ quam

„ quam legisperiti, & Phariſæi, inſuper habe-
„ bant. *Vid. ſupra* §. 6. *n.* 4. *&* 5.

Nunc enim iſta diſtinctius exquirere nec opus, nec otium eſt] „ Sæpius dictum eſt, „ lege Moſis nihil permitti quoad impunita-„ tem, ſed id verum jus eſſe. De differen-„ tia inter ea quæ licent, & quæ impunita-„ tem ſaltem habent; item, inter ea quæ „ licita ſunt, etſi forte aliud quid fieri poſſit „ laudabilius; & quæ circa illas differentias „ notavimus, vide *L.* 3. *c.* 4. §. 2. *l.* 2. *c.* „ 5. §. 28. *l.* 3. *c.* 11. §. 1. *Proleg.* §. 41.

Quæ Chriſtus licere noluit. Sed nec Do-„ ctores veteris teſtamenti licere voluere. „ Ideoque utroque tempore affectus vitioſi „ illiciti fuerunt, etſi præceptis civilibus „ non fuerint comprehenſi, nec pœna in „ eos ſtatuta.

Ut ob qualemcunque offenſam uxorem dimittere] „ Lege Moſis id nunquam permiſ-„ ſum fuit, nec uxor niſi ob juſtam cauſam „ dimitti potuit. *Vid. l.* 2. *c* 5. §. 9. Di-„ vortium igitur neque pugnat cum lege, „ neque cum puritate mentis, indeque ha-„ ctenus neque diverſitas, neque repugnan-„ tia eſt inter legis permiſſionem, & præce-„ pta Chriſti.

Ab eo, qui læſerit, in judicio exigere ultionem] „ I. e. vindictam explendi doloris. „ *Vid. l.* 2. *c.* 20. §. 5. *n.* 1. Hanc enim vi-„ tioſam eſſe, Auctor ait *ibid* §. 43. *n.* 1. At „ hæc ipſa vindicta æque vitioſa fuit ante „ adventum Chriſti, & omnes moralium „ Doctores eam improbarunt. Idem poſtea „ fecit Servator, adeoque hic quoque non „ eſt repugnantia inter permiſſionem legis, „ & præcepta Servatoris.

Diverſitas quædam non repugnantia] „ Si „ principia Auctoris admittimus, vera ſub-„ eſſet repugnantia: Diverſa autem omnino „ ſunt, quia permiſſiones legis tantum ſta-„ tum civilem reſpiciunt, non attenta ani-„ mi puritate; præcepta autem Servatoris „ animi puritatem injungunt.

Nam qui uxorem retinet, nihil facit contra legem] „ Si Servator præcipit ut quis uxorem „ retineat, non ſolvi legem, ait; unde con-„ cludit, inter permiſſionem legis, & præcepta „ Servatoris non eſſe repugnantiam. At in „ præcedentibus demonſtravimus, omnino „ ſubeſſe repugnantiam ſi dimittere non po-„ teſt, ſed eam retinere tenetur; tollit enim „ libertatem, quæ juxta legem marito com-„ petit.

Qui ultionem ſibi privatim debitam remittit] „ Hic nihil contra legem facit. Sed ſi „ Servator præcipit ut remittat, arbitrium „ remittendi ei hoc præcepto aufertur, quod „ omnino pugnat cum libertate, quam lex „ marito conceſſit.

Imo hoc facit, quod lex maxime vult] „ Imo lex id non vult, ſed rem arbitrio ma-„ riti, vel læſi relinquit; quod ſi præcepto „ auferretur, id omnino pugnat cum legis „ permiſſione.

Cui lex non permittit, ſed imperat ut homicidam morte puniat] „ Senſus eſt, quod „ Chriſtus, ſi ea ſaltem, quæ permiſſa ſunt „ prohibet, non tollat legem, ſed tunc de-„ mum cum prohibet ea, quæ imperata „ ſunt. At priori quoque caſu tolli legem, „ ſublata quippe libertate agendi, dictum „ eſt.

Solvit legem] „ Prohibet enim ne faciat, id „ quod vi legis neceſſario facere debet. Adeo-„ que hic non eſt diverſitas, ſed repu-„ gnantia.

A Petro monitus, non legitur] „ Quod „ tamen fieri debuiſſet, ſi bellare licitum non „ fuiſſet. Ita nec Servator alium Centurio-„ nem, cujus fidem miratus eſt, hortatur ut „ militiam deſerat. *Math. VIII. v.* 8. *ſeq.* „ *Luc. VII v.* 2. *ſeq.*

Simul cenſeri debere inſtitutum de militia deſerenda] „ Bene his reſpondet Auctor, „ verum id fore ſi talis lex de deſerenda mi-„ litia extitiſſet; at cum talis non fuerit, „ merito ait, Servatorem in ſpecie prohibe-„ re eum a militia debuiſſe, quod cum non „ fecit, concludendum inde eſt, rem per ſe „ illicitam non fuiſſe.

Tum Actor. XIX.] „ Ubi converſionem „ recenſet eorum, qui habitabant Epheſi, & „ de iis ait, quod facta converſione, adeoque „ mutata priori vita, libros magicos combuſ-„ ſerint. *v.* 19.

Nullum eſt indicium ejurati magiſtratus] „ Ejurari magiſtratus Latinis ideo dicitur, „ quia abeuntes a conſulatu pro concione ju-„ rare ſolebant, ſe nihil contra leges feciſſe, „ *Vid. Gron. h.* Sic Plinius loquitur in Epi-„ ſtolis, *ejurato magiſtratu privatum ſe faceret;* „ *ſed & ejurare imperium* apud Tacitum 3. „ *hiſt. c.* 68. *&* *ejurare militiam* apud Plau-„ tum invenitur.

Quod autem non narratur, cum narrari maxime attineat, id nec factum cenſendum] „ Si enim Paulus magiſtratum rem illicitam „ credidiſſet, debuiſſet hortari proconſulem, „ ut a magiſtratu abiret.

Neque

11 *Neque tribunum, aut militem monuit*] „ Uti monere debuiſſet, ſi Deo non placeret „ ut vis vi repellatur, legitur hiſtoria *Actor.* „ *XXIII. v.* 24.

Aut omitti ab aliis vellet] „ Ita enim hortatur Timotheum, ut nullam prædicandi, „ monendi, minandi, &c. occaſionem præ„ te rmittat.

12 *Tributa ut ſolvamus honeſtum eſt*] „ Rationem juris gentium explicabimus *infra c.* 3. „ §. 6. *n.* 2. *Scil.* ex medii neceſſitate, quia „ aliter ſalva reſpublica eſſe nequit.

Atque etiam præceptum conſcientiam obligans] „ Nam ſubditi jure naturæ tenentur „ opera, & opibus defendere civitatem: *Vid.* „ *infr. c.* 5. §. 3.

Apoſtolus explicat] „ *Ad Rom.* 13. *v.* 7. „ Ipſe Servator quæſitus, an Imperator jure „ cenſum exigere poſſit? reſpondet, dan„ dum Cæſari quæ Cæſaris ſunt *Matth. c.* 22. „ *v.* 21.

Unde ſumtum faciant ad bonos tuendos, & coercendos malos] „ Finis ergo tributorum honeſtus eſt, tendit ad ſalutem reipu„ blicæ, quæ non niſi judiciis, & armis „ procurari poteſt.

13 *Quod & Petrus docet*] „ *Quæ enim gra„ tia eſt, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis.*

Sed non debuerat in animis hominum eam relinquere opinionem] „ Uti reliquiſſet, ſi „ morti ſe obtuliſſet, cum id non liceret.

Simul probatum arbitror, bellum aliquod licite geri, puta adverſus nocentes plures, & armatos, qui ut rei fiant, acie vincendi ſunt] „ Auctor ait, poſitis judiciis capitalibus, „ i. e. jure puniendi unum, poni quoque „ bella, i. e jus puniendi plures, *quia plures* „ *nocentes, & reſiſtentes non niſi acie victi* „ *rei fiunt:* adeoque bella ſunt judiciorum „ capitalium ſpecies, quia acie victi rei fiunt. „ Atque hæc vera ratio eſt, cur bello capti „ non tantum ſervi fieri, ſed & occidi poſſint, „ utpote cum in eos tanquam in reos animadvertere liceat. Unde Auctor alibi hoſtes „ inter eos refert, qui mori meruerunt. *l.* 3. „ *c.* 4. §. 4. & 15. *Conf. l.* 2. *c.* 22. §. 3. „ *n.* 2.

In prudenti deliberatione ſuum habere momentum poteſt] „ I. e. potentia nocentum „ movere aliquando læſos poteſt, ut deſiſtant „ potius a jure ſuo, quam ut exponant rem„ publicam bellorum diſcrimini; ſed hoc ad „ politicas rationes pertinet. *Conf. proleg.* „ §. 57. & *L.* 3. *c.* 12. §. 7. *n.* 1.

Ita de jure ipſo nihil imminuit] „ Nimirum de jure puniendi eum, vel eos, qui „ injuriam fecere. *Vid. Diſſ. Proœm. III.* „ §. 45.

Chriſti lex] „ Dixi, Chriſtum legem non 14 „ ſtatuere.

Qua gentes ab Hebræis ſeparabat] „ Imo „ non ſuſtulit legem, quia derogare legi eſt „ legem ſtatuere, in quo non conſiſtebat „ officium Servatoris. Sed vetus lex ceremo„ nialis deſiit, quia uſque ad adventum „ Chriſti ſaltem durare debuit, quo exiſtente „ vis legis exſtincta fuit: adeoque recte notat „ Gronovius *h.* §. Servatorem legem cere„ monialem, non tam ſuſtuliſſe, quam im„ pleviſſe. Idque patet ex iis, quæ Auctor „ dixit ſupra *n.* 7.

Quæ autem natura honeſta ſunt, adeo non 15 *ſuſtulit*] „ Honeſta a natura non potuit tol„ lere Servator, neque per modum legis, „ quia legislator non eſt; neque per modum „ conſilii, quia ipſe eſt honeſtorum norma, „ & doctor.

Et bene moratarum gentium conſenſu] „ Imo talis honeſtas, ſi non a natura eſt, „ eſt mere civilis: adeoque Servator potuiſſet „ quædam præcepta his moribus contraria „ absque imperfectione tradere.

Ut ſub generali præcepto omnis honeſti, ac virtutis comprehenderit] „ De honeſtis natura „ id verum eſt, at de quibusvis honeſtis ex „ uſu gentium id negamus.

Criminum pœna] „ I. e. judicia capitalia.

Et arma, quæ injuriam arcent] „ I. e. juſta „ bella.

Natura habentur laudabilia] „ Quin aliquando abſque injuria omitti non poſſunt.

Et ad juſtitiæ] „ Quia per judicium, & „ per bellum homines obligantur, ut ſuum „ cuique tribuant.

Et ad beneficentiæ] „ Quia pœnis, & „ armis efficitur, ut quilibet tutus ſit contra „ injurias aliorum.

Obiter notandus eſt eorum error] „ Quidam Anabaptiſtarum contendunt, ſola bella „ juſſu Dei ſuſcepta juſta eſſe, exemplo bel„ lorum ab Iſraëlitis geſtorum; omnia alia „ bella eſſe injuſta.

Eſt enim hæc juſta quidem cauſa] „ Sola „ voluntas Dei, terras has Iſraëlitis conce„ dentis, ſufficit ut bellum ſecundum volun„ tatem Dei geſtum pro licito habeatur. Ne„ que iniquitas hic ſubeſt intuitu Numinis, „ quod ſibi jus diſponendi de rebus humanis, „ easque poſſeſſoribus per mortem, per ma„ nus impias, per varios caſus auferendi, „ reſerva-

„ reservavit ; adeoque dum aliis ea bona „ tribuit, suo jure utitur, quod exemplo „ Israëlitarum apparet, quibus Deus jussit „ vasa Ægyptiis auferre. *Vid Diss. Proœm. I.* „ §. 59. 60.

Sed non unica, nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella gesserunt] „ Adeoque „ Israëlitæ non tantum bella gessere ad acquirendas terras a Deo datas, sed & alia: „ quo referri debent exempla Abrahami, & „ bella Israëlitarum cum Amalecitis, de quibus *supra* §. 2.

Et ipsi Israëlitæ postea aliis de causis] „ Vide exempla *d.* §. 2.

Ut David ob violatos legatos] „ II. Sam. 10. „ De justitia bellorum ob violatos legatos, „ *Vide L.* 2. *c.* 18. §. *fin conf. sup.* §. 2.

Quæ humano jure quisque possidet] „ I. e. „ ex dispositione hominum.

Non minus ejus sunt, quam si Deus donasset] „ Deus enim cuivis hominum facultatem „ concessit de re sua disponendi, eamque in „ alios transferendi. Si proinde jus aliquod „ ab homine in hominem translatum est, „ creditor jus ex voluntate quoque divina „ consequitur, quod tueri armis potest.

Id autem jus per Evangelium non tollitur] „ Quia Servator jura quæsita subditis Roma„ norum nec auferre potuit, nec voluit.

Ad §. VIII.

Quibus *argumentis se fulciat adversaria sententia*] „ Scil. Anabaptistarum, aliorum„ que, qui & judicia capitalia, & bella pro „ illicitis habent.

Vaticinium Esaiæ] Respondet Auctor ad hoc vaticinium, pacem fore, scil. sub conditione, si omnes Christi legem suscipiant, & Christiane vivant : vel si pure intelligendum esset, expectandum esse illud tempus, quod nondum venisse experientia docet. Adeoque Auctor supponit venturum aliquod tempus, quo licita non sit defensio juris necessaria. Vera responsio est, vaticinia non esse leges, & præcepta, sed narrationes futuri: aliud igitur est futurum prædicere, aliud futurum præcipere. Auctores fastorum prædicunt tempestates, non faciunt, non jubent: prædicuntur bona, mala, hæreses, & indifferentia; non tamen ideo leges sunt, verba sunt narrativa, non dispositiva. Sed & porro promittitur pax, scil. homines se invicem læsuros amplius non esse: non vero prohibetur illo vaticinio, ne si aliquis hominum pacem nolit, contra eum se defendere liceat

Si omnes populi Christi legem suscipiant, atque impleant] „ At tunc non desinet jus belli, „ sed injuria; & sic defensio non erit, non „ quia jus non est se defendendi, sed quia „ nemo est qui offendit.

Certum autem est, si omnes sint Christiani, & Christiane vivant, nulla fore bella] „ Jus belli quidem tunc mansurum esset, sed „ actu bella non gererentur, quia nemo „ injuriam facturus esset. Cæterum Esaiam „ non respexisse ad talem statum vel exinde „ apparet, quia idem quoque de gentilibus, „ & eodem jure dici posset; *si omnes gentiles „ juxta leges naturæ viverent, nulla bella „ fore.* Idque probat Lactantii locus ab „ Auctore allegatus. Hoc negari nequit, „ plures Patres vaticinium id intellexisse de „ pace, quæ orbi contigit beneficio Romani „ Imperii: ut ex Chrysostomo, & Eusebio ob„ servavit Auctor. Tesmarus illud refert ad „ tempora Augusti, ubi cunctis humani „ generis pacem exstitisse, & ideo Jani tem„ plum clausum fuisse, testatur. *Vid. Flor.* „ *L.* 4. *c.* 12. *n.* 64. *Suet. in Aug. c.* 22. „ Idem illud refert ad pacem spiritualem, „ quæ inter dissitissimas ecclesias fuit ante „ Constantinum. De qua *Euseb. in vit. Const.* „ *L.* 3. *c.* 6. & 7. Sed & Junius, & Tre„ mellius hoc tempus exponunt de tempo„ ribus novi testamenti, quibus scil. gentes „ inter se alienissimæ conciliabuntur adductæ „ ad unum Deum, unam fidem, unum „ baptisma, unum corpus, & unum spiri„ tum, i. e. ecclesiam unam. *Zigl. b.* Unde „ Origenes, Basilius, Chrysostomus, Hie„ ronymus, & Gregorius completum jam esse „ vaticinium in novo testamento, statuunt, „ testante *Osiandro in obs. b.*

Aut intelligendum est pure] „ I. e. talem „ statum futurum esse, absque ulla condi„ tione.

Quo modo si accipiatur, docet res ipsa impletum hoc nondum esse, sed implementum ejus &c. adhuc expectandum] „ Expe„ rientia docet, statum hunc nondum exsti„ tisse, quia quotidie videmus vim aliis „ inferri.

Ut & conversionis generalis Judæorum] „ De hoc mysterio vide *Wendelin. in Phys.* „ *Sect.* 2. *c.* 19. *n.* 1. & *Zigl. in not. b.* Alii

„ hoc merito in dubium vocant; tum quia illam „ universalem conversionem gentis Judæo- „ rum impugnat maledictio illa gravissima, „ de qua *Ps. XCV. v.* 11. & *Ps. CIX. v.* 17. „ *Matth. VIII.* 11. & *XXIV.* 25. tum quia „ consistere non videntur hæc duo: genera- „ lis Judæorum conversio, & tanta raritas „ fidei in ultimis temporibus, de quâ *Luc.* „ *XVIII.* 8. tum quia ingressus gentium cum „ consummatione seculi immediate nectitur. „ *Luc. XXI.* 24. 25. *vid. Osiand. in Obs. I.* „ *ad h.* 2.

Nihil hinc inferri potest adversus bellorum justitiam, quamdiu sunt qui pacis amantes pace frui non sinunt] „ Non si *sub conditio-* „ *ne* vaticinium illud intelligatur, quia con- „ ditio nondum existit, nec omnes sunt „ Christiani, nec omnes Christiane vivunt: „ Non si *pure*; quia cum alii aliis quoti- „ die vim inferant, certum est casum vati- „ cinii nondum exstitisse.

2 *Ex quinto Matthæi capite plura desumi solent*] „ Quibus scil. tam bella, quam judi- „ cia capitalia improbari videntur: Auctor „ his reponit 1. Servatorem, si voluisset ea „ tollere, id facturum fuisse verbis expres- „ sis; 2. loqui eum de injuriis minoribus, „ quas bello, vel per judicia capitalia recu- „ perare non liceret.

„ Verum dictum sæpius est, Servatorem „ nec legem tollere, neque legislatoris vices „ agere. Exponit quatuor virtutes homile- „ ticas, quas adeo pro legibus non vendi- „ tat, ut ea potius juri Hebræorum oppo- „ nat: nam 1. patientiam commendat, eam- „ que opponit vindictæ, quæ jure exerceri „ potest: 2. mansuetudinem opponit actio- „ ni, quæ ad rem ablatam recuperandam „ nobis competit: 3. officiositatem opponit „ juri, quod cuique competit in suas actio- „ nes: 4. liberalitatem opponit juri, quod „ quis habet in res suas. *Conf. supra* §. 6. „ *n.* 3. Hæ oppositiones non inferunt con- „ trarietatem, nec invicem pugnant; nam „ alterum ad jus pertinet, alterum ad per- „ fectionis regulas. Qui jure agit impune „ agit, sed nihil meretur; ex perfectione „ autem felicitatis exspectatio oritur. *Conf.* „ *supr.* §. 6. *n.* 8.

Si Christo id propositum fuisset, omnia judicia capitalia tollere] Servator hoc jus „ magistratibus Judæorum lege Mosis quæsi- „ tum tollere nec voluit, nec potuit.

Factarum id fuisse verbis quam maxime expressis] „ Auctor usus est hoc argumen- „ to §. *præc. n.* 6.

Eo magis, quod nemo Judæus aliter co- „ *gitare poterat*] „ Imo nec ipsi Christiani „ aliter cogitare potuerunt: Respublica Ju- „ dæorum, ac lex Mosis subsistebat, Serva- „ tor privatam agebat vitam; ipse officium „ judicis sibi oblatum respuebat, simulque „ declarabat, regnum suum non esse tempo- „ rale. *Vid.* §. *præced. n.* 7.

Oculum pro oculo, dentem pro dente] 3 „ Quo sensu id veteribus dictum sit, ex- „ plicabitur infra *L.* 2. *c.* 20. Interim *vide* „ *Disp. B. Par. de SS. jure talionis.* §. 35.

Ego vero dico vobis, ne obsistite injurioso] „ Servator non improbat legem Mosis, ne- „ dum eam tollit, nec tollere potuit: sed „ laudabilius esse, ait, injurias remittere, „ & patientiæ exemplum prodere: Adeoque „ hæc referri debent ad ea, quæ injusta non „ sunt, sed quæ oppositis meliora. *Vid.* „ *Grot.* l. 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 3.

Sed cædenti te in dexteram maxillam alteram quoque obverte] Hæc verba comparate sunt intelligenda, ut potius perferenda sit alapa, quin & altera maxilla obvertenda, quam vindicta sumenda. Res ita se habet: Christus ponit doctrinam virtutum in excellentissimo gradu, fines vero non præscribit, utpote qui ex natura virtutum ultro sequuntur: Si ergo per talem patientiam augeretur malitia lædentis, vel alii ex unius impietate exemplum sumturi essent, patientia non foret perfectio, sed imperfectio. Memmius populum Romanum monet, *ne ignoscendo malis bonos perditum eant*, *Sallust. Jugurth. cap.* 31. & mox ait: *bonus tantummodo segnior fit, si negligas, & malus improbior.*

Certum igitur est, Servatorem hic nihil aliud agere, quam ut virtutem patientiæ commendet. Unde ex Hebræorum dicendi more, *maxillam obvertere*, nihil aliud significat, quam patienter ferre. *vid. Grot. in not. ad n.* 8.

Hinc enim inferunt quidam] „ Scil. Ana- „ baptistæ, & jam olim Esseni.

Sive publice] „ I. e. per magistratum, vel „ per arma.

Sive privatim] „ I. e. jure necessariæ de- „ fensionis.

Neque enim magistratus hic alloquitur Chri- „ *stus*] „ Adeoque magistratibus nihil præscri- „ bit, sed iis qui læduntur: hinc de vin- „ dicta

dicta publica intelligi Servatoris effatum „ non poteſt.

Nec de quavis agit injuria, ſed de tali, qualis eſt alapa] „ Imo Servator de quavis „ injuria agit. Sane ſive in magna, ſive in „ leviori injuria, perfectius eſt ignoſcere „ lædentibus, & Deo vindictam committere.

Sequentia enim verba reſtringunt præcedentium generalitatem] „ Imo ratio utrobique „ eadem eſt.

4 *Qui velit tecum litigare ut tunicam accipiat, dimitte illi etiam pallium*] Hic Servator inculcat alteram virtutem, nimirum manſuetudinem. Legibus enim ſtatutum erat, unicuique jus eſſe rem ſuam via juris repetendi; ſane nulla injuria fit ei, qui rem alienam tenet, ſi eam reſtituere cogitur. At magis perfecte, ait, agere eum, qui amore pacis juri ſuo non tantum renunciat, ſed & beneficium addit, pallium concedendo; atque hoc ultimum non præcipit, non jubet, ſed commendat Servator. Eandem quoque diſtinctionem invenire licet in jure civili, nam ibi quoque pro regula ſtatuitur, neminem debere jus ſuum indefenſum relinquere *l.* 40. *pr. ff. pet. hered.* & tamen in *l.* 4. *ff. de alien. jud. mut. cauſ.* Ulpianus ait, *verecunda cogitatio ejus, qui lites execratur*, (qui ſcil. omittit poſſeſſionem, & tanti habet re carere, ne propter eam ſæpius litigaret) *non eſt vituperanda.*

Sed hic quoque repetendum eſt, Servatorem non loqui de qualibet remiſſione juris ſui, quæ aliquando in vitium degenerat. Servator ponit regulam virtutum, ſed uti dictum eſt terminos non præſcribit, adeoque intra terminos ſaltem perfectionis manſuetudinem commendat; non ergo ſi imperfectio, vel ſcandalum publicum inde oriturum eſſet, ſi v. g. ipſi, vel noſtri re illa indigeremus, vel ſi alii inde exemplum ſumturi eſſent. Quando vero addit Servator, præterea pallium quoque dandum eſſe, figurata, & comparata hæc eſt locutio, ſcil. pallium potius dandum, quam actione inſtituta tunicam vindicare.

Paulo interprete, qui lites non omnes prohibet], Sed & alibi ait, gentilem quoque „ magiſtratum a Deo conſtitutum eſſe. *Rom.* „ 13. Paulus coram magiſtratu gentili cauſam ſuam egit, *Act. XXIV.* quin ipſe ad „ Cæſaris tribunal provocavit. *Act. c. XXV.* „ *v.* 20. & 21. *c. XXVI. v. fin.* Sed & Chriſtianos primæ eccleſiæ contra vim illatam „ magiſtratus auxilium imploraſſe, patet ex „ Auguſtini *ep.* 164. *Noſtri adverſus illicitas, & privatas veſtrorum violentias a potestatibus ordinatis tuitionem petunt, non qua vos perſequantur, ſed qua ſe defendant.*

Sed vetat Chriſtianos in prophanis auditoriis inter ſe litigare] „ Imo nec id vetat; „ Chriſtus enim non vetat, ſed tanquam „ virtutum, & perfectionum Doctor ſaltem „ commendat, & monet, ne inter Chriſtianos id fiat. Cæterum ipſos Chriſtianos „ quoque in profanis auditoriis coram gentili magiſtratu litigaſſe, obſervavit *Oſiander. b.*

Qui adducit negotia Iſraelitica ad extraneos, polluit nomen Dei] „ Servator non reſpicit „ ad exemplum Judæorum; ſed laudabilius „ eſſe, ait, plane non litigare, ſive in Chriſtianorum, ſive in extraneorum auditoriis.

Ad exercendam patientiam noſtram] „ Adducit ergo homines ad perfectionem, non „ per modum legis, nedum novæ, ſed per „ modum commendationis; uti præcedentes „ Doctores & Prophetæ fecerunt, ſalva cæterum lege.

De rebus, quæ facile ſunt recuperabiles] „ Imo ratio Servatoris generalis eſt, & ad „ res quoque pretioſiores pertinet; perfectius „ enim eſt non litigare de qualicunque re.

Sed quamvis optimo jure nitamur omitti juris perſecutionem) „ Modo patientia illa „ non degeneret in vitium: atque hinc videmus, Paulum juſſu Ananiæ colapho „ percuſſum, objurgaſſe jubentem, eique „ maledixiſſe: *Actor. XXIII. pr. ſeq.* quia „ cauſam Dei defendebat in concilio, quam „ deſerere ſine vitio non potuit.

Apollonius Thyanæus] „ Cujus vitam ſcripſit Philoſtratus. Fabulam hanc temporibus Claudii ſubornatam fuiſſe ad diminuendam fidem miraculorum Chriſti, „ ajunt.

De pecuniola litigare] „ Epicharmi dictum „ eſt apud *Ælianum 2. Var.* 34. *Optimi viri, „ qui mutuo contenditis, & litigatis de paucis diebus*; & *Cicero 2. off.* 18. ait: *multa multis de jure ſuo cedenda; a litibus vero quantum liceat, & neſcio an paulo „ plus etiam quam liceat, abhorrendum*; vid. „ *Teſm. b.* Idem quoque in bello obſervandum monent omnes, ne ob rem minimam bellum ſuſcipiatur. *Vid. L. 2. c. 22.* „ §. 5. 6. Georgii Pachymerii dictum eſt, „ *injuſtum, atque abſurdum eſſe tot ac tantos populos ob res minutas diſſidere.*

Hoc Chriſtus imperat] „ Imo Chriſtus non „ imperat, ſed hortatur ſaltem, commen „ dat, &c.

Ex rebus honeſtiſſimis, & probatiſſimis deligens præceptorum ſuorum materiam] „ Ve„ rum eſt, dogmata Servatoris ex rebus ho„ neſtiſſimis deſumta eſſe, quia officium „ ejus in docendo, & prædicando regulas per„ fectionis conſiſtit. Cæterum Auctor paſſim „ repetit, quod hic ait, præcepta Servato„ ris ex eis, quæ honeſta ſunt, non præcepta, „ deſumta eſſe. *Vid. Diſſ. Proœm. II.* §. 44. „ *n.* 2.

At non hinc recte colligas, etiam parenti, etiam tutori nefas fore &c.] „ Adeo igitur „ actio, & juris amiſſi vindicatio non eſt il„ licita, ut potius tutor teneatur vindicare, „ & vitium eſſet, ſi omitteret.

Aliud enim eſt tunica, & pallium; aliud totum illud unde vivitur] „ Cum enim prio„ res res facile ſunt recuperabiles, poſterius „ autem difficilius, atque ideo ejus perſecu„ tionem concedi debere, ait. Nos utrobique „ eandem rationem eſſe putamus: quo pre„ tioſior enim eſt res, eo major eſt perfe„ ctio.

Det operam ut tranſigat, etiamſi quid damni accipiendum ſit] „ Conſilii hoc eſt, & „ laudabiliter agit qui tranſigit: quod „ etiam in bellis commendat Auctor *L.* 2. „ *c.* 23. §. 8.

Non conſiſtere in puncto, ſed habere ſuam quandam latitudinem] „ De latitudine mo„ rali agetur *L. II. c.* 1. §. 5. *Conf. ſupra* „ *l.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 3.

5 *Qui angariabit te ad milliare unum, abi cum eo duo*] „ Hæc tertia virtus eſt, chari„ tas ſcil. ſeu officioſitas: ex ratione juris „ enim quilibet jus in ſuas ſaltem actiones ha„ bet, non in actiones alterius: adeoque inju„ ria agit, qui me invitum angariat, i. e. cogit „ ad milliare unum, indeque actione intenta„ ta repelli poteſt. At virtutum Doctor, Chri„ ſtus generoſius eſſe, ait potius ultra id, quod „ alter exigit, facere, indeque duo potius „ milliaria cum eo abire, quam injuriam „ vindicare. Modo hæc charitas non deflectat „ in vitium, ſed maneat intra fines perfe„ ctionis, quos jam notavimus.

Non dixit Dominus de centum milliaribus] „ Tunc enim negotia propria negligeremus, „ vel nebulonis malitiæ indulgeremus, quo „ caſu charitas in vitium degenerat.

In his, quæ nobis non multum ſunt incommodatura] „ Imo majoris generoſitatis eſt, ea „ quoque agere, quæ nobis incommoda pro„ curant.

Ut & patientia, & benignitas noſtra innoteſcat] „ At hæc patientia, & benignitas „ magis innoteſcit in his, quæ nobis multum „ ſunt incommodatura.

Petenti abs te dato, & volentem a te mutuo ſumere ne rejice] Hæc eſt quarta virtus, 6 quam Servator commendat, ſcil. liberalitas. Ex regulis juris conſtat, mihi ſoli jus in res meas competere, non alii; adeoque nemo eleemoſynas a me exigere poteſt, neque mutuum invitus dare cogor. *L.* 11. *ff. R. I.* Servator autem ex perfectionis regulis docet, generoſum eſſe de ſuo aliis benefacere; indeque maxime commendat liberalitatem, & præmia promittit ejusmodi actibus virtuoſis deſtinata, adeoque non ex neceſſitate legis, ſed ex virtutum regula hæc facimus. Ubi tamen itidem notandum, ita liberalitatem exercendam eſſe, ne in vitium degeneret, uti ſi in indignum beneficia conferuntur.

Si in infinitum hoc producas, nihil durius] „ Imo in infinitum hoc produci poteſt, „ modo intra fines perfectionis maneat, nec „ in vitium degeneret.

Qui domeſticorum curam non agit, infideli eſt deterior] „ Non quia multum dat, ſed „ quia tunc deſinit eſſe virtus, ubi familia „ damnum inde ſentit.

Non, inquit, ut aliis ſit laxamentum, vobis res anguſtæ] „ Nam tunc eſſet vitium, & im„ perfectio.

In re non diſſimili] „ Omnes gentiles „ liberalitatem non aliter pro virtute habent, „ quam ſi quis ita erogat ne ipſe egeat. *Vid.* „ *Sen* 1. *benef.* 15. *Cic.* 2. *off.* 15. & 18. „ *Sadi Roſar. Perſ. c.* 1. *p.* 99. *vid. Teſm. b.*

Similem æquitatem adhibeamus interpretando præcepto] „ Scil. ut petenti demus, ſed „ non in infinitum, & ne ipſi egeamus. In „ genere dicendum, petenti dandum intra „ fines perfectionis.

Lex Hebræa ſicuti divortii libertatem indul- 7 *gebat, ut ſævitiæ maritorum in uxores occurreret*] „ Imo hæc non eſt ratio legis. Nam „ divortia ipſo jure naturæ licita ſunt, quate„ nus vel fiunt communi conſenſu, vel ex „ juſta cauſa. At quia divortia plerumque vel „ ex lubricitate, vel ex alio vitio contingere „ ſolent, merito improbantur a Servatore, „ non tamquam juri, ſed tamquam virtuti „ contraria: de quo plenius infra *L.* 2. „ *c.* 5. §. 9. *n.* 2. *ſeq.*

Ita etiam privatæ ultioni] „ Quam Auctor „ jure

„ jure naturæ licitam, Caini exemplo reſtri-
„ ctam, mox iterum permiſſam, & lege
„ tandem Noæ data reiteratam, at inſtitutis
„ poſtea judiciis in magiſtratum translatam
„ eſſe, ait. *Vid. ſupra* §. 5. *per tot.*

Ad quam gens illa valde prona erat] *Vide Fleury des mœurs des Iſraëlites.*

Non manu ſua] „ Quod tamen naturæ
„ jure unicuique privato licere, Auctor ſtatuit.
„ *d.* §. 5.

Sed apud judicem] „ In quem privatos jus
„ ſuum puniendi tranſtuliſſe, ait. *Vid. Prol.*
„ §. 41.

Exigere talionem] „ I. e. exigere ut alter
„ tantundem mali patiatur. *Vid. l.* 2. *c.* 20.

Si membrum rupit, talio eſto] „ Omnibus
„ fere gentibus, etiam barbaris, hæc talio-
„ nis lex cognita eſt. De cujus vero ſenſu
„ agemus *L.* 2. *c.* 20.

Majoris patientiæ magiſter] „ Qui proin-
„ de perfectionis regulas docet, non leges
„ ſtatuit.

Injurias quasdam ne arceri quidem vult aut vi, aut judicio] „ Imo non prohibet id
„ fieri; neque enim leges Servator ſtatuit,
„ ſed hortatur, ſuadet, commendat, ne in-
„ juriam quis vindicet.

At quales injurias? tolerabiles ſcil.] „ Imo
„ in genere de omnibus injuriis id aſſerit Ser-
„ vator, etiam de gravioribus; quia eadem
„ utrobique eſt ratio, & generoſi animi eſt
„ contemnere quaslibet injurias, modo non
„ in vitium degeneret patientia.

Sed quod reſtrictiore quadam patientia contentus ſit] „ Imo in infinitum patientia Deo
„ grata eſt, at intra fines perfectionis.

Ideo exemplum poſuit in alapa] „ At ea-
„ dem hic ratio, quæ in atrocioribus injuriis
„ obtinet; imo major eſt perfectionis gradus
„ ignoſcere ei, qui membrum mutilavit,
„ quam qui alapam dedit. Idque Gentiles
„ quoque agnoverunt, & magnas injurias
„ remittere inter virtutum dogmata poſue-
„ runt. *Vid. Salluſt. Cat.* 9. *Sen.* 1. *de Clem.*
„ *c.* 5. & *c.* 20. *Gell. N. A. c.* 7. §. 3.
„ *Ælianus II. Var.* 15. *aliique apud Teſm. h.*

Qui nos nihilo deteriores facit] „ At jus
„ nobis quæſitum, perinde ac in atrocio-
„ ribus criminibus aufert.

Injuriam a contumelia] „ Imo in ſenſu ju-
„ ris injuria, & contumelia ſunt ſynonima:
„ *pr. Inſt. de injur.* ubi injuria in ſpecie defi-
„ nitur, quæ in alterius contumeliam com-
„ mittitur, a comtemnendo. *dict. pr.*

Quam exequi poſſumus] „ *Vid. Gron. h.*
„ *Add. Suet. in Jul. Cæſ. c.* 67. *in Veſpaſ.*
„ *c.* 14. *Sen. de ira L.* 1. *c.* 12.

Affectum eſſe, ait, quem humilitas animi moveat] „ Contumelia eſt omne id, quo ali-
„ quis fit contemtior, & hæc in ſpecie injuria
„ dicitur. *L.* 2. *pr. de obſ. par. præſt. Vid.*
„ *jus meum controv. p.* 2. *tit.* 47. *qu.* 1.

Contrahentis ſe] „ I. e. turbantis ſe.

In tali ergo circumſtantia] „ Scil. in in- 8
„ juriis tolerabilibus.

Patientiam Chriſtus præcipit] „ 1. Verum
„ non eſt, Chriſtum præcipere patientiam per
„ modum legis. 2. Verum non eſt, Chriſtum
„ ſaltem commendare patientiam in injuriis
„ tolerabilibus: major enim perfectio eſt in
„ tolerantia atrocium injuriarum, modo is,
„ qui patitur, fines virtutis non excedat.

Veterem ferendo injuriam invitas novam]
„ Tritum hoc appellat Auctor, quia paſſim
„ apud Scriptores occurrit. *Vid. Gell. N. A.*
„ *l.* 17. *c.* 14. *Cic.* 1. *off. II. Thuan. L.* 42.
„ *pr. Add. Teſm. h.* & *Auctor. infra L.* 2.
„ *c.* 20. §. 8.

Potius etiam ferendam eſſe alteram injuriam, quam propulſandam priorem] „ Hoc
„ verum eſt, & perfectioni conveniens,
„ modo non indulgeatur nebulonis malitiæ,
„ & is ad aliis male faciendum invitetur.
„ Hoc enim caſu patientia degeneraret in
„ vitium.

Quia ſcil. nihil inde ad nos mali pervenit]
„ Imo etſi malum inde ad nos perveniat:
„ quia tum eo major eſt perfectio atrociorem
„ remittere injuriam, modo intra fines virtu-
„ tis patientia maneat.

Niſi quod in ſtulta perſuaſione ſitum ſit]
„ Uti ſi quis accepta alapa eum, qui impegit,
„ occidat ad honorem recuperandum; per-
„ verſa enim ejuſmodi judicia nec rem,
„ nec rei æſtimationem immutare, ait *Grot.*
„ *l.* 2. *c.* 1. §. 10. *n.* 2. ubi opinionem hanc
„ examinabimus.

Maxillam obvertere, in Hebraiſmo eſt patienter ferre] „ Ut proinde ſenſus effati Serva-
„ toris ſit, non ſaltem primam, ſed & rei-
„ teratam injuriam patienter ferendam eſſe:
„ ſed intra fines perfectionis.

Diliges proximum tuum, & odio habebis 9
inimicum tuum] Equidem hoc ultimum non additur *Lev. XVIII.* 18. Sed Judæi id ſupplebant ex præcepto divino ſpeciali, quod ſeptem damnatos populos odio haberi jubet. Hoc præceptum Judæi nimium extendebant, & cum ſaltem fœdus, & amicitiam contrahi prohibuerit Deus, ipſi perſonas intrinſeco

prosequebantur odio. Merito igitur hoc improbat virtutum doctor, & officia humanitatis non esse deneganda personis damnatorum, ait. Neque enim populi illi injuriam fecere Israëlitis, neque hi suam causam agebant, sed causam Dei, adeoque personas diligere, iisque bene cupere potuerunt. Sed & porro Judæi a contrario ex illa lege *Lev. XVIII.* ita argumentabantur: Si diligere debemus amicos, sequitur odio habendos inimicos: hoc recte improbat Servator, non quod contra leges, adeoque injuria, agerent odio habendo inimicos, sed quia id pugnat cum perfectione, cujus regulas inculcat Servator.

Ego vero dico vobis] „ Adeoque ex ratione „ legis impune odisse inimicum licebat, ne„ que enim lex de puritate intrinseca animi „ sollicita esse solet. Huic licentiæ juris Ser„ vator opponit virtutis regulas, quæ odium „ illud, utpote perfectioni contrarium, im„ probant, idque merito. At idem docuere „ Hebræorum Doctores veteres, dilectionem „ enim inimici etiam in veteri fœdere præ„ ceptam fuisse, Gronovius probat ex *Exod.* „ 23. *V.* 4. 5. *Prov.* 25. *v.* 22. ejusque rei „ exemplum in Elisæo affert. *Vid.* 2. „ *Reg.* 6. 22.

„ Neque hoc dogma de diligendo inimico „ incognitum gentilium philosophis fuit, qui „ æque subditis perfectionis præcepta incul„ cabant. Hi quoque docebant, multo latius „ patere officiorum, quam juris regulas. Hi quo„ que legem, quæ odisse lædentes permittit, „ non sequendam esse monebant, sed lauda„ bilius, & generosius esse, dicebant, inimicis „ benefacere. *Senec. L.* 4. *benef. c.* ait: *Si* „ *Deos imitaris, da ingratis beneficia; nam* „ *& sceleratis sol oritur, & piratis patent* „ *maria*, quæ ipsa quoque ratio Servatoris est „ *Matth. V. Vid. Aug. ep.* 54. Pythagoras, „ Cleobulus, Ariston, Chion, Marcus An„ toninus &c. maximum vindictæ genus esse „ tradunt, inimicos sibi amicos reddere: „ Verba eorum vide in tractatu Anonymi, „ *Histoire de la philosophie payenne p.* 2. „ *f.* 871. *seq.* Apuleius *florida p.* 779. *ait*, „ *Philosophia me docuit, non tantum beneficia* „ *amare, sed etiam maleficium, magisque* „ *judicio impertire, quam commodo.* Confu„ cius suam sententiam esse, ait, *eo quod re„ ctum, justumque est, compensato injurias,* „ *& odia benefactis. Confuc. Scient. Sinic.* „ *L.* 3. *p.* 106. & alibi: *Beneficiis compensa„ re odia; hoc enim vero est perampli pectoris* „ *virtus, & pietas.*

Pugnare tum judicia capitalia, tum bella] „ Quia non videmur diligere eos, quos morte „ afficimus.

Sed facile id refellitur] „ Auctor ut hoc „ evitet argumentum: *diligere proximum ju„ bet Servator, ergo nec bella, nec judicia* „ *capitalia in proximum exercere licet:* respon„ det 1. legem loqui de proximo Hebræo, „ & tamen eandem legem judicia capitalia, „ & bella statuisse ac permisisse. *n.* 9. „ 2. Etsi Evangelii lege vox *proximi* ad om„ nes homines extensa sit, eo tamen non im„ pediri, quo minus nunc in omnes homines „ liceat, quod antea licuit in Judæos. *n.* 10. „ 3. Etsi quoque major gradus dilectionis in „ Evangelio præcipiatur, tamen id intelli„ gendum esse, nisi major ac justior dilectio „ impediat, uti si nocentem punio ut „ innocentem salvum faciam *d. n.* 10. 4. Ju„ beri nos diligere inimicum Dei exemplo, „ at Deum malos punire. Neque 5. id pu„ gnare cum lenitate Dei, Servatoris, & „ Apostolorum, quia hæc justitiam non ex„ cludit. *n.* 11. At dubium his rationibus „ non eximitur. Vera responsio est, Serva„ torem velle ut personam proximi, etiam „ nocentis, diligamus, non causam, nec „ crimina ejus. Commendat Christus, ut jus „ nostrum remittamus, nec læsi vindictam „ quæramus, non autem vult impune scelera „ committi. Sane magistratus dum crimina „ punit, non suum jus vindicat, non suam „ injuriam ulciscitur, sed causam Dei agit, „ legum violatarum pœnam poscit vice Dei, „ cujus auctoritate leges divinas exequitur. „ Tantum igitur abest, ut possit magistratus „ remittere talem injuriam, ut potius tenea„ tur causam Dei vindicare, etsi perditissime „ diligat nocentem. Equidem ex his satis „ patet, magistratum non peccare contra le„ ges dilectionis puniendo crimina, i. e. „ exequendo jura divina: at privatus omnino „ contra regulas dilectionis, contumeliam „ sibi illatam vindicando, agere videtur; „ adeoque hactenus quidem merito improbat „ Servator hanc impotentiam animi, utpote „ perfectioni (non legi) contrariam, sed „ ex eo non infertur, judicia capitalia, vel „ bella esse illicita.

Hebræum scil.] „ Ita explicavit hoc effatum „ *sup.* §. 6. *n.* 3. Equidem proximi nomen „ satis late alias patet, & pro toto humano „ genere

„ genere ſumi ſolet. *Vid. prol.* §. 14. *& ſup.* „ §. 6. *n.* 3. Sed hic de proximo Hebræo „ intelligi debet.

Comma 17. *collatum cum commate* 18.] „ Qui enim priori commate proximus, & „ frater appellantur, in poſteriori vocantur „ cives, *non memineris injuriæ civium tuorum. Vid. Gron. h.*

At non eo minus imperatum erat magiſtratibus occidere homicidas] „ Adeoque præceptum de diligendo Hebræo, non pugnat cum „ præcepto de tollendis homicidis &c.

Non eo minus tribus undecim ob delictum „ atrox juſto bello perſecutæ ſunt &c.] „ Equidem verum eſt, non pugnare dilectionem „ proximi cum jure belli gerendi; ſed eo „ ſcrupulus non eximitur, quod odium Judæis quaſi injunctum fuerit. Nos diximus, „ id ex perverſa interpretatione præcepti de „ exſtirpandis gentibus damnatis ortum eſſe; „ quarum cauſam damnabat Deus, non vero „ officia humanitatis ſingulis denegare jubet.

Non eo minus recte] " I. e. non obſtante præcepto de diligendo proximo.

10 *Sit ergo nunc porrecta latius proximi ſignificatio ad homines quoſvis*] „ Adeoque & ad „ gentiles; ita ut nunc omnes homines „ æqualiter diligi debeant.

Licebit tamen] " Non obſtante illa extenſione vocis *proximi.*

In omnes] " Sc. homines in communem „ gratiam receptos.

Quod tunc in Iſraelitas licuit] „ I. e. ſontes punire, & injuriam armis repellere.

Qui diligi æque tunc jubebantur] " Cum „ ſupplicia licite exercerent, & bella jure „ gererent.

Ut nunc quivis homines] " Certiſſimo indicio, ſupplicia, & bella non pugnare cum „ præcepto dilectionis.

Quod ſi etiam velis, in lege Evangelica majorem dilectionis gradum imperari, concedatur & hoc] " Non dari legem Evangelicam, „ neque ea aliquid imperari, ſæpius dictum „ eſt. Sed & id negavimus, dilectionem in „ novo fœdere majori gradu imperari; dilectio etiam in veteri teſtamento a Prophetis „ perfectiſſimo modo commendabatur.

Sed magis patrem quam extraneum:] " Ita „ uxorem præferendam parentibus, Servator „ docet. *Luc.* 19. *v.* 5. Religionis ſocios „ extraneis præfert Paulus *Gal. VI*, 10. Patriæ potius, quam liberis conſulendum, „ ait Juſtinus *lib. II. c.* 5. & magis quoque „ quam amicis *Sophocl. in Antig. v.* 187. „ *Add. Vopiſc. c.* 6. *Tac. Ann. I.* 42. *Cic.* „ 1. *off.* 17. *Gell.* 5. 13. *apud Teſm. h.*

Bono nocentis,] „ At dictum jam eſt, Servatorem non velle ut cauſam, ut crimen „ inimici diligamus, neque ut cauſam Dei „ & reipublicæ deſeramus, ſed ut injuriam „ nobis illatam remittamus.

Ordinatæ dilectionis lege] " I. e. poſita „ quoque lege dilectionis rite ordinatæ.

Ex dilectione autem innocentium nata ſunt & judicia capitalia, & pia bella] " Quia ideo „ pœnas nocentibus infligi exiſtimat, ut tuti „ ſint innocentes: At hic finis eſt mere civilis; vera & unica pœnarum ratio naturalis eſt reparatio injuriæ, quæ fit infligendo reo tantundem mali, quantum fecit.

Quæ extat proverb. XXIV.] " Verba hæc „ ſunt: *Eripe raptos ad mortem; nam a declinantibus ad necem an cohiberes te?* Verum „ non loquitur de magiſtratu puniente, aut „ bellum gerente: nec criminis reos morti „ eripiendos tradit, ſed eos, qui injuria a privatis violantur. *Vid. Pſ.* 82. *v.* 4. Ipſe enim „ commate præc. 6. bella probat, & commate 21. hortatur, ut metuant regem, nec „ ſe jungant rebellibus.

Niſi major, ac juſtior dilectio impediat] " Imo puniri debent crimina a magiſtratu, „ etſi magis diligat nocentem, quam innocentem. Veram rationem jam allegavi, „ ſcil. quia de jure Dei agitur, cujus magiſtratus ſaltem executor eſt, qui proinde injuriam Deo illatam vindicare tenetur.

Quod inimicos diligere jubemur Dei exemplo] " Nam unica, & ſola virtutum ratio conſiſtit in imitatione perfectionum Creatoris. „ *Vid. Diſſ. proœm. II.* §. 30. *ſeq.*

Et in hac vita pœnas ſumit, & olim ſumet graviſſimas] " Adeoque dilectio non pugnat „ cum pœnis.

Quæ de lenitate Chriſtianis præcepta ad hanc rem afferri ſolent] " Vera reſponſio „ eſt, præcepta hæc eſſe virtutis, quæ non „ impediunt quo minus quis lenitatem illam „ negligere, & jus ſuum vindicare poſſit: „ neque tunc injuriam alteri facit, ſed præmium perdit virtuti deſtinatum: quod de „ privatis extra dubium eſt. Intuitu magiſtratus autem lenitas præſcripta adeo non „ impedit pœnas, ut nec remittere illas magiſtratus poſſit; quia non ejus jus, nec ejus „ cauſa eſt, ſed Dei, unde miniſter iræ divinæ vocatur. *Rom. XIII.* 4. Niſi ſint „ tales pœnæ, quæ ex arbitrio magiſtratus „ dependent; in his enim lenitas maxime

„ com-

„ commendanda eſt magiſtratui, non quaſi „ jure pœnam ſtatutam infligere non poſſit; „ (reus enim, qui ſciens legem, utut durio„ rem, transgreditur, queri de injuria non „ poteſt,) ſed quia perfectionis eſt indulge„ re hominum imbecillitati.

Et hujus iræ miniſter] " Magiſtratus non „ ſuam injuriam vindicat, ſed injuriam Deo „ illatam, adeoque is inſtrumentum eſt, per „ quod Deus jura ſua exequitur.

Moſes ab eximia lenitate prædicatur] „ Nam eum nulla crudelitate, ſed magna „ dilectione feciſſe quod fecit, (feriendo „ ſcil. gladio idololatras) quis non in verbis „ ejus agnoſcat, orantis pro peccatis eorum, „ & dicentis, ſi dimittis illis peccatum, di„ mitte: ſi autem non, dele me de libro „ tuo. Quæ ſunt verba Auguſtini *in cauſa* „ 23. *q.* 4. *c.* 44.

Chriſtus eſt, qui Judæos inobedientes ſuppliciis affecit graviſſimis] " Imo Chriſtus nun„ quam ſuppliciis affecit Judæos: officium „ Servatoris fuit virtutes docere, non jura „ ſtatuere, nedum judicem agere. Equidem „ in parabolis, de quibus agunt loca Aucto„ ris, occiduntur, & pereunt nocentes: ſed „ parabolæ illæ de futura vita intelligendæ „ ſunt, ubi pœnas, & præmia pro meritis „ diſtributurus eſt, quæ vero ad judicia ca„ pitalia plane non pertinent.

Et impios in die judicii pro meritis eſt damnaturus] " Has ſolas pœnas a Servato„ re dictari, non temporales, diximus.

Poteſtate ſibi divinitus data uſi ſunt ad pœnam facinoroſorum] " Cum ipſe Servator „ facinoroſis pœnam non poſuerit, nedum „ de Apoſtolis id dici poterit, qui enim homi„ nes privati jus pœnas inferendi ſibi arrogare „ potuiſſent? Adeoque quando quærit ex „ Corinthiis, an in virga, an in charitate ad „ eos venire debeat, per virgam non intelli„ git gladium, & ſupplicia, ſed increpatio„ nes, 1. *Cor. IV. v. fin.* ita tradere aliquem „ Satanæ in interitum carnis, nihil aliud eſt, „ quam denunciare magiſtratui ut crimen pu„ niatur. 1. *Cor. V. v.* 5. vel excludere a „ communione. *I. Timoth. I. v.* 10.

Nemini malum pro malo reddite] „ Ad „ hoc dubium reſpondet Auctor, 1. Deum „ in veteri teſtamento eadem dixiſſe, & ta„ men id non impediviſſe, quo minus judicia „ capitalia exercerentur. 2. Paulum ipſum „ vindictam, & ultionem boni publici cauſa „ approbaſſe. Sed ita regerit, non ſolvit. „ Dic: hanc ultionem non hominis eſſe, ſed „ Dei: privata ergo ultio omnino improbatur, „ utpote perfectioni, & virtuti contraria, „ ſed non ea, quæ jure Dei a magiſtratu exer„ cetur: hæc enim absque imperfectionis „ nota omitti non poteſt.

Procurate honeſta in omnium conſpectu] 12 „ Hæ proinde regulæ virtutis ſunt; quas com„ mendat, ut apud omnes homines bene „ audiamus. *Gron. h.*

Quantum in vobis eſt, cum omnibus in pace viventes] „ Anabaptiſtæ hæc ultima maxime „ verba urgent, non attendentes ad præce„ dentia, *quantum in vobis eſt*: Improban„ tur ergo merito jurgia, & lites in eo, qui „ cauſam dat; ſi hic in pace vivere nolit, „ injuriam non facit ille qui ſe defendit, & „ per quem non ſtat, ſed ille qui invadit, „ nec in pace vivere vult.

Sed date locum iræ] „ Scil. divinæ; at „ magiſtratus miniſter eſt iræ divinæ, juxta „ Paulum *Rom. XIII.* 8.

Meum eſt ulciſci] „ At non ſemper ulci„ ſcitur immediate, ſed per miniſtros iræ ſuæ, „ i. e. per magiſtratus.

Itaque ſi eſurit inimicus tuus &c.] „ Do„ ctrina de benefaciendo inimicis eſt regula „ perfectionis, non juris, adeoque puniri non „ poteſt qui non cibat inimicum eſurientem; „ ſed & porro cibare poteſt inimicum, & „ tamen jus ſuum vindicare, ac reparationem „ injuriæ petere: tunc enim non perſonam „ odit, ſed cauſam.

Hoc enim ſi feceris, carbones ignis coacervabis in caput ejus] „ Apoſtolus igitur non „ ait, inimicum neceſſario cibandum; ſed „ quod, ſi id feceris amore virtutis, Deus „ ipſe vindictam ſuſcepturus ſit: unde tibi „ meritum, alteri demeritum oriturum eſt.

Eo ipſo tempore, & judicia capitalia exercebantur] „ Adeoque inde concludit, verba „ a Servatore allegata, non excludere judicia „ capitalia, nec bella juſta; quia jam in ve„ teri teſtamento illa regula obtinuit, neque „ tamen judicia, aut bella prohibita fuerunt.

Popularibus ſcil.] „ Imo & extraneis: etſi „ enim regula de diligendo proximo proprie „ de Hebræis (*vid. ſup. n.* 9. *& Exod. XIII.* „ 4. 5.) adeoque de beneficiis popularibus „ exhibendis loquatur, eadem tamen perfe„ ctionis ratio eſt in extraneis. Sane lex ipſa „ de exſcindendis populis damnatis non ex„ cludit amorem perſonarum, odio enim „ ſaltem proſequi juſſi ſunt crimina eorum: „ ita enim magiſtratus ultimis ſuppliciis fæ„ pius afficit perſonas, quas maxime amat. „ *Vid. d. n.* 4.

Quamvis

Quamvis latius patentia] „ Cum enim „ omnes homines in communem gratiam „ fint recepti, regula Servatoris non ad „ populares faltem, ſed ad omnes homines „ pertinet. *Vid. n.* 10.

Quia capitum ſectiones non ab Apoſtolis ſunt] „ Alias enim habuit vetus eccleſia. „ *Vid. Caſaub. initio not. ad N. T. apud* „ *Gron. h. Leusd. phil. hebr. D.* 3. *& græc.* „ *D.* 3. Teſmarus ait, alios veteris teſtamen- „ ti verſus ad Eſdram referri, capitum vero „ diſtinctiones ſeculo duodecimo ab incerto „ Auctore inventas eſſe. Novi teſtamenti „ diſtinctio in verſiculos facta ſuperiori ſecu- „ lo Roberto Stephano debetur; quis vero „ capitum modernorum auctor ſit, ignora- „ tur. *Teſm. in not. h.*

13 *Eo ipſo apertiſſime diſtinguens inter ultionem „ publici boni cauſa &c.*] „ Auctor reſpon- „ det, Paulum interdicere ultionem privatam, „ non publicam, utpote quæ non ſit ab ho- „ mine, ſed a Deo, cujus vicem gerunt homi- „ nes. Quod verum eſt. Sed bene notandum, „ Apoſtolum nec privatam vindictam inter- „ dicere tanquam legibus contrariam, ſed „ tanquam repugnantem perfectionis regulis: „ adeoque in leges non peccat, qui vindi- „ ctam exercet, i. e. jus ſuum vindicat; ſed „ virtuoſus non eſt, nec patientiæ præ- „ mium meretur.

Quid erat abſurdius] „ In quem uſum „ enim vindices delictorum a Deo, juxta Apo- „ ſtoli effatum, conſtituti eſſent, ſi capitalia „ ſupplicia exercere non potuiſſent?

14 *Nam arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia*] Ad hoc dubium reponit Auctor, Apoſtolum per carnem intelligere infirmam hominum conditionem. Dic, arma duplicia eſſe, carnis, & ſpiritus; illa bellum, hæc verbum Dei ſignificant; His utuntur Apoſtoli in docendo virtutum regulas, illis utitur magiſtratus in vindicandis injuriis: adeoque ea merito Apoſtolus diſtinguit.

Imbecillam corporis conditionem, qualis in aſpectum veniebat] „ Imo nulla ratione hanc „ interpretationem patiuntur verba Apoſtoli. „ Verus ſenſus hic eſt, quod Apoſtoli non vi, „ non pœnis impios corrigant, adeoque „ non armis carnalibus contra eos utantur; „ ſed quod docendo, monendo, increpando, „ homines ad ſalutem appellent, Evange- „ lium prædicando, mediatorem oſtendendo, „ præmia promittendo &c., quæ arma divina „ Apoſtolo dicuntur.

Quali uſus fuerat in Elymam] „ In hos non „ jus ſtatuit, nec ad reparationem injuriæ „ eos pœnis adigit; ſed increpat, monet, „ hortatur.

Carnalem, i. e. infirmam] „ Imo Apoſto- „ lus per carnalem poteſtatem intelligit ſecu- „ larem, quæ vi, & armis injurias vindicat, „ & validiſſima eſt.

Imo contra, validiſſimam eſſe eam, aſſerit] „ Imo carnalis validior eſt, quia vi, & pœ- „ nis ſuſtinetur: ſed altera minus valida, „ per ratiocinationem, per prædicationem, „ per promiſſiones præmiorum &c. procedit.

Quid hoc ad jus capitalium ſuppliciorum, aut belli] „ Nam ex eo, quod Apoſtoli, „ non vi, non pœnis, non armis, ſalutem „ procurare ſtudent, non ſequitur capitalia „ ſupplicia, & bella, quibus vindicantur „ injuriæ, eſſe illicita.

Quia Eccleſia eo tempore publicarum poteſtatum auxilio deſtituebatur] „ Nam Conſtan- „ tinus demum Chriſtianam religionem pro- „ bavit. *vid. infra* §. 10. *n.* 4.

Prodigioſam illam poteſtatem Deus excitaverat] „ Intelligit poteſtatem Apoſtolis datam „ ad coercendos refractarios. At diximus, „ poteſtatem eis conceſſam non adeo prodi- „ gioſam eſſe: eadem poteſtas in veteri teſta- „ mento prophetis competiit; Imo omnibus „ virtutum Doctoribus competit, & inter „ gentes quoque eis tribuitur. Prodigium „ igitur non conſiſtebat in poteſtate, ſed in „ Evangelio, quod prædicabant, & in ejus „ conſervatione.

Quæ deficere ferme cœpit, ex quo Imperatores chriſtiani Eccleſiæ contigerunt] „ Imo au- „ cta magis fuit poteſtas Apoſtolorum, utpote „ nunc brachio ſeculari ſubnixa. Sane au- „ ctoritas increpandi, quæ ſub prima Eccleſia „ Apoſtolis competiit, non defiit ſub Impe- „ ratoribus; nec arma carnalia, quæ poſtea „ acceſſere, imminuerunt, & infirmiorem „ reddiderunt illam poteſtatem; nec ideo „ prodigioſa illa protectio divina ceſſabat.

Sicut Manna defecit] „ *Vid. Joſ. V. v.* 11. „ Non quadrat hæc comparatio; poteſtas „ Apoſtolorum, protectioque divina, non „ defierunt ſub Imperatoribus, ſed augmen- „ tum potius cepere.

Quia non eſt vobis lucta adverſus ſanguinem, & carnem, ſed adverſus imperia] Auctor reſpondet, Apoſtolum agere de pugna Chriſtianorum, qua talium, non qua communis eſt aliis. Dic, comparare Apoſtolum pugnas contra tentationes, & contra hoſtes carnales; has non improbat, nedum pro- 15

hibet, sed harum arma non sufficere in illis, ait. Adeoque mens Apostoli hæc est; quod verbo divino se munire debeant contra artes diaboli, utpote cum non pugnandum sit contra hostes carnales, ubi arma sufficerent; sed contra imperia, i. e. contra tentationes diaboli, quæ non nisi ex verbo divino repelli possunt.

More Hebræo] „ Vox *tantum* hic male „ adjicitur: nam in totum hic excluditur „ lucta adversus carnem, i. e. adversus ho„ stes carnales; quia armaturam Dei proprie „ non contra carnales hostes induimus, sed „ ad evitandas tentationes spirituales.

Agit de pugna, quæ Christianorum est, qua sunt Christiani] „ Verba hæc sunt, quæ „ nihil significant: diximus jam, agere Apo„ stolum de pugna adversus tentationes dia„ boli.

Non quam communem habere cum aliis hominibus &c.] „ Quæ scil. in necessaria de„ fensione jurium a Creatore concessorum „ consistit, ad quam non sufficit sola arma„ tura Dei, qua contra tentationes diaboli „ cavere nobis possumus; sed ea requirit „ arma carnalia.

16 *Unde bella, & pugnæ inter vos? Nonne ex voluptatibus vestris?*] Auctor respondet, agi ibi de injustis belli causis. Dic, improbare Apostolum bella, & merito; sed tantum a parte ejus, qui causam dat, qui voluptatis suæ causa alium lædit &c. Hæc ratio in eo, qui jus suum defendit, cessat.

Quibus tum Hebræi disperse inter se misere collidebantur] „ Graves enim motus incide„ rant Judæorum apud Mesopotamiam, ac Ba„ byloniam habitantium, quales cædes, & „ calamitates nunquam memorari in superio„ ribus temporibus, ait Josephus. *L.* 18. „ *Antiqu. c.* 12.

Ortum habuisse ex causis non probis] „ At „ illi, qui bello se defendunt, non possunt dici „ pugnare ex causa non proba; adeoque „ dicendum potius est, loqui Apostolum sal„ tem de iis, qui causam dedere bello, & „ quidem civili.

Quod nunc etiam] „ Scil. inter Christia„ nos.

Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuere] „ Cupiditatem divitiarum omnium malorum, „ & dissensionum, adeoque & bellorum esse „ causam, ait *Aristophanes apud Plutarchum*, „ *& Sophocl. Antigon. v.* 300. *Seneca pater* „ *controv.* 2. 9. *Lactant.* 5. *c.* 5. Seneca „ *Lib.* 3. *de ira cap.* 32. de pecunia sermonem „ faciens, ait: *hæc tam percussoribus gladios,* „ *quam legionibus tradit.* Sunt tamen etiam „ aliæ causæ; Ita enim libidinem dominan„ di, plerumque bellorum causam esse, exem„ plis probant *Livius I.* 57. *Augustin. civ.* „ *Dei* 3. 14. *Helmold.* 1. *Sclav.* 1. *Arrian. de* „ *exp. Alex. l.* 7. *Sallust. Catil.* 33. *Senec.* „ *ep.* 14. 22. 31. 87. 94. *Vid. Tesm. h.*

Innocentissime agere eas gentes, quarum victus est simplicissimus] „ Atque hæc aurea „ ætas vocatur, ubi homines naturam incor„ rupte sequebantur, eamque & legem ha„ bebant, & ducem. *Sen. ep.* 90. *Conf.* „ *supra prol.* §. 8. Hinc Sallustius in oratione „ ad Cæsarem huic suadet, ut reducat pau„ pertatis amorem in urbem Romam, & adi„ mat divitias honoribus.

Qui gladio ferit, gladio peribit] „ Auctor 17
„ respondet, Servatorem loqui de bello privato. „ Dic, loqui eum de gladii abusu; Nam „ Petrum alloquitur, hominem privatum.

Sed ad bellum privatum proprie pertineat] „ Imo privatum bellum non illicitum est, si „ ad necessariam defensionem spectat. At „ hic improbat factum Petri, qui privatus re„ sistebat magistratui.

Christus ipse inhibitæ, aut neglectæ defensionis hanc reddit causam] „ Sensus est, „ quod Petrus non potuerit se defendere, „ cum ipse Servator defensionem neglexerit. „ At dictum jam est, nec Servatorem, nec „ Petrum, utpote privatos, resistere magi„ stratui potuisse, etsi injuria agenti.

Quod regnum suum de hoc mundo non esset] „ Apparet igitur, Servatorem neque jus magi„ stratus habuisse, nec illud prætendisse: „ sed illum saltem homines ad salutem vo„ casse, & regnum suum cœleste prædicasse.

Ad §. IX.

„ Hactenus explicavimus objectio„ nes, quas Auctor contra bellorum licen„ tiam formavit. Sed porro objici solet l. lex „ divina, quæ impunum declarat eum, qui „ hominem, simulque hostem occiderit. *Num.* „ *XXXI. v.* 19 Resp. E contrario ex his „ apparet, Deum voluisse hostes occidi, *ibid.* „ *v.* 17. Sed uti omnem prædam, ita & san„ guinem captorum, & jussu ejus occisorum „ voluit expiari, & lustrari: hæc lex igitur „ plane singularis videtur fuisse in illo casu, „ ubi neglecto mandato divino Madianitarum „ quosdam superstites reliquerunt: graviter „ enim

„ enim id Moſes exprobrat Iſraëlitis, & ideo „ expiationem fieri juſſit. *d. l. v.* 14. & 17.

II. Objici ſolet, Deum noluiſſe a Davide „ exſtrui templum, propterea quod ſanguine humano maculaverat manus ſuas. 1. „ *Chron. XXIII. v.* 8. Reſp. cum templum „ hoc typus fuerit futuri Servatoris, adeoque pacis univerſalis per Servatorem conciliandæ, (*vid. ſupra* §. 8. *n.* 15.) noluit „ ſibi erigi templum a rege, qui per omnem „ vitam bella geſſit. Tantum autem abeſt, „ Deum improbare hoc effato voluiſſe bella „ Davidis, ut potius conſtet, pleraque bella „ ab eo juſſu divino geſta eſſe.

„ III. Opponunt, Deum accuſantibus „ adulteram dixiſſe: *qui immunis eſt a peccato primus in eam jaciat lapidem*; unde con„ cludunt, neminem in alterum judicia capitalia exercere poſſe, quia omnes in pari „ reatu ſunt, *vid. Joh. VIII. v.* 5. *ſeq.* Reſp. „ Non prohibet judicia exerceri in adulteros; „ nam ipſe ex fœmina quærebat, *numquis eam „ condemnaſſet*: ſed tanquam virtutum doctor, occaſione hac data, Scribis vitia, „ & impuritatem animi exprobrat, quod „ fœminam ream facerent, cum ipſi crimina „ illa committerent. Unde Servator concludebat, illos accuſando adulteram, hoc ipſo „ ſe quoque reos pronunciare.

Quoties de ſcripti ſenſu quæritur] Auctor I reſolvit dubia, quæ ex Patribus contra bellorum licentiam peti ſolent. Ad ea enim reſpondet 1. non eſſe ſententias totius eccleſiæ, ſed privatas, nec ſibi conſtantes. 2. Evitatam fuiſſe militiam ſub prima eccleſia, ne cultus divinus impediatur, vel ne Chriſtianus contra Chriſtianos militare teneatur. 3. Patres ea, quæ perfectiſſima ſunt ſpectaſſe. &c. At vera reſponſio 4. hæc eſt: Functionum alias aliis eſſe perfectiores, licet omnes ſint juſtæ. Illa enim functio, quæ animos format, dignior omnino illa eſt, quæ corpus: illa quæ æterna reſpicit, perfectior eſt ea, quæ caduca reſpicit. Functio, quæ patriam tuetur, præclarior eſt illa, quæ res privatas curat. Patres igitur eccleſiæ, ſecuti doctrinam ſui magiſtri, commendabant ſtatum perfectiorem: Indeque non condemnabant militiam, nec eam injuſtam aſſerebant; ſed ſtatum hunc Chriſtianis minus convenientem ajebant: indeque diſſuadebant, inprimis eo tempore, ubi alii erant, qui rempublicam tueri poterant. Pari ratione abſtinendum a judiciis ſuadebant, quia judices in ipſos ſæpe Chriſtianos ſævire jubebantur, *vid. inf.* §. 10. *n.* 4. Denique tunc temporis omnem curam in propagatione Evangelii poſitam Patres voluerunt; adeoque non rejiciunt reliquas functiones, quæ ipſæ in ſuo gradu neceſſariæ, juſtæ, ac perfectæ ſunt: inprimis hodie, ubi propagatione opus non eſt, & ubi ipſi Chriſtiani imperium tenent, cujus præcipue jura ſunt bellum, & judicium, adeoque ubi ſumma virtus eſt tueri & animas, & corpora omnium.

Additio.

„ Ego præcipuam cauſam, cur Patres „ Chriſtianis prohibuerint militiam, & judi„ cia, fuiſſe puto, quod utroque caſu Sacra„ menti vinculo ſe obſtringere debuerint Im„ peratoribus. At Sacramenta illa per dea„ ſtros, vel per genium Principis fiebant: „ quod cum idololatriam involveret, merito „ Chriſtianis interdictum fuit, non tanquam „ res minus perfecta, ſed tanquam res juri „ naturæ contraria. *Vid. inf. L.* 2. *c.* 13. „ §. 11. *Conf. omnino Oſiander in obſ. ad h. l.* „ ubi exemplum Baſilidis jurare nolentis re„ fert ex *Euſebio Lib.* 6. item Polycarpi, „ qui ideo juramentum per genium Principis „ detrectavit, *quia illi voci inerat falſi nu„ minis ſenſus. Grot. ad Matth.* Atque hanc „ rationem Tertullianus diſertis verbis alle„ gat in libro de Idololatria, cujus verba re„ fert Auctor *infra n.* 3.

„ Hoc autem intelligendum eſt 1. de iis „ Chriſtianis, qui militiam, vel magiſtra„ tum appetebant: non de iis, qui jam actu „ militabant, vel magiſtratum gerebant; in „ illis enim ratio Sacramenti præſtandi ceſſa„ bat. Unde videmus plures tum milites, „ tum magiſtratus manſiſſe, qui Chriſtianiſ„ mum amplexi ſunt, *vid. ſupra* §. 7. *n.* 5. „ 9. & 10. atque ita optime diſtinguit Ter„ tullianus *apud Auctorem h. n.* 1. Sed & 2. „ videmus, plures quoque Chriſtianos mili„ tiam ſecutos eſſe mutata juramenti formu„ la, uti conſtat ex *Vegetio de re mil. L.* 2. „ *c.* 5. *vid. d. c.* 18. §. 11. Certiſſimo indicio, „ militiam per ſe non eſſe malam, ſed im„ probari ſaltem ob formulam Sacramenti. „ Idem quoque de magiſtratu dicendum.

Magnam vim habere ſolet, tum uſus ſequens, tum prudentum auctoritas] „ Plenius „ hoc Auctor explicavit in *proleg.* §. 49. & §. 51.

Neque enim probabile eſt] " Magna eſt „ auctoritas eorum, qui ſuis quique tempo„ ribus pietatis, & doctrinæ fama inter Chri-

„ ſtianos floruerunt, neque gravis cujusdam „ erroris notati ſunt: Nam & hi quæ dicunt „ magna aſſeveratione, & quaſi comperta, „ momentum non exiguum habere debent „ ad interpretanda quæ obſcura videntur in „ ſacris litteris: eoque majus, quo & plu„ rium apparet conſenſus, & propius acce„ ditur ad primæ puritatis tempora, cum „ nec dominatus adhuc. nec coitio ulla pri„ mitivam veritatem adulterare potuit: quæ „ ſunt verba Grotii in *prol.* §. 1.

Dicta quædam veterum Chriſtianorum] " „ Juſtinus de Chriſtianis ait, *non pugnamus* „ *in hoſtes*, *vid. Grot. in not. ad* §. 8. *n.* 1. „ unde ex concilii Meldenſis ſententia arma „ ſumere, & intercedere inter milites, nefas „ erat clerico: & illi qui in bello cadebant, „ ſepultura privabantur, vid. *Cauſ.* 23. *q.* 5. „ & 8. *per tot.* Ambroſius ait, *Non pila* „ *quærunt ferrea*, *non arma Chriſti milites*, „ *vid. Teſm. b. lit. g.* Athenagoras inquit, „ Chriſtianos adverſus ſua rapientes judicio „ non contendere, *apud Grot. h. n.* 4. ubi „ & alia exempla.

Privatam quorundam ſententiam non publicam Eccleſiarum] " Imo hæc publica ec„ cleſiarum ſententia erat, pro illo rerum „ ſtatu & a bello, & a judiciis abſtinendum „ eſſe.

Et docere quiddam magnificentius] Imo omnes primæ eccleſiæ doctores perfectionem eodem gradu inculcabant, atque in eo eorum conſiſtebat officium.

Origenes] " Multa hic ſingularia docuit, „ eumque Chiliaſmi auctorem eſſe, conſtat: „ Præterea ex malo intellectu verborum „ Chriſti, *ſunt quidam eunuchi*, *qui ſe ipſos* „ *caſtraverunt propter regnum cœlorum*, vi„ rilia ſibi violenter ſuſtulit. *Euſeb. 6. c.* „ 2. & 8. *Niceph.* 8. 5. Varia fata ſcri„ ptoris hujus vide apud *Socratem hiſt. eccl.* „ 6. *c.* 7. 9. 11. 12. *Voet diſp. theol. P. I.* „ *pag.* 452. *Vincentium Lyrinenſ. in commo„ nitor. c.* 23. & 24 *vid. Zigl.* & *Teſm. h.*

Tertullianus] " Hic cum Chriſtianæ do„ ctrinæ profeſſionem in nimia morum ſe„ veritate, atque auſteritate unice collocaret, „ eo tandem inclinavit, ut ex aſperioris vi„ tæ cultu judicium de dogmatibus ipſis fer„ ret, & ex eo fidei ſinceritatem metiretur. „ *Baron. ad ann. c.* 1 *n* 10. Hinc Zigle„ rus ex Hieronymo refert, contigiſſe ut ad„ verſus eccleſiam texeret volumina, de pu„ dicitia, de perſecutione, de injuriis, de „ Monogamia &c.: unde Montaniſtarum hæ„ reſeos ſuſpectus fuit. *Zigl. d. l.*

Ut bella juſta, & ordinata inter homines gerantur, ſi quando id jubeat neceſſitas] " Ap„ paret igitur, eum non improbare bella, ſed „ vel abuſum ſaltem, vel ſaltem in Chriſti„ anis ſub Imperatoribus gentilibus militan„ tibus: idque merito, ob allegatam ante ra„ tionem.

Quæ militiæ adverſatur] " Nec ſine ra„ tione: quia ſcil. ſacramento gentilibus ſe „ obſtringebant, quod idololatriæ ſpecies e„ rat. At quia ratio illius ſacramenti præ„ ſtandi ceſſabat in iis, qui militabant ante „ baptiſmum, merito hos ab illa prohibitio„ ne excipit.

Qui poſt Baptiſmum nomen dant militiæ] „ Illi enim non amplius jurant per genium „ Principis, ſed potius illud, quod per ge„ nium Principis præſtitere, ejurant.

Quod ſane minime facturi fuerant] " *vid. ſupra* §. 7, *n.* 5. 9. & 10.

Non magis, quam aruſpices, magi, & alii vetitarum artium profeſſores] " Auguſtinus, qui „ in allegato opere *c.* 20. ſtatuit, *publicas me„ retrices ad baptiſmum*, *niſi illa turpitudi„ ne liberatas*, *nullam admittere eccleſiam*, „ rationem hanc præmiſit: *iſte curationis or„ do eſt*, *ut baptizandi credant*, & *a mor„ tuis operibus agant pœnitentiam*, *omnium„ que ſe omnino præteritorum remiſſionem ac„ cepturos eſſe non dubitent*: *nec ut peccare li„ ceat*, *ſed ut peccaſſe non noceat*, *ut ſit fac„ ti remiſſio*, *non permiſſio faciendi. Vid.* „ *Zigl. h.*

Quæ vix ferebant militiam exerceri] " Cau- 3
„ ſas has in ſequentibus allegat: 1. Si ri„ tus ſuos obſervare non poſſent: unde Ju„ dæi apud Joſephum miſſionem petierunt. „ 2. Si contra Chriſtianos pugnare juberen„ tur. 3. Si ſacramentum ab ipſis exigere„ tur per deaſtros.

Immunitatem poſtulaſſe] " Atque etiam de„ creto publico obtinuiſſe. Joſ. Ant. L. XIV. „ c. 10 §. 13. (*Edit Haverc.*)

Ritus legis ſuæ obſervare poſſent] " In„ primis quod victum patrio more quærere „ non poſſent. ibid. §. 12.

Et quia ſabbatis ferre arma, & *magna itinera*, *cogerentur*] " Judæi verba legis capta„ re ſolebant, ratione ejus neglecta: huc „ pertinet opinio Judæorum, quod nefas pu„ tarent, diebus ſacris arma arripere. At Mac„ cabæorum tempore alia opinio invaluit, „ *vid.*

vid. Cunæus de rep. hebr. L. 2. c. 22.

Docet idem Josephus] " Ibid. §. 13. „ Sententia ibi hæc refertur : *Judæos cives „ Romanos templa judaica habentes, & fa- „ cientes, Ephesi, pro tribunali, religionis er- „ go esse immunes a militia, pronunciavi 12. „ Cal. Oct.*

Alibi narrat, cum Judæi Roma excedere jussi essent &c.] " De qua ejectione *vide „ Tacit. : 2. ann. 85. & Suet. in Tiber. 36.* „ occasionem refert *Joseph. antiq. L. 18. c.* „ 3. §. 5. quia scil. Judæi e patria ob cri- „ mina ejecti, Fulviæ mulieri nobili persua- „ serunt, ut legem Judaicam amplecteretur, „ & purpuram, ac aurum ecclesiæ donaret ; „ querelas ideo movebat Fulviæ maritus „ Claudio amicissimus, qui jussit universos „ Judæos ex urbe pelli.

Quod adversus populares suos pugnandum „ haberent] Ambrosii dictum est. *Julianus „ Apostata habebat Christianos milites, qui- „ bus cum dicebat, producite aciem pro de- „ fensione reipublicæ, obediebant illi ; cum au- „ tem diceret, producite arma in Christianos, „ tunc agnoscebant Imperatorem cœli ; Tesm. „ h.*

Tunc scil. cum populares ob patriæ legis observationem periclitabantur] Pugnare contra „ populares, i. e. socios ejusdem religionis „ maxime improbatur : at recte hoc Auctor „ restringit ad casum, ubi injuria arma in eos „ inferebantur. Secus igitur si populares illi „ hostes sunt, & injuriam inferunt, vel si „ rebelles sunt. &c.

Perstantes in patriis institutis] " Josephus „ contra Appionem leges Mosaicas commen- „ daturus, ait : *Lex autem apud nos serva- „ tur usque ad mortem. Nullus vero Judæo- „ rum, neque si procul abeat extra provinci- „ am, regem quamvis acerbum sic metuit, ut „ ultra ullum legis videatur timere præceptum. „ L. 2. §. 38. (Edit. Haverc.)*

His periculis similia sunt] " Ne scil. in „ idololatriæ crimen incidant ; per idola enim „ jurantes rem illam sibi sacram asserebant ; „ sane cultus species est, per alicujus no- „ men jurare. *Vid. l. 2. c. 13. §. 11.* For- „ mulam militaris juramenti exhibet *Gellius „ Noct. Att. 16. c. 4.* per deastros autem id „ præstitum fuisse, patet ex *Donato ad Sue- „ ton. in Galba c. 15.* Hinc Christiani nec „ per genium principis jurare licitum esse, e- „ xistimabant. Vid. infra *L. 2. c. 13. §. 11.* „ Postea tamen milites per salutem Principis „ jurasse, legimus apud *Veget. L. 2. c. 5. de „ re mil.*

Ut sæpe consilia divina pro præceptis am- plecterentur] " Sæpius jam monuit Auctor, 4 „ hæc duo confundi. Vid. *prol. §. 50. L. 1.* „ *c. 1. §. 9. l. 2. c. 2. §. 6. n. 5.* At sæpius „ quoque notavimus, præcepta Servatoris ni- „ hil aliud esse, quam præcepta moralia, quæ „ absque metu pœnæ temporalis negligi pos- „ sunt. Hoc sensu omnia Servatoris dogma- „ ta sunt consilia, quia scil. non inferunt „ necessitatem juris, nec pœnæ temporariæ „ in transgressores statuuntur.

Consilii forte est, & vitæ sublimioris, at non præceptum] " Si *præceptum* sumitur pro lege, „ quæ homines inter se obligat, negamus „ dogmata Christi esse *præcepta* : si sumitur „ pro præcepto morali, pro regula perfectio- „ num, consilia æque ad præcepta pertinent. „ Cum vero varii sint perfectionum gradus, „ ea, quæ consilii sunt, & vitæ sublimioris, „ sua non sunt caritura mercede : *proleg. § 50.*

Quod plurimi veterum omne juramentum improbant] " Quos prolixe refutabimus ad „ *L. 2. c. 13. §. 2.* ubi simul demonstrabimus, „ perfectius omnino esse non jurare, si causa „ levis sit : de qua sola Servator loquitur.

Paulus] " *d. c. 13. §. 21. n. 1.*

Præturam recuso] " Quia sacramento se „ se obstringere debuisset, & quidem per de- „ astros.

Tertullianum] " In *apol. adv. gentes cap.* „ 46. at alia conditio est, si quos militia præ- „ ventos fides posterior invenit. *Idem de co- „ ron. milit.*

Nec ædilitatem affectat] " Rationem spe- „ cialem affert *Gronovius in not. b.* quia lu- „ dos dare solebant ; ludi autem instituebant „ tur in honorem Deorum. Etenim ædilium „ officium præcipue in eo consistebat, ut lu- „ dos sacros instituerent, & procurarent, id- „ que sumtibus propriis, ad evitandam ava- „ ritiæ notam. Sed & præterea ædes sacras „ curabant, & de earum ornamentis solliciti „ erant. *Brisson. antiq. Rom. L. 7. c. 14.* „ Egregie ædilium officium explicat *Cicero in „ 7. ad Verrem. Nunc sum designatus ædilis ; „ habes rationem quid a populo Romano ac- „ ceperim, mihi ludos sanctissimos maxima „ cum cura & cærimonia Cereri, Libero, Li- „ beræque faciendos : mihi Floram matrem po- „ pulo, plebique, Romano ludorum celebritate „ placandam : mihi ludos antiquissimos, qui „ primi Romani sunt nominati, maxima cum „ digni-

„ *dignitate, ac religione Jovi, Junoni, Mi-*
„ *nervæque esse faciundos : Mihi sacrarum*
„ *ædium procurationem &c. esse commissam.*
„ Vid. *Briss. ant. rom. l.* 7. *c.* 24. *&* 25.

Sed ita ut simul navigaturum neget]" Scil. „ lucri, aut bellandi causa (secus si navigatio „ sit necessaria) nam id quoque etsi injustum „ non sit, perfectioni excellentiori repugnat; „ verba ejus *in lib. de just. c.* 17. hæc sunt: „ *Cur naviget justus, aut quid petat ex aliena* „ *terra, cui sufficit sua? cur autem belliger-* „ *ret, ac se alienis furoribus misceat, in cu-* „ *jus animo pax perpetua cum hominibus ver-* „ *setur? scilicet peregrinis mercibus, aut hu-* „ *mano sanguine delectabitur, qui non lucrum* „ *sciat appetere, cui sufficit victus, & non* „ *modo ipse cædem facere, sed interesse facien-* „ *tibus, ac spectare ducat nefas. Gron. &* „ *Tesm. h.*

A secundis nuptiis quam multi veterum de- „ *hortantur*]" Tertullianus digamos pec- „ catores vocavit, Athenagoras adulteros, „ Clemens Alexandrinus fornicatores: sed & „ legibus pœnas in secundas nuptias statu- „ tas fuisse, legimus *Nov.* 22. *c.* 20. *&* 24. „ *Nov.* 2. *pr. & in f. Nov.* 6. *L.* 3. *L.* 5. „ *C. de sec. nupt. Dist.* 15. 22. *Dist.* 16. 3. „ *Conf. Socrat. hist. eccl.* 5. *c.* 21. *Augustin.* „ *ep.* 125. Osiander *in obs. h. l.* probat, non „ esse laudabile consilium ab illis dehortari, „ tum 1. quia Paulus *Rom. VII.* diserte do- „ cet, cessare omne vinculum interveniente „ morte. Tum 2. quia si ustio urgeat, peri- „ culosum est abstinere a secundis nuptiis, & „ contaminare corpus, peccare, & remedium „ in scriptura præscriptum non amplecti, quo „ cavetur peccatum; Tum 3. quia lege po- „ tius exigitur secundarum nuptiarum ample- „ xus: qui enim dixit, satius est nubere, quam „ uri, 1. *Cor. VII.* ille præcipit in casu u- „ stionis conjugium. Addo 4. leges Impera- „ torum Christianorum non simpliciter im- „ probasse secundas nuptias, sed prospexisse „ saltem, & merito, liberis prioris matrimo- „ nii, quia degenerare plerumque affectus pa- „ ternus, & maternus solet contractis secun- „ dis nuptiis. Unde omnes pœnæ secundarum „ nuptiarum cessant, ubi liberi ex priori ma- „ trimonio non supersunt. *Nov.* 22. *c.* 26. „ *Vide omnino jus meum controv. part.* 2. „ *lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 10.

Ita nullius legis necessitate a nobis exigun- „ *tur*]" Unde sequitur, Patrum effata im- „ probare militiam non legis necessitate, sed „ quia perfectius est a bello abstinere, injurias „ pati. &c.

Ad §. X.

Non *desunt nobis scriptores*] Auctor ex ipsis Patribus probat, capitalia supplicia, & bella a Christianis licite posse usurpari: quin ipsius ecclesiæ testimonio, utpote quæ nunquam milites a baptismo rejecit, imo Martyrii honore eos donavit.

Et quæ inde pendent bella] „ Probato enim „ pœnas capitales recte exerceri, simul pro- „ batur bellum aliquod licite geri, quia pœ- „ næ hic poscuntur a pluribus, qui rei fieri „ non possunt, nisi acie vincantur. *Vid. Grot.* „ *supra* §. 7. *n.* 13.

Sentiant a Christianis licite posse usurpari] „ Adde Augustin. *in Lib.* 1. *cont. faust.* „ *L.* 22. *c.* 74. *&* *in ep.* 5. 54. *&* 201. „ Chrysostomum *in Serm. ad patr. fidel.* „ *apud Grot. supra* §. 7. Justinum *apol. II.* „ *apud Grot. in not. ad d.* §. 7. Cyprianum *in c.* 23. *qu.* 5. *c.* 45. Hieronymum „ & Haymonem apud *Tesm. ad d.* §. 7 *lit. d.*

Vivam subditis legem] „ Omnis lex ita vo- „ catur, *L.* 8. *ff. Just. & jur.* & Cicero „ ait, magistratum legem esse loquentem, „ legem autem mutum magistratum 3. *de leg.* „ 1. *add. Xenoph. Inst. Cyr. I. p.* 219. *apud* „ *Tesm. h.*

Et præmio affecturum bonos, pœnis malos] „ In eo enim totum officium magistratus „ consistit.

Et alibi &c. eum, ait, intectis esse pedibus] „ Ad imitationem Apostolorum, qui calceati „ non esse debebant. *Matth. X.* 10.

In constitutionibus, quæ Clementis Roma- *ni nomen præferunt*] „ De earum enim fide „ ipsi pontificii dubitant, uti ex Bellarmino, „ Halloin, *de Ignat. ep.* 28. *& seq.* & Peta- „ vio probat *Zigl. h.* ubi addit, Usserium Ar- „ chiepiscopum Armacanum plurimorum „ errorum eas convincere.

Quæ maximi debet esse ponderis] „ Est 2 „ enim hoc vere Christianæ ecclesiæ officium, „ ea quæ sibi a Deo tradita sunt tradere, & „ eo quo tradita sunt modo. *vid. prol.* §. 51.

Nunquam a Baptismo rejectos] „ Quo ar- „ gumento usus est Auctor *supra* §. 7. *n.* 5. „ & 9. in militibus a Johanne Baptista, & „ in centurione a Petro baptizatis.

Si his pareat, admittitor] „ Militia ergo „ non improbatur in Christiano.

Christianorum militum precationibus] „ *Claud. de Consul. Honor.* 340. *Job. Zonaras* in

„ *in vita M. Aurelii*, *Niceph. L.* 4. *c.* 12. „ *Euſeb. L.* 5. *c.* 5. *Vid. Teſm. h.*

3 *Eundem cum cæteris martyribus honorem ab Eccleſia acceperunt*] „ Martyrii autem gloriam ex re illicita conſequi non potuiſſent.

Tres Pauli comites] „ Milites (qui dolo „ Cæſaris inducti ſacrificarunt idolis) pœnitentes, ſeque ad mortem offerentes, occide„ re noluit Julianus, *ne honorem Martyrii* „ *adipiſcerentur. Sozom. L.* 8. *c.* 17.

Etiam priusquam Imperatores Chriſtiani eſſent] „ Nam ſub Chriſtianis Imperatoribus „ id dubium non erat, quia licita tunc fuit „ militia; ceſſabat enim ibi ſacramenti „ ratio.

4 *Cum plerumque de ipſis Chriſtianis eſſet judicandum*] *Vid. §. præc. n.* 3. Verior eſt ratio, quod tunc temporis Chriſtiani maxime vacaverint ſacris, inprimis cum gentiles ſecularibus præeſſent, eaque curarent: indeque cura ea Chriſtianis neceſſaria non eſſet. Hodie ergo, ubi ſecularia quoque a Chriſtianis curanda ſunt, ratio illa ceſſat.

Leges Romanæ duriores erant, quam lenitas Chriſtiana patiatur] „ Imo mitiſſimas leges „ Romanorum fuiſſe, teſtatur *Livius l.* 1. *c.* 2. „ ibi: *gloriari licet, nulli gentium mitiores* „ *placuiſſe pœnas*, & fate ntur JCti Chriſtiani. „ *vid. Laut. comp. pag.* 1.

Silaniani Senatusconſulti] „ Imo SCtum „ illud, quo ſtatuitur, ut ſi quis domi ſuæ „ occiſus eſſet, de ſervis, quotquot ſub eo„ dem tecto eſſent, quæſtio haberetur, om„ neſque ſupplicio afficerentur, iniquum „ non eſſe, probat *Zigl. in not. b.*, quia in „ magna illa copia ſervorum ad omne facinus „ promptorum, nulla domus tuta eſſe po„ tuiſſet, niſi periculo capitis ſui cuſtodiam „ domino, tam a domeſticis, quam ab extra„ neis ſervis præſtare coacti fuiſſent, ut loqui„ tur JCtus in *l.* 1. §. 28. *ff. ad Sctum Silan.* „ inprimis cum reſtrictum maxime ſit illud „ SCtum, & loquatur ſaltem de dominis vi, „ non clam occiſis, *l.* 1. §. 17. *& ſeq. ad* „ *SCtum Silan.*, & de ſervis, qui ſub eodem „ tecto, i. e. in eadem diæta fuerunt, ita ut „ audire vociferantem potuerint, *d. l.* 1. „ §. 26. *ſeq.* ſecus ergo, ſi vel ſervi procla„ maſſent, vel ipſi vulnerati fuerint. *d. l.* „ 1. §. 29. *ſeq.*

„ Equidem porro durum admodum in le„ gibus Romanis videtur, quod ſervus non „ niſi per tormenta teſtimonium dicere queat, „ *tot. Tit. ff. & C. de quæſt.* Verum nec id „ in genere obtinuit, ſed ſaltem in certis „ cauſis, & perſonis, *per text. expr. in l.* „ 8. *ff. quæſt.* Nimirum 1. ubi capitale, & „ atrocius crimen in ædibus, in quibus ſervi „ habitabant, commiſſum eſt, nec veritas „ aliter explorari, & inveſtigari potuit, *d.* „ *l.* 8. Uti in cauſis adulterii, tributorum, „ inceſtus &c. *l.* 1. §. 18. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. „ *l.* 17. *ff. l.* 1. *C. de quæſt.* 2. In cauſis pe„ cuniariis, ubi de ipſo facto ſervi quæreba„ tur, quod plerumque in ſervis hæreditariis „ occurrebat, ſi nimirum ipſe ſervus depoſi„ ti, vel commodati &c. nomine aliis aliquid „ præſtitit. *l.* 15. *C. quæſt.*, vel ſi ipſe res ge„ rendas ex hæreditate detinebat, *l. fin. C.* „ *de quæſt.*, vel de falſo inſtrumento quære„ batur. *l.* 10. *C. de quæſt.* modo is, qui „ ſervum quæſtioni ſubjici deſiderat, juret de „ calumnia. *l. f. C. quæſt. l.* 1. *C. juram.* „ *propt. calumn.* 3. Si de ipſius ſervi domi„ nio quærebatur, *l.* 58. §. 2. *ædil. Edict.*, „ vel judex de fide generis inſtrui voluit, „ *l.* 18. §. 4. *ff. de quæſt.*

„ Cum enim his omnibus caſibus de præju„ dicio tertii quæratur, nec veritas aliter „ haberi poſſit, ſervo, cujus viliſſima eſt „ conditio, non creditur, nec fides ei ha„ betur, niſi per tormenta de rei veritate „ teſtetur, *Conſ. l.* 11. *C. de admi.* Sane cum „ jus vitæ, & necis dominis in ſervos com„ petat, mirum non eſt, tam faciles fuiſſe „ Romanos ſervis quæſtioni ſubjiciendis.

„ Præterea inter leges duriores refert Tes„ marus eam, quæ ſtuprare virginem jubet, „ priusquam ſupplicio afficiatur, eumque „ in finem allegat *Tac. ann.* 5. *c.* 9. At lex „ talis univerſalis numquam lata fuit, ſed „ inter crimina Tiberii allegato loco recenſe„ tur, quod in liberos quoque Sejani ſæ„ vire juſſerit: quia enim inauditum habeba„ tur, virginem triumvirali ſupplicio, i. e. „ laqueo affici, prius a carnifice vitiari voluit, „ & juſſit, Sejani filiam. Idque ideo factum „ eſſe, interpretes notant, ut compreſſa, de„ virginataque mulier videretur, cum alias „ impubes ultimo ſupplicio affici non potuiſ„ ſet. *Lipſ. in not. ad d. c.* 9., ubi id exem„ plo pueri ex *Dione l.* 47. probat, qui ut „ proſcribi poſſet, togam virilem ſumere „ juſſus eſt.

Non ideo deſierunt capitalia ſupplicia] „ Nec bella, utpote quæ plurima geſſit „ Conſtantinus.

De parricidis culeo inſuendis] „ Antiquiori„ bus temporibus pœna in parricidas ſtatuta „ non fuit, quia putabant veteres, neminem

„ mortalium

„ mortalium tale facinus perpetraturum. *Cicero pro Rosc. Am.* 25. *Quintil. decl.* 321. „ Pœnam autem culei jam ante Constantinum „ notam fuisse, patet ex *Cic. dict. orat n.* 26. „ Pœna in eo consistit, quod reus virgis cæ„ sus, sacco coriaceo, cum gallo, cane, „ vipera, & simia in mare abjiciendus sit, „ § 6. *Inst. publ. jud. l.* 9. *ff. L. Pomp. de parric.* „ quæ pœna hodieque observatur, nisi quod „ animalia amoveantur. *Laut. Comp. Tit. de* „ *parric. Conf. Juvenal.* 8. 214. & 13. 155.

Plurimos habuit Christianos] „ Plerosque „ gentilium Principes milite Christiano usos „ esse, tradit *Euseb. l.* 5. *c.* 5. *L.* 8. *c.* 4. „ *Sozom. L.* 5. *c.* 17. *vid. Tesm. b.*

Et Labaro] „ Vexilli species fuit, teste „ Prudentio *apud Gronov. b.* Et Fortunat. „ *Hymn.* 3. *de cruce.*

Vexilla regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium.

„ Idque aliis auctoritatibus probat B. Pa„ rens *in Jur. publ. c.* 13. §. 9., ubi de hoc „ labaro ita pergit: *Nomen Labari apud Vege„ tium, & Modestinum non exstat, qui* „ *tamen Constantino M. recentiores sunt, ut* „ *adeo Græcis tantum usurpatum videatur.* „ *Nazianzenus id a* LABORE *deducit;* „ *Baronius græco-latinum facit, quasi laboris* „ ὅρος, *i. e. finis. Gothofredus, aliique eo refe„ runt tit. C. de præpos. labor., ubi tamen* „ *labores nihil aliud sunt, quam fabricæ,* „ *seu opificia bellica, l.* 1. *l.* 3. *C. de princ.* „ *ag. in reb. l.* 1. *C. præpos. ag. Barbaram* „ *vocem esse, vel incerta ejus elocutio pro„ bat; nam Sozom. d. l.* 1. *c.* 4. λάβωρον „ *vocavit. Prudent. d. l. labarum, ille pro„ ducta, hic correpta media; si conjicere li„ cet, nata vox videtur a signo, vel clamore* „ *militari: ubi enim laborari clamatur, eo* „ *signo inferri solent. Ita & Sozom. d. c.* 4. „ *ait: Semper hoc signum ante ordines suos* „ *præmittebat (Constantinus M.) &* καμνό„ σαις φαλάγξιν, *laborantibus legionibus,* „ *præsto in præliis esse voluit: & referunt,* „ *quacunque parte acclamatum esset laborare* „ *aciem, ea illatum fuisse hoc signum: Ex* „ *incondito itaque hoc clamore militari nata* „ *forte vox labarum.* Hucusque B. Parens.

„ Ante inferius ævum nunquam apud anti„ quos scriptores Labari mentio fit, teste „ Beyerlink *in theatro vitæ humanæ voc. Laba„ rum;* Nam Tertulliani tempore nondum „ cognitam fuisse illam vocem, vel exinde „ apparet, quia in ejus Apologia *c.* 16. non „ Labari, sed vexilli, & Cantabri nomina „ leguntur. Atque eam sententiam probat „ *Baron. in annal. tom* 1. *ad an.* 312. *c.* 5. „ Cæterum de hoc labaro vide *Nic. Tullerum* „ *L.* 2. *Misc. c.* 1. *Gregor. Nazianz. orat.* „ 3. *in Julian. c.* 60. *Cujac. L. XI. obs.* „ *c.* 28. *Euseb. L.* 1. *vit. Const. M. c.* 25.

Et per majestatem] „ Sunt qui putant, „ priora verba, quæ per Deum sunt prolata, „ habere vim jurisjurandi, posteriora vero „ habere saltem vim simplicis affirmationis, „ *vid. Tesm. b.* Verum ex iis, quæ infra „ *L.* 2. *c.* 13. dicentur, apparebit, jura„ mentum verum esse quoties adjicitur asser„ tioni, vel promissioni res sacra, nobis„ que inviolabilis; quid vero post Deum ma„ gis nobis colendum est, quam Princeps, „ qui imaginem Dei refert? Unde pœna „ quoque perjurii contra pejerantem per „ Principem obtinet. *l.* 2. *C. de jurejur.*

Qui aut Constantinum ab omnibus omnino 5
„ *capitalibus supplicüs, & bello*] „ Firmissi„ me igitur concluditur ex hoc argumento, „ bella, & capitalia supplicia Evangelio „ non esse contraria, quia Episcopi tunc „ temporis viventes id monituri fuissent.

Et minime dissimulantes eorum &c.] „ Con„ stantini enim tempore omnes fere patres „ Concilii Nicæni vixere. *vid. Thomas Inst.* „ *jur. div. l.* 3. *c.* 3. §. 64.

Qualis & Theodosii tempore fuit Ambro„ sius] „ Quam acriter, & publice increpave„ rit Ambrosius magnum illum Theodosium, „ repellendo eum a liminibus ecclesiæ, vi„ dere est apud Theodoricum *Hist. eccl.* 5. „ *c.* 17. & 10. *Sozom.* 725.

Qui Sermone VII. ita ait] „ Plura ex Pa„ tribus loca huc collimantia relata sunt *in c.* „ 23. *q.* 1. *c.* 4. *q.* 3. *c.* 5. & *passim.*

Interpositis precibus suis avertisse pœnas, 6
præsertim capitales] „ Augustinus *epistola* 53. „ hanc quæstionem tractat, an fas sit episco„ pis pro reis intercedere: eamque affir„ mat, modo justitia salva maneat. *Vid.* „ *Tesm. b.*

Ut qui ad Ecclesiam confugissent] „ Idem „ privilegium templis gentilium tributum „ fuit. De templo Ephesino id testantur *Stra„ bo l.* 14. *Cic. in Verr.* 3., De Minervæ „ templo *Thucid. I.* De Neptuni templo „ *Plutarch. in Pompeio.*, De Gallorum an„ tiquorum templis, *Aymon. Monachus de* „ *gest. Franc. l.* 2. *c.* 4. *l.* 3. *c.* 21. *Add. Corn.* „ *nep. in Themist. c.* 8. & *Agesil.* 4. *Curt.* „ *l.* 4.

„ *l.* 4. *c.* 4. *Arrian.* 2. *n.* 148. *Appian. bell.* „ *Mitth. n.* 175. *&* 185. *&c. Vid. Chriſtin.* „ *vol.* 1. *D.* 55 *V.* 2. *D* 47. *Teſm. b.*, & „ quæ de aſylis tractantur *infra l.* 2 *c.* 21. „ §. 5.

Ut circa Paſcha] „ Sed excipiuntur diſer- „ tis verbis illi, qui criminis rei ſunt, quod „ remitti non poteſt: uti ſacrilegii, ſtupri, „ inceſtus, raptus, maleficii, homicidii, „ parricidii &c. *d. l.* 3. *de epiſcopali audientia.* „ Unde recte Tesm. *in not b.* improbat con- „ ſuetudinem Judæorum, qui ſceleratiſſimos „ quosque hoc die clauſtris eximebant. „ *Matth.* 17. *v.* 15. *Joh.* 18 39. Sane aram „ non profuiſſe criminum reis in veteri teſta- „ mento, probabimus *infra L.* 2. *c.* 21. §. 5.

Signa hæc eſſe Chriſtianæ bonitatis] „ Per- „ fectionis enim ſpecies inſignis eſt miſereri „ miſerorum; modo crimen non inde in- „ feratur.

Non omnia judicia capitalia damnantis animi] „ Nec enim ideo hæc privilegia ſibi ar- „ rogant eccleſiæ, quod capitalia judicia im- „ probent; ſed quod eccleſiam jurisdictioni „ ſeculari exemtam putent, ex qua avocari „ nemo, nec criminis reus poſſit.

Exceptionibus quibusdam temperabantur] „ Hinc Petrus de Ferrariis in praxi *Tit.* 52. „ *n.* 47. ait, jura iſta Canonica facta eſſe „ ſine ratione, & ad beneplacitum, imo „ & contra jus divinum; atque hac ratione „ id confirmat: *ſi enim Deus noluit tolerare* „ *ementes, & vendentes in eccleſia, ſed eos* „ *ejecit; quanto magis non vult receptari in* „ *ejus eccleſia latrones, & homicidas.* Sane „ jus divinum illis ſaltem aſylum præbet, „ qui ſine dolo homicidium commiſere, „ *vid. Seld. I. N. L.* 4. *c.* 2., *& infra L.* „ 2. *c.* 21. §. 5.

7 *Objiciunt &c. Canonem Synodi Nicænſis*] Ubi punitur ille, qui ſe immiſcet ſeculari- bus negotiis, & bello. Reſp. 1. agitur ibi de illis, qui ſacris initiati redeunt ad ſtatum ſecularem. 2. Agitur ibi de relapſis ad gen- tiliſmum. *vid. n.* 8.

Ita ut aliqui & pecuniam darent, & bene- ficiis militiam repeterent] „ Deficiebant ni- „ mirum a Conſtantino Chriſtiani facti, re- „ vertebantur ad Licinium gentilem; quod „ ſine apoſtaſia fieri non potuit, & ideo im- „ probatur merito ſuo. *vid n. ſeq.*

Hi decem annis jaceant, poſt triennii audi- tionis tempus] „ Quatuor fuere gradus pœ- „ nitentiæ in veteri eccleſia, *Caſaub. in Ba-* „ *ron. exerc.* 16. *n.* 43. *Salmas. in epiſt. ſimpl.* „ *verin. nom. p.* 113. *Vid. Gron. & Teſm.* „ *in not. b.* Concilium hic reſpicit ad ſecun- „ dum, & tertium gradum, qui ſunt *au-* „ *dientium, & ſubmittentium.*

Hi tempus definitum omnino impleant] „ Quia veram pœnitentiam nondum egere.

Mentio temporum Licinii] „ Licinius fuit 8 „ Imperator orientis, uti Conſtantinus occi- „ dentis: hic illi ſororem Conſtantiam in „ matrimonium dedit, & pax fuit per quin- „ quennium; cum vero Licinius contra pa- „ cta, & edicta in Chriſtianos ſæviret, cau- „ ſam Chriſtianorum bello defendit Conſtan- „ tinus, Liciniumque vicit, qui tandem „ Theſſaloniæ interfectus eſt.

Reditus ad militiam ſub Licinio non patebat, niſi per fidei chriſtianæ abnegationem] „ Adeo- „ que non niſi per novum ſacramentum, & „ per ſacrificia idolis facienda; quæ vera „ apoſtaſia eſt.

Prior ille actus] „ Quo cingulum militiæ „ depoſuerunt.

Gravius etiam puniuntur] „ Imo pœna „ non ſtatuitur, ſed diſciplina eccleſiæ gra- „ viorem pœnitentiam im onit.

De omni militia interpretari] „ Quaſi is, „ qui ſemel cingulum militiæ ſub Conſtantino „ depoſuit, militiam apud eundem repetere „ non poſſit.

An ad militiam redire] „ Certiſſimo indi- „ cio, reditum ad militiam ſalva fide nihil „ illiciti continere.

Leonis Epiſtolam] „ Eſt hic Leo I. Magnus 9 „ dictus, qui ab anno Chr. 440. ſedit annos „ 21. vir doctus, cujus varia ſcripta hodie „ leguntur. *Guthberlet. chronol. p. m.* 175.

Contrarium eſſe eccleſiaſticis regulis, poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſecula- rem] „ Loquitur Leo de perfectionis majoris „ gradu, quia negari nequit, bellum ſine „ omni injuria geri non poſſe.

Canones Apoſtolici vulgo appellantur] „ Qui „ falſi ſunt, ac ſpurii, etſi multa utilia ibi „ inveniantur, *vid. diſt.* 16. *c.* 1. Zieglerus „ notat hic, communem eſſe ſententiam, „ canones illos collectos fuiſſe poſt concilium „ Antiochenum, quia illius canones illis fæ- „ pe interſeruntur. *Whittak. Contr.* 1. *q.* 9. „ 16. *c.* 12. *Parker de polit. eccl. l.* 2. *c.* 13. „ Conf. infra *l.* 2. *c.* 5. §. 14. *n.* 2. *&* 4. „ *& proleg.* §. 31.

Ne quis Epiſcopus &c. militiæ vacet] „ Loquitur igitur de clerico milite, quod „ merito improbatur: Nam officium eorum „ conſiſtit in docendo, inſtruendo, propa-

„ ganda fide, quod cum militia, ejusque „ cura vix subsistere potest.

Qui cleri honorem non sperarent] „ Quia „ ibi tota ratio cessabat; neque enim docendi „ officium ipsis injunctum est.

10 *Aut magistratus attigissent, aut munera bellica*] „ Neutrum enim absque vi exerce- „ tur, a qua abhorret ecclesia.

Seculares curas administret] „ Quod in- „ primis in præsenti rerum statu cavere opor- „ tet. Thuanus lib. XXIII. ait: *Regni legi- „ bus prudenter a majoribus prospectum est, „ ne sacris addicti, & Pontifici obnoxii, „ summam rerum in Gallia teneant. Ea de „ causa olim Joanni Dormanio Bellovacorum „ Episcopo, ac Franciæ Cancellario, ademta „ sigilla a Johanne, quod in Cardinalium „ collegium adoptatus duobus dominis servire „ non posset. Ob eandem causam Joannem „ Balvam, & Thomam Volsæum Cardina- „ les a Lud. XI., & Henr. VIII. Anglo- „ rum rege male multatos esse, quod per eos „ magnas calamitates regnis utriusque impor- „ tatas, constaret: Venetum Senatum, qui „ merito omnis civilis prudentiæ officina vocari „ debet, id diligenter cavere, apud quem „ sacris initiati nullam reipublicæ partem at- „ tingunt.*

Sub Constantino] An. Chr. 314. *Pictet. de* 11 *la Religion chret. part. 2. p. m. 448. pr.*

Tunc agnoscebant Imperatorem cœli] „ Cui „ magis obtemperandum est, quam Impera- „ tori terræ.

Quas sanguine innocentium cruentare, ne- 12 *fas ducimus*] „ Adeoque Christiani gerebant „ bella, quæ necessariam defensionem in- „ ferebant.

Quo facto conservemus tibi, si hanc Deo „ nostro non exhibemus] „ Unde proverbium: „ *Wer GOtt nicht treu ist, kan auch denen „ Menschen nicht treu seyn.* (*Deo infidelis, „ nec hominibus fidelis esse potest.*) Constan- „ tini hæc vox fuit apud *Euseb. in vit. Const.* „ *L. 1 c.* 16. Idque Hormisdas quidam abne- „ gare Christianismum jussus, regerebat regi „ apud *Theodor. Hist. Eccl. L. 5. c.* 38.

Excusatos habentes eos], Imo non tantum „ excusatos habentes, sed & maxime lau- „ dantes.

CAPUT III.

Belli partitio in publicum, & privatum. Summi imperii explicatio.

I. *Belli divisio in publicum, & privatum.*

II. *Non omne bellum privatum, post judicia constituta, illicitum esse jure naturali, defenditur; additis exemplis.*

III. *Ac ne jure quidem Euangelico; cum solutione objectionum.*

IV. *Belli publici divisio in solemne, & minus solemne.*

V. *An bellum sit publicum, quod geritur auctoritate magistratus summam potestatem non habentis; & quando.*

VI. *In quibus rebus consistat potestas civilis.*

VII. *Quæ potestas sit summa.*

VIII. *Refellitur sententia, quæ statuit, summam potestatem semper esse penes populum: & solvuntur argumenta.*

IX. *Refellitur sententia, quæ statuit semper mutuam subjectionem regis, & populi.*

X. *Ad veram sententiam recte intelligendam adhibentur cautiones: prima est de distinguenda vocum similitudine in re dispari:*

XI. *Secunda de distinguendo jure, & modo habendi jus.*

XII. *Ostenditur, quædam imperia summa haberi plene, id est alienabiliter:*

XIII. *Quædam non plene:*

XIV. *Quædam non summa plene, id est alienabiliter, haberi.*

XV. *Astruitur dicta distinctio ex discrimine dandi tutoris in regnis.*

XVI.

XVI. *Summam potestatem non tolli promissione etiam ejus, quod nec naturalis, nec divini sit juris.*

XVII. *Summum imperium dividi interdum per partes subjectivas, aut potentiales.*

XVIII. *Male tamen hoc colligi ex eo, quod reges acta quædam sua nisi à cœtu aliquo probentur, rata esse nolunt.*

XIX. *Alia quoque exempla quædam male huc trahi.*

XX. *Vera exempla.*

XXI. *Summam potestatem habere posse qui inæquali fœdere teneatur: cum solutione objectionum:*

XXII. *Et qui tributum pendat:*

XXIII. *Et qui feudi lege teneatur.*

XXIV. *Distinctio juris, & exercitii; cum exemplis.*

I. 1. + BElli prima, maximeque necessaria partitio hæc est, [a] quod bellum + aliud est privatum, + aliud publicum, + aliud mixtum. Publicum bellum est, + quod auctore eo geritur, [1] qui jurisdictionem habet: + privatum, quod aliter: + mixtum, quod una ex parte est publicum, ex altera privatum. Sed de privato, quod [2] antiquius, primum videamus.

a Syl. verbo bellum I. n. I.

2. Bellum aliquod privatum licite geri, quantum jus naturæ attinet, satis apparere, arbitror, + ex iis, quæ supra diximus, cum ostensum est, ut quis injuriam etiam vi à se arceat, + juri naturali non repugnare. Sed forte putet aliquis, id saltem + post constituta [3] judicia publica non licere: + quanquam enim judicia publica non à natura, sed à facto sunt humano, cum tamen multo sit honestius, & ad quietem hominum conducibilius, [4] ab eo cujus nihil interfit rem cognosci, quam homines singulos, [5] + nimium sæpe amantes sui, [6] quod jus putant id manu exsequi, + tam laudabili instituto obsequendum, ipsa dictat æquitas, & ratio naturalis. Paulus [b] JC. + *Non est singulis concedendum quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. Hinc est*, inquit [a] Rex Theodoricus, [c] *quod + legum reperta est sacra reverentia, ut [7] nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu; quid enim à bellica confusione pax tranquilla distat, si per vim litigia terminantur?* [d] + Et *vim* vocant leges, *quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit.*

b L. Non est. de R. J. 176.

c Cass. l. IV. Var. epist. 10.

d L. Exst. 13. D. quod metus.

II.

GROTII.

a *Rex Theodoricus*] Eundem vide in Edicto cap. X. & CXXIV.

GRONOVII.

1 *Qui jurisdictionem*] Abutitur vocabulo, & id ita accipit generaliter, ut & imperium comprehendat. *Sen.* de clem. 1, 1. *quas nationes funditus excidi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi*, &c. *quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio est.* Cic. 2. agr. 36. *ut sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem, urbes, nationes, provincias, terrarum denique orbem subjugaretis.* Alioqui & jurisdictio aliquando sine potestate gladii est.

2 *Antiquius*] Quippe quod jam gestum sit ante respublicas constitutas, cap. 1. §. 2. n. 1.

3 *Judicia publica*] Ex quo personæ publicæ lectæ sunt, quibus solis datum ut jus administrarent, & rerum capitalium vindices essent. Est autem inter judicia publica insigne de vi & vi armata. §. 8. *Inst. de publ. jud.*

4 *Ab eo, cujus nihil*] Cujus ipsius res non agitur, ut possit bona fide medius, & neutrarum partium esse, nec propriæ causæ respectu corrumpatur.

5 *Nimium sæpe amantes*] *Pindarus* apud *Gregor. Nazianz.* 3. in Julian. p. 96. τὸ οἰκεῖον πίθηκος. *Sallust.* Cat. 51. neque enim cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur.

6 *Quod jus putant*] In qua opinione sæpius decipiuntur.

7 *Nihil manu*] Vi privata.

II. 1. Certe + quin restricta multum sit ea, quæ ante judicia constituta fuerat licentia, dubitari non potest. + Est tamen ubi locum nunc quoque habeat, + nimirum [8] ubi cessat judicium : + nam lex vetans sine judicio suum consequi, + intelligi commode debet, ubi copia est judicii. Cessat autem judicium [9] momentanee, aut continue. [b] + Momentanee cessat, ubi expectari judex non potest sine certo periculo, aut damno ; + Continue vero, aut jure, aut facto. Jure, si quis versetur in [10] + locis non occupatis, + ut mari, solitudine, insulis vacuis, [a] + & si qua alia sunt loca, in quibus nulla est civitas : facto, + si subditi [11] judicem non audiant, + aut [12] judex aperte cognitionem rejecerit.

[a] *Molin. Disp.* 100. §. *Dubium vero.*

2. Quod diximus, etiam post judicia constituta naturali juri non repugnare omne bellum privatum, + etiam ex lege Judæis data intelligi potest ; ubi sic per Mosen Deus loquitur, Exod. XXII, 2. *Si in effossione deprehensus fur ita percutiatur, ut moriatur, ne reus cædis esto percussor : ni jam dies illuxerit, tunc enim reus cædis erit.* Omnino enim videtur hæc lex, tam accurate distinguens, + non solum [13] impunitatem inducere, + sed jus etiam naturale explicare ; + neque fundari in peculiari aliquo [14] mandato divino, + sed in communi æquitate : unde alias etiam gentes id sequutas, videmus. Notum est illud XII. Tabularum, [b] haud dubie [c] ex veteri jure Attico profectum : + *Si nox furtum faxit, si im aliquis occisit, jure cæsus esto.* + Sic insons omnium, quos novimus, populorum legibus judicatur, qui adversus aggressorem armis vitam periclitantem defenderit : qui tam manifestus consensus testimonium præbet, + nihil in eo esse, quod naturali juri adversetur.

[b] *Macrob.* Saturnal. 1, 4.

III. 1. + De jure divino voluntario perfectiore, Euangelico scilicet, + plus est difficultatis. Quin Deus, + cui plus juris est in vitam nostram, + quam nobis ipsis, + potuerit à nobis patientiam eo usque exigere, ut etiam privatim in periculum adducti, occidi deberemus potius, quam occidere, ego non dubito. + An autem voluerit nos eo usque obstringere, id est quod inquirimus. Solent pro affirmante sententia adferri duo loca, [c] quæ supra adduximus, ad quæstionem generalem : ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· *Ego autem dico vobis : + Ne resistite injuriam facienti.* Matth. V, 39. & Rom.

[c] *L. I. c. II. §. VIII. n. 3. & n. 12.*

GROTII.

b *Momentanee*] *Servius* ad X. *Æneidos* : (v. 419.) *Injecere manum Parcæ. Traxerunt debitum sibi. Et sermone usus est juris ; nam manus injectio dicitur, quoties nulla judicis auctoritate rem nobis debitam vindicamus.*

c *Ex veteri jure Attico*] *Solonis* verba : (apud *Demosthen.* Orat. adversus *Timocrat.* pag. 476. *Ed. Basil.* 1572. Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι. εἰ δὲ τις νυκτὸς ὅ τι, ἂν κλέπτῃ, τοῦτον ἐξεῖναι τῷ ἀποκτεῖναι. *Si quis de die quod plus quinquaginta drachmis valeat, furetur, eum jus sit ad undecim viros deduci : quod si quis noctu vel minimum quid furetur, eum liceat vel occidere.* Adde quæ 11. libro infra dicentur, cap. 1. §. 12.

GRONOVII.

8 *Ubi cessat judicium*] Sic excusabant scelerata Octaviani initia adulatores aulæ : necessitudine reipubl., in qua nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum. *Tacit.* 1. ann. 9.

9 *Momentanee*] Ad tempus, aut perpetuo.

10 *Locus non occupatis*] Quæ nemo in ditionem suam vindicavit.

11 *Judicem non audiant*] Si per rebellionem, seditionem, diffidium intestinum sit justitium.

12 *Judex aperte*] Quo prætextu Cæsar invasit piratas. *Vellej.* 2, 42.

13 *Impunitatem inducere*] Excusare, & connivere, si quis tale fecerit quippiam, sed prorsus jus dare faciendi.

14 *Mandato divino*] De qualibus supra 2, 2.

GRO-

Rom. XII., 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ, ubi Latina versio habet, + *non vos defendentes, charissimi.* Tertius autem locus est in illis Christi verbis ad Petrum: [a] *Repone gladium tuum in vaginam;* + *nam quicumque acceperint gladium, gladio peribunt.* + Addunt his nonnulli Christi exemplum, qui pro inimicis sit mortuus, Rom. V, 8. 10.

a Matth. XXVI, 52.

2. + Neque desunt inter Christianos veteres, qui bella quidem publica non improbaverint, sed defensionem privatam putarint vetitam. Ambrosii loca pro bello supra [b] attulimus. Augustini multo etiam plura sunt, & clariora, omnibus nota. At idem Ambrosius dixit: [c] *Et ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, Satis, dicit;* [15] *quasi licuerit usque ad Evangelium, ut sit in lege* [16] + *æquitatis eruditio, in Euangelio* [17] + *veritatis.* Idem alibi [d]: *Christianus etiamsi in latronem armatum incidat, ferientem* + *referire non potest; ne dum salutem defendit, pietatem contaminet.* [e] Augustinus vero: *Legem quidem non reprehendo, quæ tales* (latrones, & alios invasores violentos) *permittit interfici, sed* + *quomodo istos, qui interficiunt, defendam, non invenio.* + Et alibi: [f] *De occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit* + *miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis,* + *accepta legitima potestate.* Atque idem sensisse [g] Basilium, ex secunda ipsius ad Amphilochium epistola [d] satis apparet.

b Cap. præced. §. 10. num. 5.
c Lib. X. in Lucam, c. 22.
d De Off. III, c. 3.
e Lib. 1. de lib. arb. c. 5.
f Epist. 154. ad Publicolam. (47. Ed. Benedict.)
g Cap. 43. & 55.

3. + Sed opposita sententia sicut receptior est, ita verior nobis videtur, [18] + ut talis patientia non sit in obligatione; jubemur enim in Euangelio proximum amare juxta nos ipsos, + non præ nobis ipsis: imo ubi par malum imminet, non vetamur [e] nobis potius, quam aliis consulere, ut supra [b] ostendimus auctoritate Pauli beneficentiæ regulam explicantis. + Instet forte aliquis, & dicat: etiamsi meum bonum præferre possim bono proximi, hoc tamen locum non habere in [19] bonis inæqualibus; quare vitam meam mihi potius deferendam, quam invasor permittatur incidere in perpetuam damnationem. Sed responderi potest, + sæpe etiam eum, qui impetitur, [20] opus habere tempore ad pœnitentiam, aut probabiliter ita existimare; + & ipsi quoque aggressori ante mortem posse ad pœnitentiam spatium supereesse. + Deinde [21] morali judicio non videri æstimandum illud periculum, in quod ipsum se quis conjiciat, & unde se potest eximere.

b Cap. præced. §. 8. n. 9.

4. Cer-

GROTII.

d *Satis apparet*] Adde Concilii Aurelianensis canonem, citatum à *Gratiano* c. ult. causa XIII. qu. 11.

e *Nobis potius, quam aliis consulere*] *Cassiodorus* de Amicitia: [vel potius *Petrus Blesensis*, cui liber ille à Viris Doctis vindicatur.] *Sane nullus aliquo præcepto, vel aliqua ratione tenetur salutem animæ proximi perditione animæ suæ, aut corporis ejus liberationem, citra spem perpetuæ salutis, propri corporis interitu procurare.*

GRONOVII.

15 *Quasi licuerit*] Interpretatur antehac & ad istum diem, dum stant Moysis cærimoniæ, licuisse; nunc autem postquam Euangelium annuntiari cœpit, sisti usum gladii. Cavillatur in vocabulo *Satis*, quod & significat, *Non plus*, &, *Non ultra.*

16 *Æquitatis*] Quid liceat communi jure.

17 *Veritatis*] Quid verum, & justum sit Christianis. [In *Edit. Paris.* 1569. col. 1782. legitur: *bonitatis perfectio.* J. B.]

18 *Ut talis patientia*] Ut nemo teneatur, aut necesse habeat pati, se indefensum occidi.

19 *Bonis inæqualibus*] Ut patientis bonum est servare vitam fragilem, & mortalem; aggressi non perire inter peccandum, & sic cum præsenti vita etiam spem futuræ, atque æternæ perdere.

20 *Opus habere*] Non sic se affectum sentire, ut repente vitam dimittere possit, cum spe salutis æternæ.

21 *Morali judicio*] Quod diversum à naturali

4. Certe Apoſtolorum aliqui ad ultimum usque tempus, Chriſto vidente, & ſciente, + videntur iter feciſſe armati gladio; + quod & alios Galilæos è patria urbem verſus properantes ob infeſtas latronibus vias factitaſſe, ex Joſepho [a] diſcimus: + qui & de [22] Eſſenis innocentiſſimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum eſt, ut cum diceret Chriſtus, tale tempus imminere ut gladii comparandi cauſa vel veſtis vendenda eſſet, Lucæ XXII, 36. + ſtatim Apoſtoli reſponderint, in ſuo comitatu duos eſſe gladios; erant autem in eo comitatu nulli præter Apoſtolos. Tum vero illud ipſum, + quod dixit Chriſtus, quanquam + præceptum revera non continet, ſed [23] + proverbium eſt, ſignificans graviſſima pericula imminere, ut clare oſtendit + oppoſitio primi temporis, quod tutum, ac proſperum fuerat; commate 35. eſt tamen tale, + ut ſumptum appareat ex eo, quod fieri ſolebat, quodque Apoſtoli licitum cenſebant.

[a] *Bell. Jud. Lib.* II. *Cap.* 22.

5. Recte autem à Cicerone [b] dictum eſt: *Gladios habere certè non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret.* Illud vero, + *Ne reſiſtite injuriam facienti*, [24] + non magis univerſale eſt, quam quod ſequitur, + *Date omni petenti*; quod tamen exceptionem admittit, + dum ne nimium nos prægravemur: + imo iſti præcepto de dando nihil adjicitur quod vim habeat reſtringentem, ſed ex ſolo ſenſu æquitatis adſtringitur; cum præceptum de non reſiſtendo ſuam habeat adjunctam explicationem per exemplum alapæ; + ut intelligatur tum demum præciſe nos obligare, cum ea impetimur injuria, quæ aut alapa ſit, aut [25] alapæ par: + nam alioqui rectius fuerat dicere, *Ne reſiſtite injuriam facienti, ſed vitam profundite potius, quam armis utamini.*

[b] *Orat. pro Milon. c.* 4.

6. In verbis ad Romanos, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, omnino ἐκδικεῖν [26] non tuendi, + ſed ulciſcendi habet ſignificationem, ut & Judith. I, 12. & II, 1. Luc. XVIII, 7. 8. XXI, 22. 2. Theſſ. I, 8. 1. Petr. II, 14. Rom. XIII, 4. 1. Theſſ. IV, 6. Idque ipſa verborum connexio manifeſte oſtendit: præceſſerat enim, *Ne rependatis ulli malum pro malo*: + hæc autem eſt ultionis, non defenſionis deſcriptio. Et monitum ſuum fulcit Paulus Deuteronomii [c] loco, [27] + ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, ubi in Hebræo eſt לי נקם, quo ultionem ſignificari tum vocis proprietas indicat, + tum ipſa loci ſententia, quæ defenſionem intelligi non patitur.

[c] XXXII, 35.

7. Quod

rem æſtimante ex ſeſe; non ex adjuncta cauſa, quæ vitioſam eam, aut probabilem reddit. Judicium morale interpretatur rem, non eſſe rem eam, cujus nomine vocatur, ſi vitium habet adjunctum. Hoc igitur judicio periculum, in quod quis ultro ſe conjecit, & ex eo ſe eximere poteſt, periculum non putatur hactenus, ut alter illi potius, quam ſibi parcere debeat. Judicio morali res non eſſe æſtimatur id, quod eſt, propter adjunctum vitium. Tale ſignificat *Cicero* lib. IV. famil. IV. *Quando effugi ejus offenſionem, qui fortaſſe arbitraretur, me hanc remp. non putare*, hoc eſt, me judicio morali hanc remp., quæ ſub Cæſare eſt, putare non eſſe rempublicam, ſed tyrannidem.

22 *Eſſenis*] Secta Judæorum, ut & Phariſæi erant, & Sadducæi: ſed iſti omnium ſeveriſſimi, & continentiſſimæ diſciplinæ. *Joſeph.* Antiq. 18, 2.

23 *Proverbium*] Sermo ὑπερβολικὸς & figuratus.

24 *Non magis univerſale*] Sine exceptione accipiendum.

25 *Alapæ par*] In qua plus ſit contumeliæ, quam noxæ, aut periculi.

26 *Non tuendi, ſed ulciſcendi*] Nam ἐκδικεῖν utrumque ſignificat, & *tueri*, & *ulciſci*. Unde *Ecdici* defenſores civitatum. *Plin.* 10. epiſt. III. Hoc ſecutus eſt vetus interpres, cum illud debuiſſet.

27 Ἐμοὶ ἐκδίκησις] *Mihi vindicta; ego rependam.*

GRO-

7. Quod [a] vero Petro dictum est, continet quidem prohibitionem utendi gladio, [+] sed non in defensionis caussa, neque enim se opus habebat defendere: [+] jam enim dixerat Christus de discipulis: *Sinite hos abire: idque ut impleretur sermo, quem dixerat: Ex iis, quos dedisti mihi, non perdidi quemquam*, Joan. XVIII, 8. 9.; [+] neque Christum, nam defendi nolebat. Ideo apud Joannem [b] hanc causam interdictioni subjicit, *An non bibam poculum, quod dedit mihi Pater?* com. II. & apud [c] Matthæum ait, *Quomodo ergo implerentur scripturæ, quæ dicunt ita oportere fieri?* [+] Ulciscendi ergo animo Petrus, ut erat fervidus, non defendendi ferebatur: adde quod arma sumebat in eos, qui nomine publicarum potestatum adventabant, quibus an ullo casu resistere liceat, peculiaris est quæstio [d] infra à nobis peculiariter tractanda. Quod autem adjicit Dominus, *Omnes, qui gladium acceperint, gladio peribunt*, [+] aut proverbium est, ex vulgi usu desumtum, quo significatur [+] sanguinem sanguine elici, [+] ideoque [28] armorum usum periculo nunquam vacare: aut quæ Origenis, Theophylacti, Titi, & Euthymii sententia est, indicat, [+] non esse quod nos Deo præripiamus ultionem, quam ipse suo tempore satis sit exacturus; [+] plane quo sensu in Apocalypsi dicitur XIII, 10. *Qui gladio occidit, eum gladio occidi oportet: in hoc sita est spes, & patientia sanctorum.* Quicum convenit Tertulliani illud: [e] *Adeo satis idoneus* [29] *patientiæ sequester Deus: si injuriam deposueris penes eum, ultor est; si dannum, restitutor est; si dolorem, medicus est; [+] si mortem, resuscitator est: quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem?* [+] Simulque his Christi verbis vaticinium videtur inesse de pœnis, quas à sanguinariis Judæis erat exacturus gladius Romanorum.

[a] *Vid. sup. n. 1.*

[b] *Cap.* XVIII. 11.

[c] XXVI. 34.

[d] *De quo inf. c.* IV. §. 6.

[e] *De Patient. c. 15.*

8. [+] Ad Christi exemplum, qui pro inimicis mortuus dicitur, respondeti potest, [+] Christi facta omnia quidem virtutis esse plena, & quæ, quoad ejus fieri potest, [+] imitari laudabile sit, [+] & suo præmio non cariturum; [+] non tamen omnia ejusmodi esse, [+] ut aut ex lege veniant, [+] aut legem faciant. Nam quod Christus pro inimicis, atque impiis est mortuus, id non fecit ex lege aliqua, [+] sed ex speciali quasi pacto, & fœdere inito cum Patre; qui si id faceret, non modo summam ei gloriam, sed & gentem in æternum duraturam [+] promisit, Esaiæ LIII, 10. Alioqui esse hoc factum quasi singulare, [+] & cui vix quicquam reperiatur simile, ostendit Paulus Rom. V, 7. Et Christus nos animam nostram periculis objicere jubet, [+] non pro quibusvis, [+] sed pro ejusdem disciplinæ consortibus, 1 Joan. III, 16.

9. [+] Quæ vero ex Christianis scriptoribus allatæ sunt sententiæ, [+] partim videntur consilium magis, & sublimis propositi commendationem, quam districtum præceptum continere; [+] partim privatæ sunt ipsorum, non communes

GRONOVII.

28 *Armorum usum*] Quale *Homeri* Οδυσσ. σ. 294. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος. Quod sic reddit *Valerius Flaccus* lib. 5. Argonaut. 540. *Namque virum trahit ipse chalybs.*

29 *Patientiæ sequester*] Sequester est, apud quem res controversæ possessionis deponitur, & custodiæ mandatur. Vide ad *Taciti* ann. 3, 71. Sic facit Deum patientiæ sequestrum, & injuriam suam penes eum seponit, qui ob divinum præceptum accepta injuria, abstinet vindicta, & eam arbitrio cœlesti remittit, & committit.

GRO-

munes totius Ecclesiæ. Nam in canonibus antiquissimis, + qui Apostolici dicuntur, communione is demum privatur, + qui in rixa primo ictu adversarium occiderit, [a] δίς. τὸν προπέτειαν αὐτοῦ, [f] *ob nimium calorem*. Et hanc sententiam ipse etiam Augustinus, [b] quem in contrariam partem adduximus [c] probare videtur Quæst. LXXXIV. in Exodum.

IV. 1. + Publicum bellum + aliud est solenne ex jure gentium, aliud minus solenne. Solenne quod hic voco, plerumque justum dici solet + eo sensu, quo justum testamentum codicillis, + justæ nuptiæ [30] servili contubernio opponuntur: non quod non liceat & codicillos facere ei, qui velit, & servo secum mulierem [ff] habere in contubernio; + sed quod testamentum, & nuptiæ solennes [31] peculiares quosdam ex jure civili effectus habeant: + quod notari utile est; multi enim, + voce justi male intellecta, + damnari putant ut iniqua, aut illicita, bella omnia, quibus illa justi appellatio non convenit. + Ut bellum solenne sit ex jure gentium, duo requiruntur; primum + ut geratur utrimque auctore eo, qui summam potestatem habeat in civitate: deinde, + ut [32] ritus quidam adsint, de quibus agemus suo loco. [d] + Hæc quia conjunctim requiruntur, ideo alterum sine altero non sufficit.

2. Bellum autem publicum minus solenne + potest & ritibus illis carere, & geri in privatos, & auctorem habere [33] magistratum quemvis. + Et sane si citra leges civiles res spectetur, + videtur omnis magistratus, sicut ad tuendam plebem sibi creditam, + ita ad exercendam jurisdictionem, si vis occurrat, jus habere belli gerendi. Sed quia ex bello tota civitas in periculum venit, + ideo ferme omnium populorum legibus cautum est, ne bellum geri possit nisi auctore eo, qui summam in civitate potestatem habeat. + Exstat lex talis Platonis [e] ultimo de legibus. + Et in Romano jure majestatis teneri dicitur, [f] qui injussu Principis bellum gesserit, delectumve habuerit, exerci-

a *Can.* LXIV.

b Vid. etiam *c. si vero. de sent. excom. &c. significasti. de homicidio.*

c *Supra n.* 2.

d *L.* III. *c.* 3. §. 4. §. 5. *seq.*

e *Pag.* 955. B.C.Tom. II. *Ed. H. Steph.*

f *L.* 3. *D. ad l. Jul. majest.*

GROTII.

f *Ob nimium calorem*] *Ambrosius* libro X. in Lucam: *O Domine, cur me emere jubes gladium, qui ferire me prohibes? cur haberi præcipis, quem vetas promi? nisi forte ut sit parata defensio, non ultio necessaria.* (Cap. 22.)

ff *Habere in contubernio*] Imo inter cives erant quædam matrimonia non justa, non justi liberi. *Paul.* Sent. lib. II. tit. XIX. L. Si uxor 13. D. ad L. Juliam de Adulteriis; sic & libertas quædam non justa. *Seneca* de vita beata, c. XXIV. *Suetonius* Octavio, c. XL. [Locus *Pauli* ICti malè huic adducitur, quasi in eo esset exemplum *matrimonii non justi*, eo sensu, quo intelligit Auctor: & ipse infra, in Not. ad Lib. II. Cap. V. §. 15. *num.* 1. suspicatur, latere additamentum *Anioni*. Sed vide ibi eximium Editorem *Jurisprudentiæ Antejustinianeæ*, Clar. SCHULTINGIUM. Circa *Uxorem injustam*, de quâ in *L.* 13. *D. Ad Leg. Jul. de Adult.* & alibi, varias Interpretum sententias collegit, & expendit CHR. ULRIC. GRUPEN, *De Uxore Romana*, Cap. VII. §. 9. pag. 338, & *seqq.* Quod spectat *Libertatem non justam*, consule TORRENTIUM, in locum *Suetonii* laudatum: JUST. LIPSIUM in *Tacit.* Annal. XIII. 27. & Eruditissimi NOODTII Comment. in *Digest. Tom.* II. Op. *pag.* 21. *J. B.*

GRONOVII.

30 *Servili contubernio*] Servorum proprie non sunt *nuptiæ*, sed *contubernium*; & nupta serve non *uxor*, sed *contubernalis*. *M. Seneca* contr. 21. in contubernium deducta servi domina est. l. 14. §. 3. D. de ritu nupt. l. 12. 33. D. de instruct. vel instrum. leg. Contubernales quoque servorum, id est uxores. *Petronius* cap. 56. *Contubernalis mea mihi fastum facit.*

31 *Effectus peculiares*] Testamento datur, & adimitur hæreditas, non codicillis. l. 2. & pen. Cod. de *codicil.* Nuptias sequitur patria potestas, non contubernium.

32 *Ritus quidam*] Ut fiat rerum repetitio, & illis negatis indicatur. 3, 3.

33 *Magistratum quemvis*] Non maximum, vel summum necessario exigit.

GRO-

exercitum comparaverit. 34 + Injussu populi dixerat lex Cornelia lata à L. Cornelio Sylla. In Justinianeo Codice exstat [a] constitutio Valentiniani, & Valentis; *Nulli prorsus nobis insciis, atque, inconsultis, quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* Huc pertinet [g] illud Augustini: *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas, atque consilium penes principes sit.*

3. Sicut autem omnia dicta, + quantumvis universalia, 35 æquitatem recipiunt interpretem, + ita & hæc lex. [b] + Nam primum, quin 36 ei, qui jurisdictioni præest, liceat per apparitores suos vi cogere paucos imparentes, (aa) + quoties ad eam rem copiis majoribus opus non est, + nec periculum imminet civitati, + dubitari nequit. Rursum, + si ita præsens sit periculum, ut tempus non ferat eum consuli, qui supremum in civitate jus habeat; hic etiam + necessitas exceptionem porriget. + Hoc jure usus L. Pinarius præsidio Ennæ in Sicilia præfectus, [c] cum certo sciret oppidanos ad Carthaginenses defectionem moliri, cæde in eos facta, Ennam retinuit. + Extra talem necessitatem ad vindicandas injurias, quas Rex persequi negligit, jus belli 37 oppidanis in civitatibus dare ausus est Franciscus Victoria: sed ejus sententia merito ab aliis repudiatur.

V. 1. At quibus eventibus jus armorum movendorum esse magistratibus minoribus constat, + an bellum tale publicum sit dicendum, dissentiunt juris interpretes. Sunt qui ajunt [d]. Sunt qui negant [e]. Sane + si publicum non aliud dicimus, quam quod fit 38 jure magistratus, + dubium non est quin talia bella publica sint, ac proinde 39 + qui in tali facti specie 40 magistratibus se opponunt, + in pœnas incidant contumacium adversus supra se positos. + Si vero publicum sumitur in excellentiore significatu pro eo, quod solemne est, + ut sæpe sumi extra controversiam est; + non sunt bella ista publica, + quia ad istius juris plenitudinem, + tum 41 judicium summæ potestatis,

a Ut armor. usus inscio Principe, interdictus sit, Leg. unic.

b Vict. de jure belli, 9. *Molin. disp.* 100. §. *Idem. Vict. Bart. in l. ex hoc jure D. de Just. & jur. Bart. de Repræs.* 3. *principali ad secundam n.* 6. *Mart. Laud. de bello. q.* 2.

c Livius lib. XXIV. c. 39.

d Ayala de jure belli l. 1. *c.* 2. *n.* 7. *Sil. verbo bellum. n.* 2. *ibi, sufficit etiam.*

e Innoc. c. olim de rest. spol. n. 8. *&c. sicut de jurejur. n.* 5. *Panor. ibid. Bart. ad l. hostes. D. de captivis.*

GROTII.

g *Illud Augustini*] Lib. XXII. c. LXXIV. contra *Faustum* citat *Gratianus* c. quid culpatur, 4. causa XXIII. quæst. 1. Apud Hebræos bellum omne, quod non speciali Dei jussu suscipitur, vocatur מלחמת הרשות bellum potestatum.

GRONOVII.

34 *Injussu populi*] Quia Sulla speciem libertatis, & summi juris penes populum reliquerat. At Marciani, multoque magis Triboniani ævo omnia penes unum principem; populus nullo numero. Hinc inexpiabilis ira Tiberii in Pisonem, ob bellum provinciæ illatum, quamvis ipse illum in Germanicum subornasset, *Tacit.* 3. ann. 14.

35 *Æquitatem recipiunt*] Hactenus pro veris admittuntur, quatenus æquum, bonumque patitur.

36 *Ei, qui jurisdictioni*] *Paulus* l. 5. §. 1. D. *de officio ejus, cui jur. m.* Mandata jurisdictione privatis etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari, quia jurisdictio sine modica coërcitione nulla est. Tribuni plebis, qui veteri jure vocationem non habebant, prensionem tamen habebant. *Gell.* 13, 12.

37 *Oppidanis*] Videndum an acceperint imperii summi partem, aut à principe acceperint privilegium se muniendi, ac tuendi, & suis viribus aliquid copiolarum ad defensionem alendi, quemadmodum civitates liberæ imperii Germanici. Dein adversus externos facilius feras, si sint in limite positi, quam adversus ejusdem regni membra.

38 *Jure magistratus*] A persona publica officium suum curante pro populo.

39 *Qui*] Subjectorum.

40 *Magistratibus*] Velut delectum habentibus, pecunias exigentibus: & cætera parantibus.

41 *Judicium summæ*] Decretum Principis, Ordinum, Populi.

(aa) Hinc *L.* 68. *D. De rei vindicat.* dicitur, eum, qui restituere jussus, Judici non paret, *manu militari, officio Judicis*, cogendum. Qua de re vide Viros Eruditissimos, & Juris peritissimos, JAC. GOTHOFREDUM in Cod. Theodos. *L. unic. de Offic. Jud. milit.* & Amplissimum BYNKERSHOEK, *Observat.* III. 14. *J. B.*

testatis, + tum alia requiruntur. Neque me movet, quod etiam in tali contentione soleant h 42 res auferri obsistentibus, + ac militibus etiam concedi a. + Nam id belli solemnis non ita proprium est, ut non alibi etiam locum habere possit b.

2. Sed & illud accidere potest, ut + in imperio late patente i inferiores potestates + belli inchoandi + concessam habeant potestatem: quod si fit, jam sane censendum erit, bellum geri + ex vi summæ potestatis; nam quod faciendi quis alii jus dat; + ejus ipse auctor censetur.

3. Illud magis controversum, 43 + an ubi tale mandatum non est, sufficiat

a *Livius d. loco.*
b *Vict. n. 9. Cajet. sec. seq. qu. 40. art. 1. Silv. verbo bellum. p. 1. n. 3. Lorca disp. 50. n. 12.*

GROTII.

h *Res auferri obsistentibus*] Jurisconsultis in hanc rem productis possunt addi *Franc. Aret.* cons. XIV, n. 7. *Gail.* 1. de Pac. publica, c. 11. numer. 20. Cardinalis *Tuschus* pract. quæst. LV. litera B. verbo Bellum. numer. 10. *Gaddæus* cons. Marp. XXVIII. numer. 202. & sequentibus.

i *Inferiores potestates belli gerendi habeant potestatem*] Vide legem Friderici Imperatoris apud *Conradum* Abbatem Uspergensem. [De hac Lege vide quæ habet *J. Hertius*, in Dissert. *De superioritate territoriali*, §. 31. *Comment. & Opuscul.* Tom. II. pag. *266. & seqq.* Adde exempla alia, quæ ego adtuli in *Vindiciis juris Societatis Belgicæ* ad Commercia Indicana, Gallicè scriptis, *Cap. ult. J. B.*]

GRONOVII.

42 *Res auferri*] Pignora capi, mulctæ, coërcitiones, damna inhiberi.

43 *An ubi tale mandatum non est, sufficiat quoque conjectura voluntatis*] Auctor absolute negat; non videtur autem omnino negandum, sed distinguendum inter bellum propulsandum, & inferendum: nam quin præfectus provinciæ, præsertim si ei subsit aliqua manus militaris, ut solet in provinciis limitaneis, jus habeat, si à finitimis præfectura ejus vi invadatur, sine speciali mandato, resistendi, & vi armata vim armatam repellendi, dubitari nequit. Sed si finitimi citra bellum hostilia parent, puta legatos, aut negotiatores, aut alia de causa apud se commorantes innoxios vinciant, injuriave afficiant, aut cum hostibus fœdus feriant, bellumque minentur, præfecto Provinciæ occupare illos, & ultro bellum inferre non videtur concessum, priusquam de his rebus principem, aut populum suum docuerit, & ab eo quid faciendum sit, mandatum acceperit. Ratio est evidens; nam in priore casu periculum præsens moram non patitur: & generale mandatum custodiendæ partis sibi commissæ videtur etiam includere jus omnis honestæ rationis, sine qua custodia præstari nequit. Sic L. Pinarius, quum Ennensis, ubi in præsidio locatus erat, pacti cum Himilcone Pœno de proditione præsidii, claves portarum ab eo poscerent, & quum negarentur, vim facturi essent, cæsis turbulentis, *aut malo*, inquit *Livius*, *aut necessario facinore oppidum retinuit*: additque, Claudium Marcellum Imperatorem nec factum improbasse, & prædam Ennensium militi concessisse lib. 24, 39. Sic Anicius Gallus prætor Illyrici bellum non decretum gessit adversus Gentium Regem. Hoc unum bellum prius perpetratum, quam cœptum Romæ auditum est, inquit *Livius* 44, 32. & tamen nemine contradicente victor triumphavit. In altero casu valet illud *Terentii*: *Omnia prius consilio, quam armis experiri sapientem decet*: nam nec in uno, alterove privato læso summum periculum adit Respublica: & potest fieri, ut qui offenderunt, meliora docti à vi abstineant, & rebus repetitis factum purgent, priusquam ad bellum veniatur. Et in hac causa esse judicabant Cæsarem Cato, & alii, quum eum dedendum Germanis censerent: bella enim ex bellis serendo sine auctoritate populi Romani, non provinciæ securitatem, sed suam gloriam quærere videbatur.

Nec vero jure videtur Auctor reprehendere judicium Ciceronis laudantis Octavium, & Brutum, quod privato consilio arma in Antonium ceperant. Dicit ille quidem, Senatus, populique judicium exspectari debuisse: dissimulare factum, an ulcisci vellet, deinde permittendam Senatui, populoque deliberationem fuisse, per quos potissimum id bellum geri vellent. Hæc recte, si senatus erat liber, si res ferebat moram, si Senatus, populique judicium interponi patiebatur Antonius. Sed, ut vere ait *Vellejus*, *torpebat oppressa dominatione Antonii civitas.* lib. 2, 11. Et hic inconsulto Senatu populoque moverat arma in Brutum, Galliamque invadendo eandem viam, qua Julius erat usus, sibi muniebat ad tyrannidem. Indignissima vero conditio est bonorum, si hi adstringantur solemnibus, nec possint agere quidquam, nisi rite & ordine; interea dum omnia divina & humana perturbant mali. Si Senatus & populi judicium exspectasset Brutus, perierat ipse, & Gallia, antequam Romam quidquam renunciaretur. Erat id tempus, quo vere monebat Brutum *Cicero* lib. 2. epist. 7. *Caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere, & meminisse velim, ut ne in libertate, & salute Populi R. conservanda auctoritatem Senatus exspectes nondum liberi.* Et mox: *voluntas Senatus*

pro

44 sufficiat conjectura voluntatis. + Mihi id admittendum non videtur. + Neque enim hoc sufficit videre, quid 45 hoc rerum statu summam potestatem habenti, si consulatur, placiturum sit; sed hoc magis videndum, quid ille, + ubi res moram fert, + aut dubiam habet deliberationem, se inconsulto cupiat fieri, 46 + si ea de re lex ferenda sit. + Nam 47 ut maxime in aliquo facto particulari cesset inspecta particulariter ratio, quæ voluntatem summi imperantis movet, non tamen cessat ratio sumta universaliter, quæ periculis occurri vult: + quod fieri non potest, si ejus rei ad se magistratus quisque judicium trahat.

4. + Non ergo injuria à legatis suis accusatus fuit 48 Cn. Manlius, [a] quod Pop. Rom. injussu bellum Gallo-Græcis intulisset: nam quanquam in Antiochi exercitu Gallorum legiones fuerant, tamen pace facta cum Antiocho, + an ea injuria in Gallo-Græcos exsequenda esset, + non in Cn. Manlii, sed in Pop. Rom. arbitrio esse debuit. C. Cæsarem, quod bellum Germanis intulisset, (bb) + dedi Germanis Cato voluit; credo + non tam jus respiciens, quam quod 49 imminentis domini metu vellet urbem liberari. Nam Germani Gallos populi Romani hostes adjuverant, + ac proinde non erat quod injuriam sibi factam quererentur, + si modo justa fuit populi Romani causa in Gallos bellandi. At Cæsar contentus esse debuit, Germanos Gallia mandata sibi provincia pepulisse, nec Germanos, præsertim cum nullum inde periculum

[a] *Liv. l.* XXXVIII. *c.* 45. *& seqq.*

pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu. Pertinet huc admonitio Catonis ad Cn. Pompejum filium, relata ab auctore belli Africani cap. 22. *Tuus Pater istuc ætatis cum esset, & animadvertisset remp. ab audacibus, & sceleratis civibus oppressam, bonosque aut interfectos, aut exilio mulctatos, patria, civitateque carere, gloria, & animi magnitudine elatus privatus, atque adolescentulus, paterni exercitus reliquiis collectis, pene oppressam funditus, & deletam Italiam, urbemque Romanam in libertatem vindicavit* &c. Quam bene quæso consuluissent reip., qui vetuissent Pompejum eo tempore capere arma, qui jussissent exspectare judicium populi & senatus, qui monuissent permittendam Senatui & Populo deliberationem, per quem potissimum vellet id bellum geri? (Non possum satis mirari, qui in mentem venire potuerit Doctissimo *Gronovio*, Auctorem nostrum *absolute negare*, (ut ait initio Notæ istius) *sufficere* unquam *conjecturam voluntatis*, ut Potestas inferior bellum inchoët: quasi Auctor non disertè excepisset in fine paragraphi præcedentis, casum, quo *tempus non fert consuli* Summam Potestatem; quod & in sequentibus non minus clarè innuit. Id dudum observavimus ad PUFENDORF. nostrum, *Lib.* VIII. *Cap.* VI. §. 11. J. B.)

44 *Sufficiat conjectura*] Excusatus sit præfectus, si rem statim gerat, quam probabiliter conjecerit ratam, & gratam principi futuram.

45 *Hoc rerum statu*] In uno tali casu.

46 *Si ea de re*] Si statuendum sit quid in perpetuum omnibus ille suis velit licere.

47 *Ut maxime in*] Etsi forte, ut nunc est, dissimulaturum principem, & minus moraturum putare possimus, quod in perpetuum valere debeat, ob præsentem fructum. (Immo sensus est: quamvis in hoc vel illo casu nullum forte incommodum, aut periculum re verâ deprehendatur, sufficit, quòd ut plurimum, & in universum maximum futurum sit incommodum, & periculum, si liceat Potestati inferiori, ubicumque illa consultum judicaverit, inchoare bellum, inconsultâ Summâ Potestate. Vide infra, *Lib.* II. *Cap.* XVI, §. 25. n. 1. *J. B.*]

48 *Cn. Manlius*] *Liv. l.* 38, 45. Flor. 2, 11.

49 *Imminentis domini*] Cæsaris, qui ei jam tum viam sibi ad tyrannidem moliri videbatur.

(bb) Non ideo *Cæsarem* dedi *Germanis*, voluit *Cato*: sed quòd adversus fidem datam *Germanos* prælio lacessivisset, eorumque legatos retineri jussisset; ut refert PLUTARCHUS, ex Historico vetere Latino *Tanusio Gemino*, Vit. Cæsar. *Tom.* II. p. 718. E. & alibi, pag. 567. B. item APPIANUS, *Excerpt. Legat. Fulv. Ursin.* num. 16. *pag.* 353, 354. quamquam *Cæsar* ipse in *Commentariis* suis colorem huic perfidiæ quærit, *Bell. Gall.* Lib. IV. Cap. XI. *& seqq.* Deinde Auctor noster heic confundit prælium commissum adversus *Usipetes*, & *Tenchteros*, *antequam Cæsar* primùm ponte *Rhenum* trajiceret, cum victoria ferè biennio post de *Treviris* relatâ, & de quâ ipse agit, *Bell. Gall.* VI, 9. Plura in Notis Gallicis dicemus. *J. B.*

culum immineret, intra suos fines bello persequi, 50 nisi consulto prius populo Romano. Non ergo Germani jus habebant deditionem postulandi; sed populo Romano punire Cæsarem jus erat, + plane 51 ut Carthaginenses Romanis responderunt. [a] *Ego non, privato, publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, quærendum censeo; sed utrum jure, an injuria: nostra enim hæc quæstio, atque animadversio in civem nostrum est, nostro, an suo fecerit arbitrio; vobiscum una disputatio est, licueritne per fœdus fieri.*

[a] Livius lib. XXI. c. 18.

5. + Defendit M. Tullius Cicero factum & Octavii, & Decimi Bruti, qui privato consilio in Antonium arma ceperant. Atqui, etiam si constaret meritum hostilia Antonium, + Senatus, populique Romani judicium exspectari debuit, 52 an è republica esset dissimulare factum, an ulcisci: ad pacis venire conditiones, an ad arma procurrere. + Nam jure suo, quod sæpe cum damni periculo conjunctum est, uti nemo cogitur. Tum vero etiam, hoste judicato Antonio, permittenda Senatui, & populo Romano deliberatio fuit, + per quos potissimum bellum id geri vellet. Sic [b] Cassio auxilia ex fœdere petenti respondere Rhodii, missuros se, si Senatus juberet.

[b] Appian. Bell. Civ. L. IV. pag. 627. Ed. Steph.

6. Moniti hoc exemplo, & plura occurrent, meminerimus non omnia probare, quæ a quamvis præclaræ famæ auctoribus dicuntur: + sæpe enim tempori, sæpe affectibus serviunt, & aptant 53 τῷ πέτρῳ ϛάθμην. Quare danda est opera uti in his rebus defecato utamur judicio, nec quæ excusari magis, quam laudari possunt, temere in exemplum rapiamus, in quo pernicioſe errari solet.

7. Cum vero dictum sit, + bellum publicum geri non debere, nisi eo auctore, qui summam potestatem habeat: + & ad hujus rei, + & ad quæstionis illius, quæ est de bello solemni intellectum, + atque adeo ad alia multa, necessarium erit, + quæ sit summa illa potestas, quique eam habeant, intelligere; eoque magis, quia nostro sæculo viri eruditi, + quisque 54 ex usu magis rerum præsentium, quam ex vero illud argumentum exsequuti, + rem per se haud expeditam multo impediti orem reddiderunt.

VI. 1. + Facultas ergo moralis civitatem gubernandi, + quæ potestatis civilis vocabulo nuncupari solet, à Thucydide [c] + tribus rebus describitur, cum civitatem, + quæ vere civitas sit, vocat αὐτόνομον, αὐτόδικον, αὐτοτελῆ, 55 + *suis*

[c] Lib. V. Cap 18.

GRONOVII.

50 *Nisi consulto prius populo Romano*] Ut A. Cornelius Cossus Dictator inventis inter hostes *Circejensibus & Veliternis*, *Liv.* 6, 13. extremo & 14. & *M. Furius Camillus* trib. mil. c. p. *Tusculanis* deprehensis, ibid. cap. 25.

51 *Ut Carthaginenses*] Simile est re, non causa. Potuissent hoc Romani respondere Germanis, si Cæsarem dedi postulassent, non Pœni Romanis: nam Romani non lacessierant Hannibalem, ut Germani Cæsarem; sed Hannibal privata libidine violaverat fœdus oppugnando Saguntum. Jure igitur poscebatur. Responsio autem Pœnorum erat mera cavillatio. [Oppugnatione *Sagunti* violatum equidem fuerat fœdus; idque, contra sententiam Auctoris nostri, monebimus infra ad *Lib.* II *Cap.* XVI. § 13. Verum, quum id negarent *Pœni* quamdiu id quærebatur, merito dicebant, suam esse quæstionem, & animadversionem, sponte, an ipsorum jussu feciſſet. *J. B.*

52 *An è republica*] Utrum è republica.

53 Τῷ πέτρῳ ϛάθμην] Lapidi lineam, vel amussim, ut mali mensores, quum lapidem lineæ deberent aptare.

54 *Ex usu magis*] Ut commodum erat illis principibus, quibus favebant.

55 *Suis legibus*] Legibus, quas ipsi jusserant, non quas victor rex, aut tyrannus, aut alius populus impossuit. Judicibus litium forensium, quos ipsa civitas legit, aut sortita est. Præsidibus Senatus, & Judicum, quos ipsi creassent.

GRO-

+ *suis utentem legibus*, + *judiciis*, k + *magistratibus*. + Aristoteles [a] tres facit partes in administranda republica, consultationem + de rebus communibus, + curam legendorum magistratuum, + & judicia: + ad primam autem partem + refert deliberationem de bello, pace, fœderibus faciendis, ac dissolvendis, + de legibus; + addit de morte, exilio, publicatione, + & repetundis, 56 hoc est, ut ego interpretor, + judicia publica, + cum prius judiciorum nomine privata intellexisset. Dionysius [b] Halicarnassensis tria maxime notat, + jus magistratuum creandorum, l jus legum condendarum, & tollendarum, + jus decernendi de bello, ac pace. [c] + Alibi addit quartum, judicia: Rursum [d] + alibi adjicit curationem sacrorum, + & convocationem comitiorum.

[a] *Lbi.* IV. *Pol.* c. 14.

[b] *Lib.* IV. c. 20.

[c] *Lib.* VII. c. 56.

[d] *Lib.* IX. c. 14.

2. + At si quis recte partiri velit, facile quæ huc spectant reperiet omnia; ita ut nihil aut desit, aut redundet. + Nam qui civitatem regit, eam partim per se, partim per alios regit. Per se autem versatur, aut 57 circa universalia, aut circa singularia. + Circa universalia versatur condendo leges, 58 easque tollendo, + tam circa sacra (59 + quatenus eorum cura ad civitatem pertinet), quam circa profana. Ars circa hæc [e] Aristoteli ἀρχιτεκτονική, + architectalis. Singularia, circa quæ versatur, sunt + aut directe publica, + aut privata quidem, sed quatenus ad publicum ordinantur. Directe publica sunt actiones, + ut pacis, belli, fœderum faciendorum; + aut res, ut 60 vectigalia, + & si quæ his sunt similia: + in quibus comprehenditur & 61 dominium eminens, quod civitas habet in cives, & res civium + ad usum publicum. Ars circa hæc [f] Aristoteli nomine generis πολιτική, + id est civilis, & βουλευτική, consultatrix. + Privata sunt res controversæ inter singulos, + quas publica auctoritate dirimi publicæ quietis interest. Ars circa hæc eidem [g] Aristoteli δικαστική judicialis. + Quæ per alterum expediuntur, ea expediuntur 62 + aut per magistratus, + aut per alios curatores, + in quibus sunt & legati. + His ergo in rebus consistit potestas civilis.

[e] *Ethic. Nicom.* VI, 8.

[f] *Ibid.*

[g] *Ibid.*

+ VII. 1. (cc) + Summa autem illa dicitur, 63 cujus actus alterius juri non subsunt, + ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti possint reddi. Alterius cum dico, ipsum excludo, qui summa potestate utitur; + cui voluntatem mutare licet, m + ut & successorem, qui eodem jure utitur, ac

GROTII.

k *Magistratibus*] Posset etiam verti *Vectigalibus*, quomodo accepit Thucydidis Scholiastes. Est enim vox anceps.

l *Jus legum condendarum, & tollendarum, jus decernendi de bello, ac pace*] *Servius* ad 1. Æneid. (ỳ. 236.) *Omni ditione. Rectius omni, quam omnis: ut significet omni potestate, pace, legibus, bello.*

m *Ut & successorem*] Cacheranus Decis. pedem. CXXXIX. num. 6.

GRONOVII.

56 *Hoc est*] Per Synecdochen speciei pro genere, criminalibus, vel capitalibus.

57 *Circa universalia*] Universum corpus reipublicæ, summam rempublicam.

58 *Easque tollendo*] Abrogando, si commodum reipublicæ impediant, & præsens usus, necessitasque aliud requirat.

59 *Quatenus eorum cura ad civitatem*] Non scilicet ad sacerdotes, & ipsos curatores, & ministros sacrorum.

60 *Vectigalia*] Commercia, annonæ, opera.

61 *Dominium eminens*] Sic dictum, ut distinguatur à dominio privato cujusque civis in res suas, 1, 6.

62 *Aut per magistratus*] Ἀρχαιρεσία. Comitia, ordinatio officiorum.

63 *Cujus actus*] Illa superius dicta sic in manibus habere, atque administrare, ut quod in illis agas, jubeas, constituas, à nemine possit infirmari, & rescindi. *Schelius* de jure imp. p. 132.

(cc) Confer. PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. *J. B.*

ac proinde eandem habet poteſtatem, non aliam. Hæc ergo ſumma poteſtas [64] quod ſubjectum habeat, videamus. Subjectum aliud eſt commune, aliud proprium: + ut viſus ſubjectum commune eſt corpus, proprium oculus; + ita ſummæ poteſtatis ſubjectum commune eſt civitas, + quam perfectum cœtum eſſe, ſupra diximus.

2. + Excludimus ergo populos, qui in alterius populi ditionem conceſſerunt, + quales erant provinciæ Romanorum: hi enim populi + non per ſe civitas ſunt, ut nunc quidem eam vocem ſumimus, + ſed [65] membra minus digna magnæ civitatis, + quomodo ſervi membra ſunt familiæ. Rurſum accidit, + ut plurium populorum idem ſit caput, qui tamen populi ſinguli perfectum cœtum conſtituunt: neque enim ut in naturali corpore non poteſt caput unum eſſe plurium corporum, + ita in morali quoque corpore; [a] + nam ibi eadem [66] perſona diverſa ratione conſiderata caput poteſt eſſe plurium, ac diſtinctorum corporum. (dd) Cujus rei certum indicium eſſe poteſt, + quod extincta domo regnatrice imperium ad quemque populum ſeorſim revertitur. Sic etiam accidere poteſt, + ut [67] plures civitates arctiſſimo inter ſe fœdere colligentur, (ee) & faciant σύστημα quoddam, ut Strabo (ff) non uno loco loquitur, neque tamen ſingulæ deſinant ſtatum perfectæ civitatis retinere: quod tum ab aliis, tum ab Ariſtotele [b] etiam notatum eſt non uno loco.

[a] *Vict. de Jure Belli n. 7.*

[b] *Lib. II. Pol. c. 20. & III. c. 9.*

3. + Subjectum ergo commune ſummæ poteſtatis eſto civitas, ita, ut jam diximus, intellecta. Subjectum proprium eſt perſona + una, pluresve, + pro cujuſque gentis legibus, ac moribus: ἡ πρώτη ἀρχή, apud Galenum libro ſexto de placitis Hippocratis, & Platonis.

+ VIII. 1. Atque hoc loco primum rejicienda eſt + eorum opinio, [68] qui ubique, & ſine exceptione ſummam poteſtatem eſſe volunt populi, + ita ut

GRONOVII.

64 *Quod ſubjectum*] Penes quem ſit, in quo reſideat, ac conſiſtat; quod vocant ſubjectum ἐνυπάρξεως, ſive inhæſionis.

65 *Membra minus digna*] Viliora.

66 *Perſona diverſa ratione conſiderata*] Ut Imperator Romano-Germanicus, alibi Rex, alibi Archidux, alibi Dux, alibi Comes.

67 *Plures civitates*] Ut olim XII. Achæorum populi, *Juſtin.* 34, 1. ut hodie VII. Belgii conſociati civitates.

68 *Qui ubique, & ſine exceptione ſummam poteſtatem eſſe volunt populi*] Status controverſiæ prorſus invidioſe proponitur, adeo ut auctor non effugiat reprehenſionem, qua ipſe culpat alios num. 5. eos magis ex uſu præſentium rerum, quam ex vero hoc argumentum exequi: neque enim quiſquam, opinor, dixit, ubique & ſine exceptione ſummam poteſtatem eſſe populi, ut ei reges, quoties imperio ſuo male utuntur, & coërcere, & punire liceat. Et ſi quis dixit, nequaquam ei ſubſcribimus. Sed hæc eſt quæſtio: An populus habens imperium legitimum (puta Regem, vel Senatum, vel Remp. per conventus ordinum, ſive comitia regi ſolitam) ſi major, & melior pars cenſeat eam formam regiminis eſſe perniciosam (puta Regem palam degeneraviſſe in tyrannum, ſenatum in paucos dominos, comitia in confuſam turbam ſeditioſorum hominum) poſſit illam mutare, & auctores mali (puta Reges, aut paucos e ſenatu, aut comitiorum turbatores) jure punire? ut Romani fecerunt expulſo Tarquinio: ut Athenienſes imperio populi ad Quadringentos translato: & iiſdem poſtea Quadringentis, ut & Trigintaviris, cum tyrannica impotentia uterentur, exilio, aut morte punitis, *Juſt.* 5, 3. ut Vejentes Rege creato apud *Livium* 5, 1. ut denique Hebræi abrogato judicum magiſtratu, & creato rege.

(dd) Vide infra, *Lib.* II. *Cap.* IX. §. 8. *J. B.*

(ee) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. V. §. 16. *& ſeqq.* ubi fuſè de his ſyſtematibus civitatum agit. *J. B.*

(ff) Vide exempli gratiâ, de *Amphictyonibus*, Lib. IX. pag. 420. *Ed. Pariſ. Caſaub.* De *Lyciis*, Lib. XIV. pag. 664.

GRO-

ut ei reges, quoties imperio suo male utuntur, & coërcere, & punire liceat: + quæ sententia 69 quot malis causam dederit, & dare etiamnum possit, penitus animis recepta, nemo sapiens non videt. (gg) + Nos his argumentis eam refutamus. 70 + Licet homini cuique se in privatam servitutem cui velit addicere, (hh) + ut & ex lege [a] Hebræa, & 71 Romana [b] appa- XXI, 6. ret. + Quidni ergo populo sui juris liceat se unicuipiam, aut pluribus ita addicere, + ut regendi sui jus in eum plane transcribat, nulla ejus juris parte retenta? + Neque dixeris 72 minime id præsumi: non enim jam quærimus, quid in dubio præsumendum sit; [n] sed quid jure fieri possit. + Frustra quoque afferuntur incommoda, quæ hinc sequantur, aut sequi possint; nam 73 qualemcumque formam gubernationis animo finxeris, nunquam incommodis, aut periculis carebis. [c] *Aut hæc cum illis sunt habenda*, [o] *aut illa cum his amittenda sunt*, ait comœdia.

[a] *Ex.*
[b] *Instit. de jure pers. §. Servi autem. 4. Gell. lib. 2. c. 18.*
[c] *Terent. Heaut. II, 3, 84.*

2. Sicut autem multa sunt vivendi genera, alterum altero præstantius, & cuique liberum est ex tot generibus id eligere, quod ipsi placet: + ita & populus eligere potest qualem vult gubernationis formam; neque ex præstantia hujus, aut illius formæ, + qua de re diversa diversorum sunt judicia, [p] sed ex voluntate jus metiendum est. 3. + Ne-

GROTII.

a *Sed quid jure fieri possit*] *Gail.* de Arrestis cap. VI. n. 22. & seqq.

o *Aut illa cum his amittenda sunt*] *Cicero* lib. III. de legibus: *Est iniqua, in omni re accusanda, prætermissis bonis malorum enumeratio, vitiorumque selectio.* (Cap. 10.) Mox: *Sed bonum quod est quæsitum in ea, sine isto malo non haberemus.*

p *Sed ex voluntate jus metiendum est*] A Carolo Quinto Imperatore eodem tempore Augusta civitas petiit, ne senatus urbis suæ placita valerent, nisi assensissent curiarum magistri: Norimberga plane contrarium. [Pro *Carolo Quinto* Auctor debebat dicere *Sigismundum* Imperatorem: ab illo enim hæc petita fuisse, Historici tradiderunt; ut, post WAGENSELIUM, observavit *J. Nicol. Hertius*, Tom. II. *Comm. & Opusc.* seu Diss. *De specialibus Rom. Germ. Imperii Rebuspubl.* §. 23. *J. B.*]

GRONOVII.

69 *Quot malis*] Seditionibus, conjurationibus, tumultibus, bellis intestinis. Quasi vero opinio hominum, non debere se indigna pati ab eo, qui juris fruendi causa constitutus est, & non ipsa iniquitas principum, & magistratuum, istis malis causam dederit. Vide 1. Reg. 18, 17. & 18.

Responsio ad argumenta Grotii.

70 *Licet homini cuique*] Licet privato se in servitutem addicere; Ergo & populo. Resp. 1. Conceditur totum. Ergo, qui hoc fecerunt, serviant.

Ubi autem illi? Non Germani: nam eligunt hodie Cæsarem. Non qui sub Principibus, aut liberis Germaniæ civitatibus; nam hæc feuda regalia Principes habent à Cæsare, non ut domino mancipiorum, sed ut repræsentante populum Germanicum in universum sumptum, cujus caput est constitutus. Non Galli: constituerunt enim ipsi Reges, Merovæi, Caroli, Hugonis Capeti posteros comitiis, & libera electione. Non Hispani: nam connubiis, & pactis ipsi quoque receperunt Austriacam domum. Non ulli alii Europæ populi, nisi Moschorum, Turcarum, Tartarorum tyrannide pressi. Ergo frustra hoc disputatur in Europa.

Sed argumentatur porro: Si potest populus se addicere in servitutem, amisit omne jus se in libertatem, aut securitatem vindicandi: Atqui &c. Ergo. Resp. Negatur major: nam ne servi quidem id amiserunt. Athenis servus crudeliter habitus sine culpa sua poterat dominum in jus vocare, & per judicem cogere, ut se venderet. Romæ quid rescripserit *Antoninus Pius*, notum est ex §. 2. Instit. *de his, qui sui, vel alieni juris sunt.* Ubi tale remedium juris civilis cessat, remedium naturale appetere non prohibetur, quod est aut fuga, aut vis contra vim.

71 *Romana*] Si quis major XX. annis ad prætium participandum se venundari passus esset.

72 *Minime id*] Non esse credibile quemquam populum huc descensurum.

73 *Qualemcumque*] Sive monarchiam, sive aristocratiam, sive democratiam, sive ex omnibus, aut duabus mixtam.

(gg) De vero statu hujus quæstionis, & quid circa eam statuendum sit, ut extrema, in quæ plerique Auctores incidunt, vitentur, diximus in Notis Gallicis. Vide & quæ dudum scripsimus ad PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 5. Not. 2. J. B.

(hh) Locum *Auli Gellii*, in margine positum,

3. + Neque vero non multæ exstare possunt causæ, cur populus jus totum imperandi à se abdicet, aliique tradat, puta, + quia 74 in periculum vitæ adductus, alia lege, qui se defendat, reperire non potest: + aut quia 75 inopia pressus aliter habere non potest copiam, unde se sustentet. Nam si + Campani olim necessitate subacti q populo Romano se subjecerunt in hunc modum: 76 *Populum* [a] *Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deûm,* + *divina, humanaque omnia, in vestram P. C. ditionem dedimus*: & quidam populi, cum r Romanorum ditioni subjicere se vellent, 77 + ne recepti quidem sunt; quod narrat [b] + Appianus: + quid obstat quominus & uni homini præpotenti populus aliquis eundem ad modum dedere se possit? 78 Apud Virgilium legimus:

Nec cum se sub leges pacis iniquæ
79 Tradiderit regno.

Accidere etiam potest, + ut paterfamilias latifundia possidens neminem alia lege in suas terras habitantem recipere velit: aut ut quis + magnam servorum copiam habens eos manumittat, sub imperii ferendi, & census pendendi legibus: quæ suis exemplis non carent. De servis Germanorum apud [c] Tacitum est: + *Suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, ut colono, injungit, & servus hactenus paret.*

4. Adde quod, sicut Aristoteles [d] dixit, + quosdam homines natura esse servos, id est, ad servitutem aptos: ita & populi quidam eo sunt ingenio, ut regi, quàm regere norint rectius; quod de se sensisse Cappadoces videntur, [e] qui oblatæ à Romanis libertati vitam sub rege prætulerunt, + negantes vivere se sine rege posse. Sic Philostratus, *f* vita Apollonii, + stultum esse, ait, Thraces, Mysos, Getas in libertatem vindicare, qua non gaudeant.

5. Neque vero non aliquos movere poterunt exempla gentium, quæ per sæcula plurima [s] + sub imperio plane regio satis feliciter vixerunt. t Ur-

[a] *Livius*, VII, 31.

[b] *Præfat.* p. 3. *Ed. Steph.*

[c] *Germ.* c. 25.

[d] *Polit.* l. 2.

[e] *Strabo.* lib. XII. p. 544. *Justin. lib.* XXVIII. cap. 2.

[f] *Lib.* VII. c. 3. *Ed. Olear.*

tum, quo Auctor noster tacitè innuere voluit, apud *Græcos* olim licuisse quoque singulis se ipsos vendere, emendavimus quoad numerum capitis, ex *Florum sparsione ad Jus Justinian.* p. 14. *Ed. Amst.* Sed & ille malè huc aptatur, ut ad *Gellium* observavit *Gronovius*, qui heic silet. Auctor noster adfert ipse alium locum haud dubium, *Lib.* II. *Cap.* V. 27. n. 1. *J. B.*

GROTII.

q *Populo Romano se subjecerunt*] Ut Falisci apud *Liv.* lib. V. c. 27. Samnites lib. IX. c. 42. Sic Epidamnii à Corcyræis deserti Corinthiis se dediderunt, ut protegerentur adversus Taulantios & exsules. *Thucyd.* lib. 1. c. 25.

r *Romanorum ditioni*] Et Venetorum. *Bembus* lib. VI.

s *Sub imperio plane regio satis feliciter vixerunt*] *Seneca* de Beneficiis libro II. c. XX. de Bruto locutus: *Mihi, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer erravisse, nec ex institutione Stoica se gessisse: qui aut regis nomen extimuit, cum optimus civitatis status sub rege justo sit, aut ibi speravit libertatem futuram, ubi tam magnum præmium erat, & imperandi, & serviendi: aut existimavit civitatem in priorem formam posse revocari, amissis pristinis moribus: futuramque ibi æqualitatem civilis juris, & statutas suo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an servirent, sed utri.* Vide & *Bizarrum* historia Gennensi lib. XIV. p. 329.

GRONOVII.

74 *In periculum vitæ*] Salutis. Ut Phrygum discordiis rege opus fuit. *Justin.* 11, 7. ut Vejentes tædio annuæ ambitionis, & discordiarum, regem creavere. *Liv.* 5, 1. Ut Athenis bello Peloponnesiaco respublica à Populo translata ad Senatum CCCC. *Justin.* 5, 2.

75 *Inopia*] Ut Ægyptii fame coacti seque, & omnia sua regi vendiderunt Josephi artibus. *Genes.* XLVII, 13.

76 *Populum Campanum*] 8, 1.

77 *Ne recepti*] Ut Sardi post bellum Punicum primum circa ann. V. C. 513.

78 *Apud Virgilium*] 4. Æn. 619.

79 *Tradiderit regno*] Hic male juncta, & nexa, quæ *Virgilius* separarat, hoc modo: *Tradiderit, regno, aut optata pace fruatur.*

GRO-

t Urbes sub Eumene, ait [a] Livius, nullius liberæ civitatis fortunam cum sua mutatam voluisse. Est & interdum is civitatis status, [u] ut videatur nisi sub libero unius imperio salvus esse non posse; quod de Romana, [+] qualis erat Cæsaris Augusti ætate, [80] multis prudentibus visum est. His ergo, similibusque de causis accidere non potest tantum, sed & solet, [+] ut se homines subjiciant imperio alterius, ac potestati; quod & [+] Cicero [b] notat Officiorum secundo.

a Liv. l. XLII, c. 5.

b Cap. 6.

6. [81] Jam verò [+] bello justo, ut ante diximus, sicut acquiri potest dominium privatum, [+] ita & dominium civile, sive jus regendi [82] non aliunde pendens. Neque vero hæc tantum [+] pro unius imperio, ubi id receptum est, conservando, dicta censeri debent: nam idem jus, [+] eademque ratio est [83] procerum, qui plebe exclusa civitatem regunt. [84+] Quid, quod nulla

GROTII.

t *Urbes sub Eumene*] Sic multos ex liberis Græciæ civitatibus in Salamina Cypri, quod Euagoræ regnum erat, venisse, narrat *Isocrates*. (Pag. 199. B. *Edit. H. Steph.*)

u *Ut videatur nisi sub libero unius imperio salvus esse non posse*] Dion apud *Philostratum* V. cap. XI. δέδια δὲ μὴ χειμοήθεις ἤδη Ῥωμαίοις αὐτοὶ αἱ τυραννίδες πεποιήκωσι, χαλεπὴν ἐργάσονται τὴν μεταβολήν· *Metuo ne Romani longis dominatibus edomiti nullam jam ferre possint mutationem.* (Cap. 34. *Ed. Olear.*)

GRONOVII.

80 *Multis prudentibus*] *Tacit.* 1, 9. *Non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur.* Idem histor. 1, 1. *atque omnem potestatem ad unum conferri pacis interfuit.* Florus 4, 3. *Dio* 53. p. 509.

81 *Jam verò bello justo*] 2. Argum. Si bello justo acquiritur dominium privatum, etiam dominium civile non aliunde pendens. Atqui. Ergo.

Resp. Conceditur iterum totum; & certe plus licet in populos bello subactos, quam qui creaverunt regem.

Si bello justo acquiritur dominium aliundè non pendens, populus nullum jus habet bello victorem, utcumque tyrannus sit, puniendi. Atqui. Ergo.

Resp. Negatur major: nam & in privato dominio, etsi id à nullo pendeat, tamen quia expedit, ne quis re sua male utatur, coërcetur dominus, ut dictum est de servis, ut prodigo interdicitur administratione bonorum: ut furioli in tutela sunt agnatorum, & gentilium.

Sed, inquit, magistratus in rebus privatorum habet dominium eminens, non populus in bonis regum.

Resp. 1. Omnes boni principes confessi sunt, idem illud dominium eminens esse populi in bona principum, Trajanus, Hadrianus, Antonini.

Resp. 2. Ambiguitas est in voce *dominium*, quasi dominium sit jus utendi, abutendi, sine cujusquam intercessione. Id falsum est in hominibus sub dominium venientibus, etiam jure gentium, non civili tantum. Nam & dominorum, ac servorum est societas: & servi facti sunt, ut servarentur, non occiderentur in bello capti. Sic igitur populi, qui bello acquisiti sine alia pactione se dederunt; hoc tamen spectarunt, & tacite sunt pacti, ut duriore quidem conditione, & libertate amissa, salvi tamen essent, & viverent. Si ne hoc quidem licet per victorem Tyrannum, superest illis ut vitam suam quoquo modo defendant.

82 *Non aliunde*] Superiorem neminem, adeoque nec populum agnoscens.

83 *Procerum, qui*] In Aristocratia mera, ut hodie Venetiis.

84 *Quid, quod nulla Resp.*] Si in rebuspublicis aliqui aut inopes, aut externi, tum fœminæ, & adolescentes a deliberationibus publicis arcentur, non est ullum jus populo in acta Principis.

Resp. Argumentum non video quid concludat. Prava enim est collectio. Nam non est eadem ratio istorum, quæ populi. Istis diffiditur, egenis, & externis, tanquam appetentibus rerum novarum: mulieribus, & adolescentibus, tanquam imperitis rei gerendæ. Hoc de populo dici non potest. Deinde quod ponitur, ordinarium est: quod colligitur, extra ordinem, & in magnis casibus fit: quibus ne quidem egeni, externi, mulieres, si quid opis adferre possent, excluderentur. Sententia igitur argumenti hæc est: Si inopes, externi, mulieres, adolescentes ordinarie arcentur à tractanda Rep., populus omnis, aut major, meliorque pars consentiens, etiam in ultima necessitate, & manifesta tirannide arcetur à coërcendo Tyranno. Atqui &c. Ergo. Sic apparet argumenti hujus vanitas. (Immo carpentis ἀβλεψία, & præcipitantia. Non agitur heic de jure coërcendi Tyranni, quod etiam Auctor non omnino Populo denegat, ut patet ex Cap. seq. §. 11. Verum, ut probet, non repugnare naturæ, & scopo Societatis Civilis talem

la respublica adeo reperta est popularis, in qua non aliqui aut valde inopes, aut externi, tum vero & fœminæ, & adolescentes à deliberationibus publicis arceantur ?

7. 85 + Jam vero & x populi quidam alios sub se populos habent, non minus addictos sibi, quam si regibus parerent : unde illa interrogatio, a + *Estne populus Collatinus in sua potestate ?* + & Campani cum se Romanis dedidissent

a Liv. lib. 1. c. 38.

ὑποταγὴν, quâ populus sui regendi jus in Summam Potestatem planè transcripserit ; postquam de *Regibus*, & de *Proceribus Reipublicæ Aristocraticæ* id adseruit, addit jam, in ipsis *Rebuspublicis Democraticis* non paucos esse, qui speciem quamdam exhibeant Populi, non minus subjecti Cœtui è Patribusfamilias, & Civibus compositio, quàm universi, & singuli Cives in Regno Monarchæ, in Republica Aristocratica Senatui. Sic evanescit fatua illa ratiocinatio, quam Eruditissimus Criticus non veritus est adfingere Viro Summo, in quo judicium cum omnigenâ eruditione certabat. Piget cetera expendere, in quibus perpetua ferè est *ignoratio elenchi*, & quasi σκιαμαχία. *J. B.*

85 *Jam vero & populi*] Si populi habuerunt non minus sibi addictos populos, quam Regibus, & ab illis sunt dono dati aliis Regibus, non est jus ulli populo Regem potestate male utentem coërcere.

Resp. Nulla prorsus hæc est collectio : Populi isti imperantes, sive bene, sive male usi sunt suo jure, nihil juvant Tyrannum. Si bene, ipsi statuerunt hoc suum officium esse, & ni facerent, populos eos id aliquando non toleraturos, ut Romani. *Liv.* 8, 21. & sic damnarunt tyrannidem. Si male, idem jus fuit subjectis populis contra populum Tyrannum, quod contra Tyrannum regem : & si jure isto non sunt usi, defuerunt vires.

Sententiæ Scripturæ sacræ, & auctorum Græcorum, Latinorumque aut explicant jus regum, aut mores. Neutra res tollit jus populi. Si jus, & concessa legibus, primo populus regi non amplius potest dare, quam ipse habet. Non autem populus habet jus se ipsum exstinguendi, aut in corpus suum injuste fæviendi. Ergo neque Regibus dare hoc potuit. Deinde potestas major Regibus data est ad conservationem ipsius, & populi, non ad perniciem. Quæ igitur ad perniciem vergit, non est jus regum. Si mores, significant reges suo jure abuti, quo abusu nullum majus jus acquiritur, sed quod habuerunt, perdunt. Significant & illud : propter eximium illud jus, multa regibus etiam injusta concedi, multa ferre, multa condonare populos, quia aut abhorrent ipsi à seditionibus, aut rationem se vindicandi non vident. Non dicunt, nunquam, nullo casu, ne post ultima quidem tyrannicæ crudelitatis exempla jus esse populo se liberandi. Ubi dicitur : *supra populum esse regem, & populum subjici*, mera ludificatio est. Nam & Consules supra populum Romanum, & Athenienses erant sub Archontibus : neutris tamen omnia in populos illos licuerunt. Cum Christus dicit : *Reges gentium dominantur eis* : nihil aliud dicit, quam esse eos superiores gradu, & dignitate. Hoc apparet ex contextu : Pronuntiabat enim hæc verba in contentione discipulorum, quis eorum maximus esset, non ut aliis imperaret, sed ut priore loco sederet : dexteram enim, & lævam Domini in regno ejus vindicabant Zebedæi filii. Deinde demonstrat hoc oppositum : *Vos autem non sic : quin vestrum maximus perinde sit, ac minimus* ; quod nihil aliud est, quam primus, & postremus.

GROTII.

x *Populi quidam alios sub se populos habent*] Sic Salamis insula Athenienſium juris jam inde à Philæo, & Eurysace Ajacis filiis, ut *Plutarchus* (pag. 83.) Solone nos docet. Hanc Salaminem Athenienſibus ademit Augustus, ut postea Cephaleniam Adrianus, teste *Xiphilino* (pag. 264. D. *Ed. Steph.*) Atarneus ab antiquo Chiorum, teste *Herodoto* lib. 1. (Cap. 160.) & Samii multa in continente oppida tenuere, ut *Strabo* docet lib. XIV. (pag. 639. *Ed. Par. Cas.*) Anactorium partim ad Corinthios, partim ad Corcyrenses pertinebat, ut *Thucydides* scribit libro 1. (§. 55. *Ed. Oxon.*) In pace cum Ætolis apud Livium : *Oeneadæ cum urbe, agroque, Acarnanum sunto.* (Lib. XXXVIII. c. 11.) Sex oppida Halicarnasso attributa per Alexandrum Magnum, memorat *Plinius* Historiæ Naturalis lib. V. c. 29. Idem libro XXXIII. c. IV. Lindum insulam esse, ait, Rhodiorum : tantundem de *Cauno* habes libro XXXV. c. 10. Testatur idem *Cicero* (Lib. I. Epist. I. c. 11.) epistola ad fratrem. Rhodiis iisdem, quod Romanos contra Antiochum juvissent, complures urbes dono datas, ait *Eutropius* libro IV. (Cap. 2.) nempe Carum & Lyciorum, quæ rursus eis ablatæ à Senatu. Utrumque est in Excerptis *Polybii*. (Cap. 36. & 93. Non unum est in hac Notâ, ceteroquin supervacanea satis, ἁμάρτημα μνημονικόν. I. *Salaminem Augustus* non ademit *Athenienſibus* ; Sub horum enim imperio illam fuisse ætate suâ, testatur STRABO, pag. 394. *Ed. Par. Cas.* Confudit Auctor *Salaminem* cum *Aegina* ; de quâ XIPHILINUS ait : Τὰς δὲ Ἀθηναίους ἐκάλωσεν, Αἴγιναν ἀφελόμενος. Pag. 75. B. II. *Hadrianus* non ademit *Cephaleniam* iisdem *Athenienſibus* : quin potius dedit, ut patet ex *Xiphilino*, quem Auctor laudat : Τήν τε Κεφαληνίαν ὅλην τοῖς

dissent, [a] facti dicuntur alienæ potestatis: [b] Acarnania, ut & [c] Amphilochia dicuntur fuisse [86] juris Ætolorum: [d] Peræa, & [e] Caunus ditionis Rhodiorum: Pydna a [f] Philippo Olynthiis data. Et quæ sub Spartanis fuerant oppida, postquam eorum ditioni [87] exemta sunt, [g] Eleutherolaconum nomen acceperunt. Cotyora urbs dicitur fuisse Sinopensium, apud [h] Xenophontem. Nicea Italiæ adjudicata Massilienſibus apud [i] Strabonem, & Insula [k] Pithecusæ Neapolitanis. Sic [88] Calatiam oppidum coloniæ Capuensi: Caudium coloniæ Beneventanæ adjudicata cum territoriis suis, apud [l] Frontinum legimus. Otho provinciæ Bæticæ Maurorum civitates dono dedit: quod apud [m] Tacitum est. + Quæ omnia convelli necesse est, si id recipimus, jus regendi semper subditum esse eorum judicio, ac voluntati, qui reguntur.

8. At vero esse reges, qui populi etiam universim sumti arbitrio non subsint, + tum sacra, tum profana historia testantur. *Si* [n] *dixeris*, inquit Deus populum Israeliticum alloquens, + *Statuam supra me regem*: & ad Samuelem: [o] + *Indica eis jus regis, qui regnaturus est super eos.* + Hinc rex [p] unctus dicitur super populum, super hereditatem Domini, super Israelem: Salomo [q] rex super totum Israelem. Sic David Deo gratias agit, [r] + quod populum suum ipsi subjecerit. Et Christus: [s] *Reges*, inquit, *gentium dominantur eis*, [89] + Notum illud Horatii: (*Lib.* III, Od. I.)

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis.

9. + Tres gubernandi formas ita describit [90] Seneca [t] *Interdum populus est, quem timere debeamus: interdum si ea civitatis disciplina est, ut plurima per senatum transigantur,* [91] *gratiosi in ea timentur viri: interdum singuli, quibus potestas populi, & in populum data est.* + Tales sunt, quos [92] Plutarchus

[a] *Liv. lib.* VII. c. 31. [b] *Lib.* XXVI. c. 24. [c] *Lib.* XXXVIII. c. 3. [d] *Id. Lib.* XXXII. c. 33. [e] *Strab.* Lib. XIV. p. 963. [f] *Diod. Sic.* Lib. XVI. pag. 514. *Ed. Steph.* [g] *Pausan. Lacon.* seu Lib. III. Cap. 21. [h] *Exp. Cyri, lib.* V. c. 5. [i] *Lib.* IV. p. 184. [k] *Idem, lib.* V. p. 248. [l] *De Coloniis*, pag. 323. *Ed. Keuchen.* [m] *Hist.* I. 78. [n] *Deut.* XVII, 14. [o] 1. *Sam.* VIII, 9. [p] 1. *Sam.* IX, 16. X, 1. XV, 1. [q] 2. *Sam.* V, 2. [r] 1. *Reg.* IV, 1. [s] *Psalm.* CXLIV, 2. [t] *Luc.* XXII, 25. [t] *Epist.* XIV.

τοῖς Ἀθηναίοις ἐχαρίσατο. III. Nulla est Insula *Lindus*: sed hæc est urbs insulæ *Rhodi*; ut omnes sciunt. Quum in loco *Plinii*, XXXIII, 4. hæc verba legantur: *Minervæ templum habet* Lindos, INSULÆ Rhodiorum, *in quo* Helena *sacravit* &c. Auctor noster videtur, dum festinaret, legisse, INSULA *Rhodiorum*. *J. B.*]

GRONOVII.

86 *Juris Ætolorum*] Ut *Justin.* 9, 1. *Hæc urbs variante victoria, nunc Athenienſium, nunc Ætolorum, juris habita est.* Eod. lib. cap. 5. *in Asiam Persarum juris.* Lib. 31, 1. Syriæ quidem, sed *juris Ægypti civitate.*

87 *Exempta sunt*] Per Augustum oppida maritima XVIII.

88 *Calatim*] Calatiam.

89 *Notum illud Horatii*] *Reges in ipsos imperium esse Jovis*, nemo diffitetur. Nec quisquam dixit, in reges imperium esse populi. Sed hoc dicitur; si reges imperio illo in proprios greges tantummodo ad mactandum utantur, greges illos non esse oves, ut semper impune se præbeant, sed homines, qui sciant sibi nihil esse carius sua salute: & pastorem, qui pro lupo se gerat, non esse tolerandum.

90 *Seneca* ——— 10. *Aristoteles*] potestas populi, & in populum data est regibus: sed populi, quam ipse populus habuit. Sic etiam imperator definit §. 6. Inst. de jur. nat. gent. & civ. *Populus ei, & in eum omne imperium suum, & potestatem concessit.* Non igitur Tyrannicum. Sed dicit, *data est.* Ergo populus eam non retinuit. Certe justam dedit, & ordinarie repetere non potest. Sed etsi homini libero, in quem potestas mihi nulla est, gladium donavero, sic ut & gladius ille exierit e mea potestate, si is eos gladio ad se, aut me perdendum utatur, extorquere illum ei jure possum, ac debeo.

91 *Gratiosi*] Potentes, quorum nemo facile gratiam negligit.

92 *Plutarchus*] Imperium reges habent in leges, hactenus ut eas utiles ferre, & latas, si processu temporis inutiles appareant, abrogare possint, ut Agesilaus rex, qualem inferius negat *Grotius* hic describi, & improprie regem appellari; quod tamen non credidit Agesilaus, qui regem Persarum, etsi justitiæ studiosus esset, se negavit majorem esse. Ille igitur Agesilaus cum in Lectri-

chus ait, [a] ὁ κῦ τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ κὴ τῶν νόμων ἄρχειν, *imperium habere* + *non ex legibus modo*, + *sed & in leges*; & apud [b] Herodotum 93 94 Otanes singulare imperium sic describit: ἀνευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται· *facere quod quis velit*, + *ita ut alii rationem non reddat.* 94 Dioni quoque Prusæensi regnum definitur: [c] ἐπιτάττειν ἀνυπεύθυνον ὄντα· *ita imperare, ut alii ratio non reddatur:* 94 Pausanias Messenicis [d] opponit βασιλείαν ἀρχῆ ὑπευθύνῳ· *regnum potestati tali, quæ rationem actuum reddere debeat.*

10. Aristoteles [e] + reges quosdam esse, ait, cum eo jure, quod ali bi habet ipsa gens in se, ac sua. Sic + postquam Romani principes imperium vere regium usurpare cœperunt, + dicitur populus [f] in eos omne suum imperium, & potestatem contuliſſe, + etiam in se, ut interpretatur (ii) Theophilus. Hinc illud dictum 95 M. Antonini Philosophi: [g] *Nemo nisi solus Deus judex principis esse potest.* 96 [h] Dion. l. LIII. de tali principe: αὐτοτελὴς ὄντως καὶ

[a] *Flamin. vit.* pag. 382. [b] *Lib.* III. c. 80. [c] Orat. LVI. pag. 565. D. [d] *Cap.* 5. [e] III. *Pol.* XIV. [f] *Inst. de jur. nat.* §. *sed & quod.* 6. [g] *Xiph. vita M. Ant.* pag. 271. D. [h] *Pag.* 591. A. *Ed.* H. *Steph.*

Leuctrica pugna multi abjeciſſent scuta, quos legibus oportebat esse infames, non autem is status esset reip. ut tanto numero civium careret, operam dedit, ut designaretur νομοθέτης sive legislator. Creatus legislator nullas novas leges tulit, sed veteres valere jussit post Leuctricam cladem, ut nihil, quod in ea factum esset contra leges, puniri posset. Non autem hæc potestas in leges dat & jus omnes leges conculcandi. Eandem potestatem in leges habet populus liber: unde in XII. tabb. *Quod postremum populus jussit, jus esto.* Et ut rogabatur lex, ita & abrogabatur, antiquabaturque; interdum ei obrogabatur, derogabaturque. Et tamen in libera rep. legum est imperium longe supra populum. *Livius* lib. 2. *Liberi jam hinc populi Rom. res pace, belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque legum potentiora, quam hominum peragam.* Vide diatriben ad *Senecam.* (Immo *ad* STATIUM, in Lib. I. Silv. Cap. 2. ubi hac de re fusè Vir Doctissimus agit. *J. B.*)

93 *Otanes*] Otanis dictum, quod ille protulit ad invidiam faciendam armatæ tyrannidi apud *Herodot.* lib. 3. mirum est adferri ad explicandum jus regium.

94 *Otanè, Dion. Pausaniæ*] Rationem non reddunt actorum reges, quia non est magistratus ordinarius, coram quo eo nomine possint conveniri. Datum hoc ipsis, ut essent soluti impedimentis recte, & juste faciendi: quod necessarium incommodum liberæ civitates habent, & tolerare coguntur majorum commodorum gratia. *Livius* 9, 18. *Tacitus* 7. Ann. 73. non ut omnia subvertendi habeant licentiam. Deinde non sequitur: qui rationibus reddendis obnoxius non est, eum si palam illicita, & quidem in summo gradu faciat, non posse puniri. Nam & Carthaginiensium in libera rep. imperatores à reddendis rationibus immunes erant ante constitutum senatum centum senatorum, de quo *Justinus* 19, 2. Qui tamen si rempublicam invadere voluissent, detecti, & capti agebantur in crucem. In ipsa Hollandia sunt collegia quædam, quæ rationem nemini reddunt, & tamen nec reges sunt, nec, si deprehendantur in maleficio, judicum severitatem effugiunt.

95 *M. Antonini*] M. Antoninum sanctissimum virum, & tantum tyrannorum hostem, ut palam diceret de decessoribus suis, omnes principes, qui occisi essent, habuisse causas, quibus mererentur occidi, neque quemquam facile bonum, vel victum à Tyranno, vel occisum; ut scriberet: *Plane liberi mei pereant, si magis amari merebitur Avidius, quam illi: & si reip. expediet Cassium vivere, quam liberos Marci;* eum quicquam dixisse in favorem Tyrannorum, nimis mirum foret. Si dixit, sano sensu accipienda sunt, non ut scelerum jus sit Tyrannis, sed ut principes & reges intelligantur esse supra suos judices, quos ipsi constituunt: aut dixit eo sensu, quo *Tacitus: Principatum fato dari.* Loquitur enim ad milites injusta petentes, quos deterrere vult, ne illi putarent, quia non daretur quod injuriâ poscerent, sibi jus esse alium principem faciendi. Alioquin cum Cassius rebellaret, ipse Marcus judicem de se fecit senatum, & conditionem Cassio tulit, ut uterque depositis armis senatui arbitrium relinqueret, utrum Patres mallent imperare.

96 *Dion*] Dio refert quid Augustus per varias, & miras artes à Patribus elicuerit, nimirum, omnibus ut legibus eum solverent, & permitterent omnia suo pro arbitrio agere. Si Augustus putasset jure imperii hoc sibi competere, non exspectasset decretum senatus, cum eandem potestatem jamdudum haberet in manibus, & satis usurparet. Præterea idem senatus, qui Principibus tantam potestatem dederat, Neronem male ea utentem condemnavit, ut more majorum, id est, dirissimo supplicio puniretur. *Sueton.* cap. 49. idque multo pluribus feciſſet, si potuisset.

(ii) Non satis recta interpretatio. Vide omnino Clar. NOODTII *Observ.* Lib. I. Cap. III. ejusdemque egregiam Orationem *De Jure Summi*

καὶ αὐτοκράτωρ, καὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν νόμων, πάντα τε οἷα βούλοιτο ποιῇ, καὶ πάντ' ὅσα ἂν μὴ βέλοιτο μὴ πράττῃ : *Liber est, suique, ac legum potens, ut & quod vult, faciat : & quod non vult, non faciat.* Tale regnum jam antiquitus erat in Græcia, regnum y Inachidarum Argis : nam in Argiva Tragœdia Supplicibus 97 sic populus regem affatur apud 98 + Æschylum [a] :

[a] Pag. 328. *Ed. H. Steph.*

Σύ τοι πόλις, σὺ δ' ἥ τὸ δήμιον,
Πρύτανις ἄκριτος ὤν,
Κρατύνεις βωμὸν ἑστίαν θ' ὁμοῦ,
Μονοψήφοισι σὺν μάσι σέθεν.

Tu

mi Imperii, & Lege Regia, quam & nos Gallicè versam, Notulisque illustratam, alterâ vice edidimus, simul cum Oratione GRONOVII *De Lege Regia*, ann. 1714. *J. B.*

GROTII.

y *Inachidarum*] Hi sunt ענקים. Deut. II, 10. ex qua origine & ענקה ὄγκα dea, cui templum Thebis Cadmus dicavit. Græci eam Pallada dixere. Dicuntur Æschylo Inachidæ fuisse Pelasgi, id est, extorres ; à Syro פלג. Etiam qui Lacedæmonem primi tenuere, Pelasgi erant, unde *Abrahamo* se cognatos dicebant Lacedæmonii in historia Maccabaica. (*Lib.* 1. *Cap.* 15. ℣. 21.) Sicut autem Argivi reges plenissima usi potestate exemplo Orientis, unde venerant: sic & reges Thebani è Phœnicibus. Apparet id ex Creontis verbis apud Sophoclem, (*Antigon.* ℣. 516. & *seqq.* 681, 682.) & fecialis Thebani Supplicibus *Euripidis* : (*Vers.* 410, 411. Vide etiam *Pausan.* in *Bœotic.* c. 5. Verum Reges Argivi non ita plenâ utebantur potestate ; ut patet vel ex loco *Pausaniæ*, quem Auctor ipse adfert paulo post, *num. seq.* Vid. & Notam *Gronovii* ad *Æschyli* verba. *J. B.*]

GRONOVII.

97 *Sic populus*] Non populus, sed peregrinæ & supplices, negantem recipere illas sine consensu populi. ℣. 402. Εἶπον δ' ἐγὼ πρὶν ἐκ ἄνευ δήμου τάδε πράξαιμ' ἄν.

98 *Æschylum*] Ad locum *Æschyli* respondit egregie *Miltonus* cap. 5. sui operis : verba illa ponuntur in personis fœminarum peregrinarum, & supplicum, quæ rogabant in tutelam susci pi, & defendi contra Ægyptios classe persequentes. At ipse rex Danaus, cui dicebantur ista : *Ego*, ait, *non perfecerim hoc etiam promissum, antequam de his cum populo communicavero.* Et rursus : *Dixi antea vobis, non sine populo hoc faciam, nec si possem quidem.* Fatetur igitur, se non posse. Et erant istæ filiæ ejusdem regis, qui tamen negat sibi licere eas sine populi consensu suscipere. Itaque magnus error est summorum virorum (*Grotii* & *Salmasii*) ex sententia fœminarum peregrinarum, & suppliciter humillimeque blandientium colligere jus regni, & quidem apud populos Græcos, qui nunquam reges potestate abutentes tolerarunt.

Responsio ad primum, argumentum τὸ ἐν ἀρχῇ, sive principium petit. Hoc enim ipsum quæritur, an constitutio imperantis perpetuo à voluntate constituentis pendeat hactenus, ut si pactis ille non stet, revocare constitutionem possit. Regimen commisit principi populus maxima cum potestate, fidemque dedit, quamdiu boni principis officio fungatur, tamdiu se pariturum, & singulos pro ejus salute vitam opposituros. Hoc semel promissum non pendet à voluntate promittentium ; semel se obligarunt, & eo nexu tenentur, & qui non parent, à principe possunt puniri. Sed nec desiderare debent, ut princeps auræ populari serviat, & in omni re desideriis populi, quandoque erroneis, obsequatur. Hinc est quod Antigonus apud *Justinum* 28, 3. *Ipsi regem quærant, cui imperent.* Quod Æmilius Paulus apud *Livium* 44, 22. *E terra ne gubernaverint.* Et salubris principis est non nimis indulgere populo, exemplo Augusti, *Sueton.* c. 42. Et Marci, qui militi extraordinariam pecuniam petenti negavit, ne quod illi præter morem daretur, & sanguine, & visceribus aliorum civium, & illis cognatorum exigeretur : & hac occasione protulit illam sententiam : περὶ γὰρ τῆς μοναρχίας ὁ Θεὸς μόνος κρίνειν δύναται· *De imperio solus Deus judicare potest.* Quod nihil aliud volebat, quam se non metuere seditiones, rebelliones, conspirationes. Deum enim esse solum, qui constituat, & mutet imperia. Quod non excludit factum humanum : perinde ut cum Scriptura dicit : *Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis.* Item : *Non qui plantat, non qui rigat, sed qui incrementum dat.* Talis est etiam sententia Valentiniani : ut multa sunt dicta constantium principum, ac ducum, qui imperitæ multitudinis deceptis voluntatibus non cesserunt. Alia est ratio in Tyranno manifesto, in quo intelligendo nemo fallitur. Is quicquid inter se, & populum in constitutione factum est, ipse irritum reddi-

Tu res populi, tuque urbs tota es,
Non judiciis ſubditus ullis,
Regni ſolio fultus ut ara,
Unoque regens cuncta arbitrio.

11. + Longe aliter, quam de Athenienſium republica rex ipſe Theſeus apud Euripidem loquitur, (*Supplic.* verſ. 404. & *ſeqq.*)

——— ὁ γὰρ ἄρχεται
Ἑνὸς οὐδὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις.
Δῆμος δ' ἀνάσσει ἐξαδοχαῖσιν ἐν μέρει.
Ἐνιαυσίαισιν.

——— *hæc juris ſui*
Parere domino civitas uni negat:
Rex ipſe, populus annuas mandat vices
Honoris huic, illive.

Nam

dit, & ſic alterno parendi pacto populum jam dudum ſolvit. Scit Auctor jus Rhadamanthi, de quo monuit cap. 1. num. 5. *Quæ fecit, ſic quisque ferat, jus fiet, & æquum.* Rhadamanthus autem, & Minos, & Æacus perſonas non diſtinguunt, & purpureos reges eodem loco habent, quo privatos, ſi fabulis fides.

Utitur exemplo mulieris, quæ ſibi virum conſtituit, cui parere ſemper neceſſe habeat. Sed numquid ita, ut patiatur ſe flagellari, torqueri, occidi? Cur igitur inventa divortia? Ne adulterium quidem, nec maritalis debiti penuriam mulier cogitur pati, ſi non vult, quibus tantummodo ſubtrahitur ei de eo, quod promiſſum eſt; quid ſi non hæc modo ſubtrahantur, ſed etiam vis vitæ adferatur? Luſus eſt perpetuus in vocabulo *ſuperior*. Eſt omnino princeps, & magiſtratus quivis ſuperior populo, ſi Latine loquimur: ſed ut caput ſuperius eſt membris, non ut injuſtum, atque affligens onus incumbit preſſo, ac deficienti: & quidem ut caput morale, vel artificiale, quod ſi prægravet, ſalvo corporis ſtatu, poteſt demi: non ut naturale, quod auferri nequit, quin corpus pereat. Syllogiſmus ita formandus erat: Qui conſtituit aliquem ſupra ſe, & omnem ei dat in ſe poteſtatem, cum pacto regendi juxta leges, ac defendendæ, conſervandæque omnium, & ſingulorum ſalutis, is eum hoſtem, & perſecutorem ſuum factum jus habet tollendi, & puniendi: Atqui populus &c. Ergo.

Adverſus minorem excipitur rurſum, quoſdam Principes non conſtitui à populis, exemplo acceptantium advenas ſub obediendi lege, & eorum, qui bello ſibi alios ſubjecerunt.

Reſpondeo. Immo & hi conſtituuntur. Juriſconſulti norunt contractus, & quaſi contractus: Philoſophi voluntarios, & invitos: & ex utriſque perinde tradunt homines obligari, & in contractibus principes privatorum loco haberi. Eſt conſenſus advenarum iſtorum, & gentium, non quidem valde ſpontaneus, conſenſus tamen; poterant enim, & non accipere legem, & victi non ſervire fortiter moriendo, ut ille Lacon apud *Senecam* ep. 77. Sed dum mori durius omnes putant, quamvis duriores vivendi leges paciſcuntur. Et his facile concedimus plura toleranda: ſed cum ne hic quidem relinquitur quod promiſſum eſt, tuto vivere, in duris licet, & tenuibus rebus, jus naturæ illis integrum eſt.

Argumentum ſecundum ita formandum fuerat. Si regimen omne civitatum natura magis populi, quam regentis cauſa comparatum eſt, ſequitur etiam naturæ convenientius eſſe, ubi Regentis, & eorum, qui reguntur, ſalus ſimul conſiſtere nequit, & quidem regentis deteſtabili culpa, ibi à populo ſubmoveri Tyrannum, quam à Tyranno concidi, & comedi populum, æquius eſſe. Atqui. Ergo.

Adverſus hoc argumentum nihil valent exceptiones, quæ proferuntur. Falſum, regimen dominicum ſolius regentis cauſa comparatum. Jus gentium introduxit ſervitutes per miſericordiam ſervandi, qui occidi poſſent. §. 3. Inſtit. *de jure perſonarum*. Jus naturæ in hac re explicat *Ariſtoteles* 1. Polit. *Quod imperat, & paret natura, ſalutis cauſa conjungitur; nam quod mente providere poteſt natura, imperat, & dominatur natura; quod autem iſta poteſt corpore facere, paret, & natura eſt ſervum. Quare domino, & ſervo idem conducit.* Forte dominus, qui emit ſervum ſuum, tantummodo utilitatem reſpicit. Sed hæc noſtra pravitas eſt, non intentio naturæ, non gentium, quæ ſervitutes conſtituerunt. *Juſtinus* de Parthis 41, 2. *Hos* (ſervos) *pari, ac liberos ſuos cura habent*

Nam [a] Theſeus, ut Plutarchus explicat, belli tantum ducem, & legum cuſtodem agebat, [z] cætera par civibus. Hinc factum, [+] ut reges, qui populo ſubſunt, non niſi improprie reges appellari dicantur: Sic poſt Lycurgum, magisque poſt Ephoros conſtitutos, reges Lacedæmoniorum reges nomine, non re fuiſſe, dicuntur [b] Polybio, 99 [c] Plutarcho, zz [d] Cornelio Nepoti. [+] Quod exemplum ſecuti & alii in Græcia. Pauſanias Corinthiacis [e]: Ἀργεῖοι ὕστερον ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου, τὰ τῆς ἐξουσίας τῆς βασιλέων εἰς ἐλάχιστον προήγαγον, ὡς μηδενὶ τῶν Κείσου καὶ τοῖς ἀπογόνοις ἢ τὸ ὄνομα λειφθῆναι τῆς βασιλείας μόνον. *Argivi jam olim æqualitatis, & libertatis amantes, regiam poteſtatem in minimum redegerunt: ita ut Ciſi filiis, ac poſteris præter nomen regni nihil relinquerent.* Sic & [100] apud Cumæos de regibus judicaſſe ſenatum, notat [f] Plutarchus. [+] Talia regna, negat [g] Ariſtoteles, conſtituere propriam ſpeciem gubernationis, quia ſcilicet partem tantum faciunt in republica optimatium, aut populi.

12. Quin & in populis, qui perpetuo regibus non ſubſunt, exempla videmus

a Vit. Theſ. pag 11. A.

b Lib. VI c. 8.

c Vit. Cleom. pag. 805.

d Vit. Ageſil. Cap. 1.

e Cap. 19.

f Quæſt. Gr. p. 291.

g III. *Pol.* 16.

bent, & *equitare*, & *ſagittare magna induſtria docent*. *Tacitus* de Germanis 20, *dominum, ac ſervum nullis educationis deliciis dignoſcas*: & 25. *Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut colono injungit*: & *ſervus hactenus paret. Verberare ſervum, ac vinculis, & opere coërcere, rarum.* Falſum quoque imperia, quæ bello, & victoria parta ſunt, ad ſolam vincentium utilitatem pertinere. Non enim inſpicienda hic ſola externa ſpecies, aut quid cogitet victor; ſed quid agat Deus, & natura. Nam ſi juſto, pioque bello certatum eſt adverſus populum injurioſum, & vicinis gravem, utile eſt ipſis victis privari libertate, qua in bonorum offenſam, & commodum abutuntur. Ut furioſo utile extorqueri gladium. Idque ipſe victor animo ſibi proponit, ſi vir bonus eſt, quales priſci Romani, cum *victis nihil quicquam præter injuriæ licentiam eripiebant*, ut eſt apud *Salluſtium*. De talibus *Seneca* in Troadibus: *Profuit illo victore capi*, & *Rutilius Numatianus*: (verſ. 64.)

Profuit injuſtis te dominante capi.

Si injuſto, & ut eſt apud *Lucanum*, *Victrix cauſa diis placuit, ſed victa Catoni*, ne tum quidem ſolam eſſe vincentium utilitatem in iſto imperio, evincam vel uno exemplo Iſraëlitarum. Bella enim, & victorias, quibus illos ſubegerunt Moabitæ, Ammonitæ, Palæſtini, Aſſyrii, quis dicet ad ſolam illarum gentium utilitatem comparata? quibus ut paterna caſtigatione laſcivientes Hebræos admonebat Deus, & ubi ad ſanam mentem rediſſent, eadem flagella in ignem abjiciebat. Ne in victoria quidem Iſraëlitarum, de ſeptem devotis gentibus, ſola utilitas vincentium fuit: nam bonum, & utile eſt noxio puniri, ne peccata augeat, præſertim ſi eo uſque proceſſerit, ut *aliter ejus ſceleribus non poſſit ſubveniri*; quod ad Neronem dicebat ille apud *Tacitum* 15. Annal. 68. Quod etiam *Suetonius* ſignificat, cum ait, quoſdam conjurationis convictos, eam ipſam conjurationem ipſi pro beneficio imputaſſe, *tanquam aliter illi non poſſent niſi morte ſuccurrere*, cap. 36. Et ſic Parthus, quaſi conſilium daret, monebat Tiberium, *ut voluntaria morte maximo, juſtiſſimoque civium odio quamprimum ſatisfaceret.*

99 *Plutarcho*] *Plutarchus* non loquitur in univerſum de regibus Lacedæmoniorum, ſed de Cleomene ſolo, & vitio illorum temporum p. 805. αὐτῷ δὲ τὸ ὄνομα βασιλεύοντι ἦν μόνον, ἡ δὲ ἀρχὴ πᾶσα τῶν Ἐφόρων, ſcil. poſt eorum latrocinio ſublatum Agin.

100 *Apud Cumæos*] Ἦν δὲ καὶ Φυλάκτης τις ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς ὁ δὲ ταύτην ἔχων, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἔτηρει τὸ δεσμωτήριον· εἰς δὲ τὴν βουλὴν ἐν τῷ νυκτερινῷ συλλόγῳ παριών, ἐξῆγε τὸν βασιλεῖς τῆς χειρός, καὶ κατεῖχε, μέχρι περὶ αὐτῶν ἡ βουλὴ διαγνοίη, πότερον ἀδικοῦσιν ἢ ὀρθῶς φέρουσα τὸν ψῆφον, p. 291, 292.

GROTII.

z *Cætera par civibus*] *Theſei* filius Demophon in Heraclidis Euripidis; (v. 424. 425.)

Οὐ γὰρ τυραννίδ' ὥστε βαρβάρων ἔχω,
Ἀλλ' ἣν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.

Nec enim poteſtas barbarum in morem mihi,
Sed juſta refero obſequia, dum juſte impero.

zz *Cornelio Nepoti*] Verba ipſius, aut quiſquis is eſt, qui vitas illuſtres ſcripſit, in *Ageſilao*: (cap. 1.) *Ut duos haberent reges nomine magis, quam imperio.* Alibi: *Lacedæmoniorum autem Ageſilaus nomine, non poteſtate fuit rex, ſicut cæteri Spartani.* (cap. 21. *De Regib.*)

GRO-

mus [a] + quasi temporarii regni, quod populo non subsit. Talis erat potestas [101] Amymonum (kk) apud Cnidios, + & apud Romanos Dictatorum primis temporibus, [a] + cum ad populum [1] provocatio non esset; unde Dictatoris edictum pro numine observatum, + ait [b] Livius, neque usquam ullum nisi in cura parendi auxilium: Dictatura + obsessam vim regiæ potestatis, 2. Cicero.

[a] *Plutarch. in Marcel.* pag. 312. & *Dion. Halic.* l. V. c. 70.

[b] *Lib.* II c. 18.

13. + Quæ pro contraria sententia adferuntur argumenta, ea solvere difficile non est. Nam PRIMUM, quod asseverant, + eum, à quo aliquis constituitur, esse superiorem constituto, verum dumtaxat est in ea constitutione, [3] + cujus effectus perpetuo pendet à voluntate constituentis; + non etiam in ea, quæ ab initio est voluntatis, postea vero effectum habet necessitatis: + quomodo mulier virum sibi constituit, cui parere semper necesse habet. [b] Valentinianus Imperator militibus, qui se Imperatorem fecerant, postulantibus quod ipsi non probabatur [c] respondit: [4] *Ut me ad imperandum vobis eligeretis, in vestra situm erat potestate, ô milites; at postquam me elegistis,* [5] + *quod petitis in meo est arbitrio, non vestro. Vobis tanquam subditis competit parere: mihi, quæ facienda sunt, cogitare.* + Sed nec verum est quod assumitur, omnes reges à populo constitui: + quod exemplis patrisfamilias advenas sub obediendi lege acceptantis, + & gentium bello devictarum, quæ supra attulimus, satis intelligi potest.

[c] *Sozom. Hist. Eccl.* l. 6. c. 6.

14. ALTERUM argumentum sumunt ex dicto Philosophorum, regimen omne eorum, qui reguntur, non qui regunt, caussa esse comparatum: + unde sequi, existimant, ex finis nobilitate, eos, qui reguntur, superiores esse eo, qui regit. Sed nec illud universaliter verum est, omne regimen ejus, qui regitur, causa esse comparatum; + nam quædam regimina per se sunt regentis causa, ut dominicum; + nam servi utilitas ibi extrinseca est, & adventitia: + sicut

GROTII.

a *Quasi temporarii regni*] *Livius* Salinator in Censura omnes tribus, excepta una, ærarias fecit, ac sic ostendit, jus sibi esse in populum omnem. (*Lib.* XXIX. *Cap.* 37.)

b *Valentinianus*] Verba ejus sic refert *Theodoretus* IV. c. VI: ὑμετερον ἦν ὦ στρατιῶται, βασιλέως μὴ ὄντα, ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας· ἐπεὶ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγὼ, ἐμὸν λοιπὸν ἤδη ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων· *Vestrum fuit, milites, cum imperator nullus esset, mihi tradere Imperii hujus habenas. Eas ex quo adeptus sum, de cætero non vestrum, sed meum dispicere quid reipublicæ expedit.*

GRONOVII.

101 *Amymonum*] Sic video & appellari eos à *Bodino* lib. 1. cap. 8. At *Plutarchus*: Τίνες ἐν Κνίδῳ οἱ Ἀμυήμονες· ἢ τίς ὁ Ἀφεσῆς; ἐξήκοντα πρεσβύτους ἀνδράσιν ἐν τῶν ἀρίστων εἶον ἐπισκόποις ἐχρῶντο διὰ βίε ἢ προβέλοις τῶν μεγίστων· ἐκαλοῦντο δὲ ἀμνήμονες, ὡς ἄν τις εἰκάσειε, διὰ τὸ ἀνυπεύθυνον, εἰ μὴ νὴ Διὰ πολυμνήμονες τινὲς ὄντες· ὁ δὲ τὰς γνώμας ἐρωτῶν, Ἀφεσής. Græc. Quæst. 292.

1 *Provocatio non esset*] Ante Decemviros. Illis enim remotis lege cautum, ne quis magistratum sine provocatione crearet. *Livius* 3, 55.

2 *Cicero*] Philipp. 1, 1. (Sed verba aliter, & paulum alio sensu, ab auctore referuntur. En illa genuina: *Dictaturam, quæ jam vim regiæ potestatis obsederat, funditus ex Rep. sustulit* (M. Antonius) . . . *propter perpetuæ Dictaturæ recentem memoriam.* J. B.)

3 *Cujus effectus*] Quæ semper potest ab constituente rescindi.

4 *Sozom. hist. Eccl. L.* VI. Cap. VI.

5 *Quod petitis*] Petebant, ut collegam imperii sumeret.

(kk) Exemplum malè aptatum; patet enim ex verbis *Plutarchi*, à *Gronovio* exscriptis, *Amnemonas* illos non habuisse imperium solummodo temporarium, sed perpetuum, διὰ βίε. Hunc quoque errorem à *Bodino* hausit, qui vel memoriâ lapsus, vel festinans, apud *Plutarchum* legerat, δι' ἔτες. J. B.

GRO-

+ ſicut medici lucrum ad ipſam medicinam non pertinet. + Sunt alia regimina mutuæ utilitatis cauſa, ut maritale. + Sic imperia quædam eſſe poſſunt comparata ad regum utilitatem, ut quæ victoria parta ſunt, + & non ideo tyrannica dicenda ſunt: cum tyrannis, ut quidem 6 ea vox nunc intelligitur, injuſtitiam includat. Poſſunt & quædam utilitatem reſpicere tam ejus, qui regit, quam ejus qui regitur: + ut cum populus impotens ſibi tuendo regem potentem imponit. Cæterum + non nego, in pleriſque imperiis reſpici per ſe utilitatem eorum, qui reguntur: & verum eſſe quod [a] Cicero poſt Herodotum, + [b] Herodotus poſt + Heſiodum [c] dixit, fruendæ juſtitiæ cauſa reges conſtitutos. 7 + Sed non ideo conſequens eſt, quod illi inferunt, populos rege eſſe ſuperiores: + nam & tutela pupilli cauſa reperta eſt, & tamen tutela jus eſt, ac poteſtas in pupillum. Nec eſt quod inſtet aliquis, + tutorem, ſi male rem pupillarem adminiſtret, amoveri poſſe; quare & in rege idem jus eſſe debere. + Nam 8 in tutore hoc procedit, qui ſuperiorem habet; at in imperiis, 9 + quia progreſſus in infinitum non datur, omnino in aliqua aut perſona, aut cœtu conſiſtendum eſt, + quorum peccata quia ſuperiorem ſe judicem non habent, [d] Deus ſibi curæ peculiari eſſe teſtatur; + qui ea aut vindicat, ſi ita opus judicet, aut tolerat in pœnam, aut explorationem populi.

[a] *De Offic.* II. 12.
[b] *Lib.* 1. c. 96, 97.
[c] *Theogon.* verſ. 83. *& ſeqq.*

15. + Optime [e] Tacitus: *Quomodo ſterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum, vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt donec homines; ſed neque hæc continua, & meliorum interventu penſantur.* Et M.

[d] *Jer.* XXV, 12.
[e] *Hiſt.* IV. 74.

GRONOVII.

6 *Ea vox nunc*] Olim enim & legitimi, juſtique principes interdum ſic appellabantur. *Virg.* Æneid. 7. 268. *Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.*

7 *Sed quod illi inferunt*] Non inferimus, nec negamus reges, & magiſtratus eſſe populo ſuperiores: ſed dicimus, inferiori jus eſſe contra intolerabiles ſuperioris injurias ſe defendere: ut ajebat Veſpaſianus, non oportere maledici ſenatoribus, remaledici civile, faſque eſſe. *Suetos.* cap. 9.

8 *In tutore hoc procedit, quia habet ſuperiorem*] Ergo poteſt per ordinarium magiſtratum coërceri, vel amoveri: quod quia non poteſt Tyrannus, extraordinaria via opus eſt, nempe, ut ipſe populus ſe circumſpiciat. Etenim a naturæ jure quos inter judicio lis terminari non poteſt, inter hos bellum decernit.

9 *Quia progreſſus in infinitum non datur*] An datur progreſſus vindictæ in infinitum, quia ſtatuitur, Tyrannum profeſſum à populo poſſe coërceri? Immo ne progreſſus in infinitum detur Tyrannidi, ideo propugnamus jus populi. Quod ſi progreſſus in infinitum datur, ubi non eſt perſona, quæ à ſolo Deo judicetur, quid factum eſt in regnis, quæ non negat Auctor fuiſſe, (*reddendæ rationi obnoxia.* Hoc, aut ſimile quid hoc excidit. *J. B.*) & rebuspublicis, in quibus nulla talis perſona fuit? quid Romæ, poſtquam non licuit magiſtratum ſine provocatione creari? Sed opponit perſonæ cœtum. Is ergo cœtus eſt populus; etiam ubi principem non expreſſe ſubjecit legibus. Neque enim videri poteſt, ſocietatem cum principe iniiſſe talem, quæ omnem ſocietatem deſtruit.

Deo peculiari curæ eſſe peccata principum, non inficiamur; ſed ita, ut excludat poteſtatem populi, cui eas vires, id conſilium dedit, ut poſſit ab ultima tyrannide ſe liberare, id non dixit Jeremias. Minatur ibi Deus, ubi impleti fuerint LXX. anni, tum ſe viſitaturum regem Babylonis, nempe per Cyrum. Eſt enim ejus arbitrium, velitne tyrannos per ſuos, aut per alienigenas punire. Quando dicit, ſe hunc Tyrannum plectere decreſſe per externum regem, non tollit jus aliarum gentium, nec ſibi præripit libertatem quoſdam per eos, qui a Tyrannis premuntur, puniendi.

Taciti conſilium eſt, non præceptum ad eos, qui luxum, & avaritiam dominantium non tolerando, majora incommoda ſibi arceſſerent. Deinde ſterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala ita ferimus, ut tamen, quodcunque in promptu eſt, adverſus ea remedium comparemus. Ubi illud omne deficit, neceſſariò toleranda ſunt. Sed hoc non vetat, quominus quibus licet, ſibi adverſus ea proſpiciant.

M. Aurelius, 10 + magiſtratus, dixit, de privatis, principes de magiſtratibus, c + Deum de principibus judicare. + Inſignis eſt apud 11 Gregorium Turonenſem [a] locus, ubi is ipſe Epiſcopus Regem Francorum ſic affatur: *Si quis de nobis, ô Rex, juſtitiæ tramites tranſcendere voluerit, à te corripi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, ſed ſi volueris, audis: ſi autem nolueris, quis te damnabit, niſi is, qui ſe pronunciavit eſſe juſtitiam?* Inter 12 Eſſenorum placita Porphyrius [b] memorat, ἃ δίχα Θεοῦ περιγίνεσθαι τισι τὸ ἄρχειν, + *non obtingere cuiquam imperium* [d] *ſine Dei cura ſpeciali.* Irenæus [c] optime: 13 *Cujus juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & reges conſtituuntur apti iis, qui in illis temporibus ab ipſis reguntur.* Senſus idem in conſtitutionibus, [d] quæ dicuntur Clementis: τὸν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδὼς ὅτι τοῦ κυρίου ἐστὶν ἡ χειροτονία· 14 *regem timebis, gnarus à Domino electum.*

a *Hiſt.* Lib V.

b *De Abſtin.* *Lib.* IV. pag. 389.

c *Lib.* V. c. 24.

d *Lib.* VII. c. XVI.

16. Nec obſtat his, quæ diximus, + quod populi interdum puniti leguntur

GROTII.

c *Deum de principibus judicare*] Xiphilinus: (in *Marc. Anton.* p. 271. D. *Ed. H. Steph.* περὶ γὰρ τοι τῆς ἀυταρχίας ὁ Θεὸς μόνῳ κρίνειν δύναται· *De ſummo principatu Deus ſolus poteſt judicare.* Vitigis rex apud Caſſiodorum: *Cauſa regiæ poteſtatis ſupernis eſt applicanda judiciis, quandoquidem illa e cœlo petita eſt, & ſoli cœlo debet innocentiam.* Apud eundem *Caſſiodorum* rex: *Alteri ſubdi non poſſumus, quia judices non habemus.* [Primus locus CASSIODORI exſtat *Var.* X, 31. ſed ibi leguntur tantum priora verba, non autem illa, *quandoquidem* &c. Alter eſt in *Formula præfecturæ Urbanæ* VI, 4. J. B.]

d *Sine Dei cura ſpeciali*] *Homerus*, (Iliad. Lib. 1. verſ. 197.)

Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι.

Ab Jove ſummus honos.

Diodorus Siculus lib. 1. de Ægyptiis: (pag. 57. *Ed. Steph.*) ἅμα μὲν ἐκ ἄνευ δαιμονίᾳ τινὸς προνοίας νομίζοντες αὐτὸς τετευχέναι τῆς τῶν ὅλων ἐξουσίας· *Exiſtimant enim non ſine divina quadam providentia perveniſſe reges ad ſummam de omnibus poteſtatem.* *Auguſtinus* lib. V. de Civitate Dei: (*Cap.* 21.) *Qui Veſpaſiano vel patri, vel filio, ſuaviſſimis imperatoribus, ipſe & Domitiano cruddeliſſimo, & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino, ipſe apoſtatæ Juliano*, nempe majeſtatem dedit, quod præceſſerat. Vitigis apud *Caſſiodorum*: (*Var.* X, 31.) *Omnis provectus, maxime regius, ad divinitatis munera referendus eſt.* Titi Imperatoris erat dictum: *poteſtates fato dari.* (Aur. Victor. *Epitom.* C. 10.)

GRONOVII.

10 *Magiſtratus de privatis*] *Ayala* ſic refert 1, 2, 26. p. 29. Itaque recte M. Aurelius Imperator populo magiſtratum, magiſtratui regem, regi vero Deum judicem conſtitutum, dixit. [Vide SALMASII Reſponſ. ad *Milton.* pag. 199, 200. J. B.

11 *Gregorium Turonenſem*] Hic Gregorii Turonenſis locus potentiam imperantium indicat, non excludit jus populi. *Quis te corripiet?* inquit, nempe quis ordinarius magiſtratus, ut privati corripiuntur. Addit: *Niſi is, qui ſe pronunciavit eſſe juſtitiam.* Recte, non tamen ut de cœlo deſcendat, aut ſemper fulmen mittat: ſed interdum per externos hoſtes, interdum per populum: utriuſque exemplum eſt 1. Reg. II. v. 2. & ſeqq. [Adde quæ de hoc loco *Gregorii Turon.* diſputat illuſtr. Comes de *Boulainvilliers*, *Hiſt. vetuſti Regiminis Franciæ*, Gallicè ſcripta, *Tom. I.* pag. 52, & *ſeqq.* Edit. Batav. J. B.]

12 *Eſſenorum placita, non obtingere cuiquam imperium ſine ſpeciali Dei cura*] Quis dubitat? ſed an ideo omnia licere debent imperantibus? Ne morbi quidem, peſtilentiæ, diluvia, incendia, naufragia ſine ſpeciali Dei cura contingunt. Numquid ideo cavenda non ſunt? [Quæ ex *Porphyrio* Auctor refert, totidem verbis leguntur apud JOSEPHUM, *De Bell. Jud.* Lib. II. Cap. 8. §. 7. *Ed. Hudſon.* J. B.]

13 *Cujus juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & reges conſtituuntur apti iis, qui temporibus illis per eos reguntur*] Verum eſt: etiam Tyranni; ſed ubi exactum eſt tempus, quod pœnæ populorum præfixit, idem Deus mittit illis Moſem, qui educat eos à ſervitute, aut Ehudum, qui Eglonem è medio tollat.

14 *Regem timebis, gnarus à Domino electum*] Regem timendum omnes boni fatentur, & ſuadent: à Deo quoque electum libenter largiuntur. Etiam malum, & qui degeneraverit in manifeſtum tyrannum, atque hoſtem generis humani, diu tolerandum, nec facile tentanda ultima remedia, vel ideo quia dum malus pellitur, ſæpe pejor ſuccedit, & titulum libertatis in ſervitutem vertit. *Juſtinus* lib. 15. cap. 4. *Sæpe libertas, & ſpecioſa nomina prætexuntur, nec quiſquam alienum*

tur * ob regum peccata : non enim id eo evenit, quod populus regem aut non puniret, aut non reprimeret, + sed quod vitiis ejus + tacite saltem consentiret. Quanquam etiam sine eo Deus summo dominio, quod in vitam, necemque singulorum habet, + uti potuit in pœnam regis, + cujus supplicium est subditis orbari. * 1 *Reg.* XIV, 16. 2 *Reg.* XVII, 7.

IX. 1. + Sunt alii, qui mutuam quandam subjectionem sibi fingunt, ut populus universus regi recte imperanti parere debeat, rex autem male imperans populo subjiciatur; qui si hoc dicerent, [15] non facienda ob regis imperium ea, quæ manifeste iniqua sunt, verum dicerent, & quod apud omnes bonos confessum est : + sed id [16] nullam includit coactionem, + aut jus aliquod imperii. Quod si etiam populo alicui propositum fuisset [17] + partiri cum rege imperium (qua + de re infra dicendum erit aliquid) fines certe potestati utriusque assignari debuissent tales, + qui cognosci facile possent ex locorum, personarum, aut negotiorum discrimine.

2. [18] + Bonitas autem, aut malitia actus, + præsertim in civilibus, quæ sæpe [19] obscuram habent disceptationem, apta non sunt ad partes distinguendas : unde + summam confusionem sequi necesse est, cognitionem de re eadem pro jure potestatis, obtentu actus boni, malive, hinc ad se rege trahente, inde populo : qualem rerum perturbationem + introducere nulli, quod sciam, populo in mentem venit.

X. 1. + Sublatis opinionibus falsis, + restat, cautiones adhibeamus aliquas, quæ viam nobis monstrare possint ad recte dijudicandum, cui jus summæ potestatis in gente quaque competat. Prima cautio hæc sit, + ne decipiamur ambiguo nominis sono, + aut rerum externarum specie. + Exempli causa, quanquam apud Latinos + opponi solent principatus, & regnum, ut cum

alienum servitium, & dominationem concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet. Tacitus 4. hist. 74. Hæc utiliter monentur, sed non convellunt jus populi.

Ludunt fere in vocibus tyranni, & populi : *Tyrannum* intelligimus non principem, jure regnantem, qui vel ipse, vel per ministros humanitus peccet; qui sit in aliqua parte imperii severior, durior, morosior : aut cujus sint aliqua notabilia vitia, cum summa salus reipublicæ constet : non qui in factis diversum sentiat; sed vel eum, qui remp. factione, armis, malis artibus, sine lege, & auctoritate illorum, penes quos potestatem deferendi jus est, exclusis illis, ad quos jure imperium pertinet, occuparit, & ut plerumque fit, per vim, & scelera administret : aut qui, cum jure aliquo imperium obtineat, in omnia dissolventia remp., tollentia securitatem populi, jura procerum, leges regni, in quæ juravit, vitia proruperit : qui denique confessione, ac consensu omnium intelligatur ut aliquis Phalaris, Tiberius, Caligula, Nero. *Populum*, non colluviem, ac fæcem plebis, aut factionem conspiratione turbulentorum validam, & sibi quærentem quod in alio accusat : non homines obæratos, egentes, scurras, operas, Bagaudas, quorum noverca est patria, rapientes remp. ut diripiant; sed bonos in populo, multo majorem, & sinceriorem partem omnium ordinum, principes optimatum, & plebis, integro statu, fortuna, & moribus probatos, quorum interest remp. salvam esse : qui ultima servitutis, & sævitiæ exempla perpessi, nullam aliam vident reliquam viam expediendæ salutis.

15 *Non facienda*] Regi non parendum in illis, quæ palam impia, & injusta sunt.

16 *Nullam includit*] Non cujus imperium licet detrectare, in eum licet etiam imperio uti.

17 *Partiri cum rege*] Ita regem constituere, ut aliquando ille ipsis, aliquando ipsi regi imperarent.

18 *Bonitas*] Recte agere, vel perperam, non est idonea mensura potestatis, neque ejus dividendæ, aut transferendæ modus; præsertim in administratione rerum civitatis, aut populi, ubi sæpe optime consulta pro pessimis accipiuntur, & viciſſim prava pro salubribus illudunt.

19 *Obscuram disceptationem*] Interpretationem ambiguam. Huc pertinet illud *Taciti* 2. ann. 2. *Ignotæ Parthis virtutes, nova vitia; & quia ipsorum moribus aliena, perinde odium pravis, & honestis.*

cum Vercingetorigis patrem, dicit [a] Cæsar, [20] + principatum obtinuisse Galliæ, + sed quod regnum affectaret, interfectum : & cum Piso apud [b] Tacitum, Germanicum, dicit, principis Romanorum, non Parthorum regis esse filium : & cum Suetonius parum abfuisse, ait, [c] Caligulam, + quin speciem principatus in regnum converteret : & cum [d] Vellejo Maroboduus dicitur, non + principatum parentium voluntate constantem, sed vim regiam complexus animo.

2. + Videmus tamen confundi hæc sæpe : nam & Lacedæmonii duces ex Herculis posteritate, + postquam [21] Ephoris subjecti fuere, + reges dicebantur nihilominus, ut modo vidimus : & veteri Germaniæ reges erant, + quos [e] Tacitus præfuisse, ait, auctoritate suadendi, non potestate jubendi : Et de Euandro rege [f] Livius, rexisse eum auctoritate magis, quam imperio : & Suffetem Carthaginensium [g] Aristoteles, & [h] Polybius [22] βασιλέα appellant : ut & [i] Diodorus, quomodo & Hannonem [e] Carthaginensium regem dixit [k] Solinus. Et de Scepsi in Troade narrat [l] Strabo, cum adjunctis in civitatem Milesiis, populari republica uti cœpisset, veterum regum posteris nomen mansisse regium, & honoris nonnihil.

3. Contra Romani Imperatores, + postquam palam, & sine ulla dissimulatione regnum liberrimum tenuerunt, + principes tamen vocabantur. Sed & [23] + insignia regiæ majestatis in liberis quibusdam civitatibus tribui principibus solent.

4. Jam vero comitia ordinum, (ll) id est, conventus eorum, qui populum in classes distributum referunt, nimirum, ut [m] Guntherus loquitur,

Prælati, proceres, missisque potentibus urbes.

+ Alibi quidem in hoc serviunt dumtaxat, [24] + ut sint majus regis consilium, per quod querelæ populi, + quæ sæpe [25] in consistorio reticentur, ad regis aures perveniant; + cui deinde liberum sit statuere, quod ex usu ipsi videatur.

a *De Bell. Gall.* VII. 4.
b *Ann.* II. 57.
c *Calig.* c. 22.
d *Lib.* II. c. 108.
e *Germ.* c. XI.
f *Lib.* I. c. 7.
g *Politic.* II, 9.
h *Hist.* VI, 49.
i *Biblioth.* Lib. XV. p. 465. *Ed. Steph.*
k Cap. 56.
l *Geogr.* L. XIII. p. 607.
m *Ligur.* Lib. VIII. vers. 577. *Ed. Rittersh.*

GROTII.

e *Carthaginensium regem dixit Solinus*] Sic qui vitam scripsit Annibalis: *Ut enim Romæ consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur.* (*Corn. Nepos*, c. 7.) His improprie dictis regibus accenseri possunt & filii, quibus regium nomen datum à patribus regiam vim retinentibus. Talis is Darius fuit, quem pater Artaxerxes judicatum interfici jussit. *Plutarchus* in Artaxerxe (pag. 1026. *Ed. Wech.*)

GRONOVII.

20 *Principatum obtinuisse*] *Principatus* est primus dignitate, & auctoritate locus inter jure liberos: *regnum* est potentia justa in subjectos. In illo pollent gratia, & factione; in hoc vi, & imperio.

21 *Ephoris subjecti*] Non subjecti fuere reges Ephoris, sed Ephori regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ imperio consulari objecti tribuni. *Valerius Maximus* 4, 1. 8. ne regum hereditaria potentia in tyrannidem degeneraret, idque auctore rege Theopompo.

22 Βασιλέα] *Justino* quoque *Bomilcar* rex Pœnorum, qui tamen apud centum delectos rationem rerum gestarum reddebat, ut hoc metu ita in bello imperia cogitaret, ut domi judicia, legesque respiceret. *Just.* 19, 2.

23 *Insignia*] Ut *Venetiarum duci* corona, & titulus *Serenitatis.*

24 *Ut sint majus*] Quos audiat cum potestate libera sequendi sententias illorum, & improbandi.

25 *In consistorio*] In interiore, aut proximorum ministrorum consilio.

(ll) Vide PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 12. *J. B.*

GRO-

tur. + Alibi etiam jus habent de actis principis cognoscendi, atque etiam leges præscribendi, quibus princeps teneatur.

§. Sunt multi, qui existimant, discrimen summi imperii, aut summo minoris, petendum + ex delatione imperii per electionem, aut successionem. Nam quæ hoc modo deferuntur imperia, ea summa esse contendunt, non item quæ illo. At hæc universim vera non esse pro certo haberi debet. + Nam successio [26] non est titulus imperii, qui imperio formam assignet, + sed veteris continuatio. Jus enim [27] ab electione familiæ cœptum succedendo continuatur: + quare quantum prima electio tribuit, tantum defert successio. Apud Lacones regnum ad heredes transibat, etiam post Ephoros constitutos. Et de tali regno, id est, principatu, est apud [a] Aristotelem τῶν τῶν βασιλεῶν ἃι μὲν κτῷ γένος εἰσὶν, αἱ δ' αἱρεταὶ *quædam sanguinis jure, quædam electione deferuntur*: & Heroicis temporibus [f] pleraque in Græcia regna talia fuisse, & ipse notat, & [c] Thucydides. Contra, Romanum imperium, + etiam sublata omni senatus, & populi potestate, [28] per electionem conferebatur.

[a] *Pol.* III. XIV.

[b] *Lib.* I. §. 13. *Ed. Oxon.*

+ XI. 1. + Altera cautio hæc esto: [g] + Aliud esse de re quærere, aliud de modo habendi; + quod non in corporalibus tantum, sed & in incorporalibus procedit. + Ut enim res est ager, + ita & iter, actus, via. + Sed hæc alii habent jure pleno proprietatis, + alii jure usufructuario; + alii jure temporario: + ita summum imperium + dictator Romanus habebat [h] [29] jure temporario: + reges (mm) plerique, tam qui primi eliguntur, quam qui electis legitimo ordine succedunt, [30] + jure usufructuario; at quidam reges [31] + pleno jure proprietatis, + ut qui justo bello imperium quæsiverunt, (nn) + aut in quorum ditionem populus aliquis, + majoris mali vitandi causa, ita se dedidit, ut nihil exciperetur. 2. +

GROTII.

f *Pleraque in Græcia regna talia fuisse*] Notatum id & *Dionysio Halicarnassensi* libro II. (Cap. 12.) & Lib. V. (Cap. 74.)

g *Aliud de re quærere, aliud de modo habendi*] Videat, cui vacat, *Carolum Molinæum* ad Consuetudines Parisienses Tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 16. & 17.

h *Jure temporario*] Imperatoris ad tempus facti exemplum habes apud *Gregoram* libri IV. initio. (Pag. 36. *Ed. Colon. Allobr.* 1616.)

GRONOVII.

26 *Non est titulus*] Vocabulum significans jus minus, majusve imperantis, sed idem jus, quod decessores habuerunt.

27 *Ab electione familiæ*] In primo, qui ejusdem familiæ ad regnum evectus est.

28 *Per electionem*] Factam a militibus: nec aliter, quam si successor defecisset; nam si filios rerum utcumque gerendarum, & militis demerendi capaces reliquisset Imperator mortuus sive naturales, sive adoptivos, sine dubio succedebant.

29 *Jure temporario*) Locationis, emphyteuseos, si cui in diem fundus addictus sit. l. 4. §. 4. D. de in diem addict.

30 *Jure usufructuario*] 1, 1. 5.

31 *Jure pleno proprietatis*] Malim ditionis, imperii. Vide Vestibulum.

(mm) Posui *plerique*, pro *denique*, quod in omnibus est Edd. Res ipsa postulat hanc emendationem; & oppositio τῷ *quidam reges*, in sequenti membro. Sic Auctor infra, §. 14. PLERAQUE *imperia summa non plenè habeantur*. Et alibi: *Reges, quales nunc sunt* PLERIQUE; *regnum habentes non in patrimonio, sed tamquam in usufructu* &c. Lib. III. C. 20. §. 5. Mirum, ab Auctore tale mendum typothetarum, vel fortè exscriptoris, non fuisse animadversum. *J. B.*

(nn) Gratis statuitur heic, necessitatem illam per se efficere ut regnum sit in patrimonio Victoris, aut se dedentes accipientis. Re verâ nullum omnino Regnum est in patrimonio, nisi ex consensu expresso, vel tacito, Populi. Quâ de re diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

2. + Neque enim [32] illis assentio, qui dictatori negant fuisse summum imperium, + quia perpetuum non erat. + Nam [33] rerum moralium natura ex operationibus cognoscitur: + quare quæ facultates eosdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ sunt. At Dictator intra tempus suum [i] + omnes actus eodem jure exercet, quo rex, [34] qui est optimo jure; + neque ejus actus ab alio reddi irritus potest. [35] + Duratio autem naturam rei non immutat: quanquam si de dignitate quæritur, [36] quæ majestas dici solet, dubium non est, + quin ea major sit in eo, cui jus perpetuum datum est, quam cui temporarium; + quia ad dignitatem facit habendi modus. + Atque idem dictum volo de his, qui antequam reges [37] ad suam tutelam pervenerint, + aut dum furore, + aut captivitate impediuntur, curatores regni ita constituuntur, + ut populo non subsint, + neque ante legitimum tempus potestas eorum sit revocabilis.

3. + Aliud censendum de his, qui jus acceperunt quovis tempore revocabile, + id est [38] precarium, quale olim [a] Vandalorum regnum fuit in Africa, & [k] Gothorum in Hispania, [l] cum ipsos [39] deponerent populi quoties displicerent; + horum enim singuli actus irriti possunt reddi ab his, qui potestatem revocabiliter dederunt: + ac proinde non idem est effectus, nec jus idem

+ XII. 1. Quod autem [b] dixi, + quædam imperia esse in pleno jure proprietatis, id est, [40] in patrimonio imperantis; + quidam [c] viri eruditi hoc argumento oppugnant, + quod liberi homines in commercio non sint. + At sicut alia est potestas dominica, alia regia; + ita & alia est libertas [41] personalis

[a] *Procopius Vand.* I. c. 9. *Aimoin.* II. c. 20. l. IV. c. 35.

[b] §. *præced. n.* 1.

[c] *Hotom. cont. ill. q.* 1.

GROTII.

[i] *Omnes actus eodem jure exercet*) Adeo quidem ut populus, cum Fabium Rullianum servare vellet, apud dictatorem precibus egerit. [Narrat *Livius*, Lib. VIII. Cap. 29. 35.]

[k] *Gothorum regnum in Hispania*] Moris antiqui vestigium in Behetriis. Vide *Marianam* lib. XVI. (Cap. 17.)

[l] *Cum ipsos deponerent populi quoties displicerent*] Hoc de *Herulis* etiam prodidit *Procopius* Gothicorum II. (Cap. 14, 15.) de Longobardis *Paulus Warnafredi* libro IV. & VI. de Burgundis *Ammianus* libro XXVIII. (Cap. 5. *Ed. Vales. Gron.*) de Moldavis *Laonicus Chalcocondylas*; de rege Agadis apud Afros *Johannes Leo* libro VII. (Pag. 651. *Ed. Elzevir.*) de Norwagis, ait *Guilielmus Neubrigensis*, regem ibi factum, quisquis regem occidisset; de *Quadis*, & *Jazygibus* similia habes in excerptis *Dionis*. (è *Theodosio*, in Vit. *Marci Antonini*.)

GRONOVII.

32 *Illis assentio*] *Bodinus* lib. I. c. 8.

33 *Rerum moralium*] Res in Ethicis, & Politicis id sunt, & vocantur, quod eas esse monstrant effecta, nullo discrimine temporis.

34 *Qui est optimo jure*] Vide ad *Liv.* 9, 34.

35 *Duratio*] Modus temporis.

36 *Quæ majestas*] Non ut accipitur pro ipso jure, aut potestate, sed pro veneratione, quam vulgus præstat principibus. *Sueton.* Vespas. 7. Alioqui majestas principi facto, aut nato statim adest. *Ovidius* 5. Fastor. 26.

37 *Ad suam tutelam*) Desierint esse pupilli. *Cicero* Bruto cap. 25. *Corn. Nepos* Eumen.

38 *Precarium*] Nam precarium est quod datur utendum, quamdiu danti libet. l. 1. D. *de precario*. *Justinus* 45, 4. *Tac.* 1. hist. 52.

39 *Deponerent*] Destituerent. *Sueton.* Neron. 40. Cal. 10. & 11. *regno exuerent, vel privarent.*

40 *In patrimonio imperantis*] Ne hoc quidem admiserim. Certe aliter veteres. *Seneca* 7. de beneficiis cap. 6. *Cæsar omnia habet, fiscus ejus privata tantum, ac sua: & universa in imperio ejus sunt, in patrimonio propria. Plinius* Paneg. 50. *Est, quod Cæsar non suum videat: tandemque imperium principis, quam patrimonium majus est. Florus* quoque separat imperium populi à patrimonio 4, 1. *Ærarium quoque jussit effringi: consumque, & patrimonium Po. Ro. ante rapuit, quam imperium.*

41 *Personalis*] Ingenuorum, & manumissorum.

GRO-

sonalis, alia [42] civilis: alia [43] singulorum, [44] alia universorum. + Nam & Stoici quandam [a] servitutem constare dicebant ὑποτάξει, in subjectione: + & in sacris literis [b] subjecti regis servi vocantur. + Sicut ergo + libertas personalis dominium excludit, + ita libertas civilis regnum, atque aliam quamvis + proprie dictam ditionem. [45] Livius [c] ista opponit: [46] *Regem vocabant, libertatis dulcedine nondum experta.* [47] + Idem: [d] *Indignum videbatur, populum Romanum servientem, cum sub regibus esset, nullo bello,* [48] *nec ab hostibus ullis obsessum esse; liberum eundem populum ab Hetruscis obsideri.* Et alibi: [e] *Non in regno populum Romanum, sed in libertate esse.* Rursum alio [f] loco [m] opponit gentes, quæ in libertate essent, iis, quæ sub regibus viverent. Cicero dixerat: [g] *Aut exigendi reges non fuerant, aut plebi re, non verbis danda libertas.* Post hos Tacitus: [h] *Urbem Romam ab initio reges habuere: libertatem, & consulatum L. Brutus instituit.* Et alibi: [i] *Acrior Arsacis regno Germanorum libertas.* Arrianus Indicis: [k] βασιλεῦσι μὲν τῆσι πόλεσιν ὅσαι αὐτόνομοι· *Regibus, & civitatibus liberis.* Cæcina apud Senecam: [l] *Regalia fulmina sunt, quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis liberæ loca:* [n] *quorum significatio regnum civitati minatur.* Sic Cilicum illi, qui regibus non parebant, [m] + Eleutherocilices nuncupati. De Amiso Strabo, [n] modo liberam fuisse, modo sub regibus. Et passim + in legibus Romanis [49] de bello, & de judiciis recuperatoriis, externi distinguuntur in reges, & populos liberos. + Hic ergo non de hominum singulorum, sed de populi libertate quæritur. Quin & sicut ob privatam, ita ob hanc publicam subjectionem, + aliqui dicuntur esse non sui juris, non suæ potestatis. + Hinc illa: [o] *Quæ urbes, qui agri, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt:* Et, [p] + *Estne populus Collatinus in sua potestate?*

2. Proprie tamen cum [50] populus alienatur, + non ipsi homines alienantur, sed jus perpetuum eos regendi, + qua populus sunt. Sic cum uni liberorum patroni [51] libertus assignatur, non hominis liberi fit alienatio, + sed jus, quod in hominem competit, transscribitur. 3. Ne-

[a] *Diog. Laërt.*
[b] *1 Samuel.* XXII, 17. *2 Samuel.* X, 2. *1 Reg.* IX, 22.
[c] *Liv. lib.* I. c. 17.
[d] *Lib.* II. c. 12.
[e] *Lib.* II. c. 15.
[f] *Lib.* XLV. c. 18.
[g] *Lib* III. *de legibus*, c. 10.
[h] *Ann.* I. c. 1.
[i] *De moribus Germ.* c. 45. *in f.*
[k] *Cap.* XI.
[l] *Nat. Quæst.* II, 49.
[m] *Cic. Ep. ad Famil.* XV, 4. *ad Attic.* V. 10.
[n] *Lib.* XII. c. 6. pag. 547.
[o] *Liv. lib.* XXXVIII. c. 11.
[p] *Idem* Lib. I. c. 38.

GROTII.

m *Opponit gentes, quæ in libertate essent, iis, quæ sub regibus viverent*] *Thucydides*: (Lib. II. §. 29. *Ed. Oxon.*) ὁ δὲ Τήρης ὅτ' ὁ τοῦ Σιτάλκα πατὴρ πρῶτος. Ὠδρύσας τὴν μεγάλην βασιλείαν ἐπιπλέον τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἐποίησε· πολὺ γὰρ μέρος καὶ αὐτόνομόν ἐστι Θρακῶν· *Hic Teres Sitalcis pater primus Odrysarum regnum ita auxit, ut cæteros Thraciæ reges superaret: est enim pars etiam Thracum libera. Seneca* pater suasoria prima: *Non eodem modo in libera civitate dicendam esse sententiam, quo apud reges. Josephus* antiquæ historiæ libro XIII. πρὸς βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους. (Cap. IX. §. 2. *Edit. Hudson.*) *Ad reges, populosque liberos. Cicero* Epistolarum XV, 4. Populorum liberorum, regumque sociorum auxilia. *Plinius* libro VI, cap. XX. de Indis: *Jam hi montium, qui perpetuo tractu Oceani oram tenent, liberi, & regum expertes.* (*Oceani oræ prætenti* legitur in *Edit. Hard.* §. 23. pag. 321. Tom. I. *Ed. in fol.*)

n *Quorum significatio regnum civitati minatur*] Vide exemplum talis ostenti apud *Bizarrum* libro XIX. historiæ Genuensis.

GRONOVII.

42 *Civilis*] Jus regendæ reipublicæ pro cive 2, 24, 6.

43 *Singulorum*] Domum, & patrimonium suo arbitrio regentium.

44 *Universorum*] Rempublicam suis legibus administrantium.

45 *Livius lib.* I.] Cap. 17.

46 *Regem vocabant*] Regnari volebant.

47 *Idem lib.* 2.] Cap. 12.

48 *Ac*] Nec.

49 *De bello, & judiciis*] L. 19. D. *de Capt. & postlim.* infr. num. 21.

50 *Populus alienatur*] Per testamentum, donationem, pactum, alteri traditur.

51 *Libertus assignatur*] Vide tit. inst. *de assignatione libertorum.*

GRO-

3. Neque illud magis firmum eſt, quod ajunt; ſi quos populos rex bello quæſierit, cum eos non ſine civium ſanguine, ac ſudore quæſierit, + civibus quæſitos potius credi debere, quam regi. (oo) Nam & fieri potuit, ut rex o + ex ſua privata ſubſtantia exercitum aluerit, + aut etiam p ex fructibus ejus patrimonii, quod principatum ſequitur. + Nam ut in ipſum illud patrimonium rex aliquis non niſi uſumfructum habeat, + perinde ut in ipſum jus imperandi populo, qui ſe elegit; fructus tamen ipſius ſunt proprii: ſicut in jure civili eſt proditum, [a] + hereditatis, 52 quæ reſtitui juſſa eſt, 53 fructus non reſtitui, + quia non hereditati accepto feruntur, ſed rei. + Evenire ergo poteſt, ut rex q in quosdam populos imperium habeat proprio jure; + ita ut alienare etiam poſſit. Strabo [b] Cytheram inſulam Tænaro objacentem fuiſſe, ait, Euryclis Lacedæmoniorum principis ἐν μέρει κτήσεως ἰδίας, + *privato ipſius jure*. Sic rex Solomo [c] regi Phœnicum Hiromo (ita enim eum Græce vocat Philo Byblius, qui + Sanchuniationis hiſtoriam vertit) + dedit urbes viginti: + non ex urbibus populi Hebræi: + nam Cabul (quod nomen illis urbibus datum eſt) + ponitur extra fines Hebræorum, Joſ. XIX, 27. ſed ex iis urbibus, + quas populi devicti hoſtes Hebræorum ad eum diem retinuerant, + quasque partim rex Ægypti Solomonis ſocer vicerat, & Solomonio dotales dederat, + partim ſubegerat ipſe Solomo. Nam eo tempore ab Iſraelitis non habitatas, argumento eſt, quod [d] poſtquam Hiromus eas reddidit, + tum demum Solomo eo deduxit Hebræorum colonias.

4. Sic r + Hercules legitur Spartæ bello captæ imperium [e] Tyndareo deciſſe hac lege, ut ſi quos ipſe Hercules liberos relinqueret, iis reſtitueretur + Amphipolis + in dotem data Acamanti (pp) Theſei filio. Et apud Homerum

[a] L. 18. *in fideicommiſſaria.* §. *Quotiens* 2. D. *ad SC. Trebellian.*

[b] Lib. VIII. pag. 363.

[c] 1. *Reg.* IX, 11-12.

[d] 2. *Par.* VIII, 2.

[e] *Diod. l.* IV. pag. 166. *Ed. H. Steph.*

GROTII.

o *Ex ſua privata ſubſtantia*] M. Antoninus ad bellum Marcomannicum cum ærario exhauſto indicere populo nihil vellet, facta in foro Trajani auctione, diſtraxit vaſa aurea, pocula cryſtallina, ac murrina, uxoris, & ſuam ſericam, & auream veſtem, multa ornamenta gemmarum. (Vide CAPITOLIN. *Vit. Anton. Philoſ.* Cap. 17. EUTROPIUM, Lib. VIII. Cap. 6. AUR. VICTOR. *Epit.* Cap. 16. J. B.

p *Ex fructibus ejus patrimonii*] Ideo Ferdinandus Granatenſis regni partem alteram, ut ſtante matrimonio ex Caſtellæ proventibus quæſitam, ſibi vindicavit. Docet *Mariana* libro XXVIII. hiſtoriæ Hiſpanicæ.

q *In quosdam populos imperium habeat proprio jure*] Balduino conceſſere, qui cum ipſo in orientem belli cauſa venerant, ut urbium, provinciarum, vectigaliumque rerum bello captarum dimidium ipſi cederet.

r *Hercules*] Idem Hercules Dryopes, qui juxta Parnaſſum habitabant, a ſe victos donavit Apollini. *Servius* ad IV. *Æneidos* (verſ. 146.) Herculem adverſus Lapithas belli ſocium ſibi ſumſit Ægimius Dorienſium rex, parte regni in mercedem ſocietatis data. (*Apollod.* II, 7. 7.) Cychreus Salaminis rex prole carens regnum teſtamento reliquit Teucro. (Immo *Telamoni.* Idem, III, 12. 7.) Peleus ab Eurytione Phthiæ rege tertiam regni partem accepit in dotem (III, 12. 1.) quæ habet *Apollodorus.* apud *Livium* eſt lib. 1. *Procæ Numitori regnum legat.* (Cap. 3.)

GRONOVII.

52 *Quæ reſtitui juſſa eſt*] Fidei commiſſario.

53 *Fructus non reſtitui*] Niſi heres fuerit in mora, aut diſerte rogatus, ut hos quoque reſtitueret, quia proveniunt non ex hereditate, ſed ex rebus, quas bono jure poſſidet.

(oo) Neque objectio, neque reſponſio Auctoris, ſatisfaciunt ad probandum, quod uterque intendit. Inde enim tantum ſequitur, regnum, de quo agitur, Civibus potiùs quàm Regi, aut Regi potiùs quàm Civibus, quæſitum fuiſſe: quo autem jure, uſusfructûs, an patrimonii, alia eſt quæſtio, de quâ monuimus ſupra, ad §. 11. *num.* 1. J. B.

(pp) Habet hoc Auctor ex DEMOSTHENE, in Oratione *De male obitâ Legatione*: Ὧν [Θησέως παίδων] Ἀκάμας λέγεται φερνὴν ἐπὶ τῇ γυναικὶ λαβεῖν τὴν χώραν ταύτην [Ἀμφιπόλεως] Pag. 251. A. *Ed. Baſ.* J. B.

ERO-

rum [a] Agamemnon septem urbes se Achilli daturum pollicetur. [s] Melampodi partes regni duas dono dedit rex [55] Anaxagoras. De Dario sic [b] Justinus: *Regnum Artaxerxi,* [+] *Cyro civitates, quarum præfectus erat, testamento legavit.* Sic [t] Alexandri successores in jus illud plenum, ac proprietatem imperandi populis, qui sub Persis fuerant, [+] pro sua quisque parte successisse, [+] aut etiam ipsi victoriæ jure id imperium sibi quæsiviſſe censendi sunt. Quare [+] non est mirandum, si alienandi jus sibi arrogarunt.

5. [+] Sic cum [u] [+] Attalus rex Eumenis filius populum Romanum testamento bonorum suorum heredem feciſſet, populus Romanus sub bonorum nomine etiam regnum complexus est. Florus [c] de ea re: *Adita igitur hereditate provinciam populus Romanus, non quidem bello, nec armis, sed, quod est æquius, testamenti jure retinebat.* Et postea cum [x] [+] Nicomedes Bithyniæ rex moriens populum Romanum feciſſet heredem, regnum in provinciæ formam redactum est. [56] Cicero secunda in [d] Rullum: *Hereditatem crevimus, regnum Bithyniæ.* Sic Libyæ pars [y] Cyrenaica eidem populo ab Appione rege testamento relicta.

6. Tacitus Annalium [e] XIV. agrorum meminit, qui regis [z] Apionis quondam

[a] *Iliad.* IX. 149. *& seqq.*

[b] Lib. V. c. 11.

[c] *Florus* lib. II. c. 20. *Epit. Liv.* 58.

[d] *Cap.* 15.

[e] *Cap.* 18. vide & *Epit. Liv.* 43.

GRONOVII.

55 *Anaxagoras*] Argei F. Megapenthis N. Prœti pronepos. Megapenthi Argos Perseus patrueli tradidit; ipse transtulit regnum Mycenas. Cum Melampode, & ejus fratre Biante partitus id regnum Anaxagoras, quod Melampus bacchantes, vaganteſque fœminas luſtraſſet, ac ſanaſſet. *Pauſan.* 2. p. 116. (Cap. 16. 17.)

56 *Cicero ſecunda in Rullum: Hereditatem crevimus*] Cap. 15. *Quid quam hereditatem jam crevimus*: adiimus, agnovimus. *Cic.* 6. ad *Attic.* 1, 11. 2. Vid. ad lib. 2. cap. 7. num. 8.

GROTII.

s *Melampodi*] Vide *Servium* ad ſextam *Eclogam*: [verſ. 48. & *Pauſan.* Corinth. c. 18. ſic apud *Homerum* Iobates Bellerophonti dat filiam:

Δῶκε δὲ οἱ τιμῆς βασιλήϊον ἥμισυ πάσης.
(*Iliad.* VI. 193.

Quod *Servius* ſic interpretatur ad *Virgilium* (*Aen.* V. 118.) *filiam ſuam ei cum parte regni in matrimonium dedit. Phœnix de Peleo.* (Iliad. IX, 479.)

πολὺν δέ μοι ὤπασε λαὸν·
Ναίων δ' ἐσχατιὴν Φθίης, Δολόπεσσιν ἀνάσσων.

Populos dedit hic mihi multos,
Ut fines Phthiæ, Dolopum quæ regna, tenerem.

Lanaſſa nubens Pyrrho Epirotarum regi, in dotem ei attulit Corcyram urbem, ab Agathocle patre ſuo bello captam. *Plutarchus* Pyrrho. (Pag. 387.)

t *Alexandri ſucceſſores*] *Ammianus* de Perſide, non exacte tamen ad hiſtoriæ fidem: *Ex teſtamento nationem omnem in ſucceſſoris unius jura translatam.* libro XXIII. (Cap. 6. pag. 398. *Ed. Valeſ. Gronov.*)

u *Attalus rex*] Valerius Maximus: *Attalus teſtamenti æquitate gratus Aſiam populo Romano legavit.* (Lib. V. Cap. 11. Extern. 3.) *Sertorius* ea de re apud *Plutarchum*: τῷ δικαιοτάτῳ τρόπῳ Ῥωμαίων κεκτημένων ἐπαρχίαν· *Cum populus Romanus optimo jure eam terram teneret.* (Pag. 580. E. Tom. I. *Ed. Wech.*)

x *Nicomedes*] Vide Appianum Mithridatico, & civili primo. (*Pag.* 218. & 420. *Ed. H. Steph.*)

y *Cyrenaica*] In qua urbes Berenice, Ptolemais, Cyrene. *Eutropius* VI. (Cap. 9.)

z *Apionis*] *Appianus* Mithridatico: (*in fin.*) Κυρήνην αὐτὴν Ἀπίων βασιλεὺς τῆ Λαγιναῶν γένους νόθῳ ἐν διαθήκαις ἀπέλιπεν· *Cyrenen teſtamento reliquit Apion nothus è Lagidarum genere. Ammianus* lib. XXII. (Cap. 16.) *Aridiorem Libyam ſupremo Apionis regis conſecuti ſumus arbitrio: Cyrenas cum reſiduis civitatibus Libyæ Pentapoleos Ptolemæi liberalitate ſuſcepimus.* Rex enim Cyrenarum, & Apio, & Ptolemæus dicebatur. Vide breviarium *Livii* lib. LXX. Ipſe hic Apio Cyrenarum hoc regnum patris teſtamento acceperat, auctore *Juſtino* lib. XXXIX. (c. 5.) Alterius Apionis, cujus *Ammianus* meminit, qui aridam Libyam populo Romano reliquerit, mentio in chronico *Euſebiano* ad annum MDCCCCLII. Adde quod in ædificiis narrat *Procopius*, (Lib. III. c. 1.) Arſacis regis teſtamento ita diviſam Armeniam, ut major pars Arſaci, minor Tigrani cederet. Ex *Joſepho* diſcimus, Herodem, Auguſto ei concedente ut regnum cui è liberis vellet relinqueret, teſtamentum aliquoties mutaſſe, Antiquæ

quondam habiti, & populo Romano cum regno relicti. Cicero de lege [a] Agraria : *Quis ignorat, regnum Ægypti, teſtamento regis Alexandrini, populi Romani eſſe factum ?* Mithridates in oratione apud [b] Juſtinum de Paphlagonia loquens : *Quæ non vi, non armis, ſed adoptione teſtamenti patri ſuo obveniſſet.* + Narrat idem [c] ab Orode Parthorum rege diu dubitatum, quem filiorum ſuorum poſt ſe regem deſtinaret. Et [d] + Polemo Tibarenorum, adſitæque regionis dynaſta uxorem reliquit imperii heredem : quod & in Caria olim [e] fecerat Mauſolus fratres habens ſuperſtites.

XIII. 1. + At in regnis, quæ populi voluntate delata ſunt, concedo [a] + non eſſe præſumendum, eam fuiſſe populi voluntatem, ut alienatio imperii ſui Regi permitteretur. Quare + quod 57 Crantzius *f* ut rem novam notat in Unguino, quod is Norvagiam teſtamento reliquiſſet, non eſt quod improbemus, ſi Germanorum mores reſpicit, + apud quos regna eo jure minime habebantur. Nam quod (qq) + Carolus Magnus, & + Ludovicus Pius, & + alii poſtea etiam apud Vandalos, & Hungaros, de regnis teſtati le-

a Orat. II. c. 16.
b Juſt. lib. XXXVIII. c. 5.
c Lib. XLII. c. 4.
d Strabo lib. XII. pag. 556.
e Idem, Lib. XIV, pag. 656.
f Lib. II. *Dan.* c. 4.

tiquæ hiſtoriæ lib. XV, & XVI. Mos hic etiam Gothis, & Vandalis in iis, quæ armorum jure tenebant. Gizerichus Vandalus de Hiſpania teſtamentum fecit. *Procopius* Vandalicorum 1. (*cap.* 7.) Theudericus Lilybæum in Sicilia dotem dat ſorori Amalesfridæ. *Procopius* ibidem. Sed & aliis gentibus; Aquitaniam bello quæſitam Pipinus inter liberos diviſit : *Fredegarius* fine Chronici. De Burgundia teſtamento relicta vide *Aimoïnum* III, 68. & 75. Feſſæ rex Feſſam ſecundo filio legat. *Leo Afer* libro III. quem, & de Bugia vide libro quinto. (pag. 531.) Sultanus Aladinus Osmani plurimas legavit civitates. *Leunclavius* Turcicæ hiſtoriæ libro II. Germeanoglius rex cum filia ſua Bajazeti nuptura dedit Phrygiæ urbes. Idem *Leunclavius* libro V. Regnum Turcorum in Cappadocia *Muſal* (vel *Muſut*) in liberos diſtribuit. *Nicetas* libro III. (cap. 6.) Urbes ad Pontum Euxinum à Chuſcino Bega Murati traditæ. *Leunclavius* libro 1. Bajazetes Stephano urbes dedit Serviæ in honorem uxoris ſuæ, quæ Stephani ſoror. Idem lib. VI. Mahumetes Sultanus Murati teſtamento regnum reliquit. Idem libro XII. Jacupes Begus Germeanoglius ditionis ſuæ hæredem fecit Muratem Sultanum. Idem libro XIV. Mahumetes Turca filiis duobus, Amurati Europæ, Muſtafæ Aſiæ imperium relinquere cogitarat : eſt id apud *Chalcocondylam* lib. IV. Baſilius Porphyrogennetus Imperator a Davide Curopalate heres inſtitutus ejus regionis, quam David ille in Iberia tenuerat. Narrat *Zonaras*. (Lib. XVII. Cap. 7.) Venio ad Chriſtianos in Oriente victores; Theſſaliam Michael Deſpota inter liberos diviſit. Habet id *Gregoras* lib. IV. (Pag. 52. *Ed. Genov.* 1616.) Ætoliæ Princeps Venetis Athenas reliquit, Bœotiam Antonio vendidit. *Chalcocondylas* libro IV. Meſſena, Ithomæ, & Arcadiæ maritima ab Arcadiæ principe filiæ data in dotem, cum ea Thomæ Imperatoris Græci filio nuberet. Idem libro V. Acarnania inter nothos Caroli principis teſtamento ipſius diviſa; partes de Ætolia cognatis datæ : narrante eo, quem dixi, *Chalcocondyla*. Sic & regna Hieroſolymorum, & Cypri partim teſtamentis legata, partim tranſcripta contractibus. Vide de Cypro *Bembum* Italicorum VII. & *Parutam* libro primo. Genuatibus in Sardinia Caſtrum oppidum donatum, alia Calaritanæ ditionis donata. *Bizarus* de bello Piſano libro II. Robertus filio minori Boëmundo dedit Dyrrachium, & Aulonem. *Anna Comnena* lib. V. (*cap.* 2.) Alfonſus Arragonius Neapoleos regnum, ut armis partum, Ferdinando notho ſuo reliquit. (*Mariana*, Hiſt. Hiſp. Lib. XXII. Cap. 18.) In eodem regno urbes quaſdam Ferdinandus legavit nepoti. *Mariana* libro XXX. (Cap. 27. *ſeu ultimo.*)

a *Non eſſe præſumendum, eam fuiſſe populi voluntatem, at alienatio imperii ſui regi permitteretur*] Imperium non debere relinqui, ut agros, & ſervos, dicit *Vopiſcus* Tacito. (Cap. 6.) Salvianus : *Non poterat populos, quos regebat, per teſtamentum egenis tradere.* (Locus exſtat. Lib. 1. *Adverſus Avaritiam*, Cap. 12. *Edit. Baluz.* ſed qui forte non admodum adpoſitus eſt. *J. B.*

GRONOVII.

57 *Crantzius*) Contra *Hotoman.* quæſt. ill. 1, 1.

(qq) Vide Vitam *Caroli Magni* ab EGINHARTO ſcriptam, Cap. 30. ibique Notas nuperæ Editionis. *J. B.*

leguntur, b 58 + id commendationis magis vim apud populum habebat, quam veræ alienationis. Atque id de Carolo ſpeciatim Ado memorat, + voluiſſe eum teſtamentum ſuum à Francorum optimatibus confirmari. Simile eſt quod apud Livium b legimus, Regem Macedonum Philippum, cum Perſea à regno arcere, & ejus loco regem facere vellet Antigonum fratris ſui filium, obiiſſe Macedoniæ urbes, c ut principibus Antigonum commendaret. *a Lib. XL. c. 56.*

2. Nec quod idem ille Ludovicus urbem Romam 59 + Paſchali Pontifici 60 reddidiſſe (rr) legitur, ad rem facit, cum Franci imperium in urbem Romam + à populo Romano acceptum, + reddere (ſſ) eidem populo recte potuerint: cujus populi quaſi perſonam ſuſtinebat + is, qui 61 primi ordinis princeps erat.

XIV. Quod + autem hucusque monuimus, diſtinguendam eſſe 62 ſummitatem imperii ab habendi plenitudine, adeo verum eſt, + ut non modo pleraque imperia ſumma + non plene habeantur, ſed & multa non ſumma + habeantur plene: quo fit ut d 63 + marchionatus, & comitatus facilius, quam regna vendi, & teſtamento relinqui ſoleant.

XV.

GROTII.

b *Id commendationis magis vim apud populum habebat*] Vide Capitulum XII. conventus ad Cariſiacum ſub Caroſo Calvo. Huc refer teſtamentum Pelagii, quo Hiſpaniam reliquit Alfonſo, & Ormiſindæ, (apud *Marianam*, Rer. Hiſp. *Lib.* VII. *Cap.* 3.) & de Dania quædam apud *Saxonem*. Neque mirum igitur, quædam teſtamenta improbante populo fuiſſe irrita, ut Alfonſi Arragonii. Vide *Marianam* libro X. (Cap. 15, 16.) Et Alfonſi Legionenſis, cum is filias filio prætuliſſet. Idem *Mariana* libro XII. (Cap. 15.)

c *Ut principibus Antigonum commendaret*) Vide rem ſimilem apud *Caſſiodorum* lib. VIII. epiſt. III. & ſequentibus. Ita pacta ſucceſſionis mutuæ inter Sanctium, & Jacobum Arragonenſes à proceribus firmata. *Mariana* libro XII. (*Cap.* 16.) & Henrici Navarræ regis (teſtamentum, quo) Johannam inſtituit hæredem. Idem *Mariana* libro XIII. (*Cap.* 22.) & Iſabellæ reginæ Caſtellæ. Idem libro XXVIII. (*Cap.* 11, 12.)

d *Marchionatus, & comitatus facilius, quam regna vendi*] Vide de Urgetiæ principatu *Marianam* lib. XII. cap. 16.

GRONOVII.

58 *Id commendationis*) Non tam impoſuerunt populis ſucceſſorem jure ſuæ voluntatis, quam oſtenderunt, & commendarunt dignos, quos populi eligerent.

59 *Paſchali Pontifici*] De Paſchali habet, a quo multa hoc cap. ex *Hotomani* Quæſt. ill. t. 2. p. 846. qui veriſſimam hanc hiſtoriam appellat; & hujus donationis inſtrumentum, ait, exſtare apud *Raph. Volater.* Geograph. 3. Circumferuntur duo diverſa inſtrumenta, quorum alterum exſtat apud *Gratianum* in cap. *Ego Ludovicus*, diſtinct. 63. alterum ex Vaticana bibliotheca ſe prompſiſſe, narrat *Raph. Volater.* lib. 3. Geograph. quod multo plura, quam alterum complectitur, Ravennam, Ferrariam, Siciliam, Sardiniam, Corſicam &c. atque hoc niti mavult Curia Pontificalis; & ejus auctoritate regem Siciliæ vocat Eccleſiæ ſubditum, vaſallum, & dominum Ligiim, Clement. paſtoral. *de ſent. & re judic.* Ferrarienſem quoque ducatum hoc ſibi titulo adjudicavit. *Arniſæus* de Subject. & Exemt. Cleric. cap. 6. n. 10. p. 131. & de jure Majeſt. lib. 1. cap. 5. num. 6. & 7.

60 *Reddidiſſe legitur*) Non apud *Aimoinum*, non in *Eginharti* annalibus, neque *Anaſtaſio*, neque *Thegano* de geſtis Ludovici Pii, neque in incerto auctore de vita, & actibus ejuſdem. Cogitavit, opinor, Capit. *Ego Ludovicus* 30. diſtinct. 63. in Decreto Gratiani. At hujus Ludovici F. Lothario præter Galliam Belgicam, quæ exinde Lotharingia dicta eſt, ceſſiſſe in diviſione regni paterni Romanum imperium, hoc eſt, Romam, & Italiam, ſcribit ipſe *Petavius* Rat. temp. part. 1. lib. 8. cap. 10.

61 *Primi ordinis*] Prælatorum.

62 *Summitatem*] Summum jus ipſum, a conditione, & lege, qua id teneas.

63 *Marchionatus*] Ut ducatus, & comitatus Germaniæ: princeps enim quivis, comeſque, in ſuo territorio tantum juris habent, quantum rex in ſuo: ſed ſuperiorem agnoſcunt Cæſarem.

(rr) Præter ea, quæ benè obſervavit *Gronovius*, non poteſt dici *Ludovicus Pius* reddidiſſe, quod numquam Pontifices Romani habuerant, jure ſcilicet imperii ſummi, de quo agitur. Diximus in Notis Gallicis. Vide HERMANNI CONRINGII Librum *De Germanorum Imperio Romano*, Cap. VI. *& ſeqq. J. B.*

(ſſ) Sed poſito, quod falſiſſimum, veram eſſe

XV. 1. + Est & alterum hujus discriminis indicium [e] in regni tutela, + dum rex ætate, aut morbo fungi potestate sua impeditur. Nam in regnis, 64 + quæ non sunt patrimonialia, tutela eorum est, + quibus lex publica, aut ea deficiente [f] + consensus populi eam mandat. (tt) + In regnis patrimonialibus eorum, [g] quos pater, aut propinqui elegerint. Sic videmus in Epirotarum regno, quod consensu populi ortum fuerat, [a] Arribæ regi pupillo + publice tutores constitutos : + & à proceribus Macedonum Alexandri Magni [b] posthumo. + At in Asia minore 65 bello parta rex [c] Eumenes Attalo filio fratrem suum tutorem dedit. + Sic 66 filio Hieronymo [d] pater Hiero in Sicilia regnans quos voluit testamento tutores assignavit.

2. + Sive vero rex simul sit privato jure fundorum dominus, + ut rex Ægypti post Josephi tempus, + & Indorum reges, memorante [e] Diodoro, ac [f] Strabone : seu non sit ; hoc imperio extrinsecum est, nec ad ejus naturam pertinet. + Quare nec imperii speciem aliam, + neque alium habendi imperii modum hoc quidem constituit.

XVI. 1. Tertia observatio sit, + non desinere summum esse imperium, etiam si is, qui imperaturus est, [h] promittit aliqua subditis, aut Deo, + etiam talia, quæ ad imperii rationem pertineant. (uu) + Nec jam de observatione juris naturalis, + & divini, + adde gentium, loquor, + ad quam reges omnes tenentur, etiamsi nihil promiserint ; + sed de regulis quibusdam, ad quas

a *Just.* l. XVII. c. 3.
b *Just. lib.* XIII. c. 2.
c *Plut. de amore frat.* Tom. II. pag. 489, 490.
d *Livius*, XXIV, 4.
e *Lib.* II. c. 40.
f Lib. XV. pag. 704.

illam, sive donationem, sive restitutionem, nil refert a quo *Franci* imperium acceperint in urbem *Romam*, aut cui postea tradiderint : hoc tantum quæritur, an *Ludovicus* arbitrio suo, aut non sine consensu Populi, id fecerit. J. B.

GROTII.

e *In regni tutela*] Vide *Cothmannum* tomo 1. cons. XLI. num. 11.

f *Consensus populi*] Vide *Marianam* (VIII. 10.) in Alfonso V. Legionis rege. At testamentum regis Johannis de tutela, & administratione regni a proceribus improbatum. *Mariana* libro XVIII. (Cap. 15.)

g *Quos pater, aut propinqui elegerint*] Ptolemæus rex Ægypti tutorem filio suo reliquit populum Romanum. *Valerius Maximus* libro VI. cap. VI, 1.

h *Promittit aliqua subditis, aut Deo*] Trajanus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum iræ consecrabat. *Plinius* Panegyrico, (Cap. 64.) Adrianus Imperator juravit, nunquam se senatorem, nisi ex Senatus sententia, puniturum. (*Spartian.* Vit. ejus, c. 7.) Anastasius Imperator juravit, servaturum se decreta Chalcedonensis Concilii. Meminere *Zonaras*, (Lib. XIV. Cap. 3.) *Cedrenus*, alii. Seriores Imperatores Græci Ecclesiæ jurabant. Vide eundem *Zonaram* Michaele Rangabe (Lib. XV. c. 22.) & alibi. Vide & in Gothis regibus exemplum apud *Cassiodorum* X, 16. 17.

GRONOVII.

64 *Quæ non sunt patrimonialia*] Quæ non possidentur omni potentiæ jure.

65 *Bello parta Eumenes*] Hic non bello pepererat Asiam, sed acceperat hereditariam a patre Attalo, auxeratque beneficio Romanorum, quorum adversus Antiochum M. socius fuerat. [At non dicit Auctor noster, *Asiam* ab *Eumene* ipso fuisse bello partam : id tantum vult, *Romanos*, à quibus eam partem *Asiæ* acceperat, eam, bello partam, eodem jure in ipsum transtulisse : quod, ex mente, & principiis ipsius, sufficit. Potuisset *Gronovius* aliud heic rectè notare : quod scilicet *Eumenes* non tantum filii Tutorem designaverit fratrem *Attalum* (id enim ei erat nomen, ut filio *Eumenis*) sed etiam regnum et proprium reliquerit, simul cum uxore viduâ futurâ. Hoc ait *Plutarchus*, libro, qui in margine laudatur. Consentit *Strabo*, Lib. XIII. pag. 624. etsi paullo aliter rem narret. *J. B.*

66 *Filio Hieronymo*] Immo Nepoti, Gelonis, qui ante patrem obierat, filio. Nec id regnum erat bello quæsitum, sed a populo delatum. *Just.* 23, 4.

(tt) Discrimen istud non satis firmo in universum fundamento nititur, ut ostendimus in Notis nostris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

(uu) Vide PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 10. *& seqq.* J.B.

GRO-

quas ſine promiſſo non tenerentur. Verum eſſe quod dico, ex ſimilitudine patrisfamilias apparet, qui ſi quid familiæ facturum ſe promiſerit, quod ad familiæ gubernationem pertineat, + non eo deſinet in ſua familia jus ſummum, quantum fert familia, habere. Nec maritus maritali poteſtate privatur, + eo quod aliquid uxori promiſerit.

2. Fatendum tamen, id ubi fit, 67 + arctius quodammodo reddi imperium, ſive obligatio dumtaxat cadat in exercitium actus, (xx) ſive etiam directe + in ipſam facultatem. + Priore ſpecie + actus contra promiſſum factus erit 68 injuſtus, quia, ut alibi *a* oſtendemus, + vera promiſſio jus dat ei, cui promittitur: (yy) + altera autem ſpecie + erit etiam 69 nullus defectu facultatis. + Neque inde tamen ſequitur, ita promittente ſuperiorem dari aliquem; nullus enim is actus non redditur hoc caſu + ex vi ſuperiore, ſed ipſo jure.

3. + Apud Perſas rex ſummo cum imperio erat, αὐτοκράτης καὶ ἀνυπεύθυνος, ut de eo *b* Plutarchus loquitur, + & ut imago *c* Dei adorabatur: & ut apud *d* Juſtinum eſt, non mutabatur niſi morte. Rex erat, qui dicebat proceribus Perſarum: *e* *Ne viderer meo tantummodo uſus conſilio, vos contraxi; cæterum mementote*, + *parendum vobis magis eſſe, quam ſuadendum.* Tamen & jurabat cum regnum adiret, quod *f* Xenophonti, & Diodoro Siculo (zz) notatum, & leges certa quadam forma latas i + mutare illi nefas erat; + ut & Danielis *g* hiſtoria, & Plutarchus in *b* Themiſtocle nos docent, Diodorus quoque Siculus libro *i* XVII., & multo poſt tempore Procopius Perſici belli libro primo, ubi inſignis ad hanc rem *k* hiſtoria exſtat. Idem de Æthiopum regibus tradit + Diodorus *k* Siculus. + Eodem tradente, *l* Ægyptiorum reges, quos tamen, ut alios reges Orientis, ſummo imperio uſos non eſt dubium, ad multarum rerum obſervationem obligabantur: verum ſi contra feciſſent, accuſari vivi non poterant, ſed l mortuorum accuſabatur memoria,

a *Lib.* II. *c.* 11. §. 4.
b *De trib. gen. rerump.* p. 826. E.
c *Idem*, in *Themiſtocl.* p. 125.
d *Lib.* X. *c.* 1.
e *Val.* Max. lib. IX. c. 5. *ext. n.* 2.
f *Cyrop.* Lib. VIII. c. 5.
g VI, 9. 13. 16.
b *Immo in Artax.* p. 1024. 1025
i Cap. 34. pag. 580.
k *Lib.* III. pag. 102. c. 5.
l *Lib.* I. p. 44. *Ed. Steph.* cap. 70. *& ſeq.*

GROTII.

i *Mutare illi nefas erat*] *Joſephus* in hiſtoria Vaſthæ, καταλλαγῆναι τῇ Οὐάστῃ διὰ τὸν νόμον οὐδύνατο. (Antiq. Jud. *Lib.* XI. c. 6. §. 2. *Edit. Hudſ.*) *Cum Vaſtha conciliari lege intercedente non poterat.* Tales leges vocabantur leges regni, ut notat *Jacchiades* ad Danielem II, 13. De legibus regnorum in Hiſpania, vide *Marianam* libro XX. (Cap. 3.)

k *Hiſtoria exſtat*] Tamen idem de Lethe caſtello legem à rege mutatam refert, ſed non probat. (*Ibid.* cap. 6. In 5. autem inſignis hiſtoria legitur, quam Auctor indicat.)

l *Mortuorum accuſabatur memoria*] ἄταφα γὰρ οἱ νόμοι τὰ σώματα τῶν τυράννων ὑπεροίζουσι· *leges tyrannorum corpora inſepulta extra fines projici jubent. Appianus* civilium tertio. (pag. 537. *Ed. H. Steph.*) Andronicus Imperator patrem ſuum Michaelem, quod fidem Latinam ſequi cœpiſſet, mortuum ſepultura privavit. *Gregoras* lib. VI. ſub *init.* pag. 75. *Edit. Genev.*

GRONOVII.

67 *Arctius quodammodo*] Imperii fines introrſus agi, & coarctari, ſive adminiſtrandi modum temperet, ſive partem aliquam adminiſtrationis omnino adimat, quod promittitur.

68 *Injuſtus*] Quia non eſt factus ut debetur.

69 *Nullus*] Quia fieri non debebat; ut JCti alia faciunt nulla, quæ ab initio non valent: alia irrita, quæ ab initio valebant, ſed ob additum vitium reſcinduntur.

(xx) Obligatio cadit *in exercitium actus*, quando e. g. Rex jus habet tributa, aut vectigalia exigendi, ſed ad certum quemdam modum tantum, aut in certo genere rerum. Ipſa autem *facultas* directè minuitur, quando Rex pro imperio nullum poteſt tributum, aut vectigal exigere, ſine conſenſu Populi. *J. B.*

(yy) Immo utroque caſu facultas agendi æquè deficit, ac proinde actus per ſe æquè nullus eſt. Non video, quo fundamento nitatur diſtinctio Auctoris. *J. B.*

(zz) Neſcio, ubinam juramenti illius memi-

ria, & damnatis abjudicabatur + solennis sepultura : sicut & [m] + Hebræorum regum, qui male regnassent, cadavera extra proprium regibus locum sepulta, 2. Par. XXIV, 25. XXVIII, 27. egregio temperamento, quo + & sanctimonia summæ potestatis maneret, & tamen futuri judicii metu reges à fide mutanda retraherentur. Epiri quoque reges jurare solitos, regnaturos se juxta leges, ex [n] Plutarcho in Pyrrhi vita discimus.

4. Quid si addatur, + si rex fidem fallat, [o] ut tum regno cadat? + ne sic quidem imperium desinet esse summum : + sed erit habendi modus imminutus per conditionem, + & imperium temporario non absimile. De Sabæorum rege narrabat [a] Agatharchides, fuisse ἀνυπεύθυνον, liberrima potestate præditum; sed si regia exiret, potuisse lapidari : quod & Artemidoro auctore [b] Strabo annotavit.

5. Sic [70] fundus, qui fideicommisso tenetur, est quidem fundus (aa) noster non minus, quam si pleno dominio possideretur; + sed habetur [71] amissibiliter. + Talis autem [72] lex commissoria non tantum in regni delatione adjici potest, + sed & in aliis contractibus. + Nam & fœdera quædam cum vicinis videmus cum [p] tali sanctione] inita.

+ XVII. 1. Quarto notandum, quanquam summum imperium + unum quiddam sit, ac per se indivisum, constans + ex illis partibus, quas supra enumeravimus, + addita [73] summitate, id]'est', τῷ [74] ἀνυπευθύνῳ, [q] fieri tamen interdum, ut dividatur, sive per [75] partes, quas vocant potentiales, + sive per

[a] *Apud Photium, Cod.* 250. pag. 1374. *Edit. Rothom.* & p. 63. 64. in 1. vol. *Geograph. Minor. Hudſ.*

[b] Lib. XVI. pag. 778.

nerit *Diodorus*. Neque ad inveniendum juvat hoc BRISSONIUS, *De Regio Perſarum Principatu*; nam de re ipsâ nihil omnino habet, ut nec de eo, quod sequitur. J. B.

GROTII.

[m] *Hebræorum regum*] Vide *Josephum de* Joramis duobus, altero Hierosolymorum, altero Israëlis rege, lib. IX. cap. V. §. 3. & cap. VI. §. 3. item de Joaso Hierosolymorum rege. (*Ib.* cap. VIII. §. 4.)

[n] *Plutarcho*] Verba sunt : εἰώθεισαν οἱ βασιλεῖς ἐν Κασσαρέων χώρᾳ τῆς Μολόττιδος ἀρείῳ Διὶ θύσαντες ὁρκωμοτεῖν τοῖς Ἠπειρώταις, ἢ ὀρκίζειν αὐτοὶ μὲν ἄρξειν κατὰ νόμους, ἐκείνους δὲ τὴν βασιλείαν διαφυλάξει κατὰ τοὺς νόμους. *Solebant reges in Cassarorum terra, quæ Molottidos pars est, Jovi Areo sacrificare, ac juramentum præstare Epirotis. Jurabant autem reges, se imperaturos secundum leges; Epirotæ autem, se imperium ejusdem conservaturos secundum easdem leges.* (Locus exstat pag. 385. C. Tom. I. *Ed. Wech.* Sed ibi rectè legitur, ἐν Πασσαρέωνι χωρίῳ &c. non Κασσαρέων χώρᾳ, ut scripsit Auctor.)

[o] *Ut tum regno cadat*] Vide exemplum apud *Crantzium* libro IX. Suedicorum.

[p] *Tali sanctione*] Aut etiam ne subditi regem pacta violantem juvent; aut ne ei pareant. Vide *Cromerum* Polonicis XIX. & XXI. Est & exemplum apud Schafnaburgensem in rebus Henrici anno MLXXIV. (*pag.* 499. *Edit. Argentor.* 1609.)

[q] *Fieri tamen interdum ut dividatur*] Vide *Zazium* singularium responsorum lib. II. cap. XXXI.

GRONOVII.

[70] *Fundus, qui fideicommisso*] Qui datur fruendus, ita, ut aliquando alii restituatur.

[71] *Amissibiliter*] Possessione non perpetua.

[72] *Lex commissoria*] Cautio, vel pactio adjecta emptioni venditioni, ut si intra certam diem emtor pretium non solverit, & pœnituerit venditorem, res nec vendita, neque alienata sit : conditio, ut dicta re non præstita contractus sit irritus. Lex commissoria adjecta in deferendo regno, ut Rex perdat regnum, nisi ex præscripto aliquid fecerit.

[73] *Summitate*] Libera, & nulli obnoxia earum administratione.

[74] Ἀνυπευθύνῳ] Aristot. 4. Pol. 10.

[75] *Partes potentiales*] i. Ita ut penes alium sint judicia, penes alium bella, penes alium comitia; nam Totum Potentiale, quod alias Logicum, & Universale appellant, est genus respectu specierum, & species respectu individuorum. Genus autem imperium summum est : species, imperium summum in jure reddendo, imperium summum in bello, imperium summum in comitiis, sive ordinatione magistratuum.

(aa) Addidi vocem *noster*, quæ in omnibus Edd.

per partes [76] subjectivas. (bb) Sic cum unum esset Romanum imperium, factum tamen sæpe est, + ut alius orientem, alius occidentem teneret, + aut ut tres etiam tripartito orbem regerent. + Sic etiam fieri potest, ut populus regem eligens quosdam actus sibi servet, alios autem regi deferat pleno jure. + Neque tamen id fit, ut jam ostendimus, [a] quotiescumque rex promissis quibusdam obligatur; sed tunc id fieri intelligendum est, r + si aut expresse instituatur partitio, qua de re supra [b] jam diximus: aut si quid populus adhuc liber + futuro regi imperet per modum [77] manentis præcepti: aut si quid sit additum, quo intelligatur regem cogi, aut puniri posse. + Nam præceptum est superioris, [78] saltem in eo, quod præcipitur: + Et cogere non est quidem semper superioris; + nam & naturaliter quisque jus habet cogendi debitorem, + sed [79] cum inferioris natura pugnat. + Itaque ex coactione saltem [80] paritas sequitur, + ac proinde summitatis divisio.

2. Multi adversus talem statum + quasi bicipitem, incommoda multa adferunt: sed, ut supra [c] quoque diximus, in civilibus nihil est, quod omni ex parte incommodis careat; + & jus non ex eo, quod optimum huic, aut illi videtur, sed ex voluntate, ejus unde jus oritur, metiendum est. + Exemplum vetus refertur a Platone [d] de legibus tertio; + Cum enim [81] Heraclidæ Argos, Messenam, & Lacedæmonem condidissent, adstricti reges intra præscriptarum legum modum imperare, idque dum facerent obligati populi ipsis, ipsorumque posteris regnum relinquere, nec ut quisquam adimeret pati. Inque id non suis tantum regibus populi, ac populis suis reges, sed & [s] ipsi inter

[a] *Vid.* §. *præc. n.* 1.

[b] *Vid.* §. IX. *n.* 1.

[c] §. VIII. *n.* 1.

[d] *pag.* 683. 684. Tom. II. *Ed. H. Steph.*

Edd. excidit, propter similitudinem sequentis *non*, à Typographis prætermissa. Res ipsa illam postulat: quid enim hoc est, *Fundus, qui fideicommisso tenetur, est fundus*? Est quoque Fundus, ubi Colono traditus est. Agitur omnino heic de re, quæ *nostra* est, quamquam non possideatur *pleno dominio*, & irrevocabili. Fallor, an Auctor in mente habuit quod ait *Paulus*, L. 66. D. *De rei vindicat. Non ideo minus rectè quid* NOSTRUM *esse vindicabimus, quòd* ABIRE A NOBIS DOMINIUM *speratur, si conditio legati, aut libertatis exstiterit.* Hæc planè gemina. *J. B.*

GROTII.

r *Si aut expresse instituatur partitio*] Ita Probi tempore senatus firmabat principum leges; de appellationibus cognoscebat; Proconsules creabat; legatos consulibus dabat. (Habet hoc Auctor è *Vopisco*, in Prob. *Cap.* 13. ubi legendum *Legatos* EX *Consulibus*, ostendit *Salmasius*) Vide & *Gail.* lib. II. Observ. LVII. num. 7. & Cardinalem *Munticam* de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib. XXVII. tit. V. num. 4.

s *Ipsi inter se reges, populique inter se*] Exempla sunt complura in historia populorum Septentrionalium. Vide *Johannem Magnum* historia Suedica lib. XV. & XXIX. *Cranzium* Suedicorum V. *Pontanum* Danicorum VIII. (*pag.* 468, & *seqq. Ed. Amst.* 1631.)

GRONOVII.

76 *Subjectivas*] i. Subjecta plura, vel personæ, in quibus singulis respectu quodam est, ut fuit imperium Romanum sub triumviris Octavio, Antonio, Lepido; sub Divis Fratribus; sub Diocletiano, & Maximiano; sub Constantini filiis; sub Valentiniano, & Valente.

77 *Manentis præcepti*] Quod non semel tantum valuerit in aditu imperii, sic ut postea rex, ei ut obtemperet, cogi nequeat; sed cujus vigor, & obligatio semper sit integra.

78 *Saltem in eo*] Negotio, in quo præcipiendi jus habet, etsi alio respectu superior non sit.

79 *Cum inferioris natura repugnat*] Pugnat; vel, sed inferioris naturæ.

80 *Paritas sequitur*] Qui cogere potest, par sit dumtaxat necesse est, si non superior.

81 *Heraclidæ condidissent*] Recuperassent a Pelopidis duce Temeno Argos, Cresphonte Messenen, Aristodemo Spartam. *Pausan.* 4.

(bb) Vide PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. IV. §. 1. & Cap. V. §. 15. J. B.

GRO-

inter se reges, populique inter se, & reges vicinis populis, & populi vicinis regibus fidem dederunt, auxilioque se futuros alii aliis polliciti sunt.

a Boer. ad c. 1. de Const. in Decret.

+ XVIII. 1. Multum tamen falluntur qui existimant, [a] cum [82] reges acta quædam sua nolunt rata esse, nisi a Senatu, aut alio cœtu aliquo probentur, partitionem fieri potestatis: nam quæ acta eum in modum rescinduntur, + intelligi debent rescindi regis ipsius imperio, qui eo modo sibi cavere voluit, ne quid fallaciter impetratum pro vera ipsius voluntate haberetur. Quale erat [b] Antiochi tertii regis rescriptum ad magistratus, + ne sibi parerent, si quid legibus adversum [83] jussisset; & Constantini, [c] ne pupilli, aut viduæ cogantur venire judicii causa ad [84] comitatum Imperatoris, t + etiamsi Imperatoris rescriptum proferatur.

b Plutarch. Apopht. Tom. II. pag. 183.

c L. unica C. quando Imperator.

2. Quare hæc res similis est testamentis, + quibus adjectum est, ne posterius testamentum valeat: + nam hæc quoque clausula efficit, (cc) ut posterius testamentum non ex vera voluntate profectum præsumatur. + Sed sicut hæc clausula, ita & illa, + regis jussu expresso, ac + speciali posterioris voluntatis significatione tolli potest.

d Lib. VI. Cap. 9. & seqq.

XIX. Sed + neque [85] Polybii [d] hic utor auctoritate, + qui ad mixtum genus reipublicæ refert Romanam rempublicam, quæ illo tempore, + si non actiones ipsas, sed jus agendi respicimus, [86] + mere fuit popularis: Nam & Senatus auctoritas, + quam ad optimatum regimen refert, & consulum, + quos quasi reges fuisse vult, + subdita erat populo. Idem de aliorum politica scribentium sententiis dictum volo, + qui magis externam speciem, & quotidianam administrationem, quam jus ipsum summi imperii spectare, congruens ducunt suo instituto.

e Polit. L. III. c. 15.

f Vers. 1281.

g De trib. gen. Rerump. p. 826. E.

h Geogr. L. VI. in fin. p. 288.

XX. 1. Magis ad rem pertinet quod [e] Aristoteles scripsit, inter regnum plenum, quod + παμβασιλείαν vocat, (eadem est [u] παντελὴς μοναρχία, Sophocli [f] Antigone, Plutarcho [x] αὐτοκρατὴς [g] βασιλεία ἢ ἀνυπεύθυνος, Straboni [h] ἐξουσία αὐτοτελὴς) + & regnum Laconicum, qui merus est principatus, + aliquot regni species esse

GROTII.

t *Etiamsi Imperatoris rescriptum proferatur*] Adde l. I. C. de Petitionibus bonorum sublatis.

u Παντελὴς μοναρχία] Faciunt enim, ut ad §. VIII. notavimus, Tragici regnum Thebanum simile regnis Phœnicum, unde orti erant.

x Αὐτοκρατὴς βασιλεία] Sic *Dionysius Halicarnassensis* de Laconicis regibus: ἀδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοκράτορες ἦσαν· *neque enim Lacedæmonii pleno jure reges erant.* (Ant. *Rom.* L. II. Cap. 14.)

GRONOVII.

82 *Reges acta quædam*] Ut rex Galliarum diplomata sua, nisi à Curia, quæ vocatur *Parlamenti*, confirmentur, &, ut ipsi loquuntur, *verificentur.*

83 *Jussisset*] Et Trajani, ne parerent, si quæ jussisset post largiores epulas. *Aurel. Victor.* (De Cæsarib. c. 13. n. 10.)

84 *Comitatum*] Aulam. *Juretus* ad *Symm.* 2. epist. 83. & lib. 3. epist.

85 *Polybii*] Lib. 6.

86 *Mere fuit popularis*] Falsum. præclare Polybius: *Quibusdam in rebus, & temporibus, populus parebat senatui, & consulibus: in quibusdam imperabant consules sine senatu: in quibusdam sine senatu nihil poterant.* Cicero 3. de legibus II. Libertas plebi sic data est, ut multis præclarissimis addiceretur, ut auctoritati principum cederet.

(cc) Hoc equidem Juri Romano non congruit, quamquam in Foro obtineat. Vide CUJACIUM, *Observ.* XIV. 7, & VINNIUM in *Instit.* Tit. *Quibus modis Test. infirmantur*, §. 2. Sed recepta illa sententia, quam Auctor noster heic probat, & de qua etiam aliquid dicit in *Epist.* Part. II. Ep. 10. verior est, secundum Jus Naturale; ut in Notis Gallicis ostendimus. *J. B.*

GRO-

esse interjectas. Ego exemplum hujus rei dari arbitror posse + in regibus Hebræis : nam hi quin in rebus plerisque summo jure imperaverint, dubitari nefas arbitror. Voluerat enim populus regem, y 87 quales habebant vicini : at orientis populi (dd) addicte admodum regnabantur. + Æschylus Persis de rege Persarum sic loquentem facit Atossam :

—— οὐχ' ὑπεύθυνος πόλει.

—— *non est civitati obnoxius.* (pag. 135. Ed. H. Steph.)

+ Notum illud Maronis : (*Georg.* IV. 210. *& seqq.*)

—— *Regem non sic Ægyptus, & ingens*
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant. —— ——

Apud [a] Livium : *Syri, & Asiatici, genera hominum servituti nata*; a quo non discrepat illud Apollonii apud Philostratum : [b] Ασσύριοι καὶ Μῆδοι τὰς τυραννίδας προσκυνοῦσι· *Assyrii, & Medi dominationem etiam adorant.* Aristotelis III. Politicorum XIV. οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν ὑπομένουσι τὴν δεσποτικὴν ἀρχὴν, οὐδὲν δυσχεραίνοντες. *Asiatici dominatum æquo animo ferunt.* Et apud Tacitum [c] Civilis Batavi illud ad Gallos : [z] *Servirent Syria, Asiaque, & suetus regibus oriens* : + nam & in Germa-

a *Lib.* XXXVI. c. 17.
b *Vit. Apoll.* Lib. VII. c. 14. *Ed. Olear.*
c *Hist.* IV. c. 17.

GROTII.

y *Quales habebant vicini*] Putabat populus, ut *Josephi* verbis utar, οὐδὲν ἄτοπον εἶναι τῶν πλησιοχώρων βασιλευομένων τὴν αὐτὴν ἔχειν αὐτὸς πολιτείαν· nihil esse absurdi, si cum vicini regnarentur, ipsi eandem imperii formam acciperent. (Ant. Jud. VI, 4.)

z *Servirent Syria, Asiaque, & suetus regibus oriens*] *Cicero* de Provinciis consularibus : (*Cap.* 5.) *Judæis, & Syris nationibus natis servituti. Euripides* Helena : (*vers.* 283.)

Τὰ βαρβάρων γὰρ δῶλα πάντα πλὴν ἑνός.

Sunt præter unum serva cuncta in barbaris.

Quod ex *Æschylo* adumbratum, apud quem est : [*Prometh. vinct.* pag. 8. *Ed. H. Steph.*

Ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

Nam nemo liber vivit, extra unum Jovem.

Cui simile *Lucani* dictum : (II, 280.)

—— *toto jam liber in orbe*
Solus Cæsar erit.

Sallustius de gentibus orientis : *Adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis.* Citant *Servius*, & *Philargyrius* ad illum in *Georgicis* (IV, 210.) locum. *Apollonius*, de Damide apud *Philostratum* libro VII. Ἀσσύριος γὰρ ὢν καὶ Μήδοις προσοικίζων οὐδὲν ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνθυμεῖται μέγα· (Cap. 14. *Ed. Olear.*) *Assyrius cum sit, & Medorum accola, nihil pro libertate præclarum cogitat. Julianus* contra Christianos : τί με χρὴ καθ' ἕκαστον ἐπιέναι τὸ φιλελεύθερόν τε καὶ ἀνυπότακτον Γερμανῶν ἐπεξιόντα, τὸ χειροήθες καὶ τίθασσον Σύρων καὶ Περσῶν καὶ Πάρθων καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν πρὸς ἕω καὶ πρὸς μεσημβρίαν βαρβάρων, καὶ ὅσα τὰς βασιλείας ἀγαπᾷ κεκτημένα, δεσποτικωτέρας· *Quid tibi jam singulatim exsequar, aut Germanorum libertatis amantia, & impatientia jugi ingenia, aut contra dociles herilem manum ferre Syros, Persas, & Parthos, & omnes, qui aut ad orientem, aut ad meridiem sunt, barbaros, multasque gentes alias contentas sub regibus vivere dominos imitantibus?* (Apud *Cyrill.* pag. 138. *Ed. Spanhem.*) Claudianus : (*De IV. Cons. Hon.* v. 306.)

Non tibi tradidimus dociles servire Sabæos :
Armeniæ dominum nec te præfecimus ovæ.

GRONOVII.

87 *Quales habebant vicini*] Vox *Qualis* respicit nomen, & splendorem imperii, non potestatem imperantis. Alioquin eodem argumento colligas licet, regem eos voluisse idolorum cultorem. Quin etsi maxime voluissent, non permittebat Deus, qui jam olim regem futurum legibus subjecerat.

(dd) Imitatur loquutionem *Taciti*, ubi tamen optimæ Editiones habent *adductius*, non *addictius* : *Trans* Lygios Gothones *regnantur*, *paullo jam adductius, quàm ceteræ* Germanorum *gentes.* Germ. *Cap.* 43. ubi vid. Int. J. B.

Germania, & in Gallia tum reges erant, ſed, ut idem [a] Tacitus notat, precario jure regnandi, & auctoritate ſuadendi, non jubendi poteſtate.

2. Supra [b] quoque notavimus, totum populum Hebræum fuiſſe ſub rege : & Samuel [88] [+] jus regum deſcribens [+] ſatis oſtendit, adverſus regis injurias nullam in populo relictam poteſtatem ; quod [89] recte colligunt veteres ex illo Pſalmi : [+] *Tibi ſoli peccavi* ; ad quem locum Hieronymus : (ee) *Quod rex erat, & [a] alium non timebat* ; Et [c] Ambroſius : *Rex erat, nullis ipſe legibus tenebatur, quia liberi ſunt reges a vinculis delictorum. Neque enim ullis ad pœnam vocantur legibus, [b] tuti imperii poteſtate : homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius.* Idem legere eſt apud Iſidorum Peluſiotam epiſtola poſtremo edita CCCLXXXIII. Video conſentire Hebræos, (ff) regi in eas leges, quæ de officio regis ſcriptæ exſtabant, peccanti [90] [+] inflicta verbera : [+] ſed ea apud illos infamia carebant, & a rege in ſignum pœnitentiæ ſponte ſuſcipiebantur, [+] ideoque non a lictore, ſed ab eo, quem legiſſet ipſe, cædebatur, & ſuo arbitrio verberibus ſtatuebat modum. [+] A pœnis autem coactivis adeo liberi erant reges, [+] ut etiam [91] excalceationis lex, [+] quippe cum ignominia conjuncta, in ipſis ceſſaret. Hebræi Barnachmoni ſententia exſtat in dictis Rabinorum, titulo de Judicibus : [+] *Nulla creatura judicat regem, ſed Deus benedictus.*

3. [+] Hæc cum ita ſint, [+] tamen aliqua judicia, arbitror, regibus ademta, [+] manſiſſe penes Synedrium LXX. virûm, quod divino imperio a Moſe inſtitutum ad Herodis tempora [92] perpetua (gg) cooptatione duravit. [+] Itaque & [d] Moſes, & [e] David judices Deos vocant : & judicia vocantur [f] judicia Dei : [+] & judices dicuntur non humana, ſed divina vice judicare. Imo aper-

a *Germ.* c. 11.

b *Vid.* §. VIII. *n.* 8.

c *Apolog. David.* c. 10.

d *Exod.* XXII, 28.

e *Pſalm.* LXXXII, 1.

f *Deuter.* I, 17. & 2 *Chron.* XIX, 6. 8.

GROTII.

a *Alium non timebat*] Idem *Hieronymus* epiſtola ad *Ruſticum* de Pœnitentia : *Rex enim erat : alium non timebat : alium non habebat ſuper ſe.* (Tom. I. pag. 221. B. *Ed. Baſ.*)

b *Tuti imperii poteſtate*] Paria habet ad eundem Pſalmum *Arnobius* minor. *Vitiges* apud *Caſſiodorum* : *Cauſa regiæ poteſtatis ſupernis eſt applicanda judiciis, quandoquidem illa a cœlo petita eſt, ita ſoli cœlo debet innocentiam.* (Locus jam adlatus ſupra ad §. VIII. *num.* 15. ubi vide quæ diximus. J. B.

GRONOVII.

88 *Jus regium deſcribens*] Vide cap. ſequenti num. 3.

89 *Recte colligunt*] Imo male : non enim negat David, ſe & in civem peccaſſe ; ſed confitetur adverſus Deum in primis, & graviſſime, ſe peccaſſe. *Soli* eſt in primis, vel maxime. Virgil. 1. Georg. 30. *An Deus immenſi venias maris, & tua nautæ Numina ſola colant.* 4. Georg. 55. de apibus : *Solæ communes natos, communia tecta Urbis habent, magniſque agitant ſub legibus ævum, Et patriam ſolæ, & certos novere penates.* 4. Æneid. 473. *Sola viri molles aditus, & tempora norat.* Senec. Hippol. 874.

90 *Inflicta verbera*] Vereor ne ſit ſomnium Thalmudicum.

91 *Excalceationis*] Deut. XXV, 9. Ruth. IV, 7.

92 *Perpetua cooptatione*] Cum in locum demortuorum alii, atque alii ſufficiuntur.

(ee) Nil tale habet *Hieronymus*, in hunc quidem Pſalm. LI. locum : ſed alibi. Vide SALMASII *Reſp. ad Miltonum*, pag. 205. *& ſeqq.* ubi plures alios Patres laudat, ita perperam, ſuo more, verba *Davidis* exponentes. Circa rem ipſam vide MILTONUM, *Defenſ. pro Pop. Anglic.* Cap. 2. *pag.* m. 32. & RABOD. HERMAN. SCHELIUM, *De Jure Imperii*, p. 255. 256. J. B.

(ff) Mera fabula, quam pleniſſimè confutavit SALMASIUS, *Defenſ. Reg.* Cap. II, & poſt illum alii. Rationes ab utraque parte adlatas collegit SELDENUS, *De Synedriis*. Lib. III. Cap. 9. ubi ipſe rem in medio relinquit. J. B.

(gg) Perpetuitatem illam, in dubium à quibuſdam jam revocatam funditus evertit Clar. CLERICUS, in *Judicio de Hiſt. Critic. Simonii*, Gallicè edito, Epiſt. X. & poſtea Diſſ. ſingulari ſubjectâ Commentario in Libros Hiſtoricos V. T. J. B.

GRONO-

aperte + distinguuntur [a] res Dei a rebus regis, ubi res Dei, monentibus doctissimis Hebræorum, + judicia ex lege Dei exercenda intelligi debent. Non nego, + regem Judæorum capitalia quædam judicia per se exercuisse; qua in re ipsum + regi decem tribuum Israëliticarum + præfert Maimonides: + quod & exempla non pauca, tum in sacris literis, tum in scriptis Hebræorum evincunt; + sed quædam cognitionum genera regi videntur non permissa, ut de tribu, de pontifice, [c] + de propheta. Ejusque rei argumentum est in Jeremiæ prophetæ historia, [b] quem cum proceres ad mortem deposcerent, respondit Rex: *Ecce in potestate vestra est;* + *nam contra vos rex nihil potest:* + in hoc negotiorum genere scilicet. Imo & qui alia quavis de causa apud Synedrium reus factus esset, + eum rex judicio eximere non poterat. Ideo [c] Hyrcanus judicium de Herode (cum impedire non posset) 93 + arte elusit.

4. + In Macedonia a Carano orti, ut apud [d] Arrianum Callisthenes ait, ἀ βίᾳ ἀλλὰ νόμῳ Μακεδόνων ἄρχοντες διετέλεσαν· *non vi, sed lege in Macedonas imperium obtinebant.* Curtius libro [e] IV. *Macedones assueti regio imperio, sed in majore libertatis umbra, quam cæteræ gentes.* Nam & judicia de civium capite non erant penes regem. Idem Curtius lib. *f* VI. *De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace erat vulgi: nihil potestas regum valebat,* 94 + *nisi prius valuisset auctoritas.* + Est & alterum mixturæ hujus indicium alio [g] Curtii loco: *Macedones scivere gentis suæ more, ne rex pedes venaretur, aut sine electis principum, amicorumve.* Tacitus de [h] Gothonibus: *Regnantur paulo jam 95 addictius, quam cæteræ Germanorum gentes,* + *nondum tamen supra libertatem.* Nam principatum ante [i] descripserat + auctoritate suadendi, non jubendi potestate; regnum autem plenum [k] postea his verbis: *Unus imperitat,* + *nullis jam 96 exceptionibus, non 97 precario regnandi jure.* Eustathius ad sextum Odysseæ, ubi Phœacum respublica describitur, ait, esse συνέλευσιν βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας, [d] *mixtum aliquid ex regis, & procerum potestate.*

5. Simile quid in Romanorum regum temporibus observo: nam tum omnia ferme negotia + manu regia expediebantur. *Romulus nobis ut libitum, impe-*

a 1. *Chron.* XXVI, 32. & 2. *Chro.* XIX, 11.

b *Jerem.* XXXVIII, 5.

c *Jos. Ant.* XIV. Cap. 9. §. 4. *Ed. Hudf.*

d *De Exped. Alex.* IV, 11.

e *Cap.* VII. *num.* 31.

f *Cap.* VIII, n. 24.

g *Lib.* VIII, c. 1. n. 18.

h *Germ.* c. 43.

i *Cap.* 11.

k *Cap.* 44.

GRONOVII.

93 *Arte elusit*] Suasit reo fugam.

94 *Nisi prius valuisset auctoritas*] *Nisi consilio vicissent*, ut *Justinus* loquitur 2, 13. nisi sententiam suam proceribus probassent.

95 *Addictius*] Melior lectio: *adductius*, minus laxis, magisque attractis frenis.

96 *Exceptionibus*] Ita ut nihil reservarint, aut caverint sibi a potestate regis subjecti. *Florus* 2, 18. *veram, & sine exceptione victoriam.* Adde *Senecæ* ep. 30.

97 *Precario regnandi*] Quod est in aliena potestate, & potest eripi, quoties isti libet. *Sen.* Thyeste 2, 5. *Ubicumque tantum honesta dominanti licent, precario regnatur*: vox tyranni. Vid. num. 11. (Est apud TACITUM, *precario parendi jure*, non *regnandi.*)

GROTII.

c *De propheta*] *Non capit prophetam perire extra Jerusalem.* Luc. XIII, 33.

d *Mixtum aliquid ex regis, & procerum potestate*] *Laonicus Chalcocondylas* talia, ait, esse regna Pannonum, & Anglorum, libro II. Aragonum lib. V. & Navarræ eodem libro, ubi ait nec magistratus a rege creatos, nec præsidia imposita nisi volentibus, nec quicquam populo imperatum contra mores. Reges alios esse pleno cum jure, alios sub legibus, etiam *Judæus Levi Gersonides* notavit ad 1. Sam. VIII, 4. Mira, quæ de Taprobane scribit *Plinius* lib. VI, cap. XXII. *Eligi regem a populo senecta, clementiaque, liberos non habentem, & si postea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. Rectores ei a populo* XXX. *dari, nec nisi plurium sententia quenquam*

imperaverat, inquit [a] + Tacitus. *Conſtat initio civitatis reges omnem poteſtatem habuiſſe*, inquit [b] Pomponius : tamen quædam populo excepta, etiam illo tempore, vult [c] Halicarnaſſenſis. Quod ſi Romanis magis credimus, + in cauſis quibuſdam provocationem ad populum a regibus fuiſſe, ex Ciceronis de republica libris, ex pontificalibus quoque libris, & Feneſtella, annotavit [d] Seneca. Mox Servius Tullius, non tam jure, quam auris popularibus ad regnum pervectus, plus etiam vim regni imminuit : quippe, ut loquitur Tacitus, [e] *Sanctor legum, queis etiam reges obtemperarent.* Quominus mirandum quod [f] Livius dicit, primorum conſulum poteſtatem a regia hoc ferme uno diſtitiſſe, quod annua eſſet.

6. + Similis etiam mixtura ex populari, & optimatum potentia Romæ fuit tempore interregni, & primis conſulum temporibus : + nam [98] in rebus quibuſdam, iiſque majoribus, ita demum ratum erat quod populus juſſiſſet, [g] + ſi [99] Patres auctores fierent; quod poſtea, vi populi aucta, + ſpeciem tantum veterem retinuit, cum [100] in incertum comitiorum eventum Patres auctores fieri cœperunt, ut [g] Livius, & [h] Dionyſius notant. Quin & ſerius aliquanto mixturæ manſit aliquid, quamdiu, + ut idem loquitur [i] Livius, + imperium penes Patricios, (id eſt, [1] Senatum,) + penes tribunos (id eſt, [2] plebem) + auxilium erat, jus nempe vetandi, ſive intercedendi.

7. Sic & + Iſocrates [k] Athenienſium rempublicam Solonis temporibus vult fuiſſe δημοκρατίαν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, + poteſtatem optimatium populari mixtam. His poſitis, + quæſtiones quaſdam, quæ frequentem in hoc argumento uſum habent, examinemus.

+ XXI. 1. Prima eſt, an ſummum imperium habere poſſit is, + qui inæquali fœdere tenetur ? Inæquale fœdus hic intelligo, + non quod inter viribus diſpares initur, quomodo [l] + Thebana civitas Pelopidæ tempore fœdus cum Perſarum rege habuit, + & Romani olim cum [m] Maſſilienſibus, + deinde cum [n] rege Maſaniſſa : + nec quod [3] actum habet transeuntem, ut cum hoſtis qui ſit, ad amicitiam recipitur, + dum impenſas belli ſolvat, + aut

4 aliud

a *Ann.* III, 26.
b *L.* 2. §. 14. D. *De orig. Jur.*
c *Antiq. Rom.* L. IV. c. 20.
d *Epiſt.* 108. & 111.
e *Annal.* III, 26.
f *Lib.* II. c. 1.
g L. 1. c. 17.
h *Ant. Rom.* II, 14.
i *Lib.* VI. c. 37. *num.* 4.
k *Orat. Panathen.* p. 265. A. *Ed. H. Steph.*
l *Plutarch. Vit. Pelop.* p. 294. D.
m *Juſtin. lib.* XLIII. c. 5.
n *Val. Max. lib.* V. c. 2. *ext. num.* 4.

capite damnari. Sic quoque appellationem eſſe ad populum : LXX. *judices dari. Si liberent ii reum, non amplius* XXX. (ita enim legi locus hic debet) *iis nullam eſſe dignitatem, graviſſimo probro. Regi cultum Liberi patris; cæteris, Arabum. Regem, ſi quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, ſed averſantibus cunctis, & commercia etiam ſermonis negantibus. Servius* ad illud IV. Æneidos : *Populumque, patreſque. Quidam hoc loco volunt tres partes politiæ comprehenſas, populi, optimatium, regiæ poteſtatis. Cato enim ait, de tribus iſtis partibus ordinatam fuiſſe Carthaginem.* (In verſ. 682.) [Non videtur neceſſaria emendatio, quam Auctor noſter heic obiter, in loco *Plinii*, vult fieri : & verba, ut leguntur, rectè exponit *Harduinus*, Not. 7. *pag.* 324. Tom. I. *Ed. in fol.* J. B.)

e *Si Patres auctores fierent*] *Plutarchus* Coriolano : (*pag.* 227. E. *Ed. Wech.*) ὁ δῆμος ἄκυρος ἦν τῶν ψηφίσμάτων ἢ νόμων τι ποιεῖν ἄνευ προβουλεύματος· *Populus jus non habebat aut legem condendi, aut aliud quid jubendi, niſi Senatus præceſſiſſet auctoritas.* Similem mixturam in Genuatium republica ſuis temporibus obſervat *Chalcocondylas* libro V.

GRONOVII.

98 *In rebus quibuſdam, iiſque*] Immo nulla non in re. *Liv.* I, 17.

99 *Patres auctores fierent*] SC. confirmaſſent, quod ſciviſſet populus.

100 *In incertum comitiorum eventum*] Vide 1. Obſervat. c. 25.

1 *Senatum*] Magiſtratus ſenatorios.

2 *Plebem*] Magiſtratus plebejos.

3 *Actum habet tranſeuntem*] In quo ſemel aliquis duriores conditiones accipit, aut imperata facit.

4 *Aliud*

4 aliud quid præstet; + sed quod 5 ex ipsa vi pactionis manentem prælationem quandam alteri donat: hoc est, + ubi quis tenetur alterius imperium, ac majestatem 6 conservare, + ut in fœdere Ætolorum cum Romanis erat, + id est, tum operam dare, ut ejus imperium in tuto sit, tum ut dignitas, quæ majestatis nomine significatur, ei constet. Imperii reverentiam dixit Tacitus, [a] & sic explicat: *Sede, finibusque in sua ripa: mente, animoque nobiscum agunt.* + Florus: [b] *Illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, & victorem gentium populum Romanum reverebantur.* Ad quod genus referenda sunt jura quædam eorum, quæ nunc vocantur + protectionis, 7 advocatiæ, 8 + mundiburdii: + item jus urbium 9 matricum in colonias apud Græcos. Nam, ut [c] Thucydides ait, coloniæ cum urbibus matricibus 10 pari erant jure libertatis, sed debebant τιμὰν τὴν μητρόπολιν, & exhibere τὰ γέρα τὰ νομιζόμενα, + reverentiam scilicet, & honoris signa quædam.

a *Germ.* c. 29.
b *Lib.* IV. c. 12. *num.* 61.
c *Lib.* I. §. 24. & 25. *Ed. Oxon.*

2. Livius [d] de veteri fœdere inter Romanos, qui Albæ jus omne acceperant, & Latinos Alba oriundos: + *In eo fœdere superior Romana res erat.* Recte [e] Andronicus Rhodius, post Aristotelem, amicitiæ inter dispares hoc, ait, proprium, ut potentiori + plus honoris, infirmiori plus auxilii deferatur. Scimus quid ad hanc quæstionem *f* Proculus responderit, scilicet + liberum esse populum, qui nullius alterius potestati subjectus sit, + etiamsi in fœdere comprehensum sit, ut is populus comiter alterius populi majestatem conservaret. Si ergo populus tali fœdere obligatus liber manet, si alterius potestati subjectus non est; + sequitur, ut summum imperium retineat. + Atque idem de rege pronunciandum est; + Est enim populi liberi, & regis, qui vere rex sit, eadem ratio. Addit Proculus, illud adjici in fœdere, + ut intelligatur, alterum populum superiorem esse: non ut intelligatur, alterum non esse liberum. Superiorem hic intelligere debemus non potestate (jam enim dixerat, talem populum alterius potestati subjectum non esse) + sed auctoritate, & dignitate: quod verba sequentia apta admodum similitudine explicant. *Quemadmodum*, inquit, + *clientes nostros intelligimus liberos esse, etiam si neque auctoritaet, neque dignitate, neque jure* (hh) *omni nobis pares sunt: sic & eos, qui majestatem nostram comiter conservare debent, liberos esse intelligendum est.*

d *Lib.* I. c. 52. n. 4.
e *Nic. Paraph.* VIII, 18. p. 567. *Ed. Heinf.*
f *L. non dubito. D. de capt. & post.* 7. §. 1.

3. + Cli-

GRONOVII.

4 *Aliud quid præstet*] Captivos, transfugas, naves tradat.

5 *Ex ipsa vi pactionis*] In qua certis, clarisque verbis cavetur, ut alter alteri concedat, & aliquid morigerationis, aut observantiæ exhibeat.

6 *Conservare, ut in fœdere*] *Livius* 38, 11. *Cicero* pro Corn. Balbo 16. *id habet hanc vim, ut ille sit in fœdere inferior.*

7 *Advocatiæ*] Jus erat defendendi monasterii, vel ecclesiæ, concessum a principe homini potenti militari, vel togato, qui fiebat illius conventus patronus, & vicissim ex eo commodis quibusdam fruebatur. *Trithem.* Chron. Hirsaug. Monast. p. 9. & 87. *Bignon.* ad Marcul. lib. 1. cap. 21. pag. 497. *Barthius* Adv. 47, 4. JCC. genus feudi faciunt. *Obrecht.* disput. 2. thes. 259. *Schoner.* disput. feud. 1. th. 75.

8 *Mundiburdii*] *Mundiburdis*, vel *mundiburdium*, defensio, vel tutela, quam princeps episcopo, aut abbati impetit, ne a quoquam infestentur, neve causæ eorum, nisi in palatio, cognoscantur. *Sic tradere in mundiburdem, teneri in mundiburdio, recipere sub suo mundiburde dicebant.* *Bignon.* ad Marc. lib. 1. cap. 24. p. 504. & 506. *Voss.* de vitiis sermonis p. 248.

9 *Matricum*] *Matrices urbes*, Μητροπόλεις, ex quibus aliæ civitates propagatæ: *Coloniæ*, quæ ex aliis civitatibus propagatæ. De jure μητροπόλεων videndus *Valesius* ad Excerpta Constantini Porphyrog. p. 7.

10 *Pari jure*] 1, 2. 9. 10.

(hh) Legendum cum HALOANDRO: *Neque viribus nobis pares sunt* &c. J. B.

3. + Clientes in fide sunt patronorum ; [f] sic populi fœdere inferiores in fide populi, qui dignitate est superior. Sunt ἐπὶ προστάταις, οὐχ' ὑποτελεῖς, *sub patrocinio, non sub ditione*, ut Sylla apud [a] Appianum loquitur : in parte, non in ditione, ut [b] Livius : & [c] Cicero officiorum secundo sanctiora illa Romanorum tempora describens, patrocinium sociorum, ait, penes eos fuisse, non imperium ; quicum satis convenit dictum illud Scipionis Africani Majoris : [d] *Populum Romanum beneficio, quam metu, obligare homines malle ; exteraſque gentes fide, ac societate junctas habere*, + *quam tristi subjectas servitio* : & quæ Strabo commemorat de Lacedæmoniis post Romanorum in Græciam adventum : [e] ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν· *manserunt*, inquit, *liberi*, + *nihil conferentes præter operas sociales.* + Sicut patrocinium privatum non tollit libertatem personalem, ita patrocinium publicum non tollit + libertatem civilem, quæ sine summo imperio intelligi nequit. Ideo apud Livium opponi videas, (ii) + in fide esse, & in ditione. Et [11] + Syllæo Arabum regi minatus est Augustus, teste Josepho, ni injuriis in vicinos abstineret, + curaturum se, ut ex amico subditus fieret ; cujus conditionis erant [12] reges Armeniæ, quos in ditione Romana fuisse ad Vologesen [13] scribebat Pætus, & proinde + sono magis nominis, quam re ipsa reges : quales Cypri, aliique reges olim sub regibus Persis, ὑποταγέντες, subditi, + ut Diodorus *f* loquitur.

4. + Obstare + his, quæ diximus, videtur, quod addit + Proculus : *At fiunt apud nos rei ex* [14] *civitatibus fœderatis, & in eos damnatos animadvertimus.* (kk) Sed ut hæc res intelligatur, sciendum est, quatuor incidere posse con-

[a] *Mithr.* pag. 212. [b] *Lib.* XXI. [c] *Cap.* 8. [d] *Liv. lib.* XXVI. c. 49. n. 8. [e] *Geogr.* L. VIII. pag. 365. [f] *Lib.* XVI. Cap. 46. p. 534 *Ed. Steph.*

GROTII.

f *Sic populi fœdere inferiores*] Vide Cardinalem *Tuschum* PP. conclud. D CCCC XXXV. Exemplum habes in Dilimnitis, (vel *Dolomitis*, ut alibi vocantur. Vid. Illustr. SPANHEMII *Orb. Rom.* II, 17. pag. 452.) qui αὐτόνομοι, suique juris Persis militabant, apud *Agathiam* libro III. (*Cap.* 8.) Sic Irenes consilium fuit, inter mariti liberos ita partiri imperium, ut post natos faceret δευτέρως μὲν κατὰ τὸ τῆς τιμῆς ἀξίωμα, αὐτονόμως δὲ ἢ αὐτοκράτορας ἑκάστης· *dignitate quidem minores, cæterum sui juris, plenæque potestatis.* Vide *Crantzium* Saxonicorum X. (*Cap.* 3.) de urbibus, quæ se in Austriacorum protectionem dedere. *Herodianus* : Ὀσροηνῶν τε καὶ Ἀρμενίων, ὧν ἦσαν οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δὲ φίλοι καὶ σύμμαχοι· *Osroënorum, & Armeniorum, quorum hi subditi erant, illi amici, ac socii.* Lib. VII. (c. 2.)

GRONOVII.

11 *Syllæo Arabum*] Immo Herodi Judæorum regi, quem Syllæus, non rex Arabum, sed Obodæ regis Arabum comes, & legatus apud Augustum criminatus erat : ὅτι πάλαι χρώμενος αὐτῷ φίλῳ, νῦν ὑπνιόῳ χρήσεται· *Joseph.* 16, 15. Erat autem regnum Judæorum tum temporis ejusdem conditionis, cujus regnum Armeniæ, nempe beneficiarium populi Romani : & quod Augustus ait, adhuc eo se ut amico usum, referendum ad indulgentiam Cæsaris, non jus Herodis. De Syllæo *Strabo* lib. 16. p. 781, 783.

12 *Reges Armeniæ*] Florus 4, 12. *Armenios victo rege Tigrane in hoc unum servitutis genus Pompejus adsuefecerat, ut rectores a nobis acciperent.*

13 *Scribebat Pætus*] Apud *Tacitum* 15. Annal. 13.

14 *Civitatibus fœderatis*] Loquitur de civitatibus liberis, quæ in mediis erant provinciis Romanis : sed quia aut ante bellum, aut durante bello hi populi, non vi coacti, sed sponte se applicuerant Romanis, & eorum amicitiam petiverant, conservabant illis Romani libertatem, ut non essent sub fascibus, etsi omnes populi circa in formam provinciæ redacti essent. *Cic.* 3. Verr. 6. *Sueton.* Jul. 25. Octav. 47. Calig. 3. Vespas. 8.

(ii) Vide, exempli gratiâ, *Lib.* VIII. *Cap.* 1. in fine ; & *Lib.* XXXVI. Cap. 28. *num.* 4. J. B.

(kk) Solvitur omnino difficultas, ex illis verbis petita, adeoque hactenus supervacanea fiunt quæcumque Auctor subjicit, si animadvertatur, quod verissimum est, Populos, & Reges,

controversiarum genera. + Primum, si [15] subditi populi, aut regis, qui in fide est alterius, dicantur feciſſe contra fœdus: + deinde, si ipsi [16] populi, aut reges accusentur: + tertio, si [17] socii, qui in ejusdem populi, aut regis fide sunt, inter se litigent: + quarto, [18] si subditi conquerantur de injuriis eorum, quorum sunt in ditione. Prima specie si peccatum appareat, + tenetur rex, aut populus eum, qui nocuit, aut punire, aut ei, cui nocitum est, dedere; quod non tantum inter inæquales, sed & inter æqualiter fœderatos locum habet: + imo etiam inter eos, qui nullo fœdere tenentur, [19] + ut ostendemus alibi. Tenetur etiam dare operam + ut damna resarciantur; + quod officium Romæ erat [20] recuperatorum. Gallus Ælius apud + Festum: *Reciperatio est, cum inter populum, & reges, nationesque, ac civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatorem reddantur res, reciperenturque, resque privatas inter se persequantur.* + At sociorum alter in socii subditum jus prehensionis, + aut punitionis, directe non habet. Itaque [a] Decius Magius Campanus ab Annibale vinctus, & Cyrenas delatus, atque inde deportatus Alexandriam, + docuit, contra jus fœderis vinctum se ab Annibale esse: atque ita vinculis liberatus est.

[a] *Livius lib.* XXIII. *c.* 7.

5. + Secunda specie + jus habet socius cogendi socium, ut stet fœderis legibus, + atque etiam puniendi, ni steterit. + Sed hoc quoque inæquali fœderi proprium non est; + Idem enim locum habet in fœdere æquali. + Nam ut quis ultionem sumat ab eo, qui peccavit, + satis est, ut ipse ei, qui peccavit, subditus non sit; quod [21] + alibi a nobis tractabitur. + Quare etiam inter reges, aut populos non fœderatos idem usu venit.

6. + Tertia specie + sicut in fœdere æquali solent controversiæ deferri ad [g] conventum sociorum, quos scilicet res non tangit, ut [22] + Græcos, + Latinos veteres, + & Germanos olim feciſſe, legimus; + aut alioqui ad arbitros, + aut etiam ad principem fœderis tanquam communem arbitrum: + ita in fœdere inæquali plerumque convenire solet, ut controversiæ discipientur apud eum, qui superior est in fœdere. + Quare ne hoc quidem ostendes, qui tunc temporis à Romanis dicebantur *Fœderati*, & *Liberi*, precariam tantum αὐτονομίαν, & libertatem habuisse, ac re verâ subjectos, & obnoxios fuisse. Id luculenter demonstravit Vir Illustrissimus, EZECHIEL SPANHEMIUS, *Orb. Rom.* Exercit. II. Cap. X. *J. B.*

GROTII.

g *Conventum sociorum*] Talis conventus vocatur κοινοδίκιον in vetere columna ἰσοπολιτείας, sive communicatæ civitatis Prianſiorum, & Hieropotamiorum. (Immo *Hierapytniorum*, ut habet Inscriptio, primùm edita à *J. Pricæo*, Not. in *Apulei Apolog.* pag. 159. *& seqq.* postea *inter Marmora Oxoniensia*, pag. 116, *& seqq.* Vide & *Orbem Roman.* Ill. SPANHEMII, I, 4. & II, 16. p. 426. J. B.

GRONOVII.

15 *Subditi populi*] Ut Leptines, & Isocrates Demetrii Soteris subjecti, qui Cnejum Octavium legatum populi Romani interfecerant. *Polybius* in exc. legat. 122.

16 *Populi, aut reges*] Ut Philippus a Græcis. *Justinus* 32, 2. *Polyb.* excerpt. legat. cap. 46.

17 *Socii inter se*] Ut Achæi, & Spartani. *Justinus* 34, 1. Eumenes, & Prusias. *Justinus* 32, 4.

18 *Si subditi conquerantur*] Ut Lycii de Rhodiis. *Liv.* 41, 6. Judæi de Archelao Herodis M. F. *Joseph.* de Bello Judaico 2. cap. 4. & 6.

19 *Ut ostendemus alibi*] 2, 21. 4.

20 *Recuperatorum*] *Torrent.* ad Sueton. Ner. 17.

21 *Alibi*] 2, 20. 3.

22 *Græcos*] Apud concilium Amphictyonum. *Justinus* 8, 1.

GRO-

oſtendit imperii poteſtatem ; + Nam & reges apud judices 23 a ſe conſtitutos judicio contendere ſolent.

7. + In poſtrema ſpecie 24 + jus cognoſcendi nullum eſt ſociis. Ideo cum Herodes quædam adverſus liberos ad Auguſtum 25 ſua ſponte deferret, [a] dixerunt illi : *Poteras de nobis ſupplicium ſumere tuo jure, tum qua pater, tum qua rex.* [h] Et Scipio, [b] cum Romæ a Carthaginenſium quibusdam Annibal accuſaretur, dixit, non oportere ſe Patres Conſcriptos reipublicæ 26 Carthaginenſium interponere. + Et hoc eſt, in quo [c] Ariſtoteles ait, ſocietatem a civitate differre, quod ſociis curæ ſit ne injuria in ipſos committatur, non vero ne ſociæ civitatis cives inter ſe injurias commitant.

[a] *Joſ. l.* XVI. Cap. 4. §. 3. *Ed. Hudſon.*
[b] *Val. Max. lib.* IV. c. 1. n. 6.
[c] *Pol.* III. 9.

8. + Solet & illud objici, quod in hiſtoriis ei, qui fœdere ſuperior eſt, imperandi, & ei, qui inferior eſt, parendi vox interdum tribuitur. Sed nec hoc movere nos debet : aut enim agitur de rebus ad commune bonum ſocietatis pertinentibus, aut de utilitate privata ejus, qui ſuperior eſt in fœdere. + In rebus communibus, 27 + extra tempus conventus, + etiam ubi fœdus æquale eſt, ſolet is, qui lectus eſt princeps fœderis (נגיד הבריה Daniel. XI, 22.) ſociis imperare, ut 28 Agamemnon regibus Græcis, 29 Lacedæmonii Græcis poſtea, deinde Athenienſes. In oratione Corinthiorum + apud [d] Thucydidem legimus : χρὴ τοὺς ἡγεμόνας τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας, τὰ κοινὰ προσκοπεῖν· *Decet eos, qui fœderis principes ſunt, circa ſuas quidem utilitates nihil præcipuum ſumere ; at in communibus rebus curandis eminere ſupra cæteros.* + Iſocrates [e] veteres Athenienſes ductum exercuiſſe, ait, ὅλων ἐπισατοῦντας, ἰδίᾳ δ' ἑκάστους ἐλευθέρους ἐῶντας εἶναι· *curam gerentes* (ll) *pro ſociis omnibus, ſed ita ut iis libertatem integram relinquerent.* [f] Et alibi : στρατηγεῖν οἰομένους δεῖν, ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν, *ita ut imperium habere belli, non dominari ſe debere cenſerent.* [g] Item : συμμαχικῶς, ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς βουλευομένους περὶ αὐτῶν· *ſocialiter, non heriliter res eorum curantes.* Hoc ipſum Latini imperare, Græci modeſtius, + τάσσειν dicunt. Athenienſes delato ſibi ductu belli in Perſas, ἔταξαν, inquit [h] Thucydides, ἅς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον ἢ ἃς ναῦς· 30 + *ordinarunt* [ſic qui Roma in Græciam mittebantur, dicebantur mitti ad

[d] *Cap.* 120. *Ed. Oxon.*
[e] *Panegyr.* pag. 62. C. *Ed. H. Steph.*
[f] *Ibid.* p. 56. E.
[g] *Ibid.* p. 62. C.
[h] *Lib.* I. 96.

GROTII.

h *Et Scipio*] Vide *Polybium* in legationum excerpto CV.

(ll) Immo *rerum omnium* ; eſt enim in Græco πραγμάτων, ab Auctore omiſſum, qui ne quidem Orationem, ubi hæc omnia leguntur, indicabat. J. B.

GRONOVII.

23 *A ſe*] *Plinius* Paneg. 36.

24 *Jus nullum*] Hoc in fœdere tantum æquali verum eſſe puto, non etiam de inæquali, propter exempla Rhodiorum, & Archelai juſtiſſime accuſatorum apud Romanos.

25 *Sua ſponte*] Quaſi non ex metu, ne tanta crudelitate Cæſarem offenderet.

26 *Carthaginenſium interponere*] *Livius* 33. 47.

27 *Extra tempus conventus*] Si quid jubendum, vel curandum ex uſu ſociorum, quo tempore diſceſſus eſt, quo concilium ſolutum, de cujus ſententia agi omnia convenit.

28 *Agamemnon regibus Græcis*] Bello Trojano.

29 *Lacedæmonii Græcis poſtea*] Bello Perſico uſque ad proditionem Pauſaniæ, & ſuperbiam ; ab eo enim ſocii ſe contulerunt ad Ariſtidem Athenienſem.

30 *Ordinarunt*] Male ſic vertit τὸ ἔταξαν· nam *ordinare* hoc ſenſu per idiotiſmum Gallicum, aut Belgicum, haudquaquam Latine dicitur. Τάττειν eſt ſane & ordinare, collocare ordine : ſed quod apud *Thucydidem* ſignificat, id

[i] ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum) *quæ urbes pecunias in barbarum, quæ naves conferrent.* Hoc enim ſi facit, qui princeps tantum eſt in fœdere, + non mirum eſt ſi in fœdere inæquali idem faciat is, qui ſuperior eſt fœdere. Imperium ergo hoc ſenſu, id eſt, + ἡγεμονία, + libertatem aliorum non tollit. Rhodii in oratione apud Senatum Romanum, quæ apud Livium [a] exſtat: *Græci domeſticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur: nunc imperium ubi eſt, ibi ut ſit perpetuum optant: libertatem veſtris tueri armis ſatis habent, quoniam ſuis non poſſunt.* Sic poſt Cadmeam a Thebanis receptam + narrat Diodorus, [b] multas civitates Græcas conveniſſe πάσας ὑπάρχειν αὐτονόμους, ἡγεμόσι χρωμένας Ἀθηναίοις· *omnes ut liberæ eſſent, ſed Athenienſium ductu uterentur.* De ipſis Athenienſibus Philippi Macedonis tempore Dion [c] Pruſæenſis: ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δὲ ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο· + *quo tempore ductu belli omiſſo libertatem ſolam retinebant.* Sic Cæſar [d] quos 31 ſub imperio Suevorum fuiſſe dicit, eosdem mox ſocios nominat.

9. In iis vero rebus, + quæ ad propriam utilitatem ſpectant, ſuperioris poſtulata ſolent imperia dici, non ex jure, ſed ex effectus ſimilitudine: + ſicut regum preces imperia ſæpe eſſe dicuntur, + & ægroti 32 imperare medicis. Livius [e] lib. XLII. + *Ante hunc conſulem* (L. Poſthumium) *nemo unquam ſociis in ulla re oneri, aut ſumptui fuit: ideo magiſtratus mulis, tabernaculis, & omni alio inſtrumento militari ornabantur,* + *ne quid tale imperarent ſociis.*

10. + Interim verum eſt accidere plerumque, ut qui ſuperior eſt in fœdere, ſi is potentia multum antecellat, paulatim imperium proprie dictum uſurpet, præſertim ſi fœdus perpetuum ſit, + & cum jure præſidia inducendi in oppida: ſicut Athenienſes fecerunt, 33 + cum a ſociis ad ſe provocari paſſi ſunt, quod nunquam fecerant Lacedæmonii; quibus temporibus

[a] + Iſo-

[a] *Lib.* XXXVII. c. 54.

[b] *Lib.* XV. p. 471. *Ed. Steph.*

[c] Orat. 31. *ſeu Rhodiac.* pag. 350. A. *Ed. Morell.*

[d] *De Bell. Gall.* V, 39.

[e] *Cap.* I.

id Latinis eſt jubere, ſtatuere, deſcribere, definire, imperare. At ordinare ſtatum liberarum civitatum (quod tamen ad Græciæ non magis, quam ad quasvis liberas civitates, in quacumque provincia, vel parte imp. Rom. ſitas pertinet, etſi *Plinius* in Græcis eo verbo utatur) longe aliud eſt: nempe corrigere, & emendare, atque in melius reformare, ac reſtituere. Sic poſt victoriam belli civilis converſus ad ordinandum reipublicæ ſtatum Cæſar. *Sueton.* c. 40. Antonius poſt aciem Philippenſem Orientem ordinandum recepit. *Octav.* 13. Sic Galba extra ſortem electus ad ordinandam provinciam Africam, & inteſtina diſſenſione, & barbarorum tumultu inquietam. *Suet.* c. 7.

31 *Sub imperio Suevorum*] *Nerviorum* in Gallia Belgica 5. Gal. 39. Sed ibi non vocabulum imperii accipitur improprie, verum ſociorum, quo nomine dignari ſolebant & provinciales.

32 *Imperare medicis*] L. 26. D. *de operis libertorum: multo plures imperantes ſe habiturum.* [Hæc Lex aliter exponitur à MARCO LYCKLAMA, *Membran.* II, 19. & à PETRO PERRENONIO, *Animadv.* I, 28. in Tom. I, *Theſ. Juris*, *pag.* 627. ut & locus SENECÆ, *De Benefic.* VI, 16. de quo vide etiam quæ habet SALMASIUS, in SPARTIAN. *Adrian.* Cap. 3. p. 30. *Edit. Hack.* & FR. DUAREN. *Diſp. anniverſ.* Lib. I. Cap. 54. Sed frequentius eſt, ut ipſi *Medici* dicantur *imperare ægrotis*, ut ſatis notum. *J. B.*

33 *Cum a ſociis ad ſe*] Vereor ne fefellerit Auctorem memoria, tribuens Athenienſibus quod de Romanis ſcribit *Pauſanias*, ab aliis poſt bellum cum Perſeo Romam evocatos Achæos ad cauſam dicendam: quale nihil imperarent Macedones quum Græciæ principatum tenerent, lib. 7. (c. 10.) p. 417. *Liv.* 45, 31.

i *Ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum*] *Plinius* epiſtolarum VIII, 24.

[a] + Isocrates, Athenienſium imperium in ſocios regno comparat. + Sic 34 Latini [b] 35 querebantur, [k] ſub umbra fœderis Romani ſervitutem ſe pati. Sic 36 Ætoli [c] vanam ſpeciem, & inane nomen libertatis: Achæi poſtea, *fœdus ſpecie jam eſſe* 37 *precariam ſervitutem.* Sic apud [d] Tacitum Civilis Batavus de iiſdem Romanis conqueritur: *neque enim ſocietatem, ut olim, ſed tanquam mancipia haberi*; & alibi: [e] *Miſeram ſervitutem falſo pacem vocari.* 38 Eumenes quoque apud Livium [f] Rhodiorum ſocios, ait, verbo eſſe ſocios, revera ſubjectos imperio, & obnoxios. Magnetes [g] quoque in ſpeciem liberam Demetriadem, [l] revera omnia ad nutum Romanorum fieri. + Sic Theſſalos in ſpeciem fuiſſe liberos, ſed revera ſub imperio Macedonum, notat [h] Polybius.

II. Hæc cum fiunt, & ita fiunt, + ut potentia in jus tranſeat, + qua de re alibi erit diſputandi locus; tunc + aut qui ſocii fuerant, fiunt ſubditi, + aut certe partitio fit ſummi imperii: + qualem accidere poſſe, ſupra diximus.

XXII. [m] + Qui vero certum quid penſitant + aut ad redimendas injurias, + aut ad tutelam comparandam, σύμμαχοι φόρῳ ὑποτελεῖς, ut eſt apud [i] Thucydidem: + quales [n] 39 Hebræorum reges, + & vicinarum gentium

a *Orat. de Pace*, p. 182. *Ed. H. Steph.*
b *Hal. lib.* VI.
c *Livius lib.* XXXIV c. 23.
d *Hiſt.* IV. c. 14.
e *Ibid.* c. 17.
f *Lib.* XXXVII. c. 53.
g *Liv.* XXXV, 31.
h *Hiſt.* L. IV, c. 76.
i *Lib.* I. §. 19.

GRONOVII.

34 *Latini*] *Liv.* 8, 4. [Ibi ferè verba eadem: adeo ut confuderit Auctor Livium cum *Dion. Halic.* quem in margine laudat. J. B.]

35 *Latini querebantur*] Res, quam tradit, vera eſt: ſed in exempla ſi quis diligentius inquiret, reperiet maximam partem nihil ex vero habere, ſed querelas, & criminationes ſeditioſorum eſſe hominum, qui ſat libertatis cum haberent, male commoda patiendo juſtam ſervitutem ultro arceſſiverunt.

36 *Ætoli*] *Liv.* 34, 23. 35. 39.

37 *Precariam ſervitutem*] Hæc vero optanda eſt iis, quibus non licet eſſe omnino liberis. Voluit, opinor, Auctor fœdus ſpecie jam eſſe; re precariam libertatem. Sic enim *Livius* 39, 37. unde ſumſit: *Specie*, inquit, *æquum fœdus eſt apud Achæos, re precaria libertas.*

38 *Eumenes apud Livium*] Lib. 37, 53.

39 *Hebræorum reges*] At ſine dubio reges illi erant beneficiarii, & ſtipendiarii populi Romani, &, ut *Tacitus* loquitur, *inſervientes.* Commodiora in hanc rem exempla ſunt apud *Fr. Lindenbrogium* ad Ammian. lib. 25. p. 154. (*Cap.* 6. *Ed. Valeſ. Gron.*)

GROTII.

k *Sub umbra fœderis*] Hoc ipſum eſt, quod Arato *Plutarchus* dicit, (pag. 1045. A.) συμμαχίαν ὑποκορίζεσθαι· *molle ſervitium*; Vocula apud *Tacitum* hiſtoriarum IV. (c. 57.) *Feſtus Rufus* de Rhodiis: *Primum libere agebant, poſtea in conſuetudinem parendi, Romanis clementer provocantibus, pervenerunt* (Cap. 10. *Ed. Cell.*) Cæſar, quos in Æduorum amicitia fuiſſe prius dixerat, & clientes vocarat, poſt ſub imperio fuiſſe memorat. (*Bell. Gall.* VII, 75.) Adde, ſi libet, *Fredericum Mindanum* de proceſſibus lib. II. cap. XIV. n. 3. *Zieglerum* (*ad auream praxim Calvoli*) §. *Landſaſſii* num. 86. *Gaillium* libro II. obſervatione LIV. num. 6. Vide *Agathiam* libro I. ubi monentur Gothi, quid à Francis cum tempore expectandum habeant (*Cap.* 11.)

l *Revera omnia ad nutum Romanorum fieri*] Tales & Lazi *Juſtiniani* temporibus. Vide *Procopium* Perſicorum II. (c. 15. Adi Illuſtr. *Ezech.* Orbem Roman. *Exerc.* II. C. 17. p. 447. 448. J. B.)

m *Qui vero certum quid penſitant*] Perſæ pecuniam annuam ab *Juſtiniano* accipiebant, qua de re vide *Procopium* Perſicorum II. (*cap.* 10.) & Gothicorum IV. (*cap.* 15.) id molli vocabulo vocabatur ſtipendium ad tutandas portas Caſpias. Turcæ Arabas montanos pecunia placant.

n *Hebræorum reges*] *Joſephus* lib. XV. ἐ γὰρ ἔφη καλῶς ἔχειν Ἀντώνιον βασιλέα περὶ τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν γεγενημένων ἐνθύνας ἀπαιτεῖν· ἔτως γὰρ ἂν ὁὲ βασιλεὺς εἴη· ὄντας δὲ τὴν τιμὴν ἢ τῆς ἐξουσίας ἀντεξουσιάσαντας, ἐᾶν αὐτῆ χρῆσθαι. (Locus eſt *Cap.* III. §. 8. *Ed. Hudſon.* ubi pro ἀντεξουσιάσαντας, ut heic ſcribitur, eſt καταξιώσαντας, etiam in veteri Edit. J. B.) *Negabat Antonius rectum eſſe, regem vocari ad rationes reddendas de iis, quæ ut rex feciſſet: ita enim ne regem quidem eum fore. Par eſſe, ut qui honorem ei dederint, etiam poteſtate quam liberrime uti eum ſinant. Chryſoſtomus* II. de Eleëmoſyna: ἐπειδὴ τὰ τῶν Ἰουδαίων μετέπεσε πράγματα ἢ λοιπὸν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἐτέθησαν ἀρχήν, ὅτε αὐτόνομοι ἦσαν, καθάπερ ἢ πρότερον, ὅτε καθ' ὅλα ὅῆλοι, καθάπερ ἢ νῦν· ἀλλ' ἐντάξει συμμάχων ὄντες διετέλων, φόρους μὲν τελοῦντες τοῖς βασιλεῦσιν ἑαυτῶν· ἢ τὰς παρ' ἐκείνων ἀρχοντας δεχόμενοι· τ' ἀλλαχοῦ ὅὲ τοῖς ἰδίοις κεχρημένοι νόμοις, ἢ τὰς παρ'

gentium post Antonii tempora, ἐπὶ φόροις τεταγμένοις, + ut Appianus [a] loquitur: quo minus summum imperium habere possint, nullam dubitandi causam video, + quanquam infirmitatis confessio de dignitate aliquid delibat.

[a] *Bell. Civ.* L. V. p. 715. *Ed. Steph.*

XXIII. 1. Difficilior multis videtur + quæstio [40] + de nexu feudali; + sed quæ ex antedictis facile solvi potest. Nam in hoc contractu, + qui proprius est Germanicarum Gentium, neque usquam invenitur, + nisi ubi Germani sedes posuerunt, [41] duo sunt consideranda: obligatio personalis, & jus in rem.

2. + Obligatio personalis eadem est, sive quis ipsum jus imperandi, sive aliud quidvis, etiam alibi situm, feudi jure possideat. Talis autem obligatio + sicut privato non erat demtura jus libertatis personalis, + ita nec regi, aut populo jus demit summi imperii, + quæ libertas est civilis; quod apertissime conspici datur + in [42] feudis liberis, quæ Franca vocant, (mm) + quæ nullo jure in rem, in sola personali obligatione consistunt. + Hæc enim nihil sunt aliud, quam species fœderis inæqualis, de quo egimus, quo alter alteri operam pollicetur, alter alteri præsidium, & tutelam. + Pone etiam [43] adversus omnes promissam operam, [o] quod nunc [44] + feudum ligium vocant; + (nam olim ea vox latius patebat) + nihil id de jure summi imperii in subditos detrahit: ut jam taceam + semper inesse conditionem tacitam, dum justum sit bellum, + de qua agendum erit alibi.

3. Jus vero in rem quod attinet, id quidem tale est, + ut ipsum [45] impe-

παρ' αὐτοῖς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὰ πάτρια κολάζοντες νόμιμα. *Judæi, ex quo retro ferri res eorum cœpere, Romano attributi imperio, neque in plena, ut ante, erant libertate: neque tamen ita: ut nunc, omnino servi, sed sociorum vocabulo honorabantur, regibus suis tributa pendentes, & ab iis accipientes præfectos. Cæterum in plerisque suis utebantur legibus, ita ut & popularium delinquentes ipsi punirent secundum mores patrios.* (Tom. VI. pag. 818. *Ed. Savil.* Heic autem, ubi est, τοῖς βασιλεύσιν ἑαυτῶν, legendum αὐτῶν: quemadmodum rectè observavit Desid. Heraldus, *De Rerum judicat. auctor.* Lib. II. Cap. 16. *num.* Res ipsa, & series orationis, docent, agi, non de *Regibus Judæorum*, sed de *Imperatoribus Romanis, qui* βασιλεῖς Græcis dicebantur, & quibus *Judæi* tunc temporis tributa pendebant.)

o *Quod nunc feudum ligium vocant*] Vide *Baldum* procemio Digestorum, *Nattam* consilio CCCCLXXXV.

Gronovii.

40 *De nexu feudali*] De iis, qui sunt vasalli, & propter feudum, quod tenent, directo domino obligati.

41 *Duo sunt consideranda*] Est enim feudum jus utendi fruendi aliena re immobili, vel incorporali, quæ immobili comparatur, ex benevolentia domini sub conditione fidei, & obsequii concessum. Itaque cliens, vel vasallus accepto beneficio, vel feudo, jurat domino fidelitatem, & officia præstat, operasque, quæ servitia vocant: quod si committat feloniam, aut existat aliqua ex revocandi causis, a vasallo ad dominum revertitur.

42 *Feudis liberis*] Quæ habent immunitatem ab operis, vel servitiis.

43 *Adversus omnes*] Nemine antepositio, vel excepto. Itaque nec dans agnoscit superiorem, neque accipiens homo ligius esse potest duorum. In non ligio, non modo rex, sed etiam alii, velut antiquior dominus, cognati, patria vasalli, excipiuntur in juranda fide.

44 *Feudum ligium*] Quod datur a non agnoscente superiorem, sub pactione obsequii, & fidei conferenti præstandæ uni, & contra omnes. Itaque vasallus, vel homo ligius, qui & homologus vocatur, non solum ratione feudi accepti, sed cum omnibus bonis suis jurisdictioni subjicitur, neque invito domino feudum potest exuere: sed & unus nemo duorum esse ligius potest. *Schon.* Disp. 1, 1. 52. & 2, 8. & seq. *Obrecht.* Disp. 2. th. 136. & seqq.

(mm) Confundit Auctor *Feuda libera* cum certis quibusdam pactis, quæ impropriè *Feudorum* nomine adpellata sunt, ob similitudinem quamdam in exhibitione honoris. Ostendimus id in Gallicis nostris ad hunc locum Notis. Videri potest etiam G. Danielis e Soc. Jes. Opus Gallicum *De Militia Francica*, Tom. I. pag. 108, & *seqq.* Edit. Amst. 1724. *J. B.*

45 imperandi jus, si feudi jure teneatur, + aut familia extincta, + aut etiam ob certa crimina amitti possit. + Sed interim summum esse non desinit: + Aliud enim est res, + ut sæpe diximus, aliud rem habendi modus. Et tali jure multos video reges à Romanis constitutos, ita scilicet, ut deficiente regia familia imperium ad ipsos rediret; + quod de Paphlagonia, aliisque nonnullis Straboni [a] notatum.

[a] *Lib.* XII. p. 562. & *Lib.* VI. p. 282.

XXIV. Distinguendum quoque non minus in imperio, quam in dominio + jus ab usu juris, + sive actus primus ab actu secundo. Nam + sicut rex infans jus habet, sed imperium exercere non potest: + sic & furiosus, + & captivus, + & qui in alieno territorio ita vivit, ut actiones circa imperium alibi situm liberæ ei non permittantur; + omnibus enim his casibus curatores, sive 46 prodici dandi sunt. Itaque P Demetrius, cum in potestate Seleuci non satis libere viveret, vetuit aut sigillo, aut literis suis credi; sed omnia quasi se mortuo administrari voluit.

GROTII.

p *Demetrius*] Vide *Plutarchum* Demetrio. (Pag. 914. D. *Ed. Wech.*)

GRONOVII.

45 *Imperandi jus*] Ut in *feudo*, quod vocant *regale*, quo investiti summam, & quasi regiam potestatem habent in locis, quæ ad hoc feudum pertinent, ut sunt regna stipendiariorum regum, Electoratus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus.

46 *Prodici*] Qui vice ejus res administrent, & per hos suum ille jus tuetur. Πρόδικος Lacedæmone κατ' ἐξοχὴν tutor regis, *Plutarchus* Lycurgo. *Hesychius*: Πρόδικος, συνήγορος. Προδικεῖν, ἐπιτροπεύειν. Vide *Grag.* de rep. Lacedæmon. p. 88.

HENRICI DE COCCEII

COMMENTARIUS

IN

HUGONIS GROTII

LIB. I. CAP. III.

§ I.

1 BELLI *prima*] „ Altera partitio sequitur *infra* §. 4.

Aliud est privatum] „ De quo *b* §. agit: „ Vide Diss. Procem. *IX.* §. 40. seq.

Aliud publicum] „ Bellum publicum Auctor iterum facit solenne, vel minus solenne. *Vid.* §. 4. *& seq. & Diss. Procem. IX.* §. 54. *seq.*

Aliud mixtum] „ Bellum mixtum ex privato, & publico non dari, mox videbimus. *Conf. dict. Diss. IX.* §. 25. §. 268.

Quod auctore eo geritur, qui jurisdictionem habet] Improprie Auctor bellum publicum *jurisdictioni* tribuit: *hæc* enim in solos subditos, non in gentes sibi æquales competit; *hæc* intra fines territorii saltem exercetur, non in extraneos; *hæc* cuilibet inferiori judici competit, quos constat bellum gerere non posse. Igitur bellum publicum rectius definitur, *quod inter duos geritur, qui summam potestatem habent. Vid. infr.* §. 4. *n.* 1. *&* 2.

Privatum, quod aliter] Quod scil. non geritur

titur ab eis, qui *jurisdictionem* habent, sed a privatis; quoties nimirum judicis copia deficit. Nam naturale maxime est, ut si privatus aliquis jus suum aliter defendere nisi vi possit, vim vi repellere liceat; & hoc *bellum privatum* Auctor vocat, idque non repugnare nominis origini, demonstravit *L.* 1. *c.* 1. §. 2. *n.* 2. & 3.

Mixtum, quod una ex parte est publicum, ex altera privatum] Imo non datur bellum mixtum; Equidem fieri potest ut Princeps extraneus nostro subdito injuriam faciat, vel contra: at neutro casu bello locus est. *Priori* enim casu subditus noster ab extraneo Principe læsus, per suum principem, ac magistratum, qui pro subdito causam agit, reparationem injuriæ a principe lædente poscit, eaque negata, bello publico injuria nunc principi facta vindicatur. *L.* 24. *ff. capt. & postl.* Altero casu Princeps a nostro subdito læsus requirit lædentis magistratum, imploratque ejus officium; quod si neget, justa hæc belli publici causa est.

Additio.

„ B. Parens in Prodromo juris gentium *Ex* „ 2. §. 254. rem ita explicat. „ *Fieri potest ut summus Princeps lædatur ab alterius Principis subdito; vel contra. Verum id huc non pertinet, sed ad judiciorum ordinem. Cum enim ille, qui læsisse dicitur, alii summo Principi subjectus sit, eumque judicem habeat, hujus sorum Princeps læsus, idemque actor, natura sequitur. Quod si vero judex iste jus negasse, vel rite non administrasse dicitur, tota quæstio hæc jam est inter duos hos summos Principes, quæ non nisi belli jure decidi potest. Et e contrario, si Principis subditus ab alio summo Principe læsus sit is quidem judicem, quem Princeps nullum in terris agnoscit, adire non potest; at sui Principis officium implorabit, ut ille jus suum tueatur, prout natura tenetur; qui si Principem lædentem requisiverit ut satisfaciat, nec impetraverit, iterum causa hæc inter duos Principes vertitur, nec nisi Martis arbitrium superest. Porro, quod si corpus civitatis liberæ, cui summi Imperii potestas juncta est, in duas partes scissum, & divisum armis secum dimicet, naturale id bellum non est: quia neutri parti inhæret summi imperii potestas, cujus est jus belli; sed toti corpori: Nedum erit bellum justum, vel licitum; quale jure gentium non est nisi in casu singulari, cum illud geritur inter summas utrinque potestates, quæ judicem alium in terris non habent, reipublicæ suæ tuendæ, & hostem inde arcendi causa. In bello vero civili partes utrinque non sunt nisi privati, nec ob tutelam reipublicæ, vel populi, vel ob sua commoda, rerumque suarum rationes bellum gerunt, nec tendunt ad asserendam ab hoste rempublicam: sed lacerandam inter se, ac turbandam. Igitur tale bellum est instar turbæ in mutuas cædes armatæ; & vis illa instar rixæ, & magis tumultuatum, quam bellatum videtur, ut loquitur* Florus L. 4. Cap. ult. *Inde ergo nulli sunt effectus belli juris gentium, sed damnorum utrinque datorum reparandi obligatio: quæ non aliter nisi transactione tolli potest: idque amnestia dicitur, nec jura pacis habet.* Vid. disp. nostram de jure postl. & amnest.

„ Pariter cum civitatis corpus integrum, „ & quietum est, sed ei imminet vel potens „ prædo, pirata, vel alius invasor opibus, „ & copiis validus, anne tum erit bellum „ mixtum? Bene respondet B. Parens, *d. l.* „ §. 157. *seq.* bellum jure gentium plane cum „ tali prædone non esse; sed potest utique „ qui invaditur, vel læsus est, Princeps, „ vel populus, vi se tueri ex gemina maxime „ causa: 1. jure privatæ defensionis necessa- „ riæ, ut quilibet privatus, qui aliter se tue- „ ri non potest; quod enim privato, seu sin- „ gulis natura licitum est, id magis toti po- „ pulo: 2. jure imperii; non ejus quidem, „ quod ad caput belli, sed quod ad caput im- „ perii specialis pertinet.

„ Idque planum omnino est si prædones „ sint de territorio Principis læsi, aut prædo- „ nes extranei illud aggressi fuerint; quia „ tum res agitur, & vis exercetur intra sum- „ mi imperii fines, adeoque tanquam in „ subditos.

„ Quid vero si prædones extranei nec Prin- „ cipem, aut ejus subditos lædunt, sed in „ alios passim grassantur? Dico, nec hanc „ armis eos persequendi potestatem esse ex „ *causa belli*, cum non sint utrinque partes, „ nec duæ summæ potestates. At cum nec jure „ imperii coerceri possint, utpote nullius im- „ perio subjecti; quæritur, quonam modo „ tales piratæ &c. cogi possint? B. Parens „ statuit, toti humano generi, cui ab initio „ imperium in singulos competiit, reserva- „ tam fuisse hanc jurisdictionis speciem, „ etiam diviso humano genere. Verba ejus in „ *Vol. II. Disput. fol.* 1434. hæc sunt. *Ostendimus alibi, originarie summum imperium a natura constitutum fuisse universale totius humani generis, & potestate sua comprehendisse omnia, quæ ad salutem, & pacem homi-*

num universalem pertinent. Illud vero divisione terrarum, ac gentium, sine ulla detractione transiisse ad singulos populos liberos quoad jura dividua, seu cujusque populi propria, pro diviso; *ita ut unusquisque populus liber, seu Princeps solus intra sui territorii fines summum imperium habeat, omnes in alieno privati sint: quoad individua vero, seu quoad rem totius humani generis indivisim spectantia,* pro indiviso; *ac ita ut cuique libero populo, seu summo Principi in solidum pro natura individuorum cohæreat, atque adeo a singulis extra terrarum quoque suarum fines exerceri, vel plures concurrere possint: quo casu usu gentium directio penes præcipuum esse solet; uti in orbe Christiano saltem penes Imperatorem;* vide disp. nostram de domin. orb. cap. 2. & 3.

Vi ergo hujus imperii universalis cuilibet populo libero, etiam ultra territorii sui fines, jus est armis persequi, & subjugare prædones, ac piratas, non jure belli, sed jure summi istius imperii universalis, quod divisis quoque terris cuique libero populo in solidum annexum est. Hinc illa bella piratica Populi R. duce Servilio &c., & deinde Pompejo, adversus piratas, qui omnia prope maria obsederant. Vid. Flor. Lib. 3. cap. 6. Cic. pro lege Manil. c. 13. 14. 15.

Cæterum, quod diximus, unumquemque summum Principem etiam ultra fines territorii, jure imperii hujus universalis, armis vindicare pacem, & salutem humani generis posse, ita intelligitur, modo ne alterius summi Principis terras vi armata ingressus fuerit: quia in iis, ut dictum, privatus est, & quæ intra earum fines fiunt, ad istius Principis curam, ac potestatem unice pertinent. Quod si tamen iste Princeps, vel populus quoque, sit prædonum, vel piratarum receptator, aut patronus, aut ipsemet prædo; jam jus belli tanquam in hostem, qui alium judicem non habet, valebit.

„ Ut ea, quæ prolixe admodum ex scriptis „ B. Parentis adduxi, in pauca contraham, „ quæstio de bello mixto quinque casibus „ occurrere videtur; 1. quando Princeps „ cum extraneo subdito: 2. quando subditus „ cum extraneo Principe: 3. quando Prin„ ceps cum propriis subditis rebellibus: 4. „ quando Princeps cum piratis, qui superio„ rem non habent, controvertit: 5. quan„ do Senatus ipse in diversas abit partes, „ quod factum in bellis civilibus. His omni„ bus casibus videtur bellum partim esse pu„ blicum, quia alterutra pars summam potesta„ tem habet; partim privatum, quia alter„ utra pars privata est. At in *Dissert. Proœm.* „ *IX.* §. 66. demonstravi, nullo casu bellum „ mixtum dici posse.

Ex iis quæ supra diximus] „ Scil. *Cap.* 2. „ §. 1. Sane bellum privatum ex eadem ratio„ ne sequitur, qua publicum: quando nimi„ rum aliter jus nostrum reparari nequit; „ quod fit quoties judex non est, vel adiri „ non potest.

Juri naturali non repugnare] Non sufficit probasse, bella juri naturali non repugnare; sed probari debuit, bella jure naturæ licita esse, quin illa omitti aliquando sine injuria non posse: Conf. dicta ad *L.* 1. *c.* 2. *pr.*

Additio.

„ Ratio cur bella naturali ratione licita sint, „ in aprico est: Cum enim Deus cuique ho„ minum jura quædam concesserit, eique „ propria esse voluerit; necessario sequitur, „ media quoque cuique concessa esse jura illa „ defendendi contra eos, qui jura illa vio„ lant: tum quia alias frustra Deus jura illa „ concessisset, quod cum perfectione divina „ pugnat: tum quia injuria agit is, qui vo„ luntatem creatoris invertit, i. e. jura a „ creatore aliis concessa aufert, quam inju„ riam reparare tenetur. *Vid. sup. c.* 5. §. 1.

Post constituta judicia publica non licere] Nam constitutis judiciis superior est, qui solus malos coercere & potest, & debet.

Quamquam enim publica judicia non a natura, sed a facto sunt humano, &c.] Auctor in perpetuo illo errore versatur, judicia non esse a natura, sed facto humano introducta, cui instituto laudabili obsequendum esse, ipsa dictet æquitas, & ratio naturalis. (*Vid. Dissert. Proœm.* §. 17.) At alibi demonstrabimus, judicia ab ipsa natura originem duxisse, & privatam ultionem natura licitam non esse: (*vid. Diss. Proœm. XII.* §. 107. *Conf. L.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* 3 *& L.* 2. *c.* 20. *per tot.*) Forma autem judiciorum facto hominum introducta est: Eodem modo uti jus dominii a natura est, licet formæ negotiorum ex dispositione hominum oriantur.

Nimium sane amantes sui] „ Quod Auctor „ plenius explicat *L.* 2. *c.* 20. §. 8. *n.* 4. „ & 9. *n.* 4. & §. 40. *n.* 1. *L.* 1. *c.* 3. §. 1. „ *n.* 2. & *c.* 2. §. 5. *n.* 5.

Tam laudabili instituto obsequendum, ipsa dictat æquitas, & ratio naturalis] „ Cum „ ergo thesis illa, *cuique hominum naturæ*

„ *licere*

„ *licere tum ſuam, tum alterius injuriam* „ *vindicare*, admitti non poſſit: ſed patri- „ bus familias facultas jus ſuum, & familiæ „ ſuæ jura vindicandi conceſſa ſit; nec hoc „ admitti poteſt, facto hominum demum „ judicia introducta eſſe. Si vero plures fa- „ miliæ in unum cœtum coëunt, id demum „ ex conſenſu eſt: adeoque *civitates* facto „ hominum introductas eſſe, verum eſt.

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice poſſit fieri] „ Inde colli- „ gi non poteſt, judicia facto demum hu- „ mano eſſe conſtituta. Nam uti ante con- „ ſtitutos magiſtratus membra familiæ ſibi „ jus dicere non potuerunt, ita nec inſtitu- „ tis civitatibus ſingulis id licet: Jam enim „ & natura, & conſenſus obſtant. *L. 6. c.* „ *Unde vi. L. 13. §. 3. ff. de uſufr. l. 175.* „ *de Reg. jur.*

Legum reperta eſt ſacra reverentia, ut nihil manu &c.] „ Adeoque reverentia hæc „ legum non a natura, ſed demum *reperta* „ eſſe videtur. Reſp. Legibus naturæ prohi- „ betur, ne membra familiæ manu agant. „ At conſtitutis civitatibus, inter omnes cives „ vis privata per leges civiles prohibetur.

Et vim vocant leges &c.] „ *L. 7. C. unde* „ *vi. l. 13. ff. quod met. cauſa.* Unde non „ tantum gravis pœna in eos, qui jus ſuum „ propria auctoritate vindicant, ſtatuta eſt, „ ſed & vi privata agens, præter pœnas in „ violentiam ſtatutas, jure ſuo privatur. „ *dict. leg. 7.* Neque ex hoc argumento elici- „ tur, judicia facto hominum conſtituta eſſe; „ ſed id ſaltem inde inferri poteſt, poſitis „ civitatibus ex conſenſu demum ſtatutum „ eſſe, ne ſingulis civibus vi agere liceret.

Ad §. II.

1 Quin *reſtricta multum ſit ea, quæ ante judicia fuerat, licentia*] Auctor §. *præced.* dixit, ante judicia conſtituta unicuique licuiſſe jus ſuum privata auctoritate vindicare, ſed illam poteſtatem reſtrictam fuiſſe per judicia: hic ait, primævo illi juri aliquando locum eſſe etiam poſt conſtituta judicia, ubi nimirum ceſſat judicium. At ſæpius jam diximus, judicia cum ipſo genere humano originem cepiſſe, adeoque nullum tempus concipi poſſe, ubi privata ultio licita fuerit, niſi in ſolo caſu, ubi judiciorum copia non eſt

Eſt tamen ubi locum nunc quoque habeat] „ Scilicet primæva illa licentia vi privata „ agendi.

Nimirum, ubi ceſſat judicium] „ Tunc „ enim unicum medium defendendi jura a „ natura nobis conceſſa, eſt bellum pri- „ vatum.

Nam lex vetans, ſine judicio ſuum conſequi &c.] „ Imo non lex id demum vetat, ſed „ ipſa natura, quæ patribus familias impe- „ rium in familiam conceſſit.

Intelligi debet, ubi copia eſt judicii] „ Hæc „ quoque exceptio non ex lege eſt, ſed a „ natura; quia ſemper eſt neceſſaria defen- „ ſio, ſi vel pater familiam, vel civitas ci- „ vem defendere non poteſt.

Momentanee ceſſat, ubi expectari judex non poteſt ſine certo periculo, aut damno] „ Adeoque ubi judex quidem eſt, at qui eo „ momento, quo alter vim infert, aucto- „ ritatem interponere nequit: tum enim, „ quia aliter jus meum integrum ſervare non „ poſſum, citra judicium jus defendere „ licet.

Continue vero] „ I. e. per aliquod tempus. „ Atque hæc quoque eſt doctrina JCtorum „ Romanorum: nam illi quoque ad neceſſa- „ riam defenſionem requirunt, ut inconti- „ nenti fiat, *l. 3. §. 9. De vi & vi arm. l. 16.* „ *ad SC. Maced. l. f. §. fin. Quod vi aut clam.* „ Vis enim, quæ ex intervallo infertur, „ non ad defenſionem, ſed ad vindictam „ ſpectat. *d. l. 1. §. 17. ff. quod met. cauſ.*

In locis non occupatis] „ Quæ ſcilicet nemo „ in ditionem ſuam vindicavit: ibi enim læ- „ dens, & læſus ſuperiorem non habent, in- „ deque jus belli privati, i. e. jus neceſſa- „ riæ defenſionis, incipit. *vid. inf. L. 2. c. 7.* „ *§. 2. n. 2. & c. 20. §. 8. n. 5.*

Ut mari] „ Atqui in navi ſolet eſſe con- „ cilium aliquod: Reſp. verum hoc eſt in na- „ vibus, quæ jure, & nomine Principis per „ maria ambulant, vel ubi conſenſu tale „ concilium conſtituitur. Sed ſi tale conci- „ lium non eſt, vel ipſi regentes inter ſe con- „ trovertunt, tunc ſemper jus neceſſariæ „ defenſionis locum habet.

Et ſi qua alia ſunt loca, in quibus nulla eſt civitas] „ Cum enim judex hic nullus ſit, „ incipit neceſſaria defenſio.

Si ſubditi judicem non audiant] „ Hoc ve- „ rum eſt ſi potentiores ſunt, quam ut cogi a „ judice poſſint, contra tales ſubditos inci- „ pit jus neceſſariæ defenſionis: nam ſi con- „ ſtringi contumaces a judice poſſunt, judi- „ cium non ceſſat.

Aut judex aperte cognitionem rejecerit] „ Vel quia non vult auctoritatem interpone-

„ re,

„ re, (ſecus ergo ſi decidit, etſi injuria) „ nam tunc itidem jus neceſſariæ defenſionis „ obtinet, quia copia judicis non eſt: vel „ quia non poteſt, ob nimiam forte potentiam diſſidentium.

„ Multo magis autem id obtinet, ſi Princeps ſubditos ſuos *contra extraneos* tueri „ non poſſit; tunc enim illi non tantum jure „ neceſſariæ defenſionis extraneos repellere „ poſſunt, ſed & tota civitas libertatem ſibi „ vindicare, eamque armis tueri poterit; „ quo pertinent *die freygeſochtene Vœlcker.* „ Atque ex hac ratione Belgæ, Helveti, & „ Boruſſi, Imperio Romano ſeſe exemerunt. „ *Vid. B. Parent. jus publ. Cap. V.* §. 11. „ §. 38. & *C. XIX.* §. 20.

2 *Etiam ex lege Judæis data intelligi poteſt*] Ex hac lege, quæ habetur *Exod.* 22. *v.* 2. conſtat, jus neceſſariæ defenſionis, etiam poſt introducta judicia, illicitum non eſſe. Diſtinguitur enim dicta lege inter furem nocturnum, & diurnum; & ſtatuitur, illum occidi tuto poſſe, non hunc. Ratio hæc eſt, quia in nocturno ſemper eſt neceſſaria defenſio tum vitæ, tum rerum noſtrarum; neque enim furis perſona noctu cognoſci, neque teſtes adhiberi, neque judicis officium implorari poteſt. Neſcitur, an furandi ſaltem, an & occidendi cauſa veniat, &c. quæ ratio in diurno ceſſat. Atque hæc diſtinctio in lege Attica quoque invenitur. *Gell. noct. Att.* 11. 18. *Cicero pro Milone* Ex qua in leges XII. Tabb. translata eſt, *L.* 4. §. *fin. ad Leg. Att.* & hodieque uſum habet. *Carpz. crim. p.* 1. *q.* 23 *n.* 37.

Additio.

„ Plenius has leges, earumque ratio„ nem explicabimus *infra L.* 2. *c.* 1 §. 12.

Non ſolum impunitatem inducere] „ Multa enim legibus permitti ſolent, majoris „ mali evitandi cauſa, quæ tamen per ſe licita non ſunt: adeoque quæ verum jus non „ dant, ſed ſolum apud homines pœnæ non „ ſubjacent: *Vid. Auct. l.* 3. *c.* 4. §. 22. „ *L.* 1. *c.* 1. §. 17. & *c.* 2. §. 7. *n.* 8. „ indeque ſenſu improprio licere dicuntur. „ *L.* 2. *c.* 5. §. 28. *l.* 3. *c* 11. §. 1. *vid. in„ dicem* voce *Impunitas.* Recte Auctor ait, „ ad hanc impunitatem non pertinere licentiam occidendi furem nocturnum, ſed „ verum jus agendi ex illa lege oriri, *Conf.* „ *l.* 2. *c.* 1. §. 14.

Sed jus etiam naturale explicare] „ Imo eſt „ ipſum jus naturale, quod facultatem ſe defendendi concedit quoties judicis copia non „ eſt.

Neque fundari in peculiari aliquo mandato divino] „ Adeoque lex illa non pertinet ad „ jus Forenſe.

Sed in communi æquitate] „ In defenſione „ ſc. naturali, cujus inſtinctum natura toti „ humano generi indidit, & ratione data „ firmavit.

Si nox furtum faxit, ſIm aliquis occiſit, jure cæſus eſto] „ Examen horum verborum „ vide in notis Tiraquelli *ad Alex. ab Alex.* „ *Gen. dier.* 6. 10. Conf. infra *l.* 2. *c.* 1. „ §. 12. Nox vero a veteribus vocatur tempus „ illud, quod poſt occaſum ſolis currit. „ *Vid. Gron. h*

Sic inſons omnium populorum legibus judicatur &c.] „ Jus neceſſariæ defenſionis „ etiam a JCtis Romanis ex eo Jure deduci„ tur, quod ratio naturalis inter omnes ho„ mines conſtituit: adeoque quod apud om„ nes gentes peræque obſervatur. *L.* 1. §. 4. „ *junct. l.* 3. *ff. juſt. & jur.*

Nihil in eo eſſe, quod naturali juri adverſetur] „ Adeo id juri naturali non adverſatur, „ ut potius omitti neceſſaria defenſio aliquando ſine delicto, & injuria, non poſſit, „ *Vid. Infr. L.* 2. *c.* 1. *per tot.*

Ad §. III.

De *jure divino voluntario perfectiori*] 1 „ Auctor enim jus divinum univerſale, quod „ a ſola voluntate divina dependere, ait, „ triplex fecit, Adamiticum, Noachicum, „ & jus Evangelii. *Vid. Diſſert. Proœm. III.* „ *per tot.* Hoc poſterius autem perfectius eſſe, „ ait, tum quia multa prohibet, quæ lege „ Moſis permiſſa erant: tum quia eas virtutes, quas lex Moſis commendat, majori „ gradu præcipit. *Vid. Diſſ. Proœm. III.* „ §. 44.

„ Nos jus divinum voluntarium univerſa„ le non agnoſcimus, *Dict. Diſſ. III.* §. 14. „ *ſeq.* & Servatorem jus non ſtatuere, nedum „ perfectius, late demonſtravimus *d. Diſſert.* „ *III.* §. 45.

Plus eſt difficultatis] „ Imo nulla difficultas ſubeſt; nam Servator non loquitur de „ eo, qui vitam defendit, nec id improbat; „ ſed loquitur de defenſione rerum cum inter„ necione alterius conjuncta: hanc enim „ negligere perfectius eſſe, ait.

Cui plus juris eſt in vitam noſtram] „ Deo „ jus abſolutum in vitam, & res hominum „ competere, alibi demonſtravimus: adeo„ que

„ que vi poteſtatis illius abſolutæ Deus poteſt „ jura hominibus quæſita pro lubitu auferre.

Quam nobis ipſis] „ Nobis nullum jus in „ vitam noſtram competere, niſi quoad ejus „ conſervationem, alibi probavimus.

Potuerit a nobis patientiam eo uſque exigere, ut etiam &c. occidi deberemus potius, quam occidere] Deus omnino potuiſſet prohibere defenſionem ſui, ob jus abſolutum, quod Deo in creaturas competit, quas proinde ea, qua voluit, lege creare potuit. Sane experientia docet, homines divina voluntate promiſcue rapi per morbos, per ſtrages &c. cur non etiam per legem de non reſiſtendo eam patientiam exigere potuiſſet?

An autem voluerit nos eouſque obſtringere] Adeo Deus non voluit, ut potius injunxerit hominibus ſui defenſionem; quod evidentiſſime ex motu univerſali omnibus hominibus indito, & ex armis, quæ natura ſuppeditat, apparet: *Conf. L. 3. pr. L. Aquil.* idque ulterius probabimus *infra L. 2 c. 1.*

Ne reſiſtite injuriam facienti] „ Dictum eſt „ *in allegato* §. 8. plane non prohiberi neceſſa„ riam defenſionem, ſed quod nemo pronus „ eſſe debeat ad vindictam injuriæ ſibi illatæ: „ pugnat id enim cum perfectione divina; „ aliud autem eſt ulciſci injuriam, aliud eam „ repellere.

Non vos defendentes chariſſimi] „ Nec hic „ Servator loquitur de neceſſaria defenſione, „ verum de ἐκδίκησι, i. e. vindicta, & ultio„ ne, quæ diverſa eſt a defenſione neceſſaria. „ *Conf. h. §. n. 6.*

Nam quicunque gladium accipiunt, gladio peribunt] Loquitur Chriſtus de abuſu, non de legitimo uſu; Petrum increpabat, & merito, quia privatus gladio defendere ſe contra ſuperiorem jure non potuit. *vid. h. §. n. 7.*

Addunt his nonnulli Chriſti exemplum, qui pro inimicis ſit mortuus] Equidem regula recta, & immota manet, quod nemo ſe morti exponere, vitamque negligere poſſit; Omne enim vivendi jus, quod homo habet, a Deo eſt, qui in ſui laudem creaturam rationalem creavit: creatura igitur opus ſui Creatoris deſtruere nulla ratione poteſt. *Vid. L. 2. c. 1. §. 9.* At exceptionem patitur hæc regula, ſi majus bonum inde oriturum eſt, uti ſi plures aliæ creaturæ, & v. g. populus, totaque civitas unius interitu conſervari poſſent; quo pertinet exemplum Codri apud *Juſt. L. 2. c. 6. in f.* Deciorum, Curtii, aliorumque. Ita militantes licite ſe pro patria occidi patiuntur, & ideo per gloriam in perpetuum vivere dicuntur. *pr. Inſt de Excuſ. tutor.* Atque ad hanc exceptionem quoque referendum eſt Servatoris exemplum, qui pro genere humano mortem oppetiit, ac morte ſua illud redemit: de quo plenius *L. 2. c. 1. §. 9.*

Neque deſunt inter Chriſtianos] Auctor hic affert auctoritates veterum Chriſtianorum, qui bella quidem permittebant, ſed neutiquam neceſſariam defenſionem. At omnes vel de virtute, & perfectione loquuntur, vel Servatoris dogmata erronee pro legibus præceptivis ſumunt, vel ex ſuperſtitioſa interpretatione literam, non ſenſum præcepti ſequebantur: uti exemplo Origenis, aliorumque probavimus *ſupra C. 2. § 6. n. 2.* 2

Æquitatis eruditio] „ Ut ſcil. doceat, quid „ juſtum ſit.

Veritatis] „ Ut doceat, quid perfectum „ ſit.

Referire non poteſt, ne dum ſaltem defendit, pietatem contaminet] „ Quia ſcilicet „ putat, vitam mihi potius deſerendam, „ quam occidendo invaſorem, eum perpetuæ „ damnationis reum facere. *Vid. n. ſeq.*

Quo modo iſtos, qui interficiunt, defendam, non invenio] „ At lex ipſa interficit ejus„ modi invaſores, dum facultatem repellen„ di vim injuſtam cuique privato concedit: „ metus autem ne occiſi a pœnitentia ex„ cludantur, invaſori nullum jus in vitam „ meam tribuit. *vid. n. ſeq.*

Et alibi] „ *Vid cauſ. 23. q. 5. c. 8.*

Miles] „ Qui cauſam patriæ defendit.

Accepta legitima poteſtate] „ Tunc enim „ jure ejus occidit, qui jus interficiendi ha„ bet. Talem quoque accepit poteſtatem is, „ qui vim vi repellit; naturæ enim hæc „ lex eſt.

Sed oppoſita ſententia] „ Quæ defenſionem „ privatam permittit, ſi neceſſaria eſt. 3

Ut talis patientia non ſit in obligatione] „ Scil. ut debeamus occidi magis, quam oc„ cidere. Sed & ſententiæ plerorumque Pa„ trum, & Theologorum, nullam in ad„ ſtruendo jure naturæ auctoritatem habent. „ *Vid. l. 1. c. 2. §. 9.*

Non præ nobis ipſis] „ Charitas enim bene „ ordinata a nobis ipſis incipit.

Inſtet forte aliquis] Multos, & plerosque Theologos hæc ratio dubios reddidit, quod occidens invaſorem facto hoc efficiat, ut occiſus in peccato moriatur, & inde damnetur. At reſpondeo, aliud eſſe quærere quid juris ſit, aliud, quid pietatis, & generoſitatis.

Jure naturæ ſemper jus meum defendere poſſum, etiam cum periculo ſalutis ejus, qui invadit: & hactenus verum eſt quod Auctor in *f. h. n.* 4. ait, morali judicio non videri æſtimandum illud periculum, in quod ipſum ſe quis conjiciat, & unde ſe poteſt eximere. 2. Cum duo hic ſint actus, alius invaſionis, alius defenſionis; cauſa, & vitium damnationis non eſt in actione defendentis, ſed invadentis, illa enim jus eſt, hæc injuria; Ergo damnatur ſuo facto, quo invaſit, non facto adverſarii, quo is ſe defendit. 3. Bene obſervat Auctor, forte eum, qui impetitur, itidem tempore ad pœnitentiam opus habere: & 4. ipſi quoque aggreſſori forte ſpatium ad pœnitentiam ante mortem ſupereſſe poſſe. Sed & 5. dubium adhuc eſt, an ejusmodi invaſor unquam pœnitentiam acturus ſit, quin poſſet pejor fieri, & in alios quoque ſævire, cujus delicti cauſa in eum redundaret, qui ejusmodi homini pepercit. Sane 6. hac ratione Magiſtratus delinquentem, nec pœnitentem, ob parilem metum damnationis morti tradere non poſſet. Denique & 7. ſi quis pia hac intentione, & propriæ innocentiæ fiducia inductus, mallet parcere invaſori ne damnetur, laudanda quidem eſt hæc intentio, & majus bonum inde reſultat; ſi tamen invaſus negligat hunc perfectionis gradum, & jure ſuo naturæ utatur, nihil eſt de quo queratur alter, patitur enim prædo quo dignus eſt.

Sæpe etiam eum] „ Hæc eſt ratio modo allegata tertia.

Et ipſi quoque aggreſſori] „ Hæc eſt ratio ante allegata quarta.

Deinde morali judicio] „ Hæc eſt ratio ante allegata prima: quid vero ſit morale judicium, explicat *Gron. in not. h.* Nos aliud judicium morale non agnoſcimus, quam legem naturæ, juxta quam judicium ferri debet.

4 *Videntur iter feciſſe armati gladio*] „ Ex ſacra hiſtoria de eo non conſtat; conjecturatur id Auctor, quia Petrus ajebat, in ſuo comitatu duos eſſe gladios, de quo mox.

Quod & alios Galilæos] „ De latrociniis in Judæa commiſſis ita loquitur Joſephus, *in bell. jud. L. 4. c. 5. Primo autem indigenarum ſinguli prædari cœperunt: deinde ex compoſito conſertis cuneis per territorium latrocinabantur, ut quod ad crudelitatem, atque injuſtitiam ſpectat, nihil a Romanis Gentiles abeſſent.* Et mox: *aliique latrones ex agris, & tranſgreſſis, ac multo ſævioribus, quos intus invenere, ſociati, nullum atrox facinus intermittebant.* De Galilæis per dies feſtos Hieroſolymam petentibus, & a latronibus aggreſſis *vid. Joſephi Antiq. L. 20. c. 5.* ubi addit: *Atque ex eo tempore univerſa Judæa repleta eſt latronum receptaculis.*

Qui & de Eſſenis innocentiſſimis hominibus idem prodidit] „ *In Libro de bell. jud. l. 2. c. 4. ait: Hinc eſt, quod cum peregrinarentur, propter latrocinia tantum armantur, neque præterea quicquam ferunt.* De innocentia morum hujus Sectæ videatur. „ *Id. Joſeph. d. l. 8. per tot. & Antiq. L. 18. c. 2.*

Statim Apoſtoli reſponderint, in ſuo comitatu duos eſſe gladios] „ Apparet ex reſponſione Servatoris *ſatis eſt*, eum non improbaſſe uſum gladiorum: *Vid. Luc. XXI. 58.* Sane, diſcipulos duos hos gladios ſecum portaſſe, vel ex ſequentibus apparet: *quia videntes hi, qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, ſi percutimus in gladio? & percuſſit unus ex illis ſervum Principis ſacerdotum, & amputavit auriculam ejus dexteram, vid. Luc. c. XXII. v. 49. & 50.*

Quod dixit Chriſtus] „ Scil. gladii comparandi cauſa vel veſtem vendendam eſſe.

Præceptum revera non continet] „ I. e. non præcipit ut gladio quis ſe defendat: nam præcepto illo opus non fuit, quia ſatis ipſa natura id homines docuit; neque Chriſti officium in præcipiendo conſiſtebat.

Proverbium] „ Rectius locutio figurata. *Gron. h.*

Oppoſitio primi temporis, quod tutum, ac proſperum fuerat] „ Ita enim de primis illis temporibus, quibus ſcil. Apoſtolos ad Evangelium prædicandum vocavit, loquitur: *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid deſiit vobis? At illi dixerunt, nihil. Dixit ergo eis, ſed nunc qui habet ſacculum &c.*

Ut ſumtum appareat ex eo, quod fieri ſolebat] „ Si enim uti non licuiſſet gladio ad ſui defenſionem, Servator id prohibuiſſet, nec permiſiſſet, tales in ſuo comitatu haberi.

Ne reſiſtite injuriam facienti] „ De hoc 5 effato Servatoris late actum eſt ſupra *c. 2. §. 8. n. 3.* Loquitur Servator de perfectione, adeoque de patientia, quatenus virtus eſt: qualis eſſe deſinit, ſi quis propriam vitam negligat, cujus ipſe nec Auctor

„ ctor eſt, nec dominus, niſi majoris boni „ gratia id faciat.

Non magis univerſale eſt] „ Imo eſt uni- „ verſale, reſpectu habito ad Ethicam, ſeu „ virtutum diſciplinam, & intra fines per- „ fectionis.

Date omnia petenti] „ Hoc itidem uni- „ verſaliter verum eſſe, intra fines nimirum „ perfectionis, vidimus *d.* §. 8. *n.* 4. 5. & 6.

Dum ne nimium nos prægravemur] „ In „ genere dicendum, dum ne fines perfectio- „ nis excedamus. *Vid. dict.* §. 8.

Imo iſto præcepto de dando nihil adjicitur, quod vim habeat reſtringentem, ſed ex ſolo ſenſu æquitatis adſtringitur] „ Mens Aucto- „ ris hæc eſt: Præceptum *de dando omnia* „ *petenti* generale non eſſe, quia ex æquita- „ tis ratione adſtringitur ad caſum, ne oneri „ ſit danti; præceptum autem *de non reſi- „ ſtendo* ideo generale non eſſe, quia expreſ- „ ſe reſtringitur ad leviores tantum injurias. „ *Conf. d. c.* 2. §. 8. *n.* 3. Verum non opus „ eſt tot ambagibus: dictum ſæpius eſt, „ Servatorem loqui de majori perfectione; „ perfectius ſane eſt negligere injurias, „ Deoque vindictam committere. Atque hæc „ ipſa perfectio ſua non deſtituitur mercede, „ modo intra fines perfectionis exerceatur; „ excedit autem illos fines, qui vitæ a Deo „ ipſi commiſſæ, adeoque rei alienæ, & cu- „ ræ ipſius traditæ, defenſionem negligit.

Ut intelligatur, tum demum præciſe nos obligare, cum ea impetimur injuria, quæ aut alapa ſit, aut alapæ par.] „ Adeoque ſi in- „ juria ſit levior. At nec tunc obligamur ex „ præcepto Chriſti, ſed ex eo jure naturæ, „ quod intuitu Dei obtinet, & carentiam „ præmii infert. *Vid. ſupra c.* 2. §. 8. *n.* 3.

Nam alioqui rectius fuerat dicere] „ I. e. „ Servator non allegaturus fuiſſet exemplum „ levioris injuriæ, ſed in genere prohibitu- „ rus fuiſſet omnem injuriæ vindictam.

6 *Sed ulciſcendi habet ſignificationem*] „ Ver- „ ba hæc allegavit Auctor ſupra *n.* 1. eaque „ nihil aliud ſignificant, quam regulam de „ non vindicanda injuria; quæ regula perfe- „ ctionis eſt, & adeo non excludit neceſſa- „ riam defenſionem vitæ ſuæ, ut potius im- „ perfecte ageret qui illam omittit.

Hæc autem eſt ultionis, non defenſionis deſcriptio] „ Non ergo Servator improbat defen- „ ſionem neceſſariam vitæ, id enim imper- „ fectionem potius inferret; ſed improbat „ ſtudium vindictæ, ultionem injuriæ nobis „ illatæ, tamquam virtuti, & perfectioni „ oppoſitam, adeoque ſectatori Chriſti in- „ dignam.

Ἐμοὶ ἐκδίκησις] „ *Mihi vindicta: ego re- „ pendam. Deut.* 32. *v.* 35. vel ut in vulgata „ exſtat, *Mea eſt ultio*, & *ego retribuam.*

Tum ipſa loci ſententia, quæ defenſionem intelligi non patitur] „ Queritur enim Deus „ de ſtultitia, pertinacia, & impietate Iſ- „ raëlitarum *d. c.* 32. *v.* 25. *ſeq.* & ideo mi- „ natur, ſe pœnam ſuo tempore ab iis ſum- „ turum, & cum ſæpius id repetiiſſet, *v.* „ 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. tandem „ quoque addit *v.* 35. *Mea eſt ultio*, & *ego* „ *retribuam eis in tempore, ut labatur pes* „ *eorum: juncta eſt dies perditionis*, & *adeſ- „ ſe feſtinant tempora.*

Sed non in defenſionis cauſa] „ Diximus 7 „ initio *b.* §., Servatorem loqui de abuſu „ gladii, quia Petrus tamquam privatus jus „ gladii non habebat, inprimis contra publi- „ cos juſtitiæ miniſtros.

Jam enim dixerat Chriſtus] „ Sed & Petro „ vis non inferebatur, ſed ſoli Servatori, & „ quidem a magiſtratu.

Neque Chriſtum, nam defendi nolebat] „ Quia opus ſe non habere humano gladio, „ eadem occaſione profitebatur. *Matth.* 26. „ *v.* 53.

Ulciſcendi ergo animo] „ Imo non ideo „ improbabat Servator factum Petri, nam „ animo defendendi magiſtrum gladium ſtrin- „ gebat: ſed quia defenſio contra miniſtros „ juſtitiæ illicita eſt, etiam naturæ jure.

Aut proverbium eſt] „ Imo eſt regula ju- „ ris tum naturalis, tum Moſaici, quam „ allegabat Servator, ne quis occidat alium, „ inprimis miniſtrum Juſtitiæ. Recte ergo in- „ de infert, quod omnes, qui gladium acce- „ perint, (ſcil. intentione lædendi alios, „ quos lædendi jus non eſt, adeoque qui in- „ juria gladium acceperint) gladio quoque „ perire, i. e. a magiſtratu talionis jure pu- „ niri debeant.

Sanguine ſanguinem elici] „ I. e. ſangui- „ nem alterius non effundi ſine periculo noſtri „ quoque ſanguinis.

Ideoque armorum uſum periculo nunquam vacare] „ Quia inter vi agentes par utrinque „ eſt periculum.

Non eſſe quod nos Deo præripiamus ultio- nem] „ Imo nec hoc ſenſu Servator regulam „ illam allegavit: quia improbat factum Petri, „ non ideo quod Deo præripuerit vindi-

„ctam; ſed ideo quod is, privatus, jus „gladii, inprimis in miniſtros juſtitiæ, non „habuerit.

Plane quo ſenſu in Apocalypſi dicitur] „Imo plane alio ſenſu dicto illo utitur Johannes; loquitur enim de prima illa beſtia, & „de his, qui primam beſtiam adorarunt, „quibus datum eſt, bellum facere cum ſanctis, & vincere eos. *Apoc.* 13. *v.* 7, & 8. „De his victoribus injuſtis vaticinatur, quod „illi, qui gladio occiderint ſanctos, etiam „gladio perituri ſint; non judicio magiſtratus, nec ex lege Moſis, (nam ſuperiorem in terris non habet beſtia illa) ſed ex „judicio Dei, qui ſibi contra uſurpatores, „& tyrannos judicium reſervavit.

Si mortem, reſuſcitator eſt] „Sed ſermo „ipſi eſt de iis, qui a Magiſtratu propter „Evangelium ad ſupplicium rapiuntur, atque his Deum pollicetur reſuſcitatorem.

Simulque his verbis vaticinium videtur inesſe de pœnis] „Imo nulla ratione hoc effatum ad vaticinia trahi poteſt: loquebatur „de facto præſenti, de gladio, quo Petrus „injuria utebatur; hunc actum improbat, „nullo reſpectu habito ad futura.

8 *Ad Chriſti exemplum &c. reſponderi poteſt*] Dixi ſupra in *not. ad n.* 1. *in fin.* pro aliis mortem ſubire regulariter non tantum juri, ſed & perfectioni repugnare, niſi pro conſequendo majori bono id fiat, uti pro obtinenda ſalute humani generis, pro patria, pro familia &c.

Chriſti facta omnia quidem eſſe virtutis plena] Servator divina natura præditus, adeoque ipſe perfectionum regula, non poteſt non perfecte agere.

Imitari laudabile eſt] „Omnis enim ratio virtutis in eo conſiſtit, Deum imitari. „*Vid. Diſſ. Proœm. II.* §. 21.

Et ſuo præmio non carituram] „Qui „imitatur attributa divina, i. e. qui actus „virtutum peragit, & perfectionum regulas „ſequitur, præmium ideo conſequitur; qui „vero eas negligit, privatur illis præmiis, „quæ ſingulis virtutum actibus deſtinata „ſunt. *dict. diſſ.* §. 21.

Non tamen omnia ejusmodi eſſe] „Dictum „ſæpius eſt, Chriſtum juris præcepta nulla „ſtatuere, adeoque non exiſtere ullam Chri„ſti legem, ſive verbis, ſive factis declaratam, quæ juris vim habeat: ſed illum, „Prophetarum more, ea, quæ juris ſunt, ex„ponere, & obſervantiam legum auditoribus inculcare, ac pœnas, & præmia ipſis „ob oculos ponere.

Ut aut ex lege veniant] „Quaſi præciſe „Servator facta illa peragere debuiſſet.

Aut legem faciant] „Quaſi præciſe homines facta illa imitari teneantur.

Sed ex ſpeciali quaſi pacto, & fœdere inito cum patre] „Oblatio Servatoris ſpontanea „ad mortem ex duplici capite licita, quin „& laudabilis fuit: 1. quia approbante Deo „id fecit, qui tanquam Auctor, & arbiter „vitæ, ac necis, id injungere Servatori qua „homini potuit. 2. Etſi tale mandatum, & „expreſſa approbatio non præceſſiſſet, tamen „laudabilis fuiſſet hæc oblatio intuitu Ser„vatoris, quia ea ad ſervandum totum hu„manum genus neceſſaria erat, & ſic majoris utilitatis cauſa fiebat.

Promiſit Eſaiæ LIII. 10.] "Verba hæc „ſunt: *Et Dominus voluit conterere eum* „(Meſſiam) *in infirmitate. Si poſuerit pro* „*peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum, & voluntas Domini in manu ejus* „*dirigetur.*

Et cui vix quicquam reperitur ſimile] „Equidem allegavimus ſupra, *n.* 1., Fabios, Curtios, Codros &c., qui ſe pro „ſalute civitatis, & unius populi devove„runt; at benigniſſimus Servator pro toto „humano genere mortem ſubiit. Hoc ſum„mæ perfectionis exemplum eſt, quod imi„tari, & ob majorem utilitatem mortem pro „aliis oppetere, laudabile omnino eſt.

Non pro quibusvis] „Imo pro quibusvis, „ſi major inde reſultat utilitas: ſic enim „Chriſtiani quoque milites pro ſalute, & „ſecuritate gentilium vitam offerebant.

Sed pro ejusdem diſciplinæ conſortibus] „Imo ne pro his quidem, niſi inſigne ali„quod inde proveniat commodum: adeoque „ratio generalis eſt.

Quæ vero ex Chriſtianis ſcriptoribus allatæ ſunt ſententiæ] 9 „Nimirum ſupra *n.* 2., ubi „jam notavimus, erroneas quoque ſæpius „eſſe eorum opiniones; tum quia Servatoris dogmata aliquando pro præceptis juris „naturæ ſumſerunt; tum quia fines perfectionis, quos Servator ſemper ſupponit, „non rite diſtinxerunt. Vide omnino *L.* 1. „*c.* 2. §. 9.

Partim videntur conſilium magis, & ſublimis propoſiti commendationem &c.] „Quod „Auctor ſæpius jam notavit in *proleg.* §. 50. „*L.* 1. *c.* 1. *c.* 9. *L.* 2. *c.* 2. §. 6. *n.* 5. „*L.* 1. *c.* 2. §. 9. *n.* 4. Vid. omnino *Diſſ.* „*proœm.* §. 7. & 9.

Partim privatæ ipſorum, non totius Eccleſiæ]

ſiæ] „ Hinc ineptum eſt, ex quorundam „ Doctorum opinione de confeſſione totius „ Eccleſiæ judicare. *Vid. l.* 1. *c.* 2. §. 9. „ *n.* 2.

Qui Apoſtolici dicuntur] „ Sed male. *Vid.* „ *L.* 1. *c.* 2. §. 10. *n.* 9.

Qui in rixa primo ictu adverſarium occiderit] „ Recte Auctor obſervat, id ſtatutum „ ſaltem fuiſſe, ſi *ex calore iracundiæ* aggreſ„ ſorem interfecerit, adeoque non ex propo„ ſito; at ob conjunctam culpam, & imper„ fectionem, diſciplinæ eccleſiaſticæ ſubjici„ tur, i. e. a communione excluditur.

Ad §. IV.

1 Publicum *bellum*] „ Hactenus enim „ Auctor de *privato* egit, quod ſcilicet inter „ duos, & ſingulos geritur. *L.* 1. *c.* 1. §. 2. „ & quod antiquius eſt publico: *ibid.* & „ *ſupra* §. 1. Hoc §. explicat quid ſit *bellum* „ *publicum.* Differt autem bellum *publicum a* „ *privato*, quod *illud* a ſummis utrinque po„ teſtatibus geratur, *hoc* vel a ſumma pote„ ſtate in privatos non ſubditos, (quod „ enim in ſubditos armis fit, non bellum eſt, „ ſed effectus imperii) vel a privatis in ſum„ mam poteſtatem extraneam, (nam in ſuum „ Principem nulla vis licita eſt) vel a priva„ tis inter ſe geritur; ſi v. g. vel judex non „ eſt, vel ejus copia haberi non poteſt.

Aliud eſt ſolenne ex jure gentium, aliud minus ſolenne] „ Grotius primus eſt, qui „ bellum publicum in *ſolenne ex jure gentium*, „ & *minus ſolenne* diſtinxit; cujus rei cau„ ſam nemo commentatorum obſervavit, ne„ dum ſyſtema ejus, ſubtile ſatis, intelle„ xit.

„ Grotius ſupponit 1. *jure naturæ* nemi„ nem licite bellum gerere poſſe, niſi juſtam „ cauſam habeat: 2. Unumquemque poſſe „ bellum inchoare abſque denunciatione: „ 3. Hoſtem lædi tantum poſſe ad quantita„ tem debiti, vel ad modum pœnæ: 4. Eum, „ qui contra has juris naturæ regulas bellum „ gerit, a reliquis gentibus tanquam furem, „ & homicidam puniri poſſe. *Vid. Diſſert.* „ *proœm. IV.* §. 14. & *Diſſ. IX.* §. 45 *ſeq.*

„ Cum vero obſervaverit, novam hanc „ ſententiam omnium gentium praxi contra„ riari; atque 1. inter duas gentes ſemper „ utrinque bellum pro juſto haberi, quia „ aliæ gentes de juſtitia cauſæ judicium ferre „ nequeunt, 2. clarigationem, ſeu denun„ ciationem belli, inter omnes, vel ſaltem „ moratiores gentes obſervari, & 3. quo„ tidianam teſtari experientiam, hoſtem in „ infinitum capi, & occidi, ac res ejus „ vaſtari poſſe &c.; Ideo, ut difficultatem „ hanc evitaret, omnia hæc capita, & plu„ rima alia inde ſequentia, retulit ad *jus* ali„ quod *humanum voluntarium*, quod *jus* „ *gentium* vocat.

„ Putat nimirum, gentes ob communes „ magnæ illius univerſitatis utilitates, & ne„ ceſſitates, jura quædam inter ſe ſtatuiſſe, „ eaque præcipue quoad belli proceſſum; „ Atque hinc voluiſſe 1. ut bellum ſemper „ pro juſto habeatur, quod a ſummis pote„ ſtatibus geritur, ſive cauſa juſta ſit, ſive „ non: Cujus effectum inſignem hunc ſibi „ excogitavit, ut is, qui etiam ſine juſta „ cauſa hoſtem occidit, capit, &c. jure „ gentium (ſecus ac jure naturæ) ab aliis „ gentibus pro prædone, fure &c. haberi, „ aut ideo puniri non poſſit. Rationem hanc „ addit, quia periculoſum crediderunt gen„ tes, inter duas ſummas poteſtates judicium „ ſuum exponere. 2. Easdem quoque gentes „ conſtituiſſe, fingit, ut clarigatio, ſeu „ denunciatio præcedat, non tantum ubi „ rem meam ab hoſte vindico, (quod natu„ rali quoque ratione obtinere, ſtatuit) ſed „ & ubi bellum eſt punitivum, i. e. ubi in„ juria vindicatur: imo in bello quoque de„ fenſivo. Denique & 3. gentes quoque inter „ ſe conveniſſe, ut in infinitum, & ultra „ quantitatem debiti, aut injuriæ, occide„ re, capere perſonas hoſtiles, & res eorum „ vaſtare liceat; ad eum effectum, ut bel„ lum gerentes dominium externum aliquod „ acquirant in illas perſonas, & res, quod „ inter gentes omnes effectus dominii habe„ ret; adeo ut nec res talis apud medios de„ prehenſa a priſtino domino vindicari, aut „ novus poſſeſſor tanquam prædo, vel fur „ ibi conveniri poſſit. Quæ omnia latius ex„ poſuimus *in Diſſ. proœm. IV.* § 20., & „ prolixius *in Diſſ. proœm. VIII.* §. 63. *ſeq.*

„ Atque hoc ſenſu bellum (quatenus eſt ju„ re gentium ſolenne) utrinque juſtum dici „ poſſe, ait.

„ At totum hoc ſyſtema hoc ſolo corruit „ argumento, quod probatum nondum ſit „ gentes unquam inter ſe conveniſſe, & jus „ aliquod commune ſtatuiſſe; Fabulam enim „ de jure gentium ſecundario ſupra jam ex„ poſuimus. *L.* 1. *c.* 1. §. 14. & *proleg.* §. 17. „ An vero bellum utrinque juſtum dici poſſit,

„ late expoſuimus in *Diſſert. proœm. IX.* „ §. 168. *ſeq.* Sed & infra libro tertio vide- „ bimus, omnia hæc capita, quæ Auctor „ juri gentium tribuit, partim plane ad jus „ non pertinere, partim ex ipſo jure naturæ „ ſequi. Certiſſimum igitur eſt, *bellum ſo-* „ *lenne ex jure gentium* oppoſitum *bello minus* „ *ſolenni* non dari.

Eo ſenſu, quo juſtum teſtamentum codicillis] Comparatio huc non quadrat; nam aliæ ſolennitates a lege ſunt præſcriptæ teſtamentis, aliæ codicillis, adeoque hi æque ſolennes ſunt ſuo modo, ac ipſa teſtamenta. At jus naturæ omni bello uniformem ſolennitatem præſcripſit; quæ ſi deficit, bellum non eſt, nec minus ſolenne. Si igitur bellum ſolenne dicitur, quod ſecundum ſolennitates juris naturæ geritur, omne bellum eſt ſolenne, & ſic non datur minus ſolenne.

Juſtæ nuptiæ contubernio ſervili opponuntur] „ Auctor novam ſuam diſtinctionem in „ bellum publicum *ſolenne*, & *minus ſolen-* „ *ne*, illuſtrat exemplo *teſtamenti*, & *codi-* „ *cilli*, nec non exemplo *nuptiarum*, & „ *contubernii. Teſtamentum* enim certas „ quasdam ſolennitates habere, ait, *codi-* „ *cillis* non communes: *illud* enim non eſt „ niſi unum, *bi* autem plures exiſtere poſ- „ ſunt; in *illo* ſolo de hæreditate directa diſ- „ poni poteſt, non in *bis*; in *illo* ſolo hære- „ ditas adimi poteſt, ſecus ac in codicil- „ lis. &c.

„ Ita *nuptias* quoque effectus quosdam par- „ ticulares habere, ait, qui in *contubernio* „ non obtinent; *nuptias* enim non contra- „ hunt niſi cives Romani &c., *contubernium* „ autem cum ſervis eſt; in *illis* jus *thori* eſt, „ non in *hoc*. In *illis* nupta uxor dicitur, „ in *his* contubernalis, *l.* 14. §. 3. *R. N. L.* „ 12. §. 33. *de Inſtrum. legis. Senec. controv.* „ 21. *Petron. c.* 56. *Gron. h.* In *illis* requi- „ ritur conſenſus parentum, ſecus ac in *con-* „ *tubernio*: in *illis* effectus patriæ poteſtatis „ obtinent, etiam civiles, in *hoc* non niſi „ naturales.

„ Pari ratione Auctor ait, in *bello publico* „ *ſolenni* (i. e. quod inter duas ſummas po- „ teſtates geritur, & publico decreto indi- „ ctum eſt) gentes quosdam effectus ſingu- „ lares introduxiſſe, qui *in bello publico mi-* „ *nus ſolenni* (i. e. quod vel non a ſumma „ utrinque poteſtate geritur, vel indictum „ non eſt) non obtineant. Atque hinc ait, „ in *priori bello* juſtitiam cauſæ non requiri, „ in *hoc* requiri: In *illo* res, & perſonas „ hoſtiles capi, & occidi poſſe in infinitum „ & ultra modum debiti, ac pœnæ, in *hoc* „ non niſi pro quantitate debiti, & juxta pro- „ portionem delicti: in *hoc* hoſtem, qui „ ſine juſta cauſa bellum gerit, vel qui etiam „ juſtum bellum gerens ultra modum debiti, „ & pœnæ hoſtem lædit, pro fure, & pro „ homicida haberi, ad eum effectum, ut „ apud alias gentes ad reſtitutionem compelli, „ & a quocunque puniri poſſit; omnia autem „ ſecus ſe habere *priori* caſu, in bello nimi- „ rum, ubi gentes certas ſolennitates intro- „ duxere: in hoc enim omnes illos actus, „ jure naturæ injuſtos, juſtos, ac licitos fieri, „ ad effectum ſcil. dominii externi, & im- „ punitatis.

„ At hæc omnia gratis dicuntur: Nega- „ mus enim 1. dari jus gentium voluntarium, „ & bella jure gentium ſolennia. Adeoque „ negamus 2. gentes unquam certas ſolenni- „ tates circa bellum conſtituiſſe, eisque ef- „ fectus allegatos tribuiſſe. Ex infra dicendis „ 3. conſtabit, ſolennitates, quas Grotius „ juri gentium tribuit, ex ipſo jure naturæ „ fluere; Hoc enim jure *bellum publicum* „ eſt, quod inter duas ſummas poteſtates „ prævia indictione geritur. 4. Bella igitur, „ quæ Grotius minus ſolennia vocat, vel ſunt „ vere publica, vel privata, vel plane non „ ſunt bella, ſed effectus imperii: *Vid.* „ *infra n.* 2. Negamus 5. jure gentium de- „ mum conſtitutum eſſe, ut ultra modum „ debiti, & pœnæ hoſtis lædi poſſit: nam „ jure naturæ quoque omnia in hoſtem licent „ in infinitum. Negamus 6. jure naturæ „ eum, qui ex injuſta cauſa bellum gerit, a „ quocunque alio puniri poſſe: Gens enim „ in aliam gentem imperium non habet, nec „ ejus judicio ſubeſt. *Conf. diſſ. Proœm. IX.* „ *n.* 63. *ſeq.*

Sed quod teſtamentum, & nuptiæ ſolennes peculiares quosdam ex jure civili effectus habeant] „ Dictum jam eſt, unam ſaltem eſſe „ ſolennitatem in bellis publicis, quæ ex „ jure naturæ originem trahit; & jus gentium, „ (utpote quod plane non agnoſcimus) nihil „ hic mutaſſe.

Quod notari utile eſt] „ Imo nullam obſer- „ vatio hæc in jure naturali, adeoque nec in „ materia bellorum, utilitatem habet.

Voce juſti male intellecta] „ Quia ſcil. non „ diſtinguunt id, quod juſtum eſt jure gen- „ tium ad effectus ſaltem quosdam peculiares, „ ab eo, quod ſemper, & ubique juſtum eſt. „ At hanc differentiam refutavimus ſupra

„ *Proleg.*

„ *Proleg.* §. 35. & 41. *Conf. diſſ. proœm.* „ *IV.* §. 18. *ſeq.* & *Diſſert. IX. Sect.* 2.

Damnari, putant, bella omnia, quibus illa juſti appellatio non convenit] „ Et merito talia „ bella damnant, quia bellum juſtum nulla „ ratione dici poteſt, niſi ſolennitates juris „ naturæ habeat; juſta autem bella ad ef„ fectus quosdam peculiares ex jure gentium „ plane cognita non ſunt.

Ut bellum ſolenne ſit ex jure gentium] „ I. „ e. ut effectus quosdam particulares ex jure „ gentium habeat, vel ut *in Proleg.* §. 41. „ loquitur, ut duntaxat effectum quendam „ externum ad inſtar illius primitivi juris pa„ riat: *Vid. Diſſert. proœm. IX.* §. 63. *n.* 6. „ qui autem ſint illi effectus particulares, „ late expoſuimus. *d. diſſ. IX.* §. 65. *ſeq.*

Ut geratur utrinque ab eo, qui ſummam poteſtatem habeat] „ Imo tunc bellum non „ ſolenne eſt ex jure gentium (utpote quale „ non dari diximus,) ſed ex ipſo jure na„ turæ: *Vid. Grot. l.* 3. *c.* 3. §. 4.

Ut ritus quidam adſint] „ Scil. clarigatio, „ vel belli denunciatio: *Dict. Diſſ. proœm.* „ *IX.* §. 63. *n.* 4. At hæc clarigatio ſemper, „ & ex ipſa naturæ ratione requiritur, ex„ cepto ſolo bello defenſivo. *Vid. infra L.* 3. „ *c.* 3. §. 5. *ſeq.*

De quibus agemus ſuo loco] „ Scil. *L.* 3. „ *c.* 3. §. 4. §. 5. & *ſeq.*

Hæc quia conjunctim requiruntur, ideo alterum ſine altero non ſufficit] „ Verum hoc „ eſt: at utraque ſolennitas eſt ex jure na„ turæ, non ex jure gentium. *Diſſ. Proœm.* „ *XII.* §. 721. & 726.

Poteſt & ritibus illis carere, & geri in privatos, & Auctorem habere magiſtratum quemvis:] „ Auctor, bellum publicum minus „ ſolenne eſſe, ait: I. ſi non duæ poteſtates „ ſummæ, ſed vel ſumma poteſtas cum ſuis „ ſubditis; aut II. cum ſubditis alterius civi„ tatis bellum gerit; vel III. ſi inferior magi„ ſtratus pro defenſione ſuæ civitatis bellum „ vicinæ civitati infert: IV. ſi indictum non „ eſt publice. Atque in hoc bello minus ſo„ lenni V. ſtatuit, 1. juſtam requiri cauſam, „ 2. capi res, & perſonas hoſtiles non poſſe, „ niſi pro modo debiti, & pœnæ, 3. exce„ dentes a quocunque tanquam prædones, & „ homicidas puniri poſſe. *Vid. Diſſ. Proœm.* „ *IX.* § 70. *ſeq.*

„ At *primum exemplum* non poteſt referri „ ad bellum aliquod publicum minus ſolen„ ne. Nam ſi ſumma aliqua poteſtas læditur a „ *ſuis* ſubditis, hi jure, & vi imperii coer„ centur, non bello. Et ſi *ſecundo caſu* „ ſumma poteſtas læditur ab *alterius* civitatis „ ſubditis, Princeps læſus a lædentis ſubditi „ Principe ſatisfactionem exigere poteſt, qui „ ſi eam neget, non cum ſubdito bellum eſt, „ ſed cum Principe ipſo reparationem negan„ te; Atque hoc bellum publicum eſt, & „ ſolenne natura. Idem quoque dicendum, „ ſi alieni ſubditi a vicina ſumma poteſtate „ læduntur; hoc enim caſu ſubditus læſus „ ſuum adit principem, eique injuriam ſibi „ illatam exponit; hic nomine ſui ſubditi „ reparationem a Principe lædente poſtulat, „ quam ſi neget, non ſubditus bellum in„ fert, ſed Princeps injuriam ſubdito ſuo il„ latam bello vindicat, adeoque tunc iterum „ bellum eſt publicum, & ſolenne. *Vid.* „ *ſupra* §. 1. Sed & in *tertio caſu*, ſi magi„ ſtratus aliquis inferior, forte Prorex, Dux „ Provinciæ &c., vim, & injuriam a vicino „ Principe civitati illatam armis vindicat, id „ bellum non poteſt dici minus ſolenne; ſed „ eſt bellum publicum, & natura ſolenne. „ Magiſtratus enim, provinciæ, ſeu civitati „ tuendæ præpoſitus, nihil agit ſuo nomine, „ vel ſuo jure, ſed omne jus agendi habet „ ex conceſſione, & mandato ſuperioris; & „ ſic actio non eſt magiſtratus, ſed Principis „ mandantis: niſi Princeps improbet factum „ magiſtratus, tunc enim plane non eſt bel„ lum; ſed magiſtratus injuria agit, inde„ que bona, ac perſona lædentis dedi læſo „ debent: quod Samnites obtulerunt Roma„ nis apud *Liv. l.* 9. *c.* 1., de qua deditio„ ne *vide infra l.* 2. *c.* 16. §. 12. *c.* 20 „ §. 41. *n.* 2. & *c.* 21. §. 4. *n.* 1. §. 6. & 7. „ Bene autem notandum eſt, ſingulos quo„ que ſubditos vim ſibi a vicina gente, ejus„ que ſubditis illatam, vi repellere poſſe; „ at tunc erit bellum mere privatum, & vis „ repellitur jure neceſſariæ defenſionis. *Vid.* „ *Diſſert. Proœm. IX.* §. 60. *n.* 7. Neque „ exemplum, quod *quarto loco* affertur, „ bellum minus ſolenne dici poteſt, ſi ſc. „ indictio non præceſſit; nam tunc bellum „ publicum eſt, ſed injuſtum. Plenius hæc „ explicavimus in *Diſſ. Proœm IX.* §. 166.

„ Effectus autem, qui *quinto* proponun„ tur, & quos Auctor bello minus ſolenni „ particulares eſſe fingit, ſponte corruunt ex „ præcedentibus, & ex iis, quæ diximus in „ *Diſſ. Proœm. IX.* §. 168.

Et ſane, ſi citra leges civiles res ſpectetur] „ I. e. ſi ex jure naturæ, & gentium res de„ cidenda eſſet: Nam juxta ſententiam Au„ ctoris

„ctoris, jure civili demum ſtatutum eſt, „quod læſæ majeſtatis reus ſit, qui injuſſu „principis bellum gerit. *L. 3. ff. L. Jul. „Maj. Vid. Diſſert. Proœm IX. §. 60.*

Videtur omnis Magiſtratus, ſicut ad tuendam plebem ſibi creditam &c. jus habere belli gerendi] „Magiſtratus ſubditos contra vim „extraneam defendit mandato ſuperioris ex„preſſo, vel tacito; utroque caſu erit bel„lum publicum, & ſolenne, quod inter „duas ſummas poteſtates geritur.

Ita ad exercendam jurisdictionem, ſi vis occurrat &c.] „Imo tunc vis adhibetur non „jure belli, ſed jure imperii, *vid. n. ſeq.*

Ideo ferme omnium populorum legibus cautum eſt] „Mens Auctoris hæc eſt: jure natu„ræ unumquemque magiſtratum jus belli ha„bere ad tuendum ſibi ſubditos, ſuamque „jurisdictionem; ſed jure gentium cautum „eſſe, ne magiſtratus id jus belli inſcio „principe exercere poſſit, ob pericula, quæ „ex bellis ſequi ſolent. *Diſſ. Proœm. IX. „§. 63.* Verum dictum jam eſt, Magiſtra„tum ſuo jure numquam jus belli inferendi „habere: adeoque non legibus demum ci„vilibus, nedum legibus juris gentium vo„luntarii, (quales non exiſtunt) ſed ab ipſa „natura jus belli illis denegatur: de quo ple„nius *l. 2. c. 17. §. 20. n. 1. L. 3. c. 18. „§. 1.* Exc. Si pars ſit adminiſtrationis; „Tunc enim bellum eſt publicum, ac ſolen„ne, quia bellum illud gerunt nomine ſui „Principis, & ex ejus mandato, ſive tacito, „ſive expreſſo.

„Atque hoc extra dubium eſt *in bello de„fenſivo*, ſi ſcil. magiſtratus vim ſibi illatam „armis repellit. Sane tunc mandatum prin„cipis notorium eſt; magiſtratui enim, cui „cuſtodia provinciæ commiſſa eſt, omnia ea „mandata cenſentur, ſine quibus civitas illa „cuſtodiri nequit. Sed & ſi de mandato non „conſtaret, jure neceſſariæ defenſionis civi„tas privata auctoritate vim repellere poſſet: „& tunc erit bellum privatum. At in *bello „offenſivo* mandatum illud dubium eſt: hinc „videndum, an Princeps factum magiſtra„tus approbet, an non; priori caſu erit „bellum publicum, poſteriori caſu plane „non eſt bellum, ſed magiſtratus puniri, „& læſo dedi debet. *Vid. ſupr. n. 1. ad verba „eo ſenſu, quo juſtum &c.*

Exſtat lex talis Platonis] „Plato legem il„lam non ex jure aliquo gentium, ſed ex „naturali ratione deducit. Unde jus, quod „illis principibus jus belli tribuit, merito ex „ordine naturali deducit Auguſtinus ab Au„ctore allegatus.

Et in Romano jure Majeſtatis teneri dicitur] „*Vid. L. 3. ad L. Jul. Maj.*

Injuſſu Populi dixerat lex Cornelia] „Ra„tio differentiæ eſt, quod Lex 3. ſub Impe„ratoribus lata ſit; refertur enim a Marcia„no, qui ſub Antoninis, & Alexandro „Severo floruit. *Van Eck. princ. jur. civ. „Tit. de orig. jur. §. 37.* Lex Cornelia autem „temporibus Reipublicæ a Sylla lata eſt. In „hoc igitur ſtatu nemo bellum gerere potuit „injuſſu populi; at in ſtatu regio juſſus Im„peratorum requirebatur, inprimis poſtquam „omnis poteſtas in Principes ſive jure, ſive „vi translata fuit.

Quantumvis univerſalia, æquitatem reci- 3
piunt interpretem] „Lex generalis naturæ „eſt, parendum ſuperiori, & parentibus; „at hæc lex ſuas patitur exceptiones, ſi ſc. „præcipiunt quædam contraria legibus divi„nis. &c. *Vid. Tesm. h.*

Ita & hæc lex] „Sc. lex gentium, quæ „jus belli magiſtratui denegat. At dictum eſt, „magiſtratui nec jure naturæ jus belli, niſi „ex mandato Principis, competere: & tunc „non magiſtratus bellum gerit, ſed Princeps, „adeoque eſt bellum publicum, & ſolenne.

Nam primum, quin ei, qui jurisdictioni præeſt, liceat per apparitores ſuos vi cogere pauos imparentes] Imo vis, qua magiſtratus utitur in ſubditos, non eſt bellum, nec publicum, nec privatum, ſed imperium, ejusque executio. Adeoque male belli jura tribuuntur jurisdictioni, & peſſime confunditur jurisdictio (quæ nulla eſt niſi in ſubditos) junctumque ei imperium cum bello, quod non eſt niſi in extraneos, & hoſtes, & pars ſupremi imperii. Utrumque igitur expeditur a ſummo Imperio per vim; ſed in altero vis infertur jure imperii, in altero jure belli.

Ipſe Auctor *L. 1. c. 2. §. 1.* dixit, duo eſſe genera decertandi, alterum per diſceptationem, alterum per vim: prius fit in *judiciis*, ubi magiſtratus decidit, & deciſa ſua, adhibitis, ſi opus eſt, armis, executioni mandat: poſterius fit per *bellum*, adeoque non niſi ubi judicia deficiunt.

Executio igitur magiſtratus eſt effectus diſceptationis per judicia, non ejus diſceptationis, quæ per vim fit; & licet vis aliquando in exequendo adhibeatur, id non bellum eſt, ſed pars, & ſequela executionis.

Quoties ad eam rem copiis majoribus opus

non

non est] „ Imo omnes copias suæ provinciæ „ conscribere potest, si subditi refragantur: „ idque non jure belli, sed jure officii, & „ magistratus.

Nec periculum imminet civitati] „ Imo „ causa periculi tunc non est magistratus, qui „ suam jurisdictionem defendit, sed subditi „ rebelles: Interim prudens magistratus peri- „ culum Principi nunciabit, ac tum auxi- „ lium, tum consilium ab eo expetet. Nos „ quærimus, quid jure naturæ agere possit.

Dubitari nequit] „ At dictum est, id tunc „ fieri jure magistratus, vi jurisdictionis: „ non jure belli, quod cum subditis rebelli- „ bus non est.

Si ita præsens sit periculum, ut tempus non ferat eum consuli, qui supremum in civitate jus habet] „ Dictum jam est, hoc casu „ non esse bellum minus solenne, uti Au- „ ctor errat, sed bellum publicum, & solen- „ ne. Magistratus enim tunc resistit non suo „ jure, ac nomine, sed jure, ac nomine „ Principis, qui custodiam civitatis, eoque „ omnia ei commisit, sine quibus custodiri ea „ non potest; adeoque & facultatem ar- „ mis civitatem defendendi, si aliter non „ possit.

Necessitas exceptionem porrigit] „ Extra „ necessitatem defensionis nunquam jus belli „ magistratui competit, adeoque hic non de „ exceptione, sed de regula agitur.

Hoc jure usus Lucius Pinarius] Contendebant Carthaginenses, & Romani de urbe Siciliæ Enna. Romani præsidium ibi habebant. Pinarius, præfectus præsidio, oppidanos, qui claves extorquere vi volebant, circumfuso milite occidit. Factum hoc infandum dixere Siculi; res in Senatu agitata fuit; præfectus causabatur, pactos fuisse cives cum Amilcare Pœno hoste de dedenda civitate: alias civitates jam defeciisse, Romanorumque præsidium interemisse; testatur simul superos, & inferos ut propitii non sint, si vitandæ, non inferendæ fraudis causa hoc consilium ceperit. E contrario obmovebatur, Marcellum consulem prope urbem castra habuisse, vias nec clausas, nec in mora periculum fuisse &c. Livius nihil decidit, sed causam in medio relinquit, addens saltem: *ita Enna malo, aut necessario facinore retenta est; lib.* 24. *c.* 39. scilicet *malo*, si oppidani vim ultimam non intentarunt; *necessario*, si vim ultimam intentare parati fuere. Sane Marcellus factum non improbavit, sed prædam Ennensium militibus concessit. *d. l.* 24. *c.* 39.

Extra talem necessitatem ad vindicandas injurias, quas rex persequi negligit, jus bellandi oppidanis &c. dare ausus est &c. Victoria] „ Inepta hæc est sententia Victoriæ. „ Cum enim populus omne imperii jus in „ Principem transtulerit, hujus est judicare, „ an bellum gerendum, i. e. an injuria repa- „ randa sit, an non: subditis nil nisi obsequii „ gloria relicta est.

Ad §. V.

An *bellum tale publicum sit dicendum*] In iis casibus, quibus magistratus bellum gerunt, potest esse bellum publicum, potest quoque esse privatum. Nam cum talis magistratus ex duplici capite bellum gerere possit, 1. ex mandato Principis, saltem tacito, 2. ex jure necessariæ defensionis: Illo casu erit bellum publicum, quia non suo jure civitatem defendit, sed jure Principis; hoc casu erit bellum privatum, quia propriam vitam, suaque bona tuetur. idque non jure, ac nomine Principis, sed proprio. 1

Si publicum non aliud dicimus, quam quod sit jure Magistratus] „ In subditos nimirum „ contumaces, *Vid.* §. *præc.*

Additio.

„ B. Parens *in prodromo I. G. Diss.* 1. „ 132. ineptam, ait, hanc quæstionem, *an* „ *quod inferiores magistratus jus armorum* „ *exercent, publicum sit bellum*? quia hi „ nullum omnino jus belli habent, non „ magis quam singuli milites; sed mera sunt „ instrumenta, ac ministeria summæ potesta- „ tis, cujus solius est jus belli; quod ma- „ gistratibus vel expresse, vel tacite (man- „ data sc. ipsis civitatis defensione) commit- „ tit, & quod ipse tum summus Princeps „ per magistratus illos gerit. At monendum „ hic est, Auctorem non loqui de magistratu „ bellum movente, sed de eo, qui in subdi- „ tos contumaces vi agit: quod plane bellum „ non est, nedum publicum.

Dubium non est, quin talia bella sint publica] „ Imo plane bella non sunt, quia „ magistratus vi magistratus nunquam belli „ jus habent, sed in subditos rebelles agunt „ vi jurisdictionis.

Qui in tali facti specie] „ Sc. quoties sub- „ diti resistunt magistratui jus dicenti.

In pœnas incidant contumacium adversus supra se positos] „ Contumaces non coercen- „ tur, nec adiguntur jure belli, utpote

„ quod non eſt, & per naturam eſſe non
„ poteſt, cum ſubditis, qui ſuperiorem ha-
„ bent: ſed vi jurisdictionis.

Si vero publicum ſumitur in excellentiori ſignificatu pro eo, quod ſolenne eſt] „ I. e. „ quod jure gentium certas ſolennitates ha-„ bet, unde effectus juris ſingulares oriun-„ tur. At hoc ſenſu bellum *ſolenne* non dari, „ paſſim jam diximus.

Ut ſæpe ſumi, extra controverſiam eſt] „ Imo bellum publicum ſolenne in ſenſu Au-„ ctoris a nemine hominum unquam ſumtum „ eſt.

Non ſunt bella iſta publica] „ Sc. ſolennia; „ at diximus plane non eſſe bella, quia exe-„ cutio in contumaces eſt pars imperii.

Quia ad iſtius juris plenitudinem] „ I. e. „ ad id, ut bellum publicum *ſolenne* dici „ poſſit.

Tum judicium ſummæ poteſtatis, tum alia requiruntur] „ Dixit enim Auctor, ad id, „ ut bellum ſolenne ſit, ex jure gentium duo „ requiri, 1. ut utrinque a ſumma poteſtate „ geratur, 2. ut ritus quidam adſint, i. e. „ belli denunciatio. *Vid. ſupra §. 4. n. 1.* „ *& Diſſert. Proœm. IX. §. 63.*

Tum alia] „ Scil. denunciatio *d. §. 4.*

Ac militibus etiam concedi] „ Quod res „ ſubditis contumacibus æque, ac hoſtibus „ auferri, & aliis tribui poſſint, id ex ipſo „ jure naturæ eſt; at ex diverſa cauſa id fit: „ Nam hoſtibus res auferuntur jure belli, „ ſubditis jure imperii, & vi jurisdictionis; „ quia imperii effectus inter alios hic eſt, ut „ Princeps leges naturæ ad coercendam ma-„ litiam hominum exaſperare, adeoque ta-„ lem quoque legem ſtatuere poſſit, quæ „ contumacibus bona in pœnam auferat, „ quod fit in crimine perduellionis.

Nam id belli ſolennis non ita proprium eſt, ut non alibi etiam locum habere poſſit] „ Ve-„ rum hoc eſt; at ex alia cauſa res auferun-„ tur hoſti, ex alia ſubditis.

2 *In imperio late patente &c.*] „ Quod ſum-„ mæ poteſtati competit, non jure magi-„ ſtratus.

Belli inchoandi] Adeoque vicinos offenden-di; talis autem conceſſio probari debet, ne-que enim id præſumitur: Secus ſi de defen-ſione neceſſaria agitur. Nam vim vi repellere ipſa natura permiſit, etiam citra mandatum ſuperioris.

Conceſſam habeant poteſtatem] „ Concedi „ talis poteſtas ſolet in terris diſſitis. Ita Gu-„ bernatoribus provinciarum Americanarum, „ & Indicarum hodieque talis poteſtas delega-„ ta eſt.

Ex vi ſummæ poteſtatis] I. e. gerunt bellum jure, & nomine ſummæ poteſtatis: adeo-que eſt bellum publicum, & ſolenne.

Ejus ipſe Auctor cenſetur] „ Quod plenius „ examinabimus *infra c. 17. §. 6. & 7.*

An ubi tale mandatum non eſt, ſufficiat 3 *conjectura voluntatis*] Si provincia aliter de-fendi nequit, conceſſio ſequitur non ex con-jectura voluntatis, ſed ex ipſa naturæ ratio-ne. Princeps enim, qui alicui committit de-fenſionem provinciæ, neceſſario ei commit-tit ſine quibus illa civitas defendi nequit, adeoque etiam vim opponere aggreſſori, ſi aliter non poſſit; aſt, uti aggreſſor ille vim non infert præfecto, ſed ei, ad quem pro-vincia pertinet: ita & præfectus non ſuo ju-re, ſed jure, & nomine Principis vim illam repellit; & ſic vere lis eſt inter duas ſummas poteſtates, eoque bellum publicum, & ſolenne.

Extra dubium ergo poſitum eſt, præfectum ad defendendum ea, quæ aggreſſor provin-ciæ illi vi detraxit, arma adhibere poſſe, idque mandatum ei eſſe ſi judicium ſupe-rioris expeti non poteſt, nec res moram fe-rat; ſecus ſi res moram ferat, uti fert in bello mere offenſivo, tunc enim Principis voluntas explorari debet: inprimis ſi ex offen-ſione illa majus damnum imminere poſſit.

Additio.

., Gronovius *in not. h.* exempla affert bel-„ lorum ex mandato tacito geſtorum. Ita „ enim Anicius Gallus Prætor Illyrico, ob „ tale bellum geſtum triumphavit. *Liv. L.* „ 44. *c.* 32. *& L.* 45. *c.* 43. Et Cn. Man-„ lio ob devictos, licet injuſſu populi, Gallo-„ græcos, trium phus decretus eſt. *Liv. L.* 38. „ *c.* 44. *uſque ad c.* 50.

Mihi id admittendum non videtur] „ Au-„ ctor loquitur de caſu, ubi res moram fert, „ ubi merito judicium Principis expetendum „ eſſe, ait.

Neque enim hoc ſufficit videre &c.] „ Sen-„ ſus eſt, quod circa conjecturam de volun-„ tate Principis non inſpiciendum ſit, quid „ ille in præſenti periculo illius provinciæ „ conſultus, voluiſſet (ſine dubio enim „ bellum decreturus fuiſſet;) ſed quid ille „ ſe inconſulto cupiat fieri, ſi de ea re lex „ ferenda ſit? improbaturum enim tunc „ Principem putat, quod cum moram res „ tulerit, magiſtratus conſilium non expe-„ tierit.

„ Dixi

„ Dixi, mandatum in casu, quo de defensione necessaria quæstio est, sequi ex „ ipsa naturæ ratione; frustra ergo ibi de „ conjectura voluntatis quæritur. At si res „ moram fert, cessat illa ratio naturæ: adeoque injuria bellum infertur, non ex defectu conjecturæ voluntatis, sed quia non „ sunt termini necessariæ defensionis.

Ubi res moram fert] „ V. g. ubi injuria „ jam illata est, nec ulterius damnum metuitur; adeoque ubi agitur de vindicanda „ injuria jam perfecta.

Aut dubiam habet deliberationem] „ Ut si „ vires non sufficiant, si majus damnum metuendum esset. &c.

Si de ea re lex ferenda esset] „ Scil. de „ quæstione, an præfectus inconsulto Principe, si res moram fert, bellum inchoare „ re possit.

Nam ut maxime in facto aliquo particulari] „ Sensus Auctoris hic esse videtur: inferiores potestates nec ex tacito mandato superioris (quod conjecturam voluntatis vocat) „ bellum inchoare & injuriam illatam vindicare posse, *si res moram fert*: rationem addit, quia etsi cesset ratio particulariter inspecta in facto aliquo particulari, tamen ratio universalis manet, quæ „ periculis occurri vult. I. e. etsi forte constet, vicinos hostilia meritos esse, eoque „ ratio impediendi bellum peculiariter in „ hoc facto cesset; rationem tamen universaliter sumtam magistratui obstare, putat, „ ne bellum injussu imperantis inchoet. Rationem enim universalem velle, ut periculis occurratur: id autem cum effectu fieri „ non posse, ait, si magistratui de eo judicare liceret. Hinc concludit, judicium de „ occurrendo periculo, adeoque de inferendo bello, soli imperanti relinquendum „ esse.

„ Nos veram rationem jam dedimus, cur „ injussu Principis, si res moram fert, inferior potestas bellum inferre nequeat.

Quod fieri non potest, si ejus rei ad se magistratus quisque judicium trahat] „ Imperantis enim judicio relinquendum est, an e „ republica sit dissimulare factum, an ulcisci; an ad pacis venire conditiones, an „ ad arma procurrere; nam jure suo, quod „ sæpe cum damni periculo conjunctum est, „ uti nemo cogitur: quæ sunt verba Auctoris „ *infra n.* 4.

4 *Non ergo injuria accusatus fuit Cn. Manlius*] Scipio Africanus missus fuerat ad debellandum Antiochum, quem copiis suis Gallogræci adjuvabant. Victo Antiocho pax facta, & Romanis portio terræ usque ad Taurum montem cessa, & Cn. Manlio defensio illius terræ commissa est. Hic vicinos Gallogræcos bello invasit, & vicit, ideoque triumphum petiit. Negabat pars major decem legatorum, quia justum bellum non fuerit, utpote injussu populi Romani gestum. Regerebat Manlius, securitatem in illis oris futuram nunquam fuisse, nisi devictis his populis, quod perpetuo infestarent illas terras. *Liv. L.* 38. *c.* 12. & 45.

Equidem quæstio hic facti est; si verum est, Gallo-græcos perpetuis incursionibus turbasse Manlii provinciam, juste bellum ipsis intulit, quia aliter defendi provincia non poterat, nec triumphus ipsi denegari potuit; si vero saltem ob metum vicinæ potentiæ bellum intulit, non bellum fuit, sed latrocinium, utpote a privato gestum.

Additio.

„ Senatum factum illud probasse, vel ex„ inde apparet, quod causa cognita triumphus ei decretus fuerit, *Liv. L.* 38. *c.* 50.

An ea injuria in Gallo-græcos exsequenda esset] „ Imo non tam eam injuriam vindicavit „ Manlius, quod in exercitu Antiochi legiones Gallorum fuerint: sed quod omnes „ Asiæ civitates infestarent, agros eorum vastarent, prædam abigerent, captivos immolarent &c. *Conf. L.* 3. *c* 3. §. 10.

Non in Cn. Manlii] „ Imo sub mandato „ de defendenda provincia jus armorum con„ tinebatur.

Dedi Germanis] Cæsar injussu populi Romani oppugnavit Germanos, qui ideo Cæsarem sibi dedi postulabant: Cato, plurimique Senatorum ita opinabantur. *Sueton in Jul. c.* 24.

Auctor merito improbat pœnæ genus a Catone propositum. Equidem injuria feciſſe Cæsarem certum est, cui in mandatis saltem erat conficere bellum Gallicum, quo finito non debuisset novum bellum inconsulto populo Romano inchoare. *Conf. nostra prudentia juris publ. c.* 6. §. *fin.* Sed negatur ideo eum Germanis dedendum fuisse. Hi enim queri non poterant, quia Gallis auxilium tulerunt, adeoque justa in eos Romanis causa belli fuit; at injuria facta est populo, cujus injussu bellum inchoavit. Igitur a Romanis puniendus, non vero Germanis querentibus dedendus fuit, uti studio partium Cato opinabatur. *Conf. l.* 3. *c.* 3. §. 10. & 11.

Non tam jus respiciens] „ Non loquitur de „ pœna, hanc enim meritus jure est ; sed „ de modo pœnæ, quæ nec Germanis de„ bebatur, nec per deditionem statui jure „ poterat.

Ac proinde non erat] „ Adeoque Germa„ ni non potuere reparationem injuriæ po„ stulare, quæ ipsis facta non fuit.

Si modo justa fuit Populi Romani causa] „ Sæpius diximus, inter duas summas pote„ states de justitia causæ non constare, nisi „ per ultimam victoriam. Cum igitur bello „ victus fuerit Antiochus, moraliter Roma„ norum causa pro justa haberi debet.

Præsertim cum nullum periculum immineret] „ Adeoque ubi necessaria non erat de„ fensio, quæ sola mandata Cæsari fuit.

Plane ut Carthaginenses Romanis responderunt] Annibal Saguntum oppugnaverat injussu Senatus Carthaginensis, & socios hos Romanorum eo necessitatis redegit, ut se, & civitatem concremarent. Romani postulabant dedi sibi Annibalem, quod injussu Senatus bellum inchoaverit. Merito autem regerebat Senatus, de eo non quæri, nec hactenus injuriam factam Romanis, sed soli Senatui; cum Romanis solam quæstionem esse, an per fœdus licuerit oppugnare Saguntum; quæ aliam supponit quæstionem, an scil. sociorum nomine tantum intelligantur socii, qui tempore fœderis fuere, an etiam futuri? de qua vide *L.* 2. *c.* 16. §. 13.

Additio.

„ Equidem Gronovius, & Tesmarus ca„ ptiosam hanc responsionem fuisse putant, „ Romanosque jure quæsiviſse, an jussu Se„ natus, an injussu bellum Annibal Sagunto „ intulerit? ut scirent, an actionem con„ tra solum Annibalem, an contra totum „ populum haberent. At cum de eo ipso dis„ putaretur, an Saguntum sub fœdere com„ prehensum esset, an non, adeoque an „ Romani queri de violato fœdere potuerint; „ merito Senatus præliminarem hanc quæstio„ nem tractandam esse, ajebat : *An jure Sa„ guntum occupatum sit, an injuria*? Si jure, „ (uti si sub fœdere non esset comprehensa „ civitas) otiosa quæstio fuisset : *num injussu „ Senatus occupaverit?* utpote cum eo casu „ injuria non Romanis, sed Senatui Cartha„ ginensi facta fuisset.

5 *Defendit M. T. Cicero factum Octavii, & Bruti*] Et merito; nam Antonius privatus erat; arma in Principes reipublicæ movebat; Senatus nec auctoritatem habebat, nec exercitum imperii : adeoque succedebat jus necessariæ defensionis.

Additio.

„ Respublica oppressa torpebat sub Antonii „ dominatione, uti loquitur *Vellej. L.* 2. „ *c.* 11. Hinc Cicero monet Brutum *L.* 2. „ *ep.* 7. *ne in libertate, & salute populi Ro„ mani conservanda auctoritatem exspectet Se„ natus nondum liberi;* & tum addit : *volun„ tas Senatus pro auctoritate haberi debet, cum „ auctoritas impeditur metu.*

Senatus, populique judicium exspectari debuisset] At 1. non erant liberi, nec 2. exercitum imperii habebant, quod inter membra Senatus divisum erat. 3. Certi erant de mente Senatus; Cicero enim publice contra Antonium declamavit, eumque hostem patriæ appellavit, non contradicente Senatu. Sed & 4. periculum ad omnes pertinuit; hinc jure privatæ defensionis oppugnari Antonius potuit.

Insto, belli eventum Bruto non fuisse felicem. Resp. 1. non propter defectum justitiæ causæ, sed quia luebat cædem Julii, quod ex apparitione spectri probatur : 2. Octavius e contrario felicissime id bellum gessit.

Nam jure suo, quod sæpe cum damni periculo conjunctum est, uti nemo cogitur] „ Hoc „ verum; sed nec dissentit Senatus, nec im„ probavit : Quin eventus probavit, non in„ vito Senatu id bellum gestum fuisse. Quic„ quid sit, Antonius Octavio, & Bruto vim „ parabat, adeoque hi jure se defendere po„ tuerunt, cum Senatus auctoritas deficeret. „ Hactenus igitur bellum justum fuit, sed „ privatum.

Per quos potissimum id bellum geri vellet] „ Dum Senatus non dissentit, in hos consen„ sisse videtur : inprimis cum postea facta „ Octavii ratihabuerit. Sed & dictum jam est, „ eos propriam causam defendisse.

Sæpe enim tempori, sæpe affectibus serviunt] 6 „ *Conf. prol.* §. 40. Auctor innuit hic Cicero„ nem factum Octavii defendentem; Constat „ enim, eum Antonii inimicissimum fuisse, „ adeo ut imitatus Demosthenem (qui odio „ in Philippum Philippicas scripserat) con„ tra Antonium plures pronunciaverit oratio„ nes, quas etiam Philippicas inscripsit.

Bellum publicum geri non debere nisi ab eo, qui summam potestatem habet] „ Ex hypothesi 7 „ Auctoris hoc tantum verum est in bello pu„ blico solenni. *Vid. supra* §. 1. *n.* 1. §. 4. „ *n.* 1. & §. 5. *n.* 1.

Et

Et ad hujus rei] „ I. e. ad intellectum „ belli publici.

Et ad quæſtiones illius, quæ eſt de bello ſolenni] „ Quia ex hypotheſi Auctoris bellum „ publicum ſolenne non eſt, niſi quod utrin„que a ſumma poteſtate geritur : *d.* §. 4. „ *d.* §. 5.

Atque adeo ad alia multa] Quæ ſcil. ad interpretationem belli publici, & ſolennis pertinent, quæ vide in *Diſſ. proœm. IX.* §. 63. *& ſeq.*

Quæ ſit ſumma illa poteſtas] Quæ ſcilicet jus belli gerendi habet.

Additio.

„ Equidem prolixus admodum eſt Auctor „ in demonſtratione hujus theſeos, *quæ ſit* „ *ſumma poteſtas*, *& cui competat*? Princi„ pii loco ponit, natura ſummas poteſtates „ incognitas eſſe, & cuique privato jus eſſe „ ſuam, & alienam injuriam vindicandi: id „ vero jure gentium ob utilitatem communem „ mutatum eſſe, quia gentes cum in civitates „ coiverunt, omne jus ſuum vi agendi in „ civitatem contulerunt. Unde concludit, „ judicia facto demum hominum introducta „ eſſe.

„ Alibi hoc ſyſtema refutavimus, & ſum„ mas poteſtates natura exiſtere, aſſeruimus: „ idque ex ſimpliciſſimis principiis probavi„ mus. Certum enim eſt, Deum homini„ bus jura quædam conceſſiſſe, eisque pro„ pria eſſe voluiſſe. Hoc probato, neceſſario „ ſequitur, Deum quoque media hominibus „ conceſſiſſe jura illa defendendi, quia Deus „ alias fruſtra ea conceſſiſſet. *Vid. Diſſ.* „ *Proœm. XII.* §. 608. *ſeq.*

„ Naturali autem ratione hoc jus defen„ dendi ſolis patribus familias competit, & „ membra familiæ leges a capite familiæ acci„ piunt. Summa poteſtas igitur natura fami„ liis inhæret, & a patribus familias exerce„ tur: qui poſtea jus illud in civitates con„ tulerunt ea lege, & intentione, ut contra „ injurias aliorum communi ope defendan„ tur. *d. Diſſ.* §. 611. *ſeq.*

„ Hoc imperium deferri civitati poteſt *vel* „ jure proprio, *vel* jure adminiſtrationis. „ *Jure proprio* defertur, ſi populus omne „ jus ſuum, & in ſe, vel in unum, vel „ in plures transfert, etſi illa poteſtas pactis „ forte reſtricta ſit : *jure adminiſtrationis*, „ ſi jure officii unus ille agit, etſi illa pote„ ſtas ſit pleniſſima.

Quiſque ex uſu magis rerum præſentium] „ I. e. ex potentia agendi; cum aliud ſit de „ re quærere, aliud de modo habendi. *Vid.* „ *infra* §. 11. *&* 14.

Rem per ſe haud expeditam multo impeditiorem reddiderunt] At videbimus æque infeliciter Auctorem rem expediviſſe. Antequam autem ad examen principiorum Grotii accedamus, noſtra principia præmittere neceſſarium eſſe duximus.

Propositio I.

Summa poteſtas tantum juris tuendi cauſa eſt conſtituta. Vid. poſ. Jur. G. 13.

Demonstratio.

Nam I. certum eſt, Deum auctorem naturæ leges humano generi dediſſe, eique neceſſitatem juxta leges illas agendi impoſuiſſe. Cum autem II. fruſtra illæ leges conditæ eſſent, niſi aliquis ſuperior exiſteret, qui leges illas naturæ exequeretur, & negligentes coerceret; neceſſario ſequitur, imperium aliquod a natura conſtitutum eſſe, quia ſine imperio jus naturæ effectum habere non poteſt. *Por. IV. n.* 4. Si enim executor legum non eſſet, libera cuique foret facultas agendi quicquid lubet, *Vid. L.* 2. §. 15. *ff. de Orig. jur.* Extra omne dubium igitur III. eſt, ſolam, & unicam introducti imperii cauſam eſſe, ut jura naturæ inter homines ſalva ſint. Atque intra hos fines omnis poteſtas ſuperioris reſtricta eſt, quos ſi ſuperior excedit, fit impotentia, & deſinit eſſe imperium. Unde quoque differt Imperium a tyrannide, quod hæc evertat juſtitiam, illud conſervet.

Atque in eo IV. omnes gentes conſentiunt, *imperia juris tuendi cauſa eſſe conſtituta :* quod late auctoritatibus confirmat *Guevarra in horolog. princ. L.* 3. *cap.* 1. *ibique not. Wanckelii. Cic. L.* 1. *de leg. c.* 42. *Ariſtot. Mor. l.* 8. *c.* 12.

Propositio II.

Hinc triplex ejus poteſtatis pars neceſſaria eſt; 1. *legislatoria, qua jus ſtatuitur :* 2. *judiciaria, qua jus applicatur :* 3. *deliberativa, qua effectus ejus, felicitasque defenditur.*

Demonstratio.

Quod *primam* partem attinet, conſtat ex adductis, poteſtatem legislatoriam ſequi ex ipſa natura; Civilis enim juris mater eſt ipſa ex conſenſu obligatio, quæ ex naturali jure vim ſuam trahit. *Vid. Prol.* §. 16.

Neque *obſtat*, jus a natura jam definitum eſſe, adeoque facultatem jura ulterius ſta-

tuendi non nisi ex arbitrio hominum oriri posse. Resp. obscurior aliquando est juris naturæ notitia, inprimis inter hebetioris ingenii homines: adeoque legislatoria potestas id explicat. Sed & juris naturæ vigor non semper applicari potest ad præsentem rerum statum, inprimis secuta corruptione: adeoque officium legislatoris est, moderari illum rigorem. Sed & denique multa negotia quotidie obveniunt, quæ ex dispositione hominum originem habent, indeque formam, & jus recipiunt. De his igitur quoque leges statui a summa potestate possunt. Unde jus civile nihil aliud est, quam ubi aliquid vel additur, vel detrahitur juri naturæ. *L. 6. ff. just. & jur.*

Altera pars itidem ab ipsa natura est, & imperio necessario cohæret. Is enim, qui imperium exercet, non potest juxta naturæ jura pronunciare, nisi de hominum factis cognoscat, i. e. nisi auditis partibus, examinatis testibus &c. Quod potest vel ipse facere, vel aliis committere: unde judiciaria potestas originem habet.

Denique *tertia* imperii pars quoque ex naturæ ratione fluit: Cum enim suprema lex sit *Salus populi*; præterea is, qui imperat, de utilitate, & felicitate civium deliberare debet, quo pertinent commercia, luxus, moneta, & omnia, quæ hodie referuntur ad politiam, Germ. *Policey*.

Additio.

„ Hujus utilitatis, & felicitatis rationes late „ expositit B. Parens in Autonomia juris gen„ tium. *c.* 6. inprimis §. 9. *& seq. & c.* 7. „ §. 2. 3. 4. 32. *& seq. Vid.* Ejusdem *jus* „ *publ. c.* 4. §. 18.

PROPOSITIO III.

Definitur igitur summa potestas, facultas legitima tuendi civitatem, ejusque jura publica, & privata: idque pace, vel bello.

DEMONSTRATIO

Dixi enim, solam, & unicam Imperiorum rationem consistere in jure naturæ tuendo: hactenus enim vices Dei imperantes gerunt. Jura autem illa civitatis, quæ a summa potestate defendi debent, sunt vel publica, vel privata: publica, quæ ad statum civitatis publicum pertinent; privata, quæ singulis propria sunt. Utraque defenduntur vel contra subditos imperio, & executione, vel contra extraneos bello.

PROPOSITIO IV.

Summa potestas natura tantum competit humano generi.

DEMONSTRATIO.

Cum enim necessarium sit inter homines imperium, id vel *uni* concessum a Creatore esse debet, vel *pluribus*, vel *omnibus*.

Atqui non *uni* concessum est; quis enim ille esset? quis literas suas a Creatore producere potest? Sed & omnis homo infans nascitur, cui exercitium imperii natura competere non potest.

Sed nec *pluribus* concessum videri potest; qui enim sunt illi plures? unde probabunt Creatorem ipsis præ aliis vices suas commisisse?

Supereſt igitur, ut *omnibus* concessum sit: quia tertium non datur. Dum enim imperium necessarium est inter homines, illud autem neque uni, neque pluribus concessum appareat, ex medii necessitate sequitur, omnibus hominibus id concessum esse: quod vel exinde confirmatur, quia omnes homines æquale jus in suas actiones habent, neuter in alterius; & omnes homines natura liberi nascuntur, non ergo in alterius potestate: adeoque totum demum humanum genus in singulos exercere imperium potest, quod egregie illustratur *ex l. fin. ff. Colleg.* ubi dicitur, in omnibus corporibus id obtinere, ut omnium jus sit in singulos: quod cum in corporibus minoribus obtineat, multo magis verum erit in corpore illo magno, ab ipso Creatore in perpetuum statuto. Sed & alibi demonstravimus, humano generi jus plenum in hanc terram competere, *vid. Pos.* 5. adeoque & imperium, utpote quod ad juris plenitudinem maxime pertinet: *Vid. Exercit. ad Grot.* 2. §. Denique si non data esset humano generi, alii concessa esse deberet extra humanum genus, & in ipsum genus humanum: atqui humano genere aliquid superius non datur.

Non ergo tolerandi sunt illi, qui dicunt natura imperium competere fortiori; eo ipso enim innuunt, nullum a natura esse imperium, sed a vi, & fraude demum hominum originem cepisse. Veterum Germanorum eam sententiam fuisse, refert Mela in *Geogr. L.* 3. *c.* 3., qui jus suum se in armis ferre dixere: idem quoque de Gallis recenset *Liv. l.* 5. *c.* 36. (quos Germanos fuisse probavi *in jur. publ. Proleg.* §. 7.) Sed & de Ansivariis paria notavit

notavit Tacitus *l.* 4. *hist. c.* 62., & de Tenchteris, in *l.* 4. *c.* 64. Camillus eum habere jus armorum, ait, qui fortior est, apud *Plut. in Camill. c.* 26. Ipse Polybius natura fortiori competere imperium, dixit, exemplo animantium, ubi robustiora præcedunt. *Hist. l.* 6. *c.* 2. Hanc barbariem Scriptores ecclesiastici Scythismum appellabant, cujus originem alibi explicavimus. *Vid. L.* 2. *c.* 15. §. 5. *n.* 1. & *l.* 3. *c.* 9. §. 18. *n.* 1.

Cæterum naturæ quoque rationibus contrariatur hæc opinio; nam 1. administratio justitiæ, quæ unicum imperii caput est, præcipue in animi facultatibus consistit, in prudenti consilio: adeoque magis animo, quam corpore perficitur. Sane alias belluæ superarent homines, utpote viribus hos prævalentes; quod bene explicat Seneca *L.* 4. *benef. c.* 13. 2. Vires corporis sunt res momentaneæ, quæ singulis momentis variant; & tunc competeret alteri fortiori in hunc, qui ante habuit, unde bellum perpetuum foret: idque egregie describit Justinus *L.* 17. *c.* 3. dum ait: *Asiam tunc tanquam prædam occupasse, quisquis fortior fuit.* Neque obstat 3. naturam non frustra vires corporis dedisse; nam datæ sunt ad sui defensionem contra vim injustam. At id extendi non debet ad offensionem: Neque enim ideo animantibus arma natura dedit.

Propositio V.

Diviso genere humano eadem summa potestas singulis civitatibus competit.

Demonstratio.

Cum enim totum humanum genus divisum in civitates amplius convenire non possit, eoque imperium cum effectu a toto humano genere exerceri nequeat; necessario supponendum est, jus, quod antea toti humano generi competiit, in singulas civitates translatum esse: adeoque civitates in suos cives tantundem juris habere, quantum humanum genus antea habuit in omnes homines.

Propositio VI.

Hæc summa potestas in singulas civitates divisa, omnibus, i. e. toti populo, natura competit; sed bello, & pactis id mutari varie potest.

Demonstratio.

Adeoque surrogatus ille civitatum status sapit naturam status primævi: uti enim in primævo statu imperium penes omnes homines fuit, ita in statu hoc surrogato, facta nimirum divisione, imperium est penes omnes civitates.

At mutari hic status potest I. jure belli, si scil. populus ille per ultimam victoriam in alterius potestatem redigitur; tunc enim victor eam reipublicæ formam victis tribuere potest, qualem vult: de quo vide *Grot. lib.* 3. *c.* 7. II. Ex pacto: Cum enim jus hoc imperii sit jus civitatis, hæc vel ipsa, vel per alios id administrare, eoque disponere potest, ut vel unus, vel plures jure successionis imperare debeant: unde omnes reipublicæ formæ sequuntur. De quibus mox.

Additio.

„ Ad illustrandam hanc B. Parentis sententiam *de origine summæ potestatis*, inferere „ hic liceat tria loca, ubi ex professo de „ origine summæ potestatis egit.

„ *Prior* locus exstat in Prodromo juris gentium *Exerc.* 2. §. 17. & *seq.* Postquam „ enim B. Parens existentiam obligationis naturalis *d. exerc.* 2. §. 1. *seq.* probavit, ita „ pergit in §. 17.

Obligatione ita constituta, qua homines tenentur fines juris naturæ, seu divinæ voluntatis, & concessionis, sancte, & inviolate custodire, nec naturæ suæ motus, ac libidines sequendo, eos egredi; sequitur porro, necessariam esse in terris potestatem, quæ sacros juris hos fines in triplici isto statu regat, ac tueatur: atque adeo Deum, qui per summam suam sanctitatem id, quod voluit, & quod proinde optimum, & sanctissimum est, non potest non inviolatum velle; (per Pos. 4. n. 5.) *nec posse non velle potestatem, sine qua id obtineri, & effici non potest,* per Pos. 4. n. 4.

Hæc causa plura complectitur, quæ Deus inter homines fieri, adeoque & necessario in terris potestatem esse voluit; sine qua explicari ea non possunt, d. Pos. 4. n. 4. *Enim vero Deus Creator hominem ratione* (*particula sui*) *præditum ita condidit, ut quasi mutuo fœdere sibi Auctori suo pareret, & vicissim feliciter viveret.* Conf. Deut. X. v. 13. & c. V. v. 16. *alias ut perduellis, & hostis exscindendus.* Conf. Deut. 27. & 28. per tot. Gal. 3. v. 10. *Qua in re cum sacris conveniunt gentium judicia,* Vid. Auton. J. Gent. c. 20. §. 18. 19. *Hæc lex, & conditio creati hominis nulla sui parte vim, atque effectum in terris sortiri potest, nisi sit legitima ejus dispensandæ, tuendæ,*

dæ, & exequendæ potestas, eademque adeo & finis, & medii necessarii voluntas.

Sine tali enim potestate superiore, quæ vim statuendi, imperandi, & coercendi habeat, nec I. ulla in terris esset necessitas parendi legibus, seu voluntati divinæ, nullaque in invitos, & contumaces executio, & sic frustra omnis ex jure naturæ obligatio. Conf. l. 2. §. 3. ff. de orig. jur. Nec II. partibus de jure suo contendentibus ullum esset judicium, ac decisio, cum natura nemo judex in sua causa esse possit; unde sine ea nullus litium inter homines ferventium foret finis, nullaque juris, ac justitiæ in his causis administratio, aut reparatio: Nec III. pacis, felicitatisque, seu salutis illius, quæ suprema lex populorum dicitur, tutela, vel securitas, aut ex regula divinæ voluntatis procuratio. Nec denique IV. possent ullæ civitates tandem ab interitu defendi: quoniam tam inter gentes, quam in sacris decantatum est illud:

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Ovid. L. 3. Metam. 4. & l. 1. Rem. am. in princ. Liv. Lib. 21. c. 22. Tac. 1. hist. 17. & 2. Hist. 96. &c. Rom. VII. v. 7. 8. 11. & 1. Cor. XV. v. 56. Deus vero juris, & voluntatis suæ sanctissimæ vindex est acerrimus, nec per ipsam sanctitatem suam aliter velle potest. Nisi igitur sit potestas, quæ hunc cupiditatum humanarum impetum compescat, non potest non accendi læsi Numinis indignatio: nec, ubi maturuit, arceri illud divinæ vindictæ incendium, quo tot gentes, civitatesque beatissimas ob injustitiam conflagrasse, omnium gentium sacri, profanique annales docent.

Nulla igitur evidentior demonstratio est, quam hanc potestatem esse a Deo, ac natura. Conf. Rom. XIII. v. 1. seq. & Deum inter homines illam sancitam voluisse: quippe quæ nihil aliud est, quam ipsa potestas exequendæ, & tuendæ divinæ voluntatis suæ, quam proinde non minus, quam ipsam quasi voluntatem suam velle potest. Neque vero re, & effectu quisquam vult, quod exequi, & tueri cum possit, non vult.

Hæc potestas exequendæ voluntatis divinæ, seu juris naturæ, non exercetur nisi vice ipsius Dei, quippe cujus divinam voluntatem, seu jus naturæ, illa in terris exequitur: quæ tota causa Dei est: Totum enim Dei negotium est quod geritur, cum de ejus voluntate exequenda, seu de jure naturæ tuendo agitur. Ille, ut legis hujus lator, & jussor, ita hujus potestatis auctor, & mandator est; quam vel ipse per se, vel in terris vice sua per alios expedit, quibus ipse eam quasi delegavit. Ea ergo nihil divinius in terris secundum Deum fingi potest: Imo ipsius Dei est ista potestas, Dei voluntas, Dei res, Dei jus, quod sui causa ille condidit; uti jus positivum, gentium, ac civile, ipse hominum causa hominibus condere permittit; hoc jure hactenus res humana, illo divina, peragitur.

Isthæc potestas in terris proprie imperium, ac magistratus dicitur, l. 215. ff. de V. S. eaque adeo genuina ejus est appellatio; atque hic intelligitur summa, quæ vicario quodam Dei nomine, & ut formula habet, Dei gratia exercetur.

Cui vero jam concessa est in terris hæc summi imperii potestas? Et cui alii, quam humani generis corpori, Pos. 13, cui omnis a Deo, & natura in hanc terram, & quæ ea continentur, facultas data est? Posit. 3. Etenim cum demonstratum jam sit, Deum voluisse talem potestatem voluntatis suæ in terris executricem esse, sequitur eam concessam esse, vel potentiis, quæ sunt extra terram, ut spiritibus: vel hominibus. Non illis: quia agitur de imperio, quod in terris exercetur inter homines, quodque nec iis concessum ulla re apparet, nec convenit conditioni, ac naturæ hominum, quos plane imperium, & imperantem accedere, intelligere, ac cognoscere, & una conversari oporteret; qualem consuetudinem inter spiritus, & homines, nec natura amborum patitur. Reliquum ergo est ut hominibus. Non vero uni hominum, vel pluribus in reliquos: quia natura omnes pares sunt, nec fecit natura discrimen, aut indicium, quo dignosci ille, vel illi, a cæteris, & cui, vel quibus imperium hoc concessum sit, constare possit; cum omnes æque infantes, & sine rationis, nedum imperii usu nascantur, & natura facultatem cuique in suas tantum, non alterius actiones dederit. Posit. 5. n. 2. Superest igitur, ut omnibus, seu toti hominum corpori in singulos datum sit. Hoc imperium, auctio humano genere, & per universum terrarum orbem dispersio, non potest expediri ab uno corpore: sed necesse fuit dividi illud in plura hominum, civitatum, seu populorum corpora, & quasi collegia. Posit. 4. n. 4.

Hæc partitio per naturam fieri non potuit hominum, vel capitum numero, qui singulis momentis nativitate, morte, migrationibus, mutatur, sed finibus terrarum, d. Pos. 4. n. 4. Ea partitione unicuique corpori, seu civitati,

civitati, vel populo, intra hos terrarum ſuarum fines eadem poteſtas competit in omnes, & omnia his finibus comprehenſa, quæ ante diviſionem totius humano generi in omnes homines, & res totius terrarum orbis: quia hac partitione nulla mutatio facta fuit in ipſo hoc ſummo Imperio, ſed tantum in ejus finibus.

Radix igitur, ſeu ſtirps hujus ſummi Numinis vicariæ poteſtatis, quæ majeſtas dicitur, eſt in toto cujusque liberi populi, ſeu civitatis, aut reipublicæ corpore; a quo proinde transferri illa poteſt vel in unum principem, vel in plures, qui tum corpus aliquod magiſtratus faciunt. Atque ita unumquodque liberæ civitatis corpus duabus partibus quaſi ſubſtantialibus conſtat, capite, & membris.

„ *Alter* locus ex diſputatione B. Parentis „ *de ſumma poteſtate* hic inſerendus eſt, ubi „ originem ſummæ poteſtatis hoc modo ex„ ponit.

Haud abs re eſt, quod ſummi magiſtratus Dii in ſacris nuncupentur, utpote per quos, tanquam vicarios ſuos, divinus naturæ auctor jura voluntatis ſuæ, qualia ſunt jura naturæ, exequitur: cum enim iſthæc divina voluntas, ſive expreſſa, ſive facto creationis, & reipſa ſignificata, omnino jus homini conſtituat, quantum eſt hoc jus in hominum ſocietate eſſe, niſi ſint qui jura illa regere poſſint? ut loquitur JCtus in l. 2. §. 13. ff. de Orig. jur.

Qui ergo voluntatem ſuam natura, & rerum productione, & per eam jus naturæ inter homines cum effectu conſtituit, ſimul voluit poteſtates, per quas voluntatem, & jus ſuum exequeretur: quia per illas poteſtates effectus juris accipitur, ut rurſum habetur: d. §. 13. *quæ proinde cum vicaria poteſtate ipſius naturæ auctoris jus exerceant, ejusve voluntatem exequantur, ideoque Dii vocentur; omnino etiam eodem jure vicario iis æternitas, numen, ipſaque divinitas, legibus tribuitur, & omne jus ipſorum Dei gratia, i. e. Dei auctoritate, & loco,* von Gottes-wegen, *ipſis competit.*

Quærimus autem cui ſumma hæc poteſtas Numinis vicaria in terris competat? Et quidem homo in hominem naturæ poteſtatem non habet, utpote qui omnes æqualiter facultatibus naturalibus a natura ſunt inſtructi, & ſine diſcrimine poteſtatis in hanc terram conditi. Nam & natura homines infantes producit, qui nullam ſecum poteſtatem a natura afferunt, ſed potius in poteſtate parentum naſcuntur: & terram ſine ulla dominiorum diſtinctione, & ſine certis finibus condidit, nec alii præ alio in ea quicquam attribuit, ut neutra ratione alii aliis ſint potentiores.

Falſum autem eſt, a natura eſſe ut ſtupidiores ſerviant prudentioribus. Non enim hic de rerum adminiſtratione, in qua prudentia vertitur, ſed de jure, & dominio in alium quæritur, quod infans, & furioſus quoque habere poſſunt; illi enim etſi ne quidem intellectum habeant, jus tamen idem in ſuas res, ac ſervos habent, quod alii: quia jus hoc non in prudentia conſiſtit, ſed in poteſtate utendi, & in rem ſuam convertendi; adminiſtratio autem per alium fieri poteſt: ut proinde hæc ſententia Ariſtotelis prorſus ſit explodenda. Ineptius etiam eſt, quod ſtupidiores ſaltem apti nati videantur ad ſerviendum. Hoc enim de quovis homine dici poſſet; Nec vero aptitudo jus naturæ infert. Cum ergo nec homo in hominem natura poteſtatem habeat, nec plures homines, (non magis enim naturæ aliquid hac de re definivit in pluribus, quam in uno homine: nec ſciri poteſt quinam præ aliis illi eſſent) ſupereſt neceſſario, ut illa poteſtas ſit penes totam ſocietatem humanam: quæ & alias jus habet in ſingula membra, cum ſingula hoc jus ſuum in ipſam ſocietatem conferant.

Cum ergo hujus rei diſpoſitio ſit penes totam ſocietatem humanam, expeditior eſt ratio tum eligendi unum, vel plures, quibus ſummæ poteſtas committatur; tum ſocietatem hominum augeſcentium, & in omnes terræ partes diſſitorum, ſubdividendi in plures civitates particulares, in quibus proinde ſingulis eadem ſummæ poteſtatis eſt ratio: quæ, uti alia jura, hæreditario quoque jure, bello, & aliis modis legitimis adquiri poteſt. Et quidem illa vel erit penes unum, vel penes plures (cujus ſpecies ſunt infinitæ, duumvirorum, triumvirorum &c.) vel penes omnes: & quidem vel omnes optimates, vel omnem populum. Rejicimus ergo vulgarem triplicis ſtatus differentiam.

„ *Tertium* locum vide in *Diſſert. Proœm.* „ *X. poſ.* 13. Noſtram ſententiam expoſuimus „ in *Diſſ. proœm. XII.* §. 607. *ſeq.*

Propositio VII.

Diviſio humani generis in populos, adeoque & imperia, terrarum finibus, non hominum numero fieri debuit.

Demonstratio.

Inſignem hæc res effectum habet; adeoque maxime intereſt ſcire, quomodo illa diviſio popu-

populorum, & imperiorum facta ſit. Nos dicimus, per naturam fieri non potuiſſe, ut homines per numerum ſe diviſerint, ita ut præciſe v. g. 1000. capita civitatem conſtituerent. Nam ita numquam certum foret imperium, quia illud morte, peregrinationibus, aliisque cauſis perpetuo mutatur, adeoque nova perpetuo inſtituenda eſſet diviſio, indeque ſi de uno jus dicendum eſſet, neſciretur, an ſub illa civitate comprehendatur, an non: adeoque exlex foret. Certi igitur fines imperii ſunt ſtatuendi in ipſo territorio, ut illi, qui intra fines hujus territorii vivunt, etiam imperio ejus ſubjecti ſint.

Additio.

„ Cum late hæc propoſitio a B. Parente „ explicata ſit *in diſp. de fund. in territ. jurisd.* „ *Tit. II.* operæ pretium erit integrum titu- „ lum hic inſerere. Verba hæc ſunt:

Poteſtatem, ac jurisdictionem illam, quam ſuperiori titulo delineavimus, inhærere ipſi territorio, omnibusque ejus partibus, rebus item, ac perſonis eo comprehenſis, tralatitium eſt, atque vulgatiſſimum. Eſt nimirum ſumma, & univerſalis poteſtas humano generi a natura, & rerum arbitrio in ipſam terram univerſam, & ſingulos homines in ea exiſtentes, primum conceſſa: eaque deinde in plures ſubdiviſa civitates, & territoriorum finibus diſtincta. Quæ proinde eodem jure in ſingulis territoriis, eorumque civibus, incolis, omnibusque ibi contentis fundata eſt, ac univerſa, & indiviſa obtineret in tota terra, omnibusque in ea comprehenſis. Quælibet ergo poteſtas proprio incumbit, & inſidet quaſi territorio, ejusque finibus ita concluditur, ut extra terminos omnino deſinat, ac nulla, & magiſtratus privatus: intra terminos autem nihil inde exceptum, & ad omnes perſonas, ac res illa extenſa ſit. Nihil vero quicquam refert, per ipſas civitates jurisdictio illa exerceatur, an per eos, qui civitates repræſentant. Hinc primum omnium regulam in genere definimus: quod magiſtratus in alieno territorio nihil, quod magiſtratus eſt, agere, ſtatuere, non jus dare, non legem præſcribere, non onus injungere; in ſuo autem omnia cum in perſonas, earumque actus, tum in res, ac bona, juri convenienter poſſit: & generaliter officium commune magiſtratus, ac jus gentium, circa ea quoque, quæ alibi ſunt, vel fiunt, dummodo alteri territorio nihil præjudicet, exequi queat.

Hoc præmiſſo, Primò *certum eſt, ei poteſtati ſubeſſe* omnes, qui fixam in territorio ſedem, atque domicilium conſtituerunt: *illi enim veri ejus ſubditi, ac cives ſunt, in quos magiſtratui perpetuum territorii, cujus incolæ, & quaſi pars ſunt, jus eſt. Unde in eos durat poteſtas, etſi abſint; cum cives abſentes quoque domicilium retineant, adeoque ſubditi, ac cives maneant, quibus præcipi, ac imperari abſentibus quoque a ſuo magiſtratu poteſt; ſed & delinquunt ſi contra mandatum ſui magiſtratus ordinarii agunt, dummodo ipſis neque jus in alieno territorio concedatur, neque aliquid injungatur, quod legibus ejus territorii contrarium eſt, aut alias ejus juribus præjudicet, aut denique quod ad jus alterius territorii ſolum pertineat.*

Domicilium autem, quod aliquando neceſſitatis, uti in l. 22. §. 3. ff. ad municip., *at regulariter liberum eſt, duo requirit: habitationem ſc (habitari autem etiam per familiam poteſt; & peſſime a nonnullis ſtatuitur, perpetuo relegatum, ſi nullam revertendi ſpem habeat, domicilium amittere; aut eundem civem duarum civitatum eſſe non poſſe) & voluntatem perpetuo, non ad tempus habitandi, & figendi domicilium:* l. 20. ff. ad mun. arg. l. 78. pr. ff. de legat. 3. l. 26. ff. de capt. & poſtl. *Quæ voluntas, uti alias ſemper, declaratur vel verbis, vel re ipſa, & factis;* §. ult. verb. & quoquo modo voluntatem ſuam declarat, re, vel verbo &c. Inſt de hered. qual. & diff. l. 32. §. ult. verb quid intereſt, ſuffragio voluntatem declaret. an rebus ipſis, & factis. ff. de Legibus *Ex factis enim, ſaltem per conjecturas probabiles, voluntas colligitur, & ſolus quoque temporis lapſus quandoque ſufficit*, vid. diſp. noſtra de ſilentio. *Unde ſi quem ſtudiorum ratio, aut muneris fungendi, ac officii neceſſitas alio in loco detinet, non tamen eo ſolo domicilium ibi conſtituiſſe, & quod habuit mutaſſe videri poteſt; quia alia, quam domicilii figendi cauſa ibi degit*, arg. l. 29. §. 2. in fin. ff. de judic. *inprimis, ſi bona adhuc in patria poſſidet; alioquin in dubio videri poſſit eam deſeruiſſe:* l. 23. §. fin. ff. ad munic.

Deinde *eadem ratione certum eſt, ſub illa poteſtate quoque eſſe* omnia bona immobilia, & mobilia in territorio ejus comprehenſa, & ita ſua, ut perpetuo ibi ſint, & maneant. l. 7. §. ult. ff. in quib. cauſ. tac. l. 67. l. 86. ff. de leg. 3. *ut nihil impediat, quod forte ex commodato, vel caſu ad tempus ibi ſint; quia nihilominus, quantum ad effectus juris perpetuos, nec non ſignificationem verbi, eo loco*

ſita

ſita intelliguntur, atque dicuntur, ubi ex deſtinatione patriſam. manſura ſunt, ut eleganter probat L. 35. §. 3. ff. de hered. inſt. d. l. 7. §. ult. d. l. 67. d. l. 86. *Uti nec impedit, quod ex poſtfacto inde auferri poſſint, quia jus perpetuum cenſetur, quod nunquam a te invito abiri poteſt, licet tu ipſe id alienare poſſis.* l. 11. ff. de Reg. Jur. *& perpetuum domicilium, quod ab initio perpetua lege conſtitutum eſt, licet poſtea mutata voluntate inde recedas: quod idem denique in bonis eſt, quæ ab initio tanquam perpetuo manſura alicubi ſita ſunt,* Hartm. Piſt. obſ. 55. n. 3. & ſeq.

Hinc ſine dubio hæc poteſtas quoque extenditur ad Landſaſſios, quos vocant: quippe qui ratione cum perſonarum, tum prædiorum, ſedem in territorio fixam tenent. Differunt enim illi a civibus, & aliis ſubditis, qui domicilium in territorio habent; quod hi ſine domo, & prædiis eſſe poſſint; cum domicilium in territorio, non in ædificii, vel prædiorum proprietate, ſed in jure habitationis conſiſtat: habitari autem conductis quoque ædibus poteſt. At Landſaſſii non ſunt, niſi prædia, ac fundos in territorio poſſideant, die im Land geſeſſen ſind. *Nec tamen ſufficit, cum & cives ſint, qui hujusmodi prædia habent, nec tamen Landſaſſii vocantur: ſed in ſpecie Landſaſſii ſunt, qui latifundia quidem in territorio, ſed certi alicujus pagi, vel præfecturæ terminis non incluſa, adeoque immediate territorio ſubjecta poſſident, in quæ tamen & ipſi aliquam poteſtatem habere ſolent, uti Comitatus, & Baronatus mediati. Sed & ſi minora prædia, & intra præfecturam, quin intra limites pagi,* in den Gemarcken eines Dorffes, *ſita habeant, uti interdum quoque nobiles quidam; non tamen pagi jurisdictioni, ſed officialibus præfecturæ ſubjiciuntur: & in ſpecie dicuntur Amtſaſſii, niſi literis Principis inde exemti, & immediate Cancellariæ ex privilegio hujusmodi ſubjecti fuerint; quo caſu dicuntur* Schrifft-*vel* Canzley-Saſſen, *in quos omnes eadem poteſtas exercetur: & onera, niſi a quibusdam immunitatem in ſpecie nacti ſunt, iis imponuntur.*

Tertio *poteſtas illa extenditur quoque in* advenas, eosque, qui fixum domicilium non habent, ſed vel ad tempus commorantur, vel ſaltem tranſeunt: *quia dum ibi ſunt, intra poteſtatis illius terminos ſunt, eaque continentur. Unde ea quoque poteſtas durat ſaltem quamdiu ibi ſunt; Si enim receſſerunt, non extenditur poteſtas extra territorii, in quo fundatur, terminos. In tales advenas ergo, ad tempus ibi ſubſiſtentes, nec jus perpetuum ſtatui, nec onera ipſis perpetuo imponi poſſunt, ſed temporaria tantum, ac talia, quæ diſceſſum eorum non longius morantur, quam ibi commorandi animus fuit. Quicquid autem interea temporis ab ipſis agitur, id poteſtate quoque ejus, qui territorio præeſt, continetur: quia dum agunt, v. gr. contrahunt, vel delinquunt, ſub ea poteſtate ſunt.*

Aliud autem eſt in advenis tranſeuntibus, *quibus imponi onera nullo modo poſſunt, cum liber tranſitus jure Gentium debeatur, qui proinde oneribus impoſitis impediri nequit. At ex facto ſuo, ſi quid in tranſitu forte contraxerunt, vel deliquerunt, conveniri, & detineri poſſunt: illud enim ſub poteſtate ejus territorii continetur, eaque inde fundari poteſt.*

Quarto, *par iterum ratio eſt* in bonis, quæ caſu, & ad tempus ſaltem poſita ſunt in territorio: *in ea enim bona temporarium jus eſt, nec ultra obtinet, quam ibi res ſitæ ſunt. Interea igitur de illis diſponere magiſtratus poteſt donec ibi ſunt, dummodo non impediatur diſceſſus, nec præjudicium, ſeu effectus diſpoſitionis poſt diſceſſum quoque duret. Cum enim temporaria tantum loci poteſtas ſit in tales res, non poteſt perpetuum onus, aut perpetui juris effectus conſtitui, ſed momentaria dumtaxat diſpoſitio fieri. Si autem res tantum præternavigent, aut transvehantur, ex aliis cauſis, quam perſonæ tranſeuntes, detineri non poſſunt: cum liber tranſitus Jure Gentium non minus ad res, quam ad perſonas pertineat.*

Idem jus eſt in omnes feras, aliaque *ἀδέσποτα, quæ, & quamdiu territorii finibus circumſcribuntur. Etſi enim apud Græciæ, & Italiæ gentes, quæ fere populares erant, privatis occupantibus, & invenientibus ea ceſſerint: indeque pro gentium jure, quod ſecundarium dicitur, id habitum fuerit; naturalis tamen ratio omnia territorio, ejuſque Principi addicit, quæ in privatos non ſunt diſtributa: quod jus hodie reductum eſt.*

Quinto, *competit illi poteſtati jus* in Legatos, eorumque comites, & bona. *Etſi enim jure gentium violari non poſſint; conveniri tamen jure poſſunt, & ceſſant in eos jura belli, non autem jura pacis: ita ut pro hoſtibus habendi quidem non ſint, at pro advenis tamen. Scilicet jus gentium in legatis id ſaltem reſtituit, quod jus belli abſtulerat, nimirum ne læsi poſſint. Et cum jus illud ſanctos, &*

inviolabiles dumtaxat Legatos præſtet, ſancti demum videntur qui ab injuriis defenſi ſunt. l. 8. princ. ff. de Rer. div. *Nec violari dicuntur, contra quos jure agitur: crimen enim qui vindicat, non violat jus, ſed implet. Hoſtilem itaque violentiam hoc jus gentium prohibet, non legitimam juris executionem; Et ſecuritatem præſtat, non impunitatem, quam conſtituere non ſanctitas, non inviolabilitas foret, ſed profanitas. Atque hoc apud veteres dubium nunquam fuit, nec jus illud gentium unquam contra juris executionem, ſed ſolum contra injurias allegatum, uti ex auctoritatibus patet, quas ipſe Grotius* Lib. 2. de J. B. & P. cap. 18. §. 1. in not. *exhibet, etſi ex frivolis ille rationibus male diſſentiat. Hoc graviter Cicero contra Verrem legatum Romanorum, a Lampſacenis, quod virgini vim afferre pararet: domi ſuæ oppugnatum,* in Orat. VI. ſeu Verrin. II. cap. 2. de Legat. *hoc Quinctilianus integra declamatione XII. pro civibus contra Legatum late, eleganterque propugnat. Ita Romani de Tarquiniorum legatis decrevere:* Meritos eos, ut hoſtium loco eſſent; *& meræ gratiæ datum fuit, quod jus gentium (id eſt ſecuritas, quæ jure gentium conſtituta eſt) ipſis indultum fuerit.* Liv. l. 2. c. 4. in fin. *Idem concluſum fuit a JCtis Anglicanis in cauſa Legati Hiſpanici Mendozæ, qui in Eliſabetham Angliæ Reginam impie machinatus fuerat,* Cambden. ſub an. 1584. *ubi antiqua ſeveritate ferro, & igne perſequendum fuiſſe ſcribit. Et licet Albericus Gentilis cum Hottomanno de eodem facto conſultus, hunc legatum a capitis ſupplicio abſolvendum duxerit, id tamen ex ea ratione cenſuit, quod nunquam ſcelus perpetraverat:* Alb. Gent. lib. 2. de Legat. c. 8. *quæ ratio nulla eſt. Dimiſit itaque Regina hominem, non juris neceſſitate, ſed ex animi generoſitate. Qua non æque ſed ſuo jure poſtea uſus Oliverius Cromwell, Legati Luſitani fratrem, & comitem, ejusque famulum, homicidii privati reos, condemnatosque, die 20. Jul. 1654. morte publice mulctavit. Plura ſumtarum a Legatis pœnarum exempla referunt* Bodin. lib. 5. de Republ. c. 6. in pr. Arum. diſc. ad A. B. 1. theſ. 21. Zouch. diſſert. de Leg. delinq. cap. 6.

Nihil autem futilius eſt, quam in contrarium allegare exempla quorundam, qui legatos delinquentes dimiſerunt; quaſi vero neceſſarium eſſet illos punire, quod arbitrarium eſt domino territorii, qui ipſe punire legatum poteſt, vel Principi ipſius puniendum remittere. Quod poſterius non mirum, ſi ſæpius quoque fiat. Satius enim, ac honeſtius putabit Princeps in honorem alterius Principis, cujus vices, dignitatemque Legatus gerit, & ad amicitiam ejus magis concilkandam, ſæpe quoque pro præſenti rerum ſuarum conditione, ac ſtatu, quin ad generoſitatis quoque gloriam, & lenitatis famam, ultro potius reum remittere, quam impii hominis morte periculoſam vindictam explere: etſi jure ad remiſſionem hanc non teneatur.

Quin ſexto *ipſe quoque* Princeps *in alieno territorio privatus eſt.* Knich. de jur. territ. cap. 4. n. 4. Alciat. in cap. 1. n. 17. X. de Off. ord. *Equidem non quærimus jam, quid decorum, honeſtumque, ſed quid præciſe juris ſit. Et omnino præmonemus, e dignitate ſummorum Principum videri, ut ultro quidem, & in venerationem principalis faſtigii, Principibus peregrinis, & hoſpitibus indulgeant, & hoſpitalitatis, comitatisque officiis potius, quam rigidæ poteſtatis in eos affectatione certent; ſed totum hoc humanitatis eſt, magnaque cum generoſitatis laude conjunctum.*

Verum, ſi non humanitate, ſed jure ſuo uti velint, quid poteſtatis habeant, quæritur? Duo autem ejus quæſtionis membra ſunt: Primum, an Princeps in alterius territorio exiſtens, invito ejus domino exercere poteſtatem in proprios ſuos comites, & miniſtros poſſit? Deinde, an ipſe quoque teneatur agnoſcere poteſtatem ejus territorii? Utrumque membrum eadem ratione deciditur; quod Principis poteſtas intra territorii ſui fines concluſa, adeoque extra eos ipſe privatus ſit, qui poteſtatem in alios exercere alibi nequit. Vice verſa autem illius territorii dominus poteſtatem in omnibus, quæ ejus finibus continentur, habet: adeoque & in Principes, qui in eo morantur. Quod nemo quoque diffiteri poterit, ſi cogitet, quod Princeps ne quidem ſi in ſuo territorio ſit, civem ſuum ex alieno territorio abducere, vel citare, nedum miſſis apparitoribus occidere poſſit; ſed ſi faciat, id pro immani violatione territorii habeatur. Si ergo Princeps in proprio territorio, in quo plus juris habet, exiſtens, non poteſt actum jurisdictionis in alieno exercere, nedum id poterit exiſtens ipſe in alieno, in quo nihil juris, & poteſtatis habet. Certum enim eſt, eum extra territorium ſuum jus dicere, ac ſtatuere. Certum item, notumque eſt, ſpeciem ſervitutis eſſe ſi privatus teneatur pati aliquid in ſuo fieri ab alio: l. 13. ff. comm. præd. l. 13. §. ult. ff. de

de injur. l. 15. §. ult. ff. de servit. *nedum si Rex, aut Princeps. Quin & certum est, solum Regem in suo regno jus supplicii habere, ac dare posse. Denique illustria, & recentia utriusque membri exempla sunt, quibus & factum Principum pœnas in suos in alieno regno statuentium maximopere improbatum, & ex regibus quoque in alieno morantibus supplicium sumptum fuerit; Verum id nunc mittimus. Nec movet, quod ridiculum censeatur, alieno permitti arbitrio, quæ salva dignitate negligi non possunt. Nam pœna vel differri potest, vel salva quoque dignitate a Principe loci statui. Haud facile quoque, ut diximus, denegabit ei arbitrium hoc Princeps rite requisitus, inprimis urgente aliqua necessitate.*

Septimo, *extenditur potestas ista, ex eodem principio*, in ipsos Principis cognatos, uti fratres, filios, uxores, & matrem quoque: *quamquam in honorem sanguinis, & intuitu pietatis, conveniat reverenter eos habere, nec facile in eos aliquid durius, inprimis in matrem, statuere; semper enim probe discernendum in rege est jus potestatis, & id, quod decorum, laudabile, humanum, ipsique eximium est. Idem in patre erit si privatus est, cum* aliud *sit potestas domestica, cujus ratione filius potius parentibus obsequium præstat:* aliud *potestas politica, cujus contemplatione non filius, sed Rex est, & patria potestas cessat. Exempla eorum, qui in suos potestatem exercuerunt, passim obvia sunt in Constantino M., Ottone III. Imp., Henrico Angliæ Rege, Manlio &c.*

Eadem potestas, octavo, *quoque extenditur* ad exercitus peregrinos, eorumque Duces, *qui in alieno territorio, vel confœderato morantur: nam si in hostili solo degunt, jure belli, & armorum, potestatem sibi in eo arrogant. An idem, si exercitus saltim territorium transeat? Videtur quod non; sed quod Duci exercitus exercitium potestatis in militem, dum transit, integrum sit: quia jus transeundi ex jure gentium sibi vindicare exercitus potest. Verum ille transitus non tollit potestatem territorii. Unde & transeundi leges dari, ac temperari a Principe, & officialibus territorii possunt, ac solent.*

Sane quantum ad ipsum imperium militare, cum illud distinctum plane, diversumque sit a potestate territorii, neque in territorium, sed in solas personas, & milites competat, & cum ipso exercitu ambulet, neque commode transire exercitus posset soluto imperio militari; hinc dicimus illud durare, ac Ducibus competere tanquam necessarium transitus, & juris gentium consequens: cum jure concesso omnia concessa intelligantur, sine quibus commode explicari illud nequit. l. 1. §. 1. & seqq. ff. si usufr. pet. l. 2. ff. de jurisd. arg. l. 2. §. 2. ff. si serv. vind. l. 10. ff. de serv. urb. *Nec excipere necesse est, si quid aliter inter eos convenit: Id enim servandum esse constat.*

Hinc denique, nono, *indubitato constat, sub eadem potestate contineri* Clericos omnes, qui in territorio subsistunt, aut per illud transeunt. *Illud enim immota, & tot singularium inductione firmata hactenus regula tradita demonstrat, a qua exemtio nullo jure doceri potest. Quin brevibus, præter jam dicta, ostendemus, sententiam istam, Clericos sacratissimæ huic potestati non subjici, sed magis præesse, omni juri, naturali, divino veteri, ac novo, Gentium, civili, Canonico, Consiliis, veteris ecclesiæ statutis, omnium fere Europæ populorum decretis, praxi ecclesiæ sub Impp. Romanis, Græcis, Germanis, & Regibus Italiæ Christianis, legibus imperii Comitialibus, summorum inter Pontificios virorum sententiæ, paci, & bono publico generis humani, & sanæ denique rationi directo contrariam esse, ut per singulas species paucis patebit.*

Jure naturali *summum imperium, ac dominium in universam hanc terram, singulosque homines, datum est generi humano. Hoc in medio terræ, quasi in proprio domicilio, cum absoluta, & a nemine impedita potestate positum; ipsique id jus confirmatum fuit ipsa Creatoris lege, at voce in sacris expressa:* Dominamini universæ terræ. *Ea vox generi, non singulis dicta, nec privatum jus, sed omne complexa est. Sed & naturale id est cuivis societati liberæ, ut jus in omnia membra, sociosque habeat: nedum primævæ illi, & universali omnium hominum. Denique cum supremum in terram, & singulos homines, imperium a natura non uni præ aliis datum fuerit; (cui enim?) toti illud, & omnibus competere necessum est. Nulli igitur hominum (adeoque ne Clerici) a summo hoc humani generis jure, ac potestate exemti sunt; nec ratio ulla naturalis dari poterit, quæ eos eximat. Atqui hæc ipsa potestas universalis est, quæ divisim per territoria exercetur; Nam & tota hominum societas, & omne jus ejus in plures civitates divisum est, quarum quæque intra fines sui territorii, atque ita omnes in universam terram, summum jus, & potestatem*

humani generis exercent : atque adeo in quolibet territorio hæc ſumma poteſtas ita ineſt, ut ne ipſi quidem humano generi aliquid juris in territorium hujusmodi liberum ſuperſit, ſed hoc non minus immediate a Deo dependeat, neminemque præter Deum ſuperiorem agnoſcat, ac ipſa univerſalis illa humanæ ſocietatis. Adeo hæc nihil aliud eſt, quam ſingulorum territoriorum, in quæ humana ſocietas diviſa eſt, poteſtas civilis ; ſive ea per ipſam civitatem, ſive qui eam repræſentat, Principem, exerceatur. Unde non magis Clerici ab hoc territorii, quam ab ipſius humanæ ſocietatis jure exemti eſſe poſſunt.

Jure divino veteri *Clericos huic poteſtati ſubjectos fuiſſe, & Aaronem ſummi ſacerdotii leges a Moſe accepiſſe, ex Levitico paſſim ; item a Moſe in id, quod peccarunt ſacerdotes, animadverſum fuiſſe.* Levit. X. v. 6. 7. 16. & ſeq. Exod. XXXII. v. 21. 22. *& Aaronem ſubducere ejus poteſtati ſe volentem, ipſius Dei judicio ſubjectum ei fuiſſe, ex* Num. XII. *palam eſt. Sic Regibus Hebræorum ſummos Pontifices ſubditos fuiſſe, conſtat ex hiſtoria Saulis, coram quo tota Pontificum domus cauſam inſtructæ Davidis fugæ dixit,* 1. Sam. XXII. v. 11. ſeq. *Davidis ſummos Pontifices binos conſtituentis,* 1. Chron. XXIV. v. 2. *qui ipſi ad nutum paruere cum fugeret filium,* 2. Sam. XV. v. 24. ſeq. *Salomonis, cum Abjatharem ſummum Pontificem mortis reum judicaret, & ſupplicii gratia facta ab officio eum removeret, aliumque ei ſubſtitueret,* 1. Reg. II. v. 26. & ſeq. *Hiskiæ, ex cujus arbitrio, ac juſſu, Pontifices cultum divinum inſtituerunt,* 2. Chron. II. 9. &c. *Quod poſt Davidem* (vid. 1. Chron. 15. & 16.) *omnes quoque pii Judæorum Reges egere. Idem imperium in Pontifices, & Clericos Nehemias quoque habuit,* Nehem. XIII. v. 4. & ſeq. & v. 28. ſeq. *uti & ab Herode ſummi Pontifices creati, remotique ſunt.* Joſeph. lib. 15. antiq. c. 3. & 12. *ubi addit Joſephus, removeri ſummos Pontifices non ſolere : quod intelligendum eſt, ſine cauſa, uti Herodes fecerat ; ex cauſa enim criminis removeri eos a Regibus potuiſſe, & ſolere, exemplo Salomonis modo allegato patet. Hoc jus Regum in ſacra perſpicue quoque probat* Cunæus de Rep. Hebr. lib. 1. c. 14. *& inter alia ait :* Quemadmodum NB. præfectura ſacrorum, ſummaque poteſtas, & judicium ad Reges pertinuit, ita NB. miniſterium, curatioque earum rerum ad Levitas, hoc eſt, ad Pontificem, ſacerdotesque. *Deinde hæc ipſius Maimonidis allegat propria verba :* Sancitum fuit, uti Pontifex maximus Regem veneraretur, & locum illi ſuum ad ſedendum cederet, atque ipſe ſtaret, ſi quando veniret ad eum Rex. *Et mox ex eodem Maimonide :* Præterea tanta Regis dignitas eſt, ut vel ipſe vates, quoties ei adeſt, in terram humiliter ſubmittat : quippe ſcriptum eſt, Nathanem Prophetam veniſſe coram Rege, & ſpecie honoris prono ore procubuiſſe in humum &c. *Ita Pontifices a Synedrio, ſummo illo Regum conſilio politico, damnari potuiſſe, poſt alios* Maimonides *teſtatur apud* Schikard. de jur. Reg. Hebr. cap. 1 Theor. 2. *Denique hoc jus divinum Principibus omnem in terra judicandi poteſtatem ſuo nomine dedit, eosque* (*non vero Clericos*) Deos *dixit, & quaſi ſuos vicarios fecit,* Pſ. LXXXII. 1, & 6. verb Dixi, (*Principibus ſcil. v.* 1. Dii eſtis. Exod. XXI. v. 6. & XXII. v. 8. 9. Sam. XXXIII. v. 13.

De jure divino novo, *Clericos civili poteſtati ſubeſſe debere, docet Apoſtolus ille gentium, & præcipit, ut omnis anima,* (*a qua voce excludi non poſſunt Clerici*) *poteſtati ſeculari, cui gladius commiſſus, cenſusque in ſubjectionis ſignum debitus dicitur, ſubjecta ſit,* Rom. XIII. v. 1. uſque ad verſ. 7. Tit. III. v. 1. *Quin imo idem* Apoſtolus, 2. Corinth. I. verſ. ult. *ut caveret ne vel ſuſpicio arrogandæ alicujus poteſtatis ex eo oriretur, quod dixerat ſe peperciſſe Corinthiis ; ſtatim conteſtatur, quod dictum id nolit, ut ipſis imperaturus, ſed ut ipſorum* συνεργος *adjutor, & adminiſter.* Petri *quoque Apoſtoli doctrina nihil clarius eſt, docentis,* 1. *quod omnis anima humanæ poteſtati,* ἀνθρωπίνη κτίσει, *ſubdita eſſe debeat, ſive Regi, ſive officialibus ejus* 1. Petr. II. v. 13. & 14. 2. *Quod hæc ſit Dei voluntas.* ibid. verſ. 15. 3. *Quod Regis* (*non Pontificis*) *ſit ſumma poteſtas.* d. v. 13.

Nec refutari meretur quod in c. 6. X. d. Major. *excipitur.* Ita & ſervis ſubjectos fore ſacerdotes, cum & ſervi ſint ἀνθρωπίνη κτίσις. *Nam additur ſtatim* (*quod Papa omittit*) ſive κτίσις illa Rex ſit, ſive alii magiſtratus. *Voce ergo illa intelligitur creatio in Regem, vel alium magiſtratum, non in ſervum : & ita quoque in ipſo jure canonico id explicatur in iis, quæ ſubjiciuntur* c. 28. cauſ. IX. q. 1. *Nec reliqua, quæ* d. c. 6. *dicuntur, relatu, aut refutatu digna ſunt. Sed & expreſſe idem* Petrus *omne imperium in gregem clericis prohibet in* 1. Pet. VIII. v. 2. & 3. *Apoſtolos denique, ac Servatorem ipſum, ſine ulla contradictione ſe ſubmiſiſſe ſeculari poteſtati,*

poteſtati, ſatis conſtat. Id ſane ipſi Canones teſtantur in c. 6 tributum 27. & c. 28. cauſ. IX. qu. 1., *ubi poſtquam aſſertum fuerat, magnum ſubjectionis documentum eſſe ſolutionem cenſus, additur* : Si cenſum Dei filius ſolvit, quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſolvendum ? *Poſt eam rationem quid opus eſt allegationibus aliis ?*

Jure gentium *quoque Clericorum illa ἀναρχία prodigii inſtar, & inauditum inter gentes eſt, aliquod hominum genus eſſe, quod civili imperio jure non ſubjiciatur, nedum quod in ſummas terrarum poteſtates arrogare ſibi poteſtatem auſum fuerit ; quodque pervagari orbem terrarum poſſit, nec tamen ullius loci magiſtratum agnoſcere teneatur. Gentilium utique ſacerdotes ſub poteſtate ſeculari fuiſſe, nunquam dubitatum eſt. De* Ægyptiis (*quos primos ſacerdotum, & ſacrificiorum Auctores* Herodotus lib. 2. c. 2. *laudat*) *eorumque ſacerdotibus refert* Diodorus, *quod cives ſuos diſtinxerint in ſacerdotes, milites, & operarios*, Bodin. lib. 3. d. Republ. cap. 8. *De* Hebræis *jam conſtat ex* §. 17., Macedones, *& variarum gentium Principes, qui Alexandrum Magnum comitabantur, dementem eum factum putarunt, ob honorem, quem ſummo Judæorum Pontifici Jaddoni exhibuit, & ſummopere id improbarunt ; ipſeque Rex teſtatus eſt, non Pontifici id factum, ſed Deo, qui ſibi apparuiſſet ſub veſtis illius imagine*, Joſeph. antiq. II. cap. 8. *Quicquid autem ſit de fide hujus narrationis, at gentium tamen uſus, & quam prodigioſum, incognitumque ipſis fuerit Pontificem honorari a Regibus, nedum poteſtatem in eos habere, ſatis inde oſtenditur. De* Græcis *patet, quod ſingulæ fere eorum civitates, ac populi, varia ſibi ipſis ſacra conſtituerint, iisque ex civibus ſuis aliquem ſacrificum præfecerint ; de quibus vid.* Jonſton. de feſt. Græc. *Quapropter & Romani ſacra græca per Græcos cives, ſua autem, & civium ſuorum per Romanos fieri curarunt*, Cic. orat. pro Corn. Balb. *Ita legibus XII.* tabb. *quæ a Græcis petita ſunt, ſacerdotum officia, ſacrorum jura, feriæ, & ſimilia definita fuere.* Cic. 2. de legib. Fragm. leg. 12. tabb. lib. 1. *De ipſis* Romanis *res nota eſt. Livius Pontificem maximum primo a Numa Pompilio Rege, & quidem ideo conſtitutum, ait, ne Reges ipſi ſacrorum miniſterio a bellis impedirentur.* Liv. lib. 1. hiſt. c. 20. *Et lis, quæ inter Pontificem maximum, & Flaminem Quirinalem interceſſit de cauſa religionis, primum in Senatu coram Tiberio acta, & ultro Pontificum ſententia arceſſita fuit.* Tacit. lib. 3. Annal. Adde Feneſtell. & Pompon. Læt. de ſacerdot. Rom. *Et de* aliis *gentibus* Cæſ. lib. 6. de bell. Gall. Berthault. in Floro Gall. Lib. 1. cap. 4. Germanos *nulla ſacrificia habuiſſe, refert* Cæſar d. lib. 6. *Sacerdotes tamen fuiſſe memorat* Tacit. de morib. German. ; *ſed qui inter proceres Franciæ habiti, & pars Senatus, miniſtrique ſilentii injungendi in curiis fuere :* Tacit. dict. loc. cap. 2. Trithem. in annal. paſſim. *Denique ſumma, quæ inter gentes unquam fuiſſe legitur, ſacerdotum dignitas ea fuit, quod ſecundum a Rege locum aliquando obtinuerint : uti de Tyrio ſacerdote Herculis proditum eſt ; nullibi autem, quod a ſumma poteſtate civili exempti fuerint. Quod non minus.*

Juri civili *contrarium eſt, quo ſacerdotes, & ſacra ſunt pars juris publici, quod ad ſtatum reipubl. pertinet*, §. ult. inſt. de juſt. & jur. l. 1. §. 2. ff. eod. *Sed & innumerabiles in eodem jure leges ab Impp. latæ ſunt de ipſa religione, ejusque doctrina, & cultu, de Eccleſiis, Epiſcopis, Clericis, Hæreticis &c., quæ continentur in 13. prioribus titulis libri I. Codicis, & Novellis quam plurimis. Ita Impp. eccleſiis quandoque capitationes, angarias, parangariasque impoſuerunt ; quandoque immunitatem conceſſerunt ;* Conf. l. 5. l. 7. l. 8. l. 11. C. SS. Eccleſ. l. 2. § 3. l. 3. l. 6. C. de Epiſc. & Cler. l. 2. C. de præp. ſacr. cub. l. 3. C. de Silentiar. Auth. Item nulla. C. de Epiſc. & Cler. quæ Friderici eſt &c. *legis formam, ac modum præſcripſere Epiſcoporum : ac Clericorum teſtamentis, contractibus, bonis, officiis, delictis, pœnis, & omnibus eorum juribus*, l. 13. l. 14. l. 15. & multis ſeqq. C. de SS. Eccleſ. l. 7. l. 8. l. 9. & plurim. ſeq. C. de Epiſc. & Cleric. & per Auth. ibi ſubjectas. *Quinimo expreſſe omnes Epiſcopos, Clericos, & Monachos urbis regiæ judicio præfecti Prætorio ſubjecere* in l. 33. §. 1. C. de Epiſc. & Cleric. *ita ut privilegii loco id quoque a Clericis habitum fuerit, ne traherentur ad inferiora tribunalia. Accedit, quod de legibus 12. tabb., quibus omnia ſacrorum jura definita, §. præced. diximus. Ut certiſſimum ſit, pleniſſimam diſpoſitionem de omnibus rebus, ac perſonis eccleſiaſticis fuiſſe penes Imperatores.* Add. l. 17. pr. mun. & hon. l. 8. pr. de vacat. mun.

Jure Canonico *ipſo non minus ſevere idem ſtatutum eſt, ne Clerici ab hac poteſtate ſeculari*

ri exemti sint. Quod patet ex c. Valentinus 13. dist. 63., *qui Canon desumtus est ex* Hist. Eccles. Theodor. lib. 4. c. 6., *nisi quod vox* necessario *male applicetur. Ita enim textus habet :* ἡμᾶς παρ' ἐκείνου γενομένους ἐλέγχους· ἀνθρώπους γὰρ ὄντας καὶ προσπταίειν ἀνάγκη ὡς ἰατρικὴν δεόμεθα θεραπείαν. *id est :* Et illius (*Episcopi eligendi*) monita; cum homines nos existentes labi quoque necesse sit, veluti curantis medicinam recipiamus : *Non vero dicitur, medicinam illam necessario suscipere Imperatorem. Ibi igitur Imperator, mortuo Mediolanensi Antistite, Episcopos evocat, alium Episcopum eligere jubet, atque ut dignum eligant vel ideo monet, quod & ipse, si ut homo peccet, ejus, ceu medici, correctioni ultro se submittere velit. Uti eodem modo Imperatores passim in jure seculari dicere solent : etsi legibus soluti sint, ultro tamen se legibus vivere, & principatum quoque iis submittere. Indubium igitur est, Episcopos hos sub potestate Imperatoris fuisse, in quos ipse citandi, jubendique, & modum electionis præscribendi jus habuit. Quod & agnoverunt Episcopi, & petierunt,* ut Imperator, quem vellet, ediceret; *qui vero ipsis illud injunxit. Denique electo, ut medico, qui ultro accersitur, non ut judici se pariturum. Summæ enim potestates etsi nemini nisi Deo immediate subjectæ sint; ultro tamen suis curiis, ac dicasteriis, legibusque a se latis, & animarum curatoribus a se constitutis, se, vel causas suas generose committunt. Pro hac doctrina Canon quoque expressus est in* c. Sacerdotibus 41. caus. IX. q. 1. *ubi petit Pontifex*, ut Imperator ex terrena potestate ita dominetur sacerdotibus, ut propter eum, cujus servi sunt, debitam etiam reverentiam impendat. *Et in* c. si quis 45. ead. quæst. 1. *clerici palam, cum in civilibus, tum in criminalibus subjiciuntur seculari judici. In* c. si tributum 27. d. q. 1. *manifeste dicitur* : si tributum petit Imperator, non negamus; agri ecclesiæ solvunt tributum. *Atqui illud certum signum esse subjectionis, docet Paulus* Rom. XIII. vers. 6. *docet Servator, cum ex eo quæreretur, an Cæsari census esset dandus : docet denique, & subjectionem Clericorum acriter inculcat* capit. 28. d. qu. 1. *cujus verba sunt :* Magnum est, & spirituale documentum, quo christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subjecti; ne quis constitutionem terreni regis putet esse solvendam. Si enim censum Dei filius solvit, quis tu tantus es, qui non putas esse solvendum ? *Eadem subjectio ostenditur ex* c. 9. ead. dist. 63., *ubi ex voluntate Serenissimi Principis ad sacerdotium accersiti dicuntur. Et ex* c. principali 15. ead. distinct., *ubi dicitur*, sacram, id est, epistolam clementissimi Principis præcepisse, Presbyterum, Diaconum, & Subdiaconum fieri debere. *Idem ex* c. 16. eod., *ubi Pontifex rogat Impp. Lotharium, & Ludovicum,* dignentur ecclesiam Reatinam Diacono dare. *Idem ex* c. seq., *ubi Pontifex ait :* Imperatorem, & Augustam, per litteras ipsi dixisse, quod debeat Episcopum facere, & se fecisse. *Item in* c. 17. ead. dist. *Pontifex rogatus a Comite loci,* ut Episcopum electum ordinaret, *se excusat*, quod sine Imperatoris consensu id non ausit, ne Augustalis animus durissime id percipiat : *& monet*, ut licentiam ab Imperatore, (*ut prisca consuetudo dictat*) obtineat. *Sic in* c. Agathoni ead. dist. *dicitur*, quod secundum antiquam consuetudinem cum Principis scientia, & jussione debeat ordinatio Pontificis pervenire *In c.* 24. ead. dist. *Pontifex Principem per litteras certiorem reddit*, quod vetuerit Episcopum male electum administrare, donec a sereniss. Dominis cognoverit, si hoc fieri ipsi jussissent. *Idem probatur ex* c. 25. ead., *ubi Principis potestas circa Pontificem, & alios præsules in Concilio Toletano asseritur exemplis B. Ambrosii, quod jam allegavimus, & B. Gregorii; adeoque non demum ex concessione, quæ Carolo Magno facta dicitur, cœpit. Et ex* c. 30. ead, *ubi a Ludovico concessa Pontifici dicitur Roma, & pars Italiæ; Populo Romano autem certa lege potestas ordinandi Pontificem. Habuit igitur Imperator potestatem in Pontificem, & clericatum juxta canones, & dum solam Pontificis electionem juxta* d. c. 39. (*quod nunc in medio relinquimus*) *transtulit, sequitur, quod omnem reliquam potestatem, cum in Pontificem, excepta electione, tum absolutam in reliquos clericos retinuerit. Licet autem a Pontifice quoque primum concessa dicatur Imperatoribus electio, & investitura Episcoporum (quod tamen, ut ex Concilio Toletano allegavimus, secus est) ea utique concessa iis est ut superioribus, adeoque superioritas iis jam competit dato jure eligendi.*

Jure quoque, & Decretis Conciliorum, *Episcopos, & Clericos sub seculari potestate fuisse, partim ex textibus* §. præced. [*quorum pars ex Conciliis desumta*] *partim aliis patet. Omnium instar esse poterit locus ex Concilio*

cilio *Turonenſi*, *quod ſub Carolo M. anno* 813. *habitum fuit: ubi ita ipſi Epiſcopi loquuntur:* Primo omnium admonuimus generaliter cunctos, qui noſtro conventui interfuere, ut obedientes ſint Domino excellentiſſimo Imperatori noſtro: & fidem, quam ei promiſſam habent, inviolabiliter conſervare ſtudeant. Lehm. Chron. 2. cap. 41. circa princ. *Ubi quoque refert formulam juramenti, quam præſtare Clerici ſolebant. Fuit igitur tota Synodus, omniaque ejus membra in poteſtate, & obſequio Imperatoris, ipſique fidelitatem juraverunt. In primis vero Conciliis quæſtio hæc ne quidem occurrit, quia eo tempore Epiſcoporum munus intra ſolos docendi, & ritus ſacros adminiſtrandi limites conſtitit, nec ullam poteſtatem abſque juſſu Impp. ſibi arrogarunt, aut horum jus in concilia, & Epiſcopos, in dubium unquam vocarunt: uti ex hiſtoria eccleſiaſtica, & aliis plus ſatis liquet.*

Atque inde etiam conſtat, quod ex inſtitutis, & uſu veteris eccleſiæ Epiſcopi ſub Principibus fuerint. Quin non Carolo demum a Pontifice id conceſſum fuiſſe; ſed diu ante, & diu poſt Carolum hanc poteſtatem Imperatoribus, ac Regibus Græcorum, & Francorum competiiſſe, plurimis exemplis ex Hincmaro, Greg. Turonenſi, Baronio, legibus Bavaricis, *aliisque quam plurimis luculenter oſtendit* Lehm. d. l. 2. cap. tot. & lib. 3. cap. 24. per tot. *Quibus inprimis addo teſtimonium magni illius Canoniſtæ juxta, ac ſummi Pontificis Innocentii IV., cujus in* c. ſi quis 2. n. 1. X. de Majorit. *hæc ſunt verba:* Sed quæres, quis exemit Clericos de jure Imperatoris, cum prius ei ſubeſſent. *En ipſum ſummum Pontificem, qui ſubjectionem Clericorum, non dicam, aſſerit, ſed tanquam indubiam ſupponit. Nec reſpondere ibi certi aliquid poteſt, ſed per tres reſponſiones fluctuatur. Adde & ea, quæ dicemus* infra §. 30. *Imo & Principibus quibuſdam Germaniæ poteſtatem olim in Eccleſiaſticis, & in Clericos competiiſſe, patet exemplo Ducis Bavariæ, qui ab Henrico Aucupe ea lege pacem accepit, ut retineret antiquo ſibi competentes inveſtituras Epiſcoporum ſui Ducatus,* Hiſt. eccl. p. 3. lib. 8. c. 12. *& Guntzonis Præſidis Alemannici ſub Sigeberto Auſtraſiorum Rege, apud* Lehman. Lib. 1. C. 16.

Decretis *quoque*, & conſtitutionibus *omnium Europæ fere populorum rejecta, devotaque eſt pontificia hæc poteſtas. In imperio noſtro publicatum eſt hujusmodi decretum anno* 1338. *quo læſæ majeſtatis crimen incurriſſe, & feloniæ reus ſtatuitur, juribus ſuis omnibus ipſo jure privatur, & corpore, ac rebus proſcribitur, quisquis pontificiam hanc poteſtatem aſſerere in imperio auſus fuerit. Integer decreti tenor extat* apud Lehm. Chron. lib. 7. cap. 17. Gold. Tom. un. imper. ad an. 1338. *Etſi verò* Onuphr. de Com. imp. c. 12. in fin. *antiquatum non longe poſt fuiſſe dicat; id tamen fictum, falſumque eſſe conſtat. Simile decretum factum fuit in Gallia ſub Philippo IV., apud eundem* Lehman. d. l. 7. cap. 10. *Aliud idem in Hiſpania ſub Carolo V.,* Thuan. ad ann. 1321. *Simile denique etiam in Anglia ſub Henrico VIII.,* Paul. Jov. Hiſtor. lib. 35.

De uſu Eccleſiæ ſub Imperatoribus quibuslibet, & horum in illam poteſtate, longum eſſet omnia referre, cum tota hiſtoria eccleſiaſtica id loquatur. Sub Romanis, & gentilibus Imperatoribus Epiſcopos Romanos privatos fuiſſe, nullamque poteſtatem habuiſſe, nemo, opinor, negabit. Græcos vero Imperatores quoque plenariam poteſtatem exercuiſſe in Romanum, reliquoſque Epiſcopos, Clericos, & Eccleſiam, oſtendunt leges illæ de doctrina ipſa, omnique jure eccleſiaſtico; & ſpecialiter de perſonis, officio, poteſtate, juribus, beneficiis, rebus &c. latæ, quæ & in codice Theodoſiano, & Juſtinianæo, præſertim tredecim libri primi titulis integris comprehenſæ, hodieque partem juris communis faciunt. Quis vero ferret Baronii frontem, qui alicubi ſimulat ſe iraſci Epiſcopis Græcis, qui Juſtiniano hoc permiſerint: quaſi vero ea juris parte ſolius Juſtiniani, & non omnium Imperatorum Chriſtianorum conſtitutiones eccleſiaſticæ inde a Conſtantino M. uſque ad Juſtinianum comprehenſæ ſint: quin quaſi ulli tunc hominum in mentem venerit, Clericos exemtos eſſe poteſtati ſeculari; & non ipſi Clerici, & Papa Romanus, pro ſummis beneficiis eas leges habuerint.

Videamus vero, an tum temporis Papa, & Clerus Romanus plus juris ſub Regibus Gothicis habuerint, & ſic fas ſit iraſci potentiæ Juſtiniani. Non tantum enim hi Reges Chriſtiani, quos valde laudat, & commendat Onuph. de Comit. Imp. c. 4. n. 4. & ſeqq. *Papæ, & Clero Romano, rebusque eorum, leges pro arbitrio dedere, quarum plurimæ hodieque extant apud* Caſſiod. lib. var. paſſ., & præſertim lib. 9. ep. 15. & 16., *ubi Rex legem præſcribit electioni Papæ. Sed & Theodoricus rex Johannem Papam Romanum Le-*

gatum ſuum miſit ad Juſtinum Imperatorem Græcum, qui Romam reverſus, Ravennatem ad Regem contendit, ut de cauſa legationis ad eum referret; Rex vero, cum rem ex ejus voto Papa non confeciſſet, eum in cuſtodiam miſſum enecuit, Paul. Diac. lib. 17. *Quin non Regi tantum, ſed judicibus inferioribus ſubjectus fuit univerſus Clerus Romanus, adeo ut cum poteſtatem ſuam durius in eum exercerent, flebili querela adierit Clerus Regem Athalaricum humiliter, obtinueritque pro ſummo beneficio, ut clerici prius coram Papa: & ſi ab eo res tranſigi non poſſit, tunc in foro ſeculari conveniantur: uti hoc privilegium eſt apud* Caſſiod. variar. lib. 8. epiſt. 24. *Taceo alia.*

De Francis quoque, ſeu Germanis Impp., quomodo in Pontifices Romanos judicium, poteſtatemque exercuerint, eos depoſuerint, conſtituerint, in eos animadverterint, hiſtoria profana pariter, & eccleſiaſtica abunde teſtatur; ſed ea prolixiora ſunt, quam pro inſtituto. Leges Caroli M., & aliorum de omni jure eccleſiaſtico, quæ Capitularia dicuntur, 7. libris exhibet Leuncl. de Legib. ant. *Aliorum plurimæ apud Goldaſtum, & alibi exſtant. Ut recentiore exemplo utamur, memorat* Aventinus de Boj. ann. lib. 7. f. 437. *quod ſuo tempore (ſcil. ad Kal. Sept. 1511.) Maximilianus I., & Rex Galliæ Ludovicus XII. Senatum Chriſtianum Piſam contra Julium II. Papam convocarint, pro reformatione morum univerſalis eccleſiæ, in capite, & membris plurimum collapſorum, ac emendatione criminum graviſſimorum, interiorum, continuorum, ac incorrigibilium, univerſalem eccleſiam enervantium; quæ fuiſſe ipſa verba, refert* d. l. *In quam rem quam graviter Moguntinus, & Trevirenſis Archicancellarii in Conſeſſu Electorali diſſeruerint, vide* Sleid. lib. 1. p. 20. & ſeqq. Sabin. de Elect. Carol. V.

Summis item inter Pontificios Theologis, Juriſconſultis, ac Politicis, *improbatam eſſe Pontificis, & Clericorum poteſtatem, prolixum eſſet recenſere. Quorundam eccleſiæ Doctorum eam improbantium ſententiæ in ipſum Corpus Canonicum relatæ, & antea allegatæ ſunt.* Petrus de Ferrariis Jctus in Pract. Pap. in form. Libelli. pro Act. Confeſſ. §. Plenam, & omnimodam Juriſd in princ. *ita ait*: In tantum excrevit appetitus jurisdictionum, quod nedum laici, ſed & ſummi ſacerdotes, & Clerici ſunt tali morbo, ac vitio penitus infecti; Vides enim, quod ipſe Papa, qui deberet tanquam verus Vicarius veſtigia ſequi Jeſu Chriſti, poſſidere, & armata manu detinere nititur juriſdictionem in terris, civitatibus, & villis, & locis, quæ ſunt naturaliter, & a mundi creatione, & Chriſti ordinatione Imperii Romani. Imo ipſe Papa in ipſum Imperatorem nititur ſuperioritatem habere; quod NB. ridiculum eſt dicere, atque abominabile audire, &c. *Idem* Nic. Boer. Deciſ. 69. n. 2. & 3. *cenſet, ac alios allegat; & inprimis Albericum teſtantem, a magnis viris ſe audiviſſe, cum Pontifici donata ſecularis diceretur poteſtas, vocem de cœlo auditam:* Hodie ſeminatum eſt in eccleſia Dei venenum aſpidum. *Non jam de geſti fide, ſed de ſententia eorum loquor, qui hoc vel retulerunt, vel finxerunt. Horrendæ ſane ſunt querelæ iſtæ, & voces, quibus hanc arrogantiam Romanam execrati, & deteſtati ſunt viri pii, Archiepiſcopus Salisburgenſis apud* Avent. de Annal. Boj. l. 7. fol. 420., *& Epiſcopus Tullenſis apud* Fund. l. 7. f. 440., *nec non* Abbas Urſpergenſis Chron. in geſtis Philipp. f. 235. *Plures enarrantur* a Matth. Dreſſ. in Millen. ſexto, tit. de martyr. & teſtib. verit. *Adſcribo ſententiam Cardinalis Mazarini, quam refert* Priol. de reb. Gall. lib. 10. in fin. *Nulli Pontifici jus in Reges, ſed paternum amorem eſſe debere. Et Senatus Gallici, quam exhibet idem* Priol. d. tract. lib. 6. *Non poſſe per bipartitam fidem Regi, ac Romano Pontifici pareri.*

Paci, & bono publico humani generis *quantopere hujusmodi poteſtas, & exemptio Clericorum contrarietur, uſus abunde docuit, & omnium adhuc luculentiſſime ob oculos poni poſſet. Sed mitto ea, & verba ſaltem prædicti Ferrarienſis*, d. l. p. m. 244., *ſubjicio*: Bene, & ſancte faceret Papa, ſi totam corporalem juriſdictionem in manibus Imperatoris remitteret: nec aliter unquam Respubl., & maxime Italia quieſcet: nec ulterius de Papatu tale ſchiſma, quale fuit, & eſt, ullo tempore amplius accideret; & ex hoc ſtatus univerſus Clericorum magis redderetur Deo, ac populo devotus: & ipſe Papa cum Cardinalibus viveret quietius, ac Deo devotius, & populo acceptius, & gratius.

Sanæ *denique* rationi *contrariatur, ut Clericatus eximatur ſeculari poteſtati, eamque ipſe induat: cum vicaria poteſtas nec major eſſe poſſit, nec alia, quam principalis, & committens. Servator ipſe, cujus vicario nomine officium ſuum Clericatus gerit, ſubjectus magiſtratui civili fuit, & nunquam ſibi ſumſit ſummum*

ſummum jus in Reges : An ergo plus poteſtatis eſſe poteſt in vicaria, quam in principali ? Imo ſemper ſedulo proſpexit Servator, ne officium ſuum ſecularibus miſceretur : nec ultra docendi, hortandique fines, ad vim, & cogendi, ſeu privandi quenquam, nedum Principes juribus ſecularibus, poteſtatem excederet. Cum adultera adduceretur, judicare noluit, ſed hortando ne amplius peccaret, dimiſit. Quoties diſcipuli poteſtatem aliquam petierunt, eos acriter increpando repulit ; & a regno ſuo ſollicite ſemper omne imperium, ac violentiam omnem ſegregavit. Ita enim Apoſtolis dixit : Reges terræ imperant ; vos autem non ſic. *En omnem poteſtatem regiam, quæ in jubendo, & vi coercendo conſiſtit, ab officio Apoſtolorum penitus remotam, eique imperium (cujus præcipua pars eſt, alii jus, & imperium ſuum auferre poſſe) directo oppoſitum, & ab eo prohibitum. Unde & Pilato Servator hoc ipſo probat : Regnum ſuum non eſſe mundanum, quod illud famulorum vi, ac manu non defendatur. Quæ eadem ratio eſt, cur Petrum gladio in hoſtes Chriſtum capientes uſum, tam graviter reprehenderit. Duo igitur iſta, imperium, & Apoſtolorum officium, directo invicem oppoſita ſunt : & ita ab horum officio penitus rejecta vis, imperium, coactio. Quod ſi ergo officio Chriſti Vicarius ejus ſuccedit, non poteſt eo imperium, vel coercitio, nedum facultas auferendi imperii contineri, quæ ipſe Servator a ſuo officio toties expreſſe removit, atque prohibuit. Cum enim Vicarius gerat vices ipſius committentis*, l. 16. ff. de Juriſdict., *concipi nequit, qui in Vicario officio plus poteſtatis eſſe poſſit, quam in ipſius mandantis ; cum nemo plus juris concedat, quam ipſe habet : Nedum qui poteſtas vicaria toto ſuo genere alia, & diverſa eſſe poſſit a poteſtate committente, directeque ei oppoſita ; cum delegantis, & delegati eadem ſit poteſtas : Et denique qui Vicarii Chriſti officium illud videri poſſit, quod Chriſtus expreſſe prohibuit, & a ſuo officio ſemovit. Eandem oppoſitionem Petrus quoque luculenter exhibet* 1. Petr. V, 2, *his verbis* : Paſcite gregem Dei, & inſpectionem non cum neceſſitate, ſed cum libertate exercete, non lucri, ſed affectus cauſa. Non ut prædominantes propriis, ſed ut exiſtentes exemplar gregis. *Iterum ergo hic ab officio paſcendi gregis dominatio, & imperium expreſſe removetur ; & hoc in neceſſitate parendi, ſeu coactione, illud in voluntatis affectu conſtituitur : id quod vetuſtiores, & meliores Canones ipſi quoque inculcarunt.* c. 1. & paſſ. diſt. 45.

Hæc cum certa adeo, immotaque ſint, ut integra fronte negari nequeant, quis credat Pontificem in re tanta ipſi Imperatori aſſerenda uſum fuiſſe rationibus adeo vanis, ac levibus in c. 6. X. de Major. & obed. *ut vix inanius quicquam fingi poſſit ? Uti cum* I. *ex eo, quod Deus fecerit duo luminaria magna, ſolem, ac lunam, infert, Papam Rege eſſe ſuperiorem. Vel* II. *id probat ex eo, quod Deus Jeremiæ, (non vero ſacerdotibus in Anathot, ut in* d. c. 6. *perperam refertur*) *dixit* : Ecce, conſtitui te ſuper gentes, & regna, ut evellas, & diſſipes, ædifices, & plantes &c. : *cum certum ſit, hunc Prophetam inopem, & cum ſacerdotibus ſub imperio Regis fuiſſe, nunquam vero poteſtatem in regna habuiſſe, vel exercuiſſe. Loquitur vero luculenter de vi prophetica, qua Jeremias tales diſpoſitiones &c. prædixit, non fecit. Item* III. *ex verbis ſacris* : Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices. *Deos enim ſacerdotes eſſe, ait, & nominari ante Principes, eoque, ait, ſuperiores eſſe.*

Tale eſt IV. *quod allegat*, ſpiritualia potiora eſſe ſecularibus : *Ita vero quilibet Ludimagiſter, cujus eſt præcepta pietatis inculcare, omnibus Regibus major, & ſuperior eſſet. Non vero hic quæritur, quæ poteſtas potior ſit, ſed cui illa competat ; Regi, an miniſtro ? Equidem in ipſa ſpiritualia nullius hominum poteſtas eſt ; atque adeo fruſtra quæritur, quæ potior. In eorum adminiſtratione vero Regis ſumma eſt poteſtas, Papæ miniſterium. Simile eſt* V. *quod in* c. 8. X. eod. *ex viſione* 4. *animalium apud Ezechielem* c. 1. *infert : Pontificem in* 4. *Patriarchas juriſdictionem habere.*

Nec ſolidius VI. *poteſtatem hanc inde probat, quod Servator Petro dixit :* Paſce oves meas. *Nam cum eſſe ſuas oves aſſerat, in eas jus, & poteſtatem non habet paſtor, ſed dominus : & in rem alterius nemini quicquam juris, poteſtatisque, nedum ſummum jus competit. Subditi itaque Regis quidem ſunt, ſed oves non ſunt paſtoris. Sed & aliud longe eſt paſcere gregem, aliud imperare, & cogere : paſcere oves, nihil aliud eſt, quam pabula, ſeu alimenta ovibus præbere ; id etiam ſuperiori inferior, minor majori, extraneus extraneo poteſt, etſi nihil juris, nullamque poteſtatem, nedum ſummam, in eum habeat ; at imperare non niſi ſuperior ſuis. Mancipium*

quoque doctum, & pium Regi barbaro hæc animæ pabula dare, at non imperio in eum uti potest Pascendi ergo vox nihil cum imperio commune habet, nedum summum significat. Quod & Petrus ipse egregie, & jam traditis convenientissime docet prædicto 1. Petr. V, 2. Pascite gregem Dei, non ut prædominantes propriis, sed ut existentes exemplar gregis: *quibus a pascendi munere omne imperium penitus removetur.*

Allegat quoque VII. locum ex Matth. 16. *ubi præcedit confessio Petri:* Tu es Christus, filius Dei; cui respondet Christus: Tu es Petrus, & super hac Petra fundabo Ecclesiam meam. *Quæritur, an fundare eam voluerit super Petro, aut super prædicta ejus confessione? Voluit, super Petro. Horrendum dictu, Ecclesiæ Dei fundamentum esse Petrum, esse hominem, esse peccatorem: cum constet fundamentum, & lapidem angularem hujus Ecclesiæ unice esse Christum, Filium Dei; adeoque hanc Petri confessionem, non Petrum: sed & quam vana sit ista successio Petri, dudum ab aliis demonstratum est: & omnino Apostolo tribuere certi loci Episcopatum, cui successerint alii, pugnat cum ejus officio, & Christi mandato:* Ite &c. *Nec dici potest, cur Romani potius, quam alii, vel cur Petro potius, quam Paulo successerint; sed hæc aliis.*

Idem infert ex verbis sequentibus: Quicquid ligaveris in terra, erit ligatum in cœlo; *& per hanc ligationem, vel obligationem, intelligi vult summum Imperium etiam in Reges terræ. Cum vero Servator idem quoque omnibus, quos misit, dixerit:* Quicquid ligaveris &c. *sequeretur, cuivis Diacono ut ligandi, ita Regibus imperandi potestatem competere. Verum ligatio illa nihil Imperii infert, nedum Imperii auferendi potestatem: sed Ligatio est obligatio ex delicto, seu peccato; quod uti solvi dicitur quando remittitur, ita ligari quando non remittitur, sed retinetur. Utrumque fit per declarationem sacerdotis. Atque hæc vel inde patent, quia quod apud* Matth. 16. v. 19. & cap. 18. v. 18. *dicitur ligare, idem apud* Joh. c. 20. v. 23. *dicitur peccata retinere: quod fit, ex tenore disciplinæ Ecclesiasticæ, judicando eum pro Ethnico, & Publicano, adeoque ex sorte cœtus divini; non autem juribus suis secularibus, quin territoriis, & imperiis eum exuendo. Nec aliter id explicat* Covarruvias in c. alma mater. De sent. excom. in 6. part. 1. n. 8. *sed & ita declaratur* Matthæi 18. v. 15. & seq., *ubi exposito,* qui frater delinquens corrigi debeat, ut si nolit, haberi ut Ethnicus, & Publicanus, *additur effectus hujus rei:* Quod qui ita ligatus sit in terra, ligatus quoque esse debeat in Cœlo. *Idque ostendit exemplum Ambrosii, qui Theodosium, cum 7000. homines innocentes occidisset, tantum templi aditu abstinuit, & ad pœnitentiam serio hortatus: non autem Imperio eum deturbare conatus est,* Theodoret. in hist. Eccles. trip. lib. 9. c. 30. Euseb. chron. lib. 11. c. 18.; *cum tamen Imperatori subjectum fuisse, ex ipso jure Canonico supra ostendimus. Neque vero ex hac ligatione executio Clericis in terra conceditur, sed Cœlo in allegato loco reservatur. Nulla igitur ex pascendi, & ligandi officio, potestas cogendi, & secularia jura adimendi, ostendi potest.*

Contrarium quoque videtur, quod est in c. 22. & 23. dist. 63. *Ubi Carolo, & Ottoni primum concessa videtur potestas eligendi Pontificis. Et* Baronius ad ann. 752. *urget Impp. hosce non jure proprio dedisse Episcopos, sed ex concessione sedis Apostolicæ; & erubescere debere mentientes politicos novatores, cum Ecclesias subjiciunt Regibus. Verum textum illum* in d. c. *spurium, & corruptum esse, Viros doctos dudum ostendisse constat. Et si vero integer esset; Resp.* I. *In os sibi ipsi contradicit* Baronius, *& contrarium ipse profitetur* ad an. 559. Sæpe, *ait,* a Regibus præsumtum est jus præficiendi Ecclesiis Episcopos hoc seculo (*loquitur de anno* 559.) tum in Occidente, tum Oriente: *quam impudentiam hominis notat* Lehm. Chron. lib. 2. c. 41. *Et* II. *plurimis exemplis ostendit, diu ante Principes hoc jus exercuisse,* d. c. 41 & lib. 3. c. 24., *ut* sup. §. 23. *allegavimus. Opponimus Baronio* c. 25. dist. 63., *ubi ipsum Concilium Toletanum hanc Principum potestatem ex eo deducit, & probat, quod a temporibus B Ambrosii, & B. Gregorii jam obtinuerit, ut itidem* supra §. 22. *diximus.* IV. *Opponimus Baronio ipsum Innocentium IV. Papam, qui in* c. 2. I. X. de Major. *tanquam indubium supponit, Clericos olim Imperatori subjectos fuisse, & dubitat quis eos exemerit: cujus verba apposuimus* supr. §. 21. V. *Posito, quod Principes jus ordinandi Clericos a sede Romana acceperint, pessime tamen inde Baronius infert, Clericos non esse subjectos Principum potestati. Nam & tempore Gentilium Imperatorum, Christiani sub Imperio Romano viventes, sibi ipsis antistites suos eligebant, nec tamen ideo desinebant esse in potestate Imperatorum Romanorum: jus enim eligendi antistites, si alii*

id

id competat, non tollit ſummam poteſtatem, a qua longe plura abeſſe poſſunt, ut tit. 1. *oſtendimus.* VI. *Eodem modo, ſi a Clericis conceſſa eſt illa poteſtas Imperatori, ei ut ſuperiori conceſſa fuit, ut diximus* d. §. 21. *uti Regi poteſtas quoque conceditur a civibus Regem eligentibus, qui tamen ſub ejus poteſtate ſunt.* VII. *Nec in* d. c. 2. *Imperatori, ſed Carolo M. tunc tantum Patricio, jus ordinandi Epiſcopos datum dicitur; id enim jus Patriciis alias non competebat. Scilicet per gradus ad Imperii faſtigium enixus eſt Carolus M. & primum ei Patriciatus poteſtas, deinde ordinatio Pontificis, ac inveſtitura Epiſcoporum datæ ſunt,* d. c. 22.; *demum Imperator factus omnia hæc ſuo jure in Italia perinde, ac in Francia potuit, & a Pontifice, atque Epiſcopis, veluti a ſubditis, Princeps adoratus fuit: uti rei ita geſtæ fidem demonſtrat* Lehm. d. l. c. 40. in fin. *Idque inde quoque evidens eſt, quod Patriciatus dignitas, adeoque & quæ ei tributa fuit electio Epiſcoporum, perſonale officium fuerit, non perpetuum, & ad hæredes tranſitorium. Cum vero filius Caroli M. pleniſſime jus inveſtiendi Epiſcopos jure ſucceſſionis habuerit,* per c. 30. Diſt. 63., *certum eſt, eum id non habuiſſe ex conceſſione Patris, tanquam Patricio facta, (quia illi dignitas morte patris extincta fuit;) ſed jure proprio Imperii, in quod ſucceſſit. Succeſſores igitur Caroli M. demum jus eligendi Pontificem Clericis Romanis, cum parte aliqua Italiæ, conceſſerunt, uti ipſi Canones tradunt* in d. c. 30. VIII. *Et quidem conceſſerunt ſolum jus eligendi Pontificis, eoque ipſo omnes inveſtituras reliquorum Epiſcoporum; & ſuperioritatem nunquam conceſſam, quinimmo expreſſe reſervatam,* (Vid. Lehm. chron. lib. 3. c. 24.) *indubie retinuerunt.* IX. *Sed & ipſum hoc jus, quod Carolingi primum dederunt Clero, poſtea reſtitutum eſt Ottoni in* c. 23. diſt. 63. *Denique* X. *falſum eſt, Carolo Patricio datum eſſe jus inveſtiendi Epiſcopos a ſolo Pontifice, cum a tota Synodo, quin a toto populo Romano id datum, dicatur in* d. c. 22. & c. 23.

Objiciunt etiam quod tempore Pipini, & Caroli, negotia quædam belli, & pacis Pontifex adminiſtraverit: imo quod Pipinum quoque Regem fecerit; quod & dicitur c. 3. Cauſ. 15. q. 6. *Sed* l. *ultimum hoc inprimis falſum, & impudens eſſe, ex hiſtoria ejus temporis conſtat: quæ docet, Francorum Proceres unanimi conſenſu Pipinum Regem ob ſocordiam Merovingorum optaſſe, ſed obſtitiſſe religionem juramenti, qua Regi ſuo obſtricti, & cujus æque, ac Regiæ auctoritatis Franci tenaciſſimi cultores fuerint. Hoc caput ergo de abſolutione a jurejurando, quod juris ſpiritualis habebatur, duntaxat delatum ad Pontificem, isque de eo conſultus fuit; qui ut erat Pipino devinctiſſimus, ita facile non modo in abſolutionem conſenſit, ſed & hortatus eſt Francos, ut eum Regem eligerent. Atque ita totam rem geſtam narrant* Petr. Berthault. in flor. Francic. lib. 2. c. 1., & Jean Serres Hiſt. ſous l'ann. 641. tit. Avances, ou appareil du règne de Pipin ſur la fin des Rois de la premiere race. *Item* Viterbienſis, & Ado ad an. 750. *Nimis ergo vanum, & frivolum eſt, quod Pipinum a Papa Regem factum jactatur, cum ſatis conſtet, ipſos Francorum Proceres Reges ſuos elegiſſe.* II. *Pontifex antiquo inſtituto eſt pars Senatus Romani,* Liv. lib. 1. c. 29., *& præcipuum membrum urbis Romæ. Et* III. *inprimis in ſummis ejus temporis neceſſitatibus, extremaque Italiæ vaſtitate, ac ruina, præcipua ejus erat auctoritas; ut nihil mirum ſit, maximi momenti negotia ad eum quoque delata, eumque conſilio, & facto, prout potuit, patriæ ſuccurriſſe.*

Denique regerunt, ſaltem jure humano, & plurium ſeculorum conſuetudine, boni publici cauſa Pontifici poteſtatem maximam, & ſaltim per indirectum etiam deponendi Reges competere. Huic temerariæ aſſertioni opponimus: I. *Falſum eſſe, humano jure circa Imperatorum, & Principum jura aliquam ipſi poteſtatem competere, ut hactenus oſtenſum.* II. *Jus humanum dici non poſſe, quod omnibus illis juribus, aliisque fundamentis contrariatur, quæ modo expoſuimus.* III. *Quod de conſuetudine dicitur, ei reſpondetur ex ipſis canonibus in* cap. Maſſana 56. X. de elect. Non id conſuetudinem eſſe, ſed corruptelam; *nec conſuetudinem eſſe, cui ſemper contradixere Reges, & Imperatores.* IV. *Ita ei, quod per indirectum ſaltim competat jus deponendi Reges, reſpondetur ex* c. 84. d. Reg. jur. in 6. Cum una via quid prohibetur, non debet id alia via admitti: *Et de verbis, non de rebus ita jus ſtatueretur. Sed & hactenus oſtendimus, nihil magis cum Pontificis officio pugnare, quam jus imperii alicui auferendi, in quod nullam poteſtatem habet.* V. *Quod Canonibus in* diſt. 63. & diſt. 96. &c. *Clerici ſibi ipſis tribuunt exemtionem, & poteſtatem in Principes, id nullius in propria cauſa momenti eſſe, nec in*

Principum præjudicium valere poteſt. Contra Clericos quidem Canones probant; ſed non pro ipſis, & in propria cauſa. VI. *Omnis illa poteſtas per excommunicationes, earumque incredibilem abuſum, (ut alias artes, & graviora taceam) uſurpata eſt; quæ quam parum bono publico conveniat, vidimus ſupra. Denique* VII. *quam erronea, injuſta, ac impia ſit hæc uſurpata exemtio, multis ſolide demonſtrat* Conring. de fin. Imp. cap. 10. & cap. 19. 20. 21. 22. 23.

Fabula illa de donatione Conſtantini M. notior, & vanior eſt, quam ut referri debeat. Invehitur integro in eam libro Laurentius Valla; *eamque ridet, & nervoſe vanitatem ejus demonſtrat* Alciat. lib. 7. Parerg. c. 19. *Quod momordit* Covarruviam, *qui ubique propriam cauſam agit; locus autem ejus occurrit* Variar. Reſol. lib. 4. tom. 2. cap. 16. n. 8. p. 337.

Certum igitur, immotumque eſt, ſub poteſtate civili, in omnibus territorii partibus, atque contentis fundata, etiam Clericos contineri. Unde omnino ſequitur, ſi duo ſint Principes, vel Domini, ejusdem territorii communis, & unus eorum Auguſtanæ Confeſſioni addictus, ſub ejus jurisdictione eſſe omnes illius territorii Clericos: quia fundatam habet poteſtatem pro ſua parte in omnes, nec Clerici ullo jure inde ſunt exemti.

Ad §. VI.

Facultas *ergo moralis civitatem gubernandi*] „ Per facultatem moralem Auctor intelligit facultatem legitimam, jure „ gentium approbatam, unde excludit facultatem tyrannicam.

Quæ poteſtatis civilis vocabulo nuncupari ſolet] „ Quæritur enim de poteſtate, quæ „ in civitate ſumma eſt.

Tribus rebus describitur] „ Imperfecta eſt „ hæc partitio, quia non continetur jus bellorum, utpote quod nulla ratione ſub judiciis comprehendi poteſt.

Additio.

„ Thucydides hic non partes imperii deſcribit, ſed naturam imperii, & quænam „ ſit ejus nota characteriſtica explicat: nimirum ſuis legibus, judiciis, & magiſtratibus, vel ut uno verbo dicam, ſuo „ jure uti; de qua quæſtione Auctor agit „ §. *ſeq.*

Quæ vere civitas ſit] " Quænam ſit vera „ civitas, vide §. *ſeq. & prol.* §. 21. *L.* 1. *c.* „ 1. §. 14. *n.* 1. *L.* 2. *c.* 9. §. 3. *n.* 1. & §. „ 8. *n.* 2. cœtus nimirum juris tuendi cauſa conſtitutus.

Suis utentem legibus] " Hac nota non facultas gubernandi, ſed jus ſummæ poteſtatis deſignatur; in eo enim conſiſtit ſumma poteſtas, ſuum bonum publicum ſuis „ legibus *immediate* tueri. B. Parens *Auton.* „ *J. G. c.* 8. §. 17. & *c.* 9. *per tot. Item c.* „ 13. 14. & 19.

Judiciis] " Vix enim eſt ut ſuis legibus uti „ videantur, niſi & ſuo magiſtratu, ac judiciis utantur, quia leges a magiſtratibus „ ſtatuuntur: *d. Auton. c.* 15. §. 4. ubi B. „ Parens late hoc argumentum perſequitur.

Magiſtratibus] " Recte Grotius *in not. h.* monet, verti id poſſe *vectigalibus*, tum quia vox „ græca dubiæ ſignificationis eſt, tum quia „ judicia jam ſupponunt magiſtratum. Equidem aliquando civitatibus, quæ mediate „ ſuo jure, ſuisque magiſtratibus utuntur, „ hæc facultas proprio ærario utendi concedit, *d. Auton. c.* 15. §. 5.; ſed tunc ſuperior cenſum aliquem exigere poteſt. *ibid.*

Ariſtoteles tres facit partes in adminiſtranda republica] " Imperium, quod continet „ poteſtatem ſuo jure, ſuiſque legibus vivendi, juxta *Ariſtotelem* conſiſtit in „ conſultatione de rebus communibus, „ in cura legendorum magiſtratuum, & „ in judiciis: juxta *Dionyſium Halicarnaſſenſem*, in jure magiſtratuum creandorum, in jure decernendi de bello, & pace „ &c. *Auctor* diſtinguit inter ea, quæ ſumma poteſtas ipſa facit, & quæ per alios: „ *illa* verſari, ait, vel circa univerſalia, condere ſc. leges, vel circa particularia; ea „ que vel directe publica, ut fœdera facere, bellum gerere, vectigalia imponere: „ vel privata, quo refert judicia. *Hæc* expediri, ait, aut per magiſtratus, aut per „ alios curatores, legatos &c. Quæ ſingula „ examinabimus in mox notandis.

„ *B. Parens* tres partes neceſſarias conſtituit imperii: aliam enim eſſe poteſtatem „ *legislatoriam*, aliam *judiciariam*, aliam *deliberatoriam*. *Vide ſupra Prop. II.*

„ Nos dicimus, duas ſaltem eſſe partes civilis *poteſtatis*, omnemque facultatem gubernandi civitatem abſolvi 1. defenſione „ jurium civitatis, 2. jure agendi omnia, „ quæ ad ſalutem civitatis pertinent. Ex hoc „ duplici fonte enim omnia jura imperii ſequun-

„ quuntur, uti id late demonſtravi *in Diſſ.* „ *proœm. XII.* §. 631.

De rebus communibus] " Rectius de re- „ bus, quæ ad ſtatum publicum pertinent.

Curam legendorum Magiſtratuum] " Sc. „ inferiorum: ſumma enim poteſtas omnia „ agere ipſa nequit; adeoque per alios quæ- „ dam adminiſtrare debet.

Et judicia] " Sc. privata; nam publica „ comprehendit ſub rebus communibus.

Ad primam autem partem] " Quæ ver- „ ſatur in pubiicis conſiliis.

Refert deliberationem de bello, pace, fœde- ribus] " Hæc omnia enim ad ſtatum pu- „ blicum pertinent.

De legibus] " Sc. de iis ferendis, vel „ abrogandis.

Addit de morte &c.] " Abſque publico „ conſilio enim nemo morte, aut exilio pu- „ niri, aut bonis privari poteſt.

Et repetundis] " Ariſtoteles non de hoc „ crimine agit, ſed de rationibus repoſcen- „ dis: adeoque de reſiduis; utrobique ta- „ men eadem eſt ratio.

Judicia publica] " Ex quibus cuique ex „ populo pœnam lege publica conſtitutam „ perſequendi jus eſt, *l.* 6. *l.* 8. §. 1. *injur.*

Cum prius] " Judicia privata ſunt, qui- „ bus actor quod ſibi debetur perſequitur, „ §. 10 *Inſt. jur.* Apud Romanos primus Tul- „ lius publica judicia a privatis ſeparavit. „ Ipſe quidem de criminibus ad rempubli- „ cam pertinentibus cognovit; in privato- „ rum vero cauſis judices privatos conſti- „ tuit, quibus leges a ſe latas ut regulas „ præſcripſit, quas in judiciis, & rebus de- „ cidendis ſequerentur.

Jus magiſtratuum creandorum] " Adeo- „ que jus judiciorum.

Jus decernendi de bello, ac pace] " i. e. „ jus defendendi ſubditos contra vim ex- „ traneorum, & jus bellum illud per pacem „ finiendi.

Alibi addit quartum, judicia] " At hoc „ ſub jure legendi magiſtratum continetur; „ ideo enim conſtituitur magiſtratus, ut jus „ dicat.

Alibi adjicit curationem ſacrorum] " Id „ jam continetur ſub jure legum condenda- „ rum, de quo mox.

Et convocationem comitiorum] " Nam con- „ vocantur comitia, ut de rebus belli, & „ pacis, conſultatio fiat: adeoque hoc jus ſub „ jure decernendi de bello, & pace, jam „ comprehenditur.

At ſi quis recte partiri velit] " Imo nulla „ priorum partitionum adeo confuſa eſt, & „ minus rem expedit, quam hæc, quæ ab „ Auctore proponitur, cujus compendium „ modo exhibuimus.

Nam qui civitatem regit, eam partim per ſe, partim per alios regit] " Summa pote- „ ſtas non omnia per ſe regere poteſt, ſed „ quædam per alios adminiſtrare ſolet.

Circa univerſalia verſatur, condendo le- ges] " Leges enim ad omnes pertinent. „ Quanquam id fallat in legibus particulari- „ bus, i. e. privilegiis.

Tam circa ſacra, quam circa profana] „ Status publicus duo continet, vel jura „ circa ſacra, vel jura circa profana, ſeu „ ſecularia: utraque pertinent ad facultatem „ gubernandi civitatem, quod ſolide expli- „ cavit B. Parens in diſputatione *de ſumma* „ *poteſtate;* poſtquam enim originem ſummæ „ poteſtatis in genere demonſtravit, ita per- „ git §. 7. *& ſeq.*

Prima ergo ſummæ, & Dei vicariæ pote- ſtatis, quam modo oſtendimus, cura ipſius cultus divini ſacris moderandis, conſtituen- diſque *continetur. Id enim primum jus eſt, quod vult, & flagitat divinus naturæ auc- tor, ſe ſc. coli: propter quod hominem ipſum condidit, eumque ſecularibus, & pri- vatis juribus dotavit. Et illud ergo jus pri- mario quoque tuendum vicariæ ſuæ poteſtati injunctum voluit, qua proinde omnino pote- ſtas circa ſacra continetur.*

Poteſtas ergo hæc eſt poteſtas exequendi jus Numinis, quod ad ipſius cultum ſpectat: non autem diſponendi de illo jure, uti nec de aliis partibus juris naturæ, utpote quod jus depen- det a voluntate Numinis. Hæc autem volun- tas diſpoſitioni humanæ non ſubjacet. Duo ergo hic ſunt diſtinguenda: 1. poteſtas con- ſtituendi, & adornandi in republica, ſeu ci- vili vita, cultum Numinis, quæ eſt pars po- teſtatis publicæ, & concernit ſtatum eccleſiæ externum: 2. ipſe cultus, qui expeditur per perſonas rite ad id conſecratas; cum enim res ſacra profanetur quando miſcetur uſibus pro- fanis: etiam perſonæ, per quas cultus ſacer expeditur, ſegregari debent ab uſibus ſecula- ribus, & ſacris devoveri.

In hoc ergo jure, ſeu cultu nulla eſt po- teſtas unius præ alio, ſed nudum miniſterium; atque adeo omnium hominum æqualis con- ditio, quia omnes æqualiter Numini ad cul- tum tenentur. Hic igitur cultus, ejusque ex- peditio, conſtituit ſtatum eccleſiæ internum,

& *in illo demum, non in externo, seu politico Servator cultoribus suis aufert omnem potestatem, eosque opponit potestati politicæ, quando ait:* Reges terræ potestatem habent; vos autem non sic. I. e., *in rebus politicis est potestas Regum; in jure autem, & cultu Numinis, quem vos profitemini, non sic: seu in eo vobis potestas nulla est.* Matth. XX, 25. Marc. X, 42. Luc XXII, 25. *Unde & respectu illius unum esse magistrum, patrem, & dominum, alibi testatur.*

Ad cultum Numinis quoque spectat cognitio ejus, ac doctrina, sine qua coli nequit; adeoque & interpretatio doctrinæ, quæ proinde itidem potestati humanæ non subjacet. Reliquorum ergo omnium cura ad potestatem politicam spectat; quo proinde pertinet vocatio ministrorum, pœna excommunicationis, & banni spiritualis, & omnis jurisdictio sacra, administratio bonorum, quicquid ad legem diœcesanam, aut jurisdictionis spectat.

Solent autem Principes hanc circa sacra potestatem aliis committere, qui Pontifices maximi dicuntur: uti olim de Hebræis constat, & Romæ Numa Pompilius Pontificem maximum ex patribus legit, eique omnia sacra, publica, & privata, exscripta, exsignataque attribuit. Liv. 1. c. 20. Aurel. *in* Numa Pomp. *&c. addit. Livius* d. l. *rationem*, quia videbantur plures Romuli, quam Numæ similes reges fore, ipsique ituri ad bella, & ita futurum ut sacra deserantur.

Unde patet a quibus, & quo jure hic Pontifex maximus Romæ constitutus sit, & quod ex primæva sua constitutione dependeat a summa potestate, de qua loquimur. Patet itidem, quæ ipsius in eligendo Imperatore partes fuerint, atque auctoritas, sc. quatenus fuit pars Senatus; dicitur *enim* d. l. *a patribus lectus: hi enim, etiam translato in orientem imperio, simul concurrebant in jure eligendi. Eodem modo pars quoque hujus potestatis committi potest iis ipsis, qui ministerium gerunt, ut in Consistoriis formatis. Nihil enim impedit, quo minus diversi generis officia in eandem personam concurrant; secularis autem administratio his non convenit.*

Huc quoque, veteri gentium instituto, ob religionis affinitatem referuntur justa funebria, & quæ eo pertinent, Liv. d. l. *licet proprie ejus loci non sint.*

Sequuntur in statu publico jura secularia, *& ipsius civitatis; quæ proinde itidem ad tuitionem summæ nostræ potestatis pertinent,* per supra tradita: *sc. cum summus naturæ arbiter ad suam gloriam meditandam, & admirandam, voluntatemque suam exequendam fecerit homines; ea fuit benignitate, ut ne quasi gratis, sed eo felicius id peragerent, propriis quoque bonis, & juribus non tantum ad utilitatem, sed & ad voluptatem eos cumulaverit: & tum jus in universam terram, ejusque bona, tum in proprias actiones, quibus duce ratione rerum utilitates, & jucunditates sibi applicare possunt, eis concesserit; de quibus proinde juribus suis ipsi homines disponere possunt: cum hoc ipsorum jus nihil sit aliud, quam legitima facultas de rebus suis disponendi. Horum ergo jurium tuitio itidem ad summam hanc potestatem Numinis, quod homini ista jura concessit, vicarium pertinet: quæ potestas summa, cum ad expeditiorem ejus executionem universa hominum societas in plures civitates subdivisa fuerit, singulis civitatibus, iisque, qui civitatibus præsunt, competit.*

Consequens ergo est, ut qui se, & jura sua communi civitatis potestate salva velit, ea in civitatem conferat, ejusque potestati summæ submittat; cui proinde jus in ea competit superius, quatenus necessarium est, aut expedit ad securitatem, & felicitatem tum publicam civitatis, tum privatam civium.

Quatenus eorum cura ad civitatem pertinet] "Cum res sacræ non sint a natura, „ quippe quæ eas liberas ad hominum usus „ condidit, sed tales fiant ex dispositione, „ & facto hominum ad usus divinos dedi„ cantium, merito quærit B. Parens *in* „ *Disp. de Evoc. Sacr. Sect.* 2. §. 20., cui „ jus consecrandi eas competat? Et simul „ his verbis respondet:

Etenim in rebus sacris tres actus *distinguendi sunt:* votum, separatio ad usus sacros, & consecratio. l. 2. per tot. ff. de Pollic. *Priores duo actus privati sunt, & a quolibet patref., qui liberam rerum suarum administrationem habet, quin & a filiof., qui bona adventitia extraordinaria saltem habet, exerceri possunt.* d. l. 2. §. 1. junct. l. fin. C. de bon. quæ lib. Nov. 117. c. 1. §. 1. *Et voto quidem persona tantum obligatur; separatione autem res desinit esse in bonis ipsius, at sacra nondum est.* d. l. 2. *Consecrationis autem actus publicus est, & summi adeo Imperii, ut traditur in* l. 6. §. 3. ff de Rer.div. *ibi:* Sacræ res sunt hæ, quæ publice consecratæ sunt, non private. *Et in* l. 9. princ. ff. eod. tit. Loca sacra ea sunt, quæ publice sunt dedicata, sive in civitate

vitate sint, sive in agro. *Est enim actus, quo res eximitur, atque interdicitur hominum commercio, quod summæ, & legislatoriæ potestatis est: unde non tantum in sacris publicis, sed & privatis requiritur auctoritas summæ potestatis civilis; adeo ut si quis privatum, & sua sibi auctoritate sacrum constituerit, id sacrum non fiat, sed maneat profanum, ut dictum in* §. 8. de Rer. Div. & in l. 6. §. 3. ff. eod. tit. *Atque id evidenter docet* l. 9. §. 1. ff. eod. tit. *ibi*: Sciendum est, locum publicum tum sacrum fieri posse, cum Princeps eum dedicavit, vel NB. dedicandi potestatem fecit.

Ut nihil adeo adversetur textus in §. 8. eod. tit., *ubi sacræ res dicuntur, quæ per Pontifices rite Deo consecratæ sunt. Et quod Ovidius canit*, fast. 1. Templa sacerdotum rite dicata manu. *Etenim illi ipsi sunt, quibus Princeps dedicandi facultatem dedit, ut* Livius lib. 1. cap. 20. *præclare docet: Regem Pontificem fecisse, eique sacra omnia exscripta, exsignataque attribuisse &c. Atque hinc additur in* d. l. 9. §. 1. vel dedicandi potestatem fecit. *Princeps enim Imperium omne exercet, non per se, sed & per alios, seu aliorum ministerio: atque adeo, uti profana per Magistratus, seu officia secularia, ita sacra per sacerdotes, seu officia Ecclesiastica exercentur. Qua ratione omne jus publicum, quod jus summi Imperii est, dicitur consistere in sacris, in sacerdotibus, in Magistratibus*, l. 1. §. 2. ff. de Just. & Jure. *Hinc nihilominus tamen & ipsemet Rex Numa plurima sacra obivisse, dicitur*, Liv. d. c. 20. *Ita & sub Republica consecratio facta non fuit, nisi jussu populi a Consule, vel Imperatore, præeunte Pontifice Maximo, præsante carmen velato capite*, Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 14. *ubi addit*: Injussu populi, juxta divinas traditiones, consecrari ædem, terram, agrum, sanciri nil poterat. *Deinde*, etiam in templi consecratione jussum Senatus, & majorem partem Tribunorum plebis intervenire oportuisse: idque ad populum latum, & a plebe scitum fuisse, *refert* d. cap. 14. princ. *Adeo omne hoc jus perpetuo a potestate summa civili pependit, etsi ejus delegatione exercitium fuerit penes Pontifices, adeo ut quædam sacra non potuerint nisi per Pontifices exerceri: uti in Republica Hebræorum omnia per sacerdotes ad hoc consecratos fieri necesse fuit: quod & ipsum a Principe Reipublicæ, Legislatore Mose ita sancitum fuerat.*

Minus recte vero ait Grotius de I. B. & P. l. 3. c. 5. §. 2., *& sequuntur passim ejus interpretes*, Res sacras revera non eripi usibus humanis. *Imo usibus humanis ereptæ sunt plenissime: & ipsum est quo discernuntur a profanis, quæ usibus humanis inserviunt. Humani enim usus illi sunt, qui ad vitæ humanæ indigentias pertinent, & opponuntur usibus divinis, seu sacris, qui ad usum cultus divini spectant: ut proinde nihil aliud sint usus humani, quam usus profani, quibus res sacræ penitus exemtæ sunt; & ita recte dicuntur esse nullius in* §. 8. de Rer. Div. & l. 6. §. 2. ff. eod. tit., *quia res nullius opponuntur ibi rebus, quæ in patrimonio nostro sunt, ut patet ex* princ. Inst. eod. tit., *& clarius ex* l. 1. princ. ff. eod. tit., *ubi dicitur*, quod divini juris est, id nullius in bonis esse: *in bonis, id est in commodis, seu usibus humanis*, arg. l. 49. ff. d. *V. S. Recte ergo dicitur non, esse nullius, sed nullius in bonis*, §. 10. de Rer. Div. d. l. 1. pr. &c., *quibus restringuntur textus generales, ubi nullius dicuntur*, arg. l. 147. ff. de Reg. Jur. l. 99. §. f. de Legat. 3.

Certissimum igitur est, homines quidem jus proprium quoque habere in res sacras, & religiosas, perinde ut in res profanas: & illas hominum esse, cum populi, tum privatorum; sed quoad usus sibi vernaculos, sc. sacros, & religiosos, non profanos.

Architectalis] „ Leges enim sunt basis, & „ fundamentum reipublicæ, cui tota respu„ blica superstruitur.

Aut directe publica] „ Quæ non nisi jure „ majestatis fieri possunt: atque ideo nec „ jure directo a majestate separari, nec in „ alios transferri possunt. *Vid. B. Par. jus „ publ. c.* 21. §. 5. *& seq.*

Aut privata quidem, sed quatenus ad publicum ordinantur] „ Quo refert judicia, quæ quidem privatorum saltem causas decidunt, attamen ob publicam utilitatem introducta sunt.

Aut pacis, belli, fœderum] „ Imo has „ actiones non semper per se peragit Impe„ rans, sed per alios.

Aut res, ut vectigalia &c.] „ Sine quibus „ bellum geri nequit

Et si quæ his sunt similia] „ Quo pertinent „ omnia regalia, sive majora, sive minora; „ de quibus *Vide B. Par. Jus publ. c.* 20. „ *&* 21.

In quibus comprehenditur & dominium eminens] De dominio hoc eminenti integram,

& prolixam dissertationem scripsit *Boecler de dominio eminente ad Grot. l. 1. c. 1.* At si dicendum quod res est, non nisi improprie, & abusive hoc nomine Imperium designatur. Imperium enim, & dominium in sensu proprio maxime invicem differunt. Nam 1. Dominium est domini causa : imperium populi, ac civitatis. 2. Dominus abuti re sua potest, eoque nemini injuriam facit, *L. 21. ff. Mand.* Id autem pugnat cum sacrosancti Imperii rationibus, ac finibus. Etsi igitur non diffiteamur, dominii vocem latiori, & improprio sensu etiam pro Imperio accipi posse, & quandoque solere, nec si ita accipiatur magnopere nomini repugnamus; tamen cum ex verborum significatu res explicentur, & consequentiæ inferantur : nihil proclivius, sed & nihil, in re tanta inprimis, periculosius est, quam nativi sensus consuetudine seduci, & insensibiliter quoque ad erroneas conclusiones, atque a justi Imperii finibus ad dominii fines deflectere. Specimen ipse Grotius in *L. 2. c. 6. & 7.* dedit in regnis, de quorum ipse proprietate, usufructu, patrimonio disputat; & profana hæc privati juris nomina rei sanctissimæ, non significandæ, sed corrumpendæ pessimò abusu adjungit : ut istis locis videbimus. Vid. indicem voce *dominium eminens*, & speciatim infra §. 12. Tutius itaque omnino est, rem suo nomine, *Imperii* scilicet, exprimere; id enim genuino usu, ac proprietate omnem potestatem magistratus complectitur. *L. 215. ff. V. S. Liv. L. 1. c. pen & pass.*

Additio.

„ Auctor *jus naturæ*, quatenus in qualitate morali perfecta ad aliquid juste habendum, vel agendum consistit, facultatem appellavit *supra l. 1. c. 1.* §. 4. Eamque dividit in *vulgarem*, & *eminentem*, *d. c. 1.* §. 5., atque hanc posteriorem facultatem vocat *dominium eminens.*

„ Auctor igitur per dominium eminens nihil aliud intelligit, quam *jus communitati competens in partes*, & *res partium*, *NB boni communis causa*, *d.* §. 5., vel uti hic explicat, *dominium*, *quod civitas habet in cives*, & *res civium*, *ad usum publicum.* Unde duo necessario Auctor requirit, 1. utilitatem publicam; 2. ut si uni jus aufertur, reparatio fiat ex publico. *l. 2. c. 14.* §. 7. & 8. *l. 3. c. 20.* §. 7. & §. 52. Ex quibus apparet, dominium eminens Grotio esse veram partem legitimi imperii : adeoque eum hactenus censuram non mereri; at verum tamen est, tutius esse a voce *dominii* ob abusum abstinere. Vide supra *l. 1. c. 1.* §. 6.

Ad usum publicum] „ Hactenus ergo nihil iniqui significatur per dominium eminens. At vox *dominii* huic sensui repugnat.

Id est civilis, & consultatrix] „ Quasi jus leges condendi, & tollendi, non itidem, & magis ad artem civilem, seu consultatricem pertineat.

Privata sunt res controversæ] „ Imo jus constituendi magistratus, & judicia, pertinet ad jura publica, & referri solet inter regalia majora, *B. Par. jus publ. c. 23*, §. 13. Etsi objectum judiciorum sint res singulorum : nam & legum objectum sunt res singulorum privatæ.

Quas publica auctoritate dirimi, publicæ quietis interest] „ Singularia privata enim ante descripsit, quæ privata quidem sunt, sed in publicum ordinantur.

Quæ per alterum expediuntur] „ Distinxit Auctor inter ea, quæ imperans per se gerit, & quæ per alios. At dictum est, nec bella geri, nec leges condi per Imperantem, sed per Duces, & consiliarios, at nomine Principis. Atque hoc sensu judicia quoque per alium expediuntur, sed nomine Principis.

Aut per magistratus] „ Atqui diremtionem rerum controversarum inter singulos antea retulit inter ea, quæ imperans per se regit; adeo sibi non constat.

Aut per alios curatores] „ Atque bella quoque per curatores tales geruntur; & tamen ea Auctor retulit ad publica, quæ Imperantes per se agunt.

In quibus sunt & legati] „ Legationes enim non per Principem, sed per ejus ministros expediuntur.

His ergo in rebus consistit civilis potestas] „ Dixi jam, vitiosam, & confusam esse hanc partitionem : Neque *civilem potestatem* absolvi distinctione in ea, quæ vel ipse gerit, vel per alios; Sed ad duplicem regulam omnia jura summæ potestatis referri posse, demonstravi in *Dissert. proœm. XVI. cap. 6. Sect. 4.*

Ad §. VII.

Auctor hic tractat quæstionem, quandonam vere sit summa potestas? Naturali ratione res ita se habet :

Pro-

PROPOSITIO I.

Summa potestas vel omnibus inhæret, vel pluribus, vel uni. Aristot. 3. pol. 7. Joseph. c. App. l. 2. *Pluribus vel ut corpori inhæret, vel ut singulis: Illa indivisim est in toto corpore, hæc tota in singulis personis; Unde plures monarchæ ejusdem regni esse possiunt.*

DEMONSTRATIO.

Diximus §. præced., summam potestatem natura cohærere toti humano generi, eoque diviso singulis populis. His jam variis modis ea potestas inhærere potest, quos politici Doctores fere omnes ad tria capita referunt: indeque omnem reipublicæ statum vel popularem, vel aristocraticum, vel monarchicum statuunt. *Vid. inf.* §. 8. *n.* 8.

At merito hæc opinio refellitur, quia innumeræ possunt esse variationes; adeoque dicimus, summam potestatem vel I. inhærere *omnibus*, ut in statu populari: atque hic status naturalis est; civitas enim talis idem jus habet, quod antea totum humanum genus habuit. Vel II. *pluribus*, quod varie fieri potest; aliquando enim vel inhæret pluribus *ut corpori*, uti in statu Aristocratico, ubi singuli non habent potestatem, ne quidem pro parte, sed totum demum corpus tanquam unum spectatum; quod alibi demonstrabitur plenius (Non magis ergo uni procerum inhæret summa potestas, quam uni membrorum principis; sed in toto corpore residet. Per corpus autem intelligimus societatem plurium personarum in unum corpus imperii causa collectarum:) vel ut *singulis*, uti si duo, vel tres sunt Cæsares; quod in imperio Romano contigisse, ex codice Justinianæo apparet. Hic summa potestas penes singulos in solidum residet, adeoque revera tres sunt summæ potestates; de cujus rei effectu in propositione sequenti agetur. Vel III. *uni*, sive ille Dux, sive Rex, sive Imperator vocatur; & hic status dicitur Monarchicus. De mixtura status infra agetur.

PROPOSITIO II.

Summa potestas dupliciter intelligi potest, 1. quæ omnibus aliis est superior: 2. qua nulla alia est superior, etsi par sit: illa *omnia suo jure facere potest;* hæc *non potest, sed nec quicquam sine illa.*

DEMONSTRATIO.

Diximus in præcedenti Propositione, summam potestatem aliquando pluribus inhærere, non *ut corpori*, sed *ut singulis*: & tum penes unumquemque summam potestatem esse in solidum. Instare aliquis posset, hoc modo non esse summam potestatem, quæ ab alio impediri posset. At notandum omnino est, *summum* duplici sensu sumi posse I. pro tali potestate, quæ omnibus aliis superior est, adeoque quæ omnem paritatem excludit: & hoc sensu non nisi unus Monarcha esse potest, & hic omnia suo jure solus facit, nec ab ullo alio impediri potest, quia nec parem, nec superiorem habet II. Pro tali potestate qua nulla est superior, etsi par sit; hic Monarcha nihil facere potest altero contradicente: nam utrique quidem summa potestas æqualiter competit, & ex asse (quia individuum quid est imperium, adeoque ubi est, est in solidum; eodem modo uti servitus, quæ sua natura individua est, in singulis est in solidum. Adeo ut unicuique jus condendi leges, jus gerendi bella &c. in solidum competat); sed exercitium per concursum alterius impeditur. Adeo ut invito altero nihil agere possit; quia alias alter, cum æquale jus habeat, contrarium statuere posset: & sic duo jura æqualia colliderent. Accedit, quod in pari causa melior sit conditio prohibentis.

Atque hæc distinctio etiam in aliis materiis obtinet; sic enim verba *primus*, vel *proximus*, itidem duplici sensu sumi possunt: 1. pro eo, qui omnibus aliis *prior*, vel *proximior* est: 2. quo nihil aliud est prius, vel proximius, etsi plures æque primi, & æque proximi adsint. Adeoque posteriori sensu plures primi, vel proximi dari possunt. Proinde si duo metam simul attingant, præmium, quod *primo* promissum est, utrique debetur. Legatum *proximo* hæredi relictum ad omnes pertinet, qui in eodem gradu sunt *L.* 2. §. 4. *ff. Societ. & legit.* Atque hoc sensu imperium Occidentis, & Orientis, non duo imperia, nec duæ Monarchiæ fuere; sed unum imperium, cujus administratio saltem fuit divisa inter duos. Nam leges communi nomine latæ, & promulgatæ fuere. Unde Roma utriusque regni urbs vocatur, teste Symmacho apud Prudentium. *Add. Sigon. de Imper. occid. L.* 2. *ad an.* 289.

Hinc etiam duæ veræ summæ potestates esse possunt, etsi inæqualiter: Uti id olim obtinuit in Cæsaribus, quos Augusti adoptare solebant. Augusti enim omnia soli, Cæsares nil nisi eorum consensu facere potuerunt, adeoque in concursu Augusti præferebantur. Quin exemplum est in Diocletiano, qui

Cæsarem ob res contra Parthos male gestas duo milliaria ante currum ligatum duxit. *Vid. inf.* §. 11. *Insto*, hoc modo quilibet magistratus summam haberet potestatem: quia & hic omnia agere potest, non contradicente Principe. Resp. Hi potestatem suam non habent proprio jure, sed ex concessione Principis; Cæsares autem jure proprio summam habebant potestatem. Hinc *Tacitus* ait, Augustum Cæsares in proximo sibi fastigio collocasse; & *Aurelius Victor in Trajano* ait, similes fuisse summa potestate, non cognomento. Illustratur hæc res quam maxime exemplo potestatis domesticæ: Pater, & mater habent æqualem potestatem in familiam, intuitu v. g. liberorum; at in concursu, patris potestas præfertur. *L. 1. ff. rer. amot.* Eadem ratione Augusti, & Cæsares æquali gaudent potestate, respectu habito ad subditos; at comparati inter se, Cæsares cedunt Augustis. *Conf. jus publ. nostrum c. 8. §. 27.*

Sed & hodieque id obtinet in regibus Romanis (qui in Cæsarum locum succedere, *d. jus publ. c. 8. §. 28. & c. 7. §. 17.*) Ita enim legimus, Ferdinandum I, qui fuit frater Imperatoris Caroli V, & Romanorum Rex (Imperatore rebus Hispanicis impedito) Comitia in Germania habuisse, & leges condidisse, non tantum ex mandato fratris, sed & ex jure proprio. Unde in Rec. Imp. de an. 1557. §. 87. formula exstat: *In Krafft Ihro Kayserl. Maj. uns gegebener Vollmacht, auch von uns selbst als Rœmischen Kœnig. Vid. jus publ. d. c. 8. §. 52.*

Neque his obstat etymologia vocis *Monarchæ*, quæ a μόνος, *solus*, originem ducit. Non autem est solus, qui pares, & æquales habet; nam vox μόνος *unum* significat, & *solum*. Priori sensu una potestas ad plures æqualiter pertinere potest: & tunc una illa potestas penes unumquemque est in solidum, & quilibet est Monarcha. Sed & si voce *monarchæ* solus denotetur, certum est, denominationem illam desumtam esse ab eo, quod plerumque fit. Denique inter omnes constat, a voce ad rem non valere argumentationem.

Additio.

„ Quæstionem hanc: *quænam sit vera summa potestas*? late examinavit B. Parens in „ *prodromo juris gentium Ex. 2. §. 74. &* „ *seq.* ubi ita differit.

In genere quidem tres reip. formæ simplices sunt, & admitti possunt: quia necesse est ut summa potestas vel sit omnium, vel unius, vel plurium; quæ ultima species perperam ad optimates restringitur, cum multo pluribus modis fieri, ac variari possit Conf. Polyb. Hist. lib. 6. c. 1. & seq. *Sed & ex pluribus, quin omnibus formis, misceri, & contemperari summa potestas potest: eamque omnium optimam laudarunt veteres; & prout legibus mixta, & temperata, ita jus, & justa, quin & suo sensu regularis, non monstrosa est Respublica. Et sunt adeo quam vanissimæ cum lites istæ, quibus se mutuo exagitarunt Limneus, & Reinkingius: tum rationes, quibus depugnarunt; & tota res vel ex natura facultatis plana, ac liquida est.*

Inprimis igitur natura facultatis, sed suo ordine, & loco, cum id maximi referat in jure naturæ demonstrando, explananda erit. Aliquid tamen & hic præstruendum est.

Duplex nempe facultas homini a Deo, seu natura concessa est: una in suas cuique actiones: altera in res suas; per Pos. 5. n. 1. & 2. *Prior a persona, cui inhæret, natura inseparabilis est, ac in se individua: altera cum re dividi, & transire potest ad alios.*

Inprimis vero ea facultatum natura est, ut eadem plurimis simul concessa, nemini in solidum competere possit, sed concursu invicem necessario restringant, & impediant. Ita si plurium sit de eadem re statuendi facultas, uno quid asserente, alter pari facultate id negare potest: unde cum hæc contraria simul stare non possint, constat, nihil actum esse; sequitur ergo hoc casu nihil statui posse, nisi omnium voluntate, vel nemine saltem contradicente, fiat. (Conf. l. 3. §. 5. ff. de Adq. pos.)

Hinc ergo eædem sunt naturæ, quæ juris Romani regulæ. 1. Si uni semel data, vel quæsita fuerit plena rei facultas; alium amplius concurrere non posse: seu ut solet exprimi, meliorem esse conditionem occupantis. 2. Si plures simul concurrunt in re dividua, concursu pares fieri; & sic cujusque de sua parte statuendi potestas erit. 3. Si in re individua, quæ partes non admittit; nihil actum intelligitur, nisi omnium voluntate. Unde 4. regula: in tali concursu meliorem esse conditionem prohibentis.

Si igitur in unum Principem translata est summi imperii potestas, ille solus de republica statuere potest: si in plures, omnium voluntas, & consensus requiritur; per ante tradita. *Et tamen summa æque Principis est potestas, ac si solus esset; idque ipsa voce summi significari, facile ostendi potest.*

Etenim hæ voces, summus, primus, proximus, *usu, & proprietate sua significant eum*,

eum, quem nemo antecedit: ut constat ex l. 2. §. 2. & §. 4. ff. de suis & legit. l. 52. ff. de V. S. *Princeps vero, etsi pari potestate status concurrant, non habet superiorem. Ejus igitur in statu quoque mixto verissime, ac proprie summa est potestas;* d. l. 2. §. 2. & 3. 4. *Hinc summus, primus, proximus est, non tantum qui omnibus aliis est superior, prior, proximior; sed & quo nemo alius est superior, prior, proximior, seu quem nemo antecedit, etsi alia par potestas concurrat. Ita* Cic. de clar. orat. cap. 47. *inquit:* duobus summis, Crasso, & Antonio L. Philippus proximus accedebat.

Inhæret autem summa potestas vel personæ, *vel* corpori. *Si* corpori, *omnium una tantum summa potestas, quasi unius personæ est,* (conf. l. 2. ff. Quod cuj. univ.) *nulla singulorum,* infra §. 83. *Neque hæc fictio civilis est, sed veritas naturalis, nempe ex pacto; etsi enim revera plures diversæ personæ sint, cum tamen quod de re sua statuunt, naturam, & effectum juris habeat,* per pos. 6.; *sequitur, si legitime convenerit ut plures rempublicam communiter, instar unius personæ, gerant, eorumque decreta perinde vim, effectumque juris habeant, ac si ab uno, v. g. Principe facta fuissent; ita ut convenit, natura jus erit: & sic in populari statu, totius populi una est summa potestas.*

Quodsi ergo plures sint personæ, quibus incumbit summa potestas, interest, corpus *inter se faciant, an ut* singuli *spectentur; utrumque enim fieri potest. Ita in imperio Romano olim fuere tres viri Principes, Augustus, Antonius, & Lepidus: fuere deinde sæpius tres Augusti, quorum exempla in Codice Justinianæo passim, maxime circa tempora Theodosiorum occurrunt: uti Gratianus, Valentinianus, Theodosius in* l. 1. C. de Mandat. Princ. l. un. C. de Senat. Conf. & alii, ut in l. 3. l. 4. C. de off. Præf. Urb. l. 6. l. 7. l. 11. C. de off. Rect. prov. l. 1. C. de off. Civ. jud. l. 3. & seqq. C. d. Def. civ. l. 24. l. 25. l. 26. C. de Procur. &c. *Tres priores in unum Triumviratus corpus, societate inter se facta, coierunt,* D. Cass. lib. 46. in fin. & lib. 47. Sueton. in Octav. c. 8. in fin. c. 13. c. 27.; *atque ita instar unius personæ fuere: & una saltem omnium potestas, nec nisi unum summum eorum imperium,* per §. 81. 82. *Tres vero Augusti ita concurrebant, ut singulorum personis inhæreret summa potestas; atque tot essent summa imperia, quot personæ: & totidem Augusti; quod in* rubricis DD. L. *expressum est hac nota* A A A. *Primum exemplum fuit sub Trajano;* Aur. Vict. de Cæsar. in Traj. Inductum, *ait,* in remp. ut duæ, vel plures summæ potentiæ essent. Et D. Cass. L. 53. paulo post med. *de tribus Augustis agens:* semper, *inquit,* unus eorum si quidem duo, vel tres Imperatores sunt, summum Pontificatum gerit. *Inde de Dioclet. & Maxim. Augustis ex* Paneg. Mamertini, *utrique dicta, refertur apud* Sigon. de Imp. occid. lib. 1. ad ann. 289. & 290. Geminata inde Majestatis Augustalis præsentia omnium animos defixit &c. *Et mox:* Duplicato majestatis numine. *Quo patet, quam procul aberret a ratione* Carpz. de leg. Reg. cap. 13. n. 10. 11. *ubi putat, Majestatem non admittere parem potestatem; & tum delabitur ad absurdos illos semisses potestatis, ac secum contendit.*

Multum vero re quoque interest, plurium personis, *an* corpori *inhæreat potestas. Nam* I. *si personis, tot, ut dictum, sunt potestates, quot personæ: ut in tutoribus.* (Conf. l. tres tutores 55. ff. d. adm. tut.) *Si* corpori, *una omnium: ut in Collegiis, per* §. 81.82. (Conf. l. fin. ff. de Colleg. & corp.) II. *Priore casu, summa potestas inest cuique singulorum in solidum,* per §. 82; *in altero, una toti corpori, singulis nulla, per* §. 81. *Hinc* III. *Ibi remanet status monarchicus: hic fit oligarchicus, vel popularis. Prius perspicue expressit* D. Cass. d. l. *ubi cum assereret, imperium Romanum usque ab ævo Augusti fuisse Monarchicum, addit:* Unius enim dominatio verissime dicitur, etsi aliquando duo, vel tres simul rerum potiti sint. Porro IV. *In prima specie singuli nunquam faciem subditorum gerunt: in altera semper. Et hinc* V. *priore casu omnium voluntas requiritur; altero, major pars sufficit. Etenim* VI. *in primo genere, cum singulorum est summa potestas, unusquisque de republica statuere potest; verum si cæteri, vel unus saltem eorum contradicat, nihil agitur;* per §. 93. (Conf. l. 7. §. fin. ff. de Curat. fur.) *In altero autem non singuli, sed corpus statuit; cujus uti non nisi una est potestas, ita non nisi una voluntas: quæ, si membra ejus dissentiunt, alia intelligi non potest, quam majoris partis;* vid. §. seqq.

Et satis sua huic discrimini constat ratio: perpenso, quod in altero casu, ubi corpus quid agit, singuli conveniunt ad hoc negotium agendum, & peragendum; quod proinde cum hactenus consentiunt, jure, & valide geritur: in altero autem unus v. g. rem agit,

qui ſolus agere non poteſt ; & proinde in ſe id validum non eſt. Igitur in prima ſpecie, qua ſingulis data eſt ſumma poteſtas, uno contradicente, deficit omnium & facultas, per §. 83., *& voluntas ; quia qui ſolus ſtatuit, hoc animo eſt, quod ſperet reliquos id ratum habituros : quippe qui ſcit, alias non valiturum. Quod ſi ergo eam ſpem fallat unius ſaltem contradictio, totum actum irritum illa reddit. At in altera (ſcil. cum ſumma poteſtas corpori ineſt) nec facultas deficit, quia corpus, quod poteſt, rem geſſit ; nec voluntas, quia ſtatuendi animo convenere, atque adeo ſtatutum quid voluere : etſi quidam non adſint. Supereſt ergo ſaltem, & quæritur, ſi ſinguli diſſentiant, quid corpus ipſum ſtatutum velit ? idne, quod major pars voluit, an quod minor ? Et naturali rationi conſentaneum eſt, ne in eodem comparationis genere major pars cedat minori ; ſed ut e contrario, minor majori.* (conf. l. 54. ff. de judic.) *Igitur ſi aliud lege publica definitum non fuerit, conſenſus majoris partis erit voluntas totius corporis, etſi non omnium de corpore* (Conf. Pac. Osn. art. 5. §. 52.) *Et ne e aliter exitum res univerſitatum invenirent : & ſi tum quæreretur, quæ pars ſanior, nunquam res decideretur ; ſed ſemper eadem lis, & quæſtio, quæ ante deliberationem fuit, ſcil. quoduam, & pluribus eſſet ſanius, in infinitum recurreret, niſi pars major litem dirimat.* Vid. Grot. lib. 2. c. 5. §. 17. & ibi all.

Unde & illud evincitur, ſi æquata ſint utriusque partis ſuffragia, rem in ſtatu, in quo eſt, & ante conſultationem fuit, remanere ; quia iſte alterari niſi omnium, vel majoris partis voluntate, non poteſt. Unde ſequitur, paribus calculis reum abſolvi ; qui calculus Minervæ, id eſt, juris naturalis dicitur : de quo Grot. d. c. 5. §. 18. & ſeq.

1 *Summa autem illa dicitur, cujus actus alterius juri non ſubſunt*] Hæc definitio ſummæ poteſtatis vera non eſt. Dixi enim, ſummum duplici modo ſumi poſſe : 1. quod omnibus aliis ſuperius eſt, adeoque quod alterius voluntatis humanæ arbitrio irritum fieri non poteſt : 2. quo nihil aliud ſuperius eſt ; atque hoc poſteriori ſenſu actus ſummæ poteſtatis alterius voluntatis humanæ arbitrio irritos reddi poſſe, diximus : quod non tantum exemplis plurium Auguſtorum, ſed & in exemplo Auguſtorum, & Cæſarum probavimus.

Hinc diximus 1. monſtroſum non fuiſſe imperium Romanorum, cum duo, vel tres Auguſti fuerunt ; ſed una Monarchia, unumque imperium, & una ſumma poteſtas fuit, poſteriori nimirum ſenſu. 2. Unam ſaltem Monarchiam fuiſſe diviſo imperio in Orientem, & Occidentem, quia diviſio hæc ad adminiſtrationem ſaltem pertinuit ; unum autem fuit imperium, & una ſumma poteſtas : at pariter in ſenſu poſteriori. 3. Unum Imperium, Monarchiam unam, unamque ſummam poteſtatem eſſe Auguſti, & Cæſaris, etſi adminiſtratio Cæſaris ſuſpenſa ſit in tempus mortis Auguſti. *Vid. J. publ. noſtrum c. 8. §. 27.*

Ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio] „ Dictum jam eſt, id non impedire ſummam „ poteſtatem. Nam ſi plures ſunt æque „ ſummi in eadem civitate, alter irritum „ actum alterius poteſtatis facit, non tan„ quam ſuperior, ſed ex natura æqualitatis : „ tum quia eadem facultate, qua alter aliquid „ vult, alter id nolle poteſt : tum quia in „ cauſa communi melior eſt conditio prohi„ bentis. Sed & alibi vidimus, ex pacto quo„ que actus ſummæ poteſtatis alterius arbi„ trio ſubeſſe poſſe, neque inde aliquid ma„ jeſtati decedere.

Cui voluntatem mutare licet] Si ſcil. ſolus eſt. Nam facultas ejus agendi tunc a nemine, nec ab æquali, reſtricta eſt : adeoque nulla obligatio ita agendi in eo eſſe poteſt, utpote quæ diverſas ſupponit perſonas, inferiorem, & ſuperiorem. Eadem igitur facultate, qua Monarcha talis aliquid ſtatuit, eadem iterum id mutare poteſt. Secus in ſumma poteſtate poſteriori ſenſu (qui pluribus quoque convenit) ſumta ; ibi enim uti ſtatuere unus ſine altero nihil poteſt, ita ſemel ſtatutum non niſi utriusque voluntate mutari poteſt.

Ut & ſucceſſorem] Nam ſucceſſor æque eſt ſumma poteſtas, cujus facultas a nemine reſtricta eſt, ſi ſolus eſt : adeoque ille quoque leges ab anteceſſore ſtatutas tollere poteſt ; quia eadem poteſtate gaudet. Quatenus vero ſucceſſor actus anteceſſoris irritos reddere poſſit, late explicatur *L. 2. c. 14. §. 10. ſeq.* Utrumque, quod de tollendis, & mutandis legibus dictum eſt, pertinet tantum ad leges civiles ; nam leges naturæ immutabiles eſſe, ſupra vidimus : adeoque harum intuitu facultas agendi ſummarum poteſtatum a ſuperiore, ſc. Deo, reſtricta eſt.

Ut viſus commune ſubjectum eſt corpus] Falſa hæc eſt comparatio : 1. quia viſus ſolum

lum in oculis eſt, ſumma poteſtas in toto corpore. 2. Corpus, & oculus ſimul agunt; at ſumma poteſtate translata in Principem, civitas nihil amplius agit, omneque jus ejus deſinit. Sed & 3. falſum eſt, Principi competere ſummam poteſtatem tanquam membro corporis (quod foret, ſi eſſet id, quod oculus eſt ratione corporis); ſed omne jus corporis in eum translatum eſt.

Ita ſummæ poteſtatis commune ſubjectum eſt civitas] „ Quatenus ſingulis imperat.

Quam perfectum cœtum eſſe, ſupra diximus] " Vid. proleg. §. 21. & L. 1. c. 1. §. „ 14. n. 1. *Adde infra* L. 2. c. 9. §. 3.

2 *Excludimus ergo populos, qui in alterius populi ditionem conceſſerunt*] " Hi enim jus „ ſuum imperii in alium transtulerunt: ad- „ eoque ſummam poteſtatem ipſi non habent. „ Jus enim ſummæ poteſtatis civitati tunc „ competere dicitur, quoties ea jure pro- „ prio, ſuis legibus, judiciis, ac magiſtra- „ tibus utitur, adeoque omnia agit e re ſua, „ & *ſuo voto*. B. Par. in Auton. I. G. c. 13. „ 14. & 15.

„ Is ergo populus, qui alterius poteſtati „ ſubjectus eſt, etſi ſuo jure, ſuis legibus, „ ſuiſque judiciis uti poſſit, eis non utitur „ jure proprio, ſed e re, & ſententia ſupe- „ rioris, *d. c.* 15. §. 1. & 7. Idem prolixius ex- „ emplis demonſtrat *B. Par. d. c.* 15. *c.* 16. „ & 17. ſpeciatim exemplo Judæorum. *Conf.* „ *c. ſeq.* §. 7. *n.* 5.

Quales erant Provinciæ Romanorum] "Re- „ digere enim in formam provinciæ nihil aliud „ eſt, quam leges domeſticas adimere, & „ Romanas dare. *Sigon.* I. *Antiq. jur. Ital.* „ 26. Vid. late hac de re B. Parens *in Au-* „ *tonom. Jur. gent. c.* 13. 14. & 15. *im-* „ *primis c.* 15. §. 18. & *ſeq. item c.* 16.

Non per ſe civitas ſunt, uti nunc quidem eam vocem ſumimus] " Sed cum imperio, „ & ſumma poteſtate.

Sed membra minus digna magnæ civitatis] Ex quo enim civitas libera bello ab alio populo libero devicta in victoris poteſtatem, & ditionem tranſiit, ejuſque Imperio ſubjecta fuit; ita alterata eſt priſtina ejus conditio, ac libertas, ut jam illa civitas non amplius ſit, prout ante fuit, res populi victi, ſed res victoris. Etſi ergo ante belli exitum duæ fuerint diverſæ civitates liberæ; noviſſima tamen victoria, vel deditione, qua altera in alterius poteſtatem redacta eſt, concrevere in unum corpus civitatis, quod totum eſt in patrimonio publico ſolius victoris, non utriuſque: nec ulla pars ejus in patrimonio publico victi; cum populus victus publica ſua libertate armis exutus, deſierit habere ſuam rempublicam, & ſubjectus ſit imperio, ſeu Reipublicæ victoris: uti privatus in ſervitutem datus, deſinit habere ſuam rem privatam, & ſubjicitur dominio alterius, §. 2. *de Jur. perſ. l.* 4. §. 1. *ff. de ſtat. hom.* Unde hujuſmodi civitates, intuitu ſuperioris habentur privatorum loco. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 17. *ff. de Verb. ſignif.* Non eſt igitur niſi una civitas, & una respublica, quæ componitur ex populo victore, ſeu imperante: & populo victo, & alteri ſubjecto; licet enim terris diviſi ſint, eo tamen non dividitur corpus civitatis: quemadmodum ipſa civitas libera, ſeu ſuperior, ideo una eſſe non deſinit, quod terrarum ſpatiis diviſa, atque in plures urbes, & quaſi habitationes diſtincta ſit, ut vidimu *in dict. Autonom. Jur. gent. cap.* 9. §. 4. & *ſeqq.*

Unde jam ſequitur, civitatem armis victam jure gentium immediate fieri partem civitatis, cui acceſſit, membrumque ejus immediatum, etſi non æquo jure illi unita ſit. Quod inde primum patet, quia una tantum civitas eſt, adeoque omnes ejus partes unius civitatis immediata membra: quippe ex quibus totum civitatis corpus immediate componitur; totum enim unius generis eſt id, quod ex partibus ejuſdem generis conſtat: atque hæ partes immediate conficiunt, & conſtituunt ſuum totum. Præterea populus victus non eſt amplius per ſe civitas, ſed unice pars alterius; Ergo non poteſt intelligi civitas mediata, quæ per ſe nulla eſt. Immediata autem civitas dicitur, non quod ipſa quoque ſit per ſe civitas; ſed quia per eam nihil intelligitur aliud, quam pars alterius civitatis: eodemque ſenſu civitas dicitur, quo & ſuperioris civitatis partes regionibus, vel urbibus diſtinctæ, civitates dicuntur, *d. cap.* 9. §. 4. & *ſeqq.*; quæ ratione ſuperioris privatorum numero habentur, *d. l.* 15. 16. & 17. *de V. S.* Porro civitas, cujus tota forma conſiſtit in libertate publica (*Vid. Auton. I. G. cap.* 6. §. 1. & *ſeqq.*), hac jure armorum ademta, amiſit cum ea propriæ civitatis ſpeciem, & cepit formam, ac ſpeciem meræ partis, alia civitate ſuperiore comprehenſæ. Itaque ut reliqui privati civitatis ſuperioris cives eidem immediate ſubjecti ſunt (*Vid. Auton. I. G. Cap.* 8. §. 4. & *cap.* 9. §. 8): ita & civitas victa; quia & illa ei jure belli ſubjecta,

&

& privatorum loco est, *d. l.* 16. *ff. de V. S.* Enimvero cum ante debellationem illa indubitato fuerit libera, eoque immediata civitas, per tradita *in Auton. I. G. c.* 8. §. 4. & 5. & *cap.* 9. §. 8. & 9: victoria novissima autem cum omni hoc suo statu cesserit victori; idem nunc erit status ejus immediatus in servitute, qui fuit ante in libertate: ita ut quæ antea liberæ hujus civitatis membra fuere immediata, jam talia sint civitatis superioris; quia omne illud jus publicum civitatis, quod ante fuit in populo victo, jure victoriæ cum omni sua conditione, & statu publico transiit in populum victorem: idemque adeo ipsi jam est civitas superior, quod ante fuit propria: eademque in jure, ac statu publico conditio; ut quemadmodum pridem cives immediate vixerunt suæ civitatis legibus, ita nunc immediate legibus superioris: nec minus nunc sint membra immediata superioris civitatis, quam antea suæ; quippe cum hæc tota jure belli in illam transfusa, eique quasi, ut loquuntur, incorporata sit. Denique cum debellata civitas non habeat amplius rationes a victore separatas, quantum ad jura publica civitatis, nulla est civitatis ratio intermedia, cujus intuitu illa mediata videri possit: uti est in tertia specie, quæ hoc unice respectu mediata dicitur, de qua *cap. seqq.*

Cæterum, ut jam sæpius monuimus, hæc est victæ civitatis conditio ratione status sui publici; quia novissima victoria non nisi libertas publica tollitur, & quædam servitus publica hactenus inducitur: ut jam non possit populus iste ex sua voluntate, & lege, bonum civitatis suæ publicum constituere, sed a victore legem accipiat. At singulorum civium libertas privata jure victoriæ non tollitur; nisi & bello, vel prælio capti, aut alio ex sensu servi facti fuerint: ut dictum *in Aut. J. G. cap.* 2. *in fin.* Etenim etsi tota gens bello victa sit, non tamen omnes bello capti sunt. Publica libertas bello victis ablata est: privata bello captis. Enimvero gens per victoriam ultimam debellata in momento quasi victoriæ transit tota in potestatem, & imperium victoris: adeoque exuit cum libertate publica hostem, quippe qui esse nequit, nisi populus liber. *l.* 24. *ff. de capt. & postlim.* Exinde igitur cives nec amplius occidi, nec in servitutem redigi jure belli possunt, quod cum ultima victoria exspiravit; sed nisi ante, & scil. vel ultimo, vel superioribus præliis capti fuerint, manent, ac tuendi sunt cum bonis suis in eo statu privato, quo tum sunt: quia in isto momento ex hoste fiunt cives, & subditi: & Princeps victor ex hoste magistratus legitimus, cujus est tueri cives, non occidere, non in servitutem trahere, spoliare &c. sed imperium jam, & jus pacis, non belli, in eos exercere. Ita apprime ad rem Cicero, *lib.* 1. *de offic. post princ. Parta victoria*, inquit, *conservandi sunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt.* (cum his enim non jure hostium, sed reorum agitur; nec vis iis infertur, sed pœna) Et mox subjungit: *Hanc justitiam a Romanis ita cultam fuisse, ut ii, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recepissent, eorum Patroni essent more majorum. Vid. Auton. J. G. cap.* 13. §. 5. *Disp. de Jur. Vict.*

Hoc maxime declaratur exemplo dedititiorum, qui liberi tamen fuere, etsi eorum pessima omnium esset conditio, §. *fin. de Libertin.*, quia non tantum gens, & civitas, seu id quod publicum est, sed & singuli homines, & res singulæ debebantur. Id notabiliter *Polyb. in Excerpt. Legat. cap.* 142. docet, & rem ita exponit: Οἱ γὰρ δεδόντες αὐτὸς εἰς τὴν Ρωμαίων ἐπιτροπὴν, δίδόασι πρῶτον μὲν χώραν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, ἢ πόλεις τὰς ἐν ταύτῃ. Σὺν δὲ τούτοις ἄνδρας καὶ γυναῖκας, τὰς ὑπάρχοντας ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ταῖς πόλεσιν ἅπαντας: ὁμοίως ποταμὸς, λιμένας, ἱερὰ, τάφους, συλλήβδην· ὥστε πάντων εἶναι κυρίους Ρωμαίους, αὐτὸς δὲ τὸς δίδόντας ἁπλῶς, μηκέτι μηδενός· i. e. *Qui se dedunt in Romanorum arbitrium, dedunt primum regionem, quæ eorum fuit, & urbes in ea; Cum his vero viros, & fœminas existentes in regione, & urbibus omnes: similiter fluvios, portus, sacra, monumenta in universum; ut Romani omnium essent κύριοι, dedentes se vero nullius amplius.* Ita Campani cum a Samnitibus bello pressi subjicere se Romanis vellent, nec hi eos ideo reciperent, quod societas sibi cum Samnitibus esset, se in deditionem ipsis obtulerunt hac formula: *Quandoquidem nostra tueri adversus vim, atque injuriam justa vi non vultis; vestra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina, humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, dedititii vestri passuri.* Liv. Lib.

Lib. 7. cap. 31. Quæ formula fere respondet Polybianæ, qua Carthaginenses se dedere compulsi fuerant. Desumta hæc sunt ex Autonomia nostra juris gentium *c.* 13. §. 3. *usque ad* §. 7.

Additio.

„Ex ultimis lineis præmissis apparet, „hostes victos, vel deditos non tantum publi„cam, sed & privatam libertatem amisisse. „adeoque subditos quidem esse, sed simul „criminis reos, in quos omnia licent. *Vid.* „*Dissert. proœm. XII.* Si proinde quidam „victores mitius cum victis egere, id ge„nerositati eorum tribuendum est.

Quomodo servi membra sunt familiæ] „Scilicet quoad jura privata, quæ ad „dominum pertinent. Pari enim ratione „populi in provinciæ formam redacti, sunt „membra civitatis Romanæ quoad jura pu„blica, adeoque ei serviunt: quia libertа„tem de jure suo publico statuendi ami„serunt. *Vid.* §. 1. At hæc comparatio „imperii, & familiæ, cavenda maxime est: „ut alibi diximus.

Ut plurium populorum idem sit caput] Quod fit si plura regna uni regi subsunt, tunc quodlibet regnum summa gaudet potestate. Ita idem Rex Angliæ simul est Rex Scotiæ, & Hyberniæ: Rex Galliæ quoque est Rex Navarræ: Rex Hispaniæ plura regna supremo jure tenet; hi in unoquoque regno propriam habent facultatem jus tuendi.

Ita in morali quoque corpore] „Naturale „caput non nisi uni corpori proprium esse „potest; at summam potestatem intuitu „plurium civitatum aliquis habere, i. e. ca„put plurium populorum quis esse, potest.

Nam ibi eadem persona diversa ratione considerata caput esse potest] Quia per caput in politicis nihil aliud intelligitur, quam facultas legitima corpus, seu civitatem gubernandi.

Quod exstincta domo regnatrice imperium ad quemque populum seorsim revertitur] „Ita deficientibus in Germania Carolingis, „Bavariæ, Saxoniæ, & terræ Rhenensis du„ces pristinam libertatem recipere intende„bant. *Vid. B. Par. jus publ. c.* 3. §. 9. & „22. & *c.* 7. §. 86. & 87. & 95. At ma„le; quia non familiis victorum jus impe„rii quæsitum erat, sed regno Germaniæ, „seu Franciæ. *Conf. infr. L.* 2, *c.* 9. §. 2.

Ut plures civitates arctissimo inter se fœdere colligentur] „Uti Belgicæ provinciæ, civi„tates Helveticæ &c. Hæ obligantur ex eo, „quod communi decreto statutum est. Ne„que tamen hic est una summa potestas; „sed quælibet civitas proprium imperium „habet, & peculiarem rempublicam con„stituit.

„Atqui actus harum civitatum alterius ju„ri subsunt: adeoque summa eorum pote„stas esse non videtur. Resp. obligatio illa „oritur non ex jure aliquo imperii: sed ex „pacto, quo convenere plures provinciæ, „se communis consilii decretis stare velle. „Hoc pactum autem non tollit summam „potestatem singularum civitatum, quia ex „consensu suo saltem obligantur: de quo „plenius *infra* §. 16.

Subjectum ergo commune summæ potestatis esto civitas] „Repetit id Auctor, & simul „explicat infra *l.* 2. *c.* 9. §. 8. *Imperium*, „inquit, *quod in rege est ut in capite, in „populo manet ut in toto, cujus pars est „caput. Atque adeo rege, si electus est, aut „regis familia exstincta, jus imperandi ad „populum redit.*

Una, plureſve] „Sive enim in unum suam „potestatem contulerit, sive in plures, aut „personam, aut familias, nihil interest.

Pro cujusque gentis legibus, ac moribus] „Uti enim quælibet gens propriam summam „potestatem habet: ita & proprias quoque „habet leges, & mores.

Ad §. VIII.

Auctor celebrem hic tractat quæstionem: *an summa potestas semper sit penes populum, etsi in alium translata sit?* totumque caput in ea examinanda absolvit; nam in *th.* 8. & 9. diversas opiniones refert, easque refutat; in *th.* 10. usque ad *th.* 21. cautelas quasdam pro vera sententia ponit, & explicat; & denique *th.* 21. & *seq.* varias ex præpositis quæstiones format, ac decidit; Principium autem, ac fundamentum decidendi nullibi ponit. Equidem communiter Doctores distinguunt inter majestatem realem, & personalem. *Besold. Doctr. pol. c.* 1. §. 4. Illam, ajunt, inhærere populo, hanc regi; illam fortiorem esse, statuunt, majestate regis: adeo ut regem quoque rationes administrationis reddere debere, & ad id adigi posse, doceant. Quod omnino absurdum est, & ab Auctore quoque refutatur. *Vid. J. publ. nostrum c.* 21. §. 3.

Additio.

„ Quæstio, quam Auctor hic proponit, „ ita formanda est : *an detur summa quæ-* „ *dam potestas realis, quæ penes populum,* „ *qui majestatem in regem transtulit, resideat,* „ *ad eum effectum, ut populus reges, quo-* „ *ties imperio suo male utuntur, & coercere,* „ *& punire possit ?*

„ Auctor recte negat *NB. ubique, & si-* „ *ne exceptione* talem summam potestatem „ esse populi, *b.* §. *n.* 1. Recte negat, jus „ regendi *semper* subditum esse populi judi- „ cio, ac voluntati, *inf. n.* 7 : adeoque re- „ cte negat, reges a populo, *quoties impe-* „ *rio suo male utuntur*, i. e. ob injurias, quaslibet privatas coerceri, ac puniri posse, „ *b.* §. *n.* 1. At merito excipit casum, si „ Rex manifeste totius populi hostem se ge- „ rit, *L.* 1. *c.* 4. §. 11., i. e. si in tyran- „ num degenerat ; ubi addit rationem : *quia* „ *consistere non possunt voluntas imperandi,* „ *& voluntas perdendi.*

„ Graviter in hanc Grotii sententiam in- „ surgit Gronovius in not. *ad h. l.*, & in- „ vidiose proponi statum controversiæ, ait ; „ neminem enim unquam statuisse, *ubique*, „ *& sine exceptione* summam potestatem esse „ populi, ut ei reges, quoties imperio suo „ male utuntur, & coercere, & punire li- „ ceat ; & si quis talia dixisset, fatetur, ne- „ quaquam se ei subscribere, sed quæstio- „ nem hanc esse : *an populus, si Rex palam* „ *in tyrannum degeneret, eum jure punire* „ *possit.*

„ Cum vero Grotius hic loquatur de prin- „ cipe, non tyranno, sed saltem imperio „ suo male utente, & asserat, populo jure „ gentium jus in regem ob has injurias pri- „ vatas non competere : e contrario autem „ tale jus in tyrannum, qui hostili animo in „ exitium populi fertur, admittat ; facile „ constat nullum inter Gronovium, & Aucto- „ rem esse dissensum, & sic operosam Gro- „ novii refutationem plane inutilem esse.

„ Cæterum multos esse, qui statuunt, re- „ gem ob quaslibet injurias desinere esse re- „ gem, & ideo coerceri, ac puniri posse, „ certum est ; de quibus infra *L.* 1. *c.* 4. §. „ 1. *seq.* agemus.

„ Sane, ipse Grotius in ea opinione est, „ unumquemque privatum *jure naturæ* sui „ juris, ac injuriæ sibi illatæ vindicem esse, „ & hactenus Principi quoque resisti posse, „ *L.* 1. *c.* 4. §. 2. *n.* 1 ; *at jure Gentium* de- „ mum promiscuum hoc jus resistendi pro- „ hibitum esse, *ibid.* Mansisse autem jus „ naturæ, seu facultatem resistendi principi : „ 1°. Si vitæ periculum immineat, *d. c.* 4. „ §. 7 : & 2°. si in tyrannum degeneret prin- „ ceps, *d. c.* 4. §. 11, de qua quæstione ple- „ nius agetur, *d. c.* 4. §. 2.

„ Argumenta, quibus Auctor utitur, ut „ probet, nullam majestatis partem populo „ reservatam esse, omnia eo collimant, quod „ populus omne jus suum in regem trans- „ ferre voluerit, & quia de jure suo impe- „ rii disponit, transferre potuerit.

„ *Primo* enim, ait, unicuique homini „ licere se in privatam servitutem dare : „ adeoque & populo licere se in servitutem „ publicam dare, i. e. regendi sui jus in re- „ gem transcribere, *n.* 1 ; ubi ad objectio- „ nem, *quod id non præsumatur, & quod* „ *multa inde sint oritura incommoda &c.* „ respondet. 1. Quæri quid fieri possit : „ 2. Omnes formas sua habere pericula, & „ sufficere, populum voluisse, nec forte ob „ justas causas aliter potuisse, *b.* §. *n.* 1. 2. 3. 4. 5.

„ *Secundo* : In regnis justo bello quæsitis „ dominium civile, i. e. jus regendi non „ aliunde pendens victori acquiri : adeoque „ in his saltem regnis nullam majestatis par- „ tem penes populum residere. *n.* 6.

„ *Tertio* : Experientiam docere, dari po- „ pulos, qui alios populos sub se habent, „ qui sub eorum potestate, & in eorum di- „ tione esse dicuntur, quos alienare pro „ lubitu possint &c ; quæ consistere non posse, „ ait, cum doctrina : jus regendi semper „ subditum esse judicio populi subjecti.

„ *Quarto* : Ex sacra, & profana historia „ probat, reges populi etiam universim sumti „ arbitrio non subesse, *n.* 8. 9. 10. 11.

„ *Quinto* : Nec temporarios reges, quam- „ diu sunt reges, populo subesse, exemplis „ probat, *n.* 12.

„ Nec obstare *I.* ait, *populum constituentem* „ *regem esse superiorem rege constituto.* Fal- „ lere enim hanc regulam, ait, in illis, quæ „ ab initio sunt voluntatis, postea autem „ fiunt necessitatis ; sed & dari regna, quæ „ non a populo constituuntur, ut in regno „ bello quæsito : & in familia, quæ advenas „ recipit sub lege imperii, *n.* 13.

„ Objicit sibi *II.* regimen omne eorum, „ qui reguntur, non qui regunt, causa esse „ comparatum ; finem autem esse nobiliorem „ mediis. Eique respondet : 1. dari regna „ regentium causa, ut dominica, vel saltem „ utriusque causa constituta : 2. fallere con-

„ sequen-

„ ſequentiam, exemplo pupilli; quia tutor „ etſi pupilli cauſa ſit conſtitutus, non tamen „ eſt ſuperior pupillo, *n.* 14. *Inſtat*, tutorem „ doloſe adminiſtrantem removeri poſſe; cur „ non & regem? Reſp. id inde eſſe, quod „ tutor ſuperiorem habeat, Rex nullum: „ indeque hujus peccata Dei judicio relin- „ quenda ſint, *n.* 14. *in f.* & *n.* 15.

„ Objicit *III.* populum interdum ob pec- „ cata regis punitum eſſe; cujus nullam a- „ liam rationem eſſe, putat, quam quia non „ impediendo, aut non puniendo, cauſam „ ſuam fecit. Sed reſpondet, id non ex hac „ ratione factum eſſe, ſed quia populus imi- „ tatus eſt ea vitia, aut quia Deus reges in „ pœnam ſubditis orbat: neque tunc eſſe „ pœnam ratione populi, quia Deus utitur „ ſummo in homines dominio.

„ Argumenta hæc, ſequendo ordinem Au- „ ctoris, mox plenius examinabimus; cum „ vero B. Parens argumentum hoc de Maje- „ ſtate perſonali, & reali ex profeſſo tra- „ ctaverit *in prodr. I. G. Ex.* 2. §. 63. *ſeq.* „ verba ejus hic inferere liceat. Ita autem „ diſſerit:

In univerſitate, ſeu civitate libera aliud eſt univerſale dominium terræ cujusque populi intra fines ſuos, quo continetur plena facultas diſponendi (Conf. Cæſ. de bell. gall. L. 1. c. 2.): *aliud ſummum in ea imperium, quo poteſtas exequendi juris, & tuendæ reipublicæ. Summum ergo imperium* (*quod humano generi in res terræ, hominumque ſingulis, & cuique populo, ſeu civitati liberæ intra ſuos fines a Deo conceſſum eſt, atque adeo Dei, non hominum jure, ac nomine exercetur*) *eſt juſtitiæ, ſalutisque publicæ tuendæ legitima facultas, & ſacroſanctæ auctoritas. Hæ enim ſunt duæ illæ partes, ſalus publica, & juſtitia* (*ſine qua respubl. felix, & beata eſſe non poteſt.* Auton. l. G. cap. 9. §. 2. & ſeq. & c. 19. §. 12. & ſeq.). *quarum cura, & cuſtodia perficitur bonum illud publicum, ſeu ſcopus moderatori reipubl. propoſitus.* Auton. c. 7. §. 3. & ſeq. de quo inf.

In omni porro univerſitate aliud eſt ipſa univerſitas, *aliud* ſinguli: *& utrorumque alia, atque alia plane jura, res, ac bona:* Univerſitatis *publica*, ſingulorum *privata*; per poſ. 5. n. 2. (conf. l. 2. l. 7. §. 1. ff. Quod cujuſque univerſ. L. 16. §. 1. ff. de R. D. L. 10. §. 4. ff. de in jus voc.) *At tota univerſitas ex ſingulis collecta eſt, iisque conſtat, ut integrum partibus ſuis, vel ut corpus membris; ſed cum duplicis relationis diſcrimine. Ut enim corpus naturale animantis aut ſpectatur ſimpliciter, ut totum omnibus ſuis membris formatum,* (*quo ſenſu communis omnium eſt potentia vegetandi, ſentiendi, motus &c.*); *vel ut in eo diſtinguitur caput a reliquis membris, quæ præſertim in homine, primario inde reguntur, ac moventur: Ita & in corpore civili univerſitatis ſinguli ſpectantur, vel ſimpliciter, prout omnia, ſive caput, ſive reliqua membra, ſunt ejuſdem æque corporis membra; vel prout in eo diſcernuntur imperantes, & parentes, tanquam caput, & membra reliqua. Qua ratione pariter quædam facultates, & jura toti corpori, omnibuſque ejus membris communia ſunt: quædam capiti propria, & eximia. Commune toti corpori eſt* 1. *Univerſale illud dominium terræ cujuſque populi, quod totius civitatis, ſeu populi, & res eſt publica omnium, tum capitis, tum corporis reliqui: non ſingulorum, niſi quorundam uſus his conceſſus fuerit.* (conf. l. 14. pr. ib. quæ in patrimonio ſunt populi ff. de acquir. rer. dom. l. 6. pr. *ib.* in pecunia populi ff. de contr. emt. d. l. 2. ff. quod cuj. univ. d. l. 6. §. 1. ff. de diviſ. rer. &c.) 2. *Bonum illud publicum, quod finis, & ſcopus eſt civitatum.*

Proprium vero capitis eſt ſummum imperium, & quæ eo pertinent: uti ipſius modo dicti boni publici gubernatio, & juris, juſtitiæque executio, ſeu in genere pacis, felicitatisque publicæ defenſio. Conf. interdicta de publicis rebus, l. 43. Digeſtorum a titulo 7. ad tit. 16.

Unde evidens eſt, ſumma populi poteſtate, quæ ei in ſingulos natura competit, ab eo in unum, vel plures translata, non transferri una dominium illud terræ, quod reſidet in toto corpore univerſitatis, ſeu in tota republica, omnibusque ejus membris, qua talibus; ſed ſolum ſummum ejus in ſingulos imperium: idque totum ita, ut nulla ejus pars maneat interim in populo. Conf. auton. c. 12. de monſtro regni patrimonialis.

Hinc in aprico eſt reſolutio quæſtionis: an regno quoque conſtituto, ſemper tamen ſumma poteſtas maneat populi? quam tam prolixe tractat Grot. l. 1. c. 3. §. 8. & ſeq. *, & recte quidem negat; ſed nec veram ſententiam ſatis definit, nec recte probat, nec dubiis ſatisfacit: & miſcet, ut ſemper, jura, ac nomina privati dominii, & ſummi imperii: rem divinam, & omnium ſanctiſſimam, cum humanis, & profanis. Totum pendet a*

discrimine dominii terræ, & summi in eam imperii: illud est reipublicæ, hoc regis; quod & jure Romano, & usu gentium dubio procul receptum est: eoque omnia dubia sponte conticescunt.

Hoc sensu non incongrue vulgo distinguitur majestas realis; *quæ est dominium illud universale terræ, & insidet in universa republica, totique terræ quasi affixa, & annexa cohæret:* & personalis, *quæ tota cum summo imperio transit in principem, & penes ipsum, aut (in principatu successivo) penes ejus familiam est; nihil ejus manet in populo: neque hic tum est imperii particeps (nisi status sit mixtus, de quo inf.) sed ei subjectus. Nec tamen hæc interim quoque separata est a republica, quippe cujus pars, & caput princeps est: adeoque nec a Domino terræ, nam & hoc moderatur princeps; sed a reliquo populo, qui interim subjectorum partes sustinet.*

1 *Eorum opinio, qui ubique, & sine exceptione*] „ Auctor unicuique privato jus pu„ niendi alterum ob injurias sibi, vel aliis „ illatas, *jure naturæ* concessum esse, statuit; „ At institutis civitatibus exceptum esse Prin„ cipem: quia civitas subsistere alias non pos„ set, *l.* 1. *c.* 4. §. 2.

Ita ut ei Reges, quoties imperio suo male utuntur, & coercere, & punire liceat] „ Probavimus in præcedentibus, non invi„ diose a Grotio proponi statum controversiæ, „ uti Gronovius existimat. Nam Grotius sal„ tem contra eos disputat, qui *semper*, qui „ *ubique*, & *sine exceptione*, jus puniendi „ regem populo concedunt, *vid. n.* 1. & *n.* „ 7. *in f.* Nam in tyrannum omnia populo „ licere, ipse quoque statuit *l.* 1. *c.* 4. §. 11.

Quæ sententia] „ De resistendi licentia ob „ quaslibet injurias.

Nos his argumentis eam refutamus] Non satisfaciunt hæc argumenta dubiis. Diximus, totum dependere a discrimine *territorii*, & summi in id *imperii*. *Illud* esse populi ut corpus spectati, *hoc* regis; adeoque hoc posterius nec personaliter, nec realiter est penes populum, sed utroque modo penes regem, in quem populus jus illud plenissime transtulit.

Licet homini cuique se in privatam servitutem, cui velit, addicere] Auctor ut probet, nullam summæ potestatis partem esse penes populum, eo delabitur ut asserat, *populum in dominio, vel servitute esse posse;* cum contradictionem notorie involvat, civitatem esse, & tamen esse in alterius dominio; seu servitute. Desineret enim eo ipso esse populus, & fieret familia privata: imo rex pro lubitu abuti re sua posset; quæ omnia pugnant cum essentia imperii, quod in tuendo jure civium, & reipublicæ, unice consistit.

Additio.

„ Auctor non statuit, *populum se in servi„ tutem privatam dare posse;* sed loquitur de „ *servitute publica*, qua populus regendi sui „ jus in unum transtulit, *vid. n.* 1.: & un„ de dominium civile, i. e. *jus regendi*, „ non aliunde pendens, regi acquiritur, „ *vid. n.* 6. Quoties enim populus jus suum „ imperii, suamque libertatem de eo statuen„ di in unum transfert, publice servire dici„ tur. Atque ita rem Grotius explicat infra „ §. 12. *Conf. L.* 1. *c.* 5. §. 22. & 32. *L.* „ 2. *c.* 21. §. 7. Sane Imperium tolli si „ singuli in servitutem rediguntur, ipse Au„ ctor docet. *L.* 2. *c.* 9. §. 6. & *c.* 21. §. 7.

„ Gronovius quoque oppugnat hoc argu„ mentum sequenti ratione: 1. non dari ta„ lem populum, qui se in servitutem regi „ dederit; sed & 2. si se ea lege dedat, „ etiam servos vi contra vim uti posse. Ve„ rum quod ad *priorem* rationem attinet, di„ ximus jam, Auctorem loqui de *servitute* „ *publica*, i. e. ubi liber populus unius impe„ rio subjicitur; quales populi infiniti inve„ niuntur. *Altera* ratio vera non est; ser„ vus enim bello captus injuriæ suæ pœnam „ patitur, adeoque vim vi repellere nequit: „ quod alibi plenius probabimus.

Ut ex lege Hebræa, & Romana apparet] „ Apud Hebræos nil nisi jus operarum acqui„ rebatur ex tali pacto.

Quidni ergo populo sui juris] Rectius ita: Cuique populo sui juris concessa est facultas regendi sui jus in unum transcribere: Quo facto summa potestas in alium translata tamdiu esset in populo, quoad durat in eo, cui concessa est populi consensu. Contradictio enim foret, suum jus imperii in alium transferre, & tamen illud retinere. Ergo summa potestas non est populi.

Additio.

„ Dixi jam, Grotium hoc ipso argumento „ uti, eumque per *servitutem populi* non „ intelligere servitutem singulorum sed „ servitutem publicam, qua populus sui ju„ ris alterius *imperio* subjicitur.

Ut regendi sui jus in eum plane transcribat] „ Auctor igitur a majori argumentatur. Si „ sin-

„ singuli libertatem suam privatam in alium „ transferre possunt; multo magis populus „ libertatem suam publicam, i. e. jus impe- „ rii, in alium transcribere potest.

Neque dixeris, minime id præsumi] Quia credibile non est, populum omni sua potestate se abdicare voluisse. Sed bene 1. respondet Auctor, non quæri de facto, an in dubio id voluerit populus; sed de jure, an fieri jure possit: Quod omni dubio caret; quia populus de sua libertate publica licite disponere potest. Sed & 2. quoties facultas imperandi singulis, in unum translata apparet; nulla hujus facti alia ratio dari potest, quam concessum ei esse omne jus summæ potestatis, donec contrarium probetur.

Frustra quoque afferuntur incommoda] „ Sola quæstio hic est: an jure fieri possit? „ sive cum incommodo populi, sive cum ejus „ commodo id fiat. Sed & bene Auctor re- „ spondet, nullam dari formam reipublicæ „ perfectam. Imo ideo, quod populus com- „ modiorem alteram formam credat, impe- „ rii formam mutat.

2 *Ita & populus eligere potest qualem vult*] Prosequitur hic Auctor idem argumentum: ait, totam rem in arbitrio populi esse; eum enim de jure suo publico disponere, illudque vel per se exercere, vel per alium, vel per plures, posse: neque jus hic ex eo, quod commodius, vel præstantius, sed ex voluntate sola metiendum esse.

Qua de re diversa diversorum sunt judicia] „ Alii formam imperii Democraticam, alii „ Monarchicam præferunt. Vide Orationem „ Athenagoræ apud *Thucyd. l. 6. p. m.* 631.

3 *Neque vero non multæ exstare possunt causæ*] „ Imo sufficiens causa est voluntas populi; „ alia non requiritur.

Quia in periculum vitæ adductus] „ De qua „ deditione *vide infra L. 3. c. 8. §. 4. n. 1.* „ *& c. 11. §. 3. & 14. c. 20. §. 49. & 50.* „ *n. 5. Add. L. 3. c. 4. §. 11. & L 2.* „ *c. 6. §. 5. c. 24. §. 6.* Sic Ordo Borussicus Polonis se tradidit, quia ab Imperio „ defendi non potuit. *Vid. B. Par. jus publ.* „ c. 5. §. 11.

Aut quia inopia pressus aliter habere non potest &c.] „ Allegari solet exemplum Ægyptiorum, qui omnia sua, seque ipsi regi „ vendiderunt, *Gen. XLVII.* 13. De quo „ facto, & an populus omni imperio sese exue- „ rit, sententiam nostram explicabimus in- „ fra §. 13.

„ Magis huc pertinet exemplum Casilinen- „ sium, qui se Annibali dederunt fame „ pressi. *Vid. inf. L. 2. c. 24. §. 6. n. 3.*

Campani olim necessitate adacti] „ Quod „ exemplum Auctor allegat infra *L. 2. c. 9.* „ § 6. Historiam vide apud *Liv. L. 7. c. 31.* „ Alia exempla vide in locis Auctoris ante „ allegatis.

Divina, humanaque omnia] „ I. e. im- „ perium, quod in divinis, & humanis „ juribus consistit.

Ne recepti quidem sunt] „ Exempla a Tes- „ maro hic allegata de Revalienſibus apud „ *Thuan. L. 21. p.* 423. & de Belgis apud „ *Camd. in vit. Eliſ. part.* 2. loquuntur de „ subditis sub alieno Imperio constitutis, qui „ invito principe nec dedere se aliis, nec „ recipi possunt. Quod vero de regno Hungariæ, & Daniæ aliis principibus oblatis „ allegat, deditionem non infert: sed rex „ ibi ex alia gente eligitur. Ita Polonia ex „ Saxonum gente, Anglia ex domo Brunsvicensi reges vocavit; neque tamen populi illi „ per deditionem in Saxonum, & Brunsvicensium potestatem pervenerunt: nedum „ eorum imperium ideo expiravit.

Appianus] „ In Præfatione, ubi ita loqui- „ tur: *quarum* (gentium) *aliquot ego vidi in* „ *urbem legatos venisse, ut se, suosque po-* „ *pulares dederent; nec receptos ab impera-* „ *tore, ut sibi inutiles:* de Bell. pun. n. 3.

Quid obstat, quo minus & uni homini] „ Si enim populus alii populo jus imperii tra- „ dere potest, cur non & in unum illud con- „ ferre? Nam de re sua disponit: & prout „ disponit, ita jus est.

Ut paterfamilias latifundia possidens] Male hoc adplicatur ad imperium; nam populi se ita dedentes fiunt pars familiæ, non vero sunt amplius populus.

Additio.

„ Inter causas, cur populus jure suo im- „ perii se abdicet, male Auctor refert exem- „ plum patrisfamilias latifundia possidentis. „ Paterfamilias enim (quod nomen privatum „ hominem indigitat) advenas recipere sub „ lege, ut imperio ejus subsint, nequit; „ quia paterfamilias, qua talis, imperii non „ est capax (*Conf. l. 3. c. 20. §. 6.*): nisi „ ponas casum, ubi pater ille familias sum- „ mam simul potestatem habet.

Magnam servorum copiam habens, eos manumittat sub imperii ferendi &c. legibus] „ Dominus talis privatus non est imperii ca- „ pax; sed ipse imperio principis subest: „ adeoque stipulari sibi a servis manumissis

„ imperium nequit. Hæc igitur imperii transferendi causa pariter admitti non potest.

Suam quisque sedem, suos penates regit] „ Quid inde? quo quæso modo exemplum „ hoc ad causas, quæ populum movere possunt ut jus suum imperii in alium transferat, applicari potest?

4 *Quosdam homines natura esse servos*] Verum non est, tales gentes dari, quæ regere nesciant. Historia novi orbis nos docet, barbarissimas quoque gentes suo modo imperio regi. Sed & si talis gens existeret, & jus suum in alium transferret, hoc ipso non in servitutem se dederet, sed jus imperii saltem alii concederet; si enim in personalem servitutem se daret, desineret esse gens, & populus, & pars fieret familiæ principis, cui se dedidit.

Additio.

„ Aristoteles per populos natura servos intelligit gentes, quæ nec legibus instructæ, „ nec ulli imperio subsunt, sed ferarum instar separatim per familias habitant; has „ enim dignas esse quæ serviant, i. e. imperio prudentum subsint, alibi dixit (*L.* 2. „ *c.* 25. §. 12.) Servitus igitur, qua Aristoteles tales populos dignos esse censet, „ hic iterum pro publica illa servitute sumitur, non pro personali.

Negantes, vivere se sine rege posse] „ Hoc non ideo dixere, quia natura servi sunt, „ & regere nesciunt; sed quia majora commoda ex statu regio sibi promittebant, „ quam ex statu populari.

Stultum esse, Thraces, Mysos, Getas in libertatem vindicare, qua non gaudeant] „ I. e. mutare statum regium in popularem, „ ipsis invitis. De populis, qui statum monarchicum prætulerunt statui populari, „ varia exstant exempla. De Cappadocibus „ vide Justinum *L.* 32. *c.* 2. de Armeniis „ Tacitum *Annal.* 13. 34: de Ægyptiis Herodotum *L.* 147: de Turcis Busbequium, „ *legat. Turc.* 3: de Russis Olearium *leg.* „ *Pers. L.* 1. *p.* 133: & de Barbaris in genere ait Euripides *Iphigen. in aul. v.* 1400. „ *Barbari enim sunt natura servi; Græci liberi.* Sane quoad effectum eadem libertas „ publica sub rege obtinet, quæ sub republica; de quo plenius infra §. 12.

5 *Sub imperio plane regio satis feliciter vixerunt*] „ Plato in politico unius dominationem, bonis copulatam constitutionibus, „ reliquis reipublicæ formis præfert. *Vid.* „ *Liv. L.* 2. *c. d. Thucyd. L.* 6. *p.* 361. „ & *Tesm. h.*

Qualis erat Cæsaris Augusti ætate, multis prudentibus visum est] " lis, quæ ex Tacito „ refert *Gronovius h.*, adde quod de Caii „ Cæsaris ætate asserit *Quinctil. Inst.* 3. 8. „ *Cajo Cæsari suadentes regnum affirmabi-* „ *mus, stare jam rempublicam nisi uno re-* „ *gente non posse.* Apud Zonaram *annal.* 2. „ in genere legitur: *Romanos libera repu-* „ *blica incolumes esse non posse.* vid. *Tesm. h.* „ Cæterum statum popularem temporibus „ Augusti mutatum non fuisse, sed solam administrationem, alibi demonstravimus.

Ut se homines subjiciant imperio alterius] „ Hoc enim est, quod Auctor prolixe adeo „ probare intendit, cum res nullum dubium „ habeat; quia quilibet de re sua, adeoque „ & populus de suo jure imperii disponere, „ illudque in alium transferre potest.

Cicero notat] " *Offic. l.* 2. c. 6. Verba hæc „ sunt: *Atque etiam subjiciunt se homines* „ *imperio alterius, & potestati, pluribus de* „ *causis. Ducuntur etiam aut benevolentia,* „ *aut beneficiorum magnitudine, aut digni-* „ *tatis præstantia, aut spe sibi id utile futu-* „ *rum, aut metu ne vi parere cogantur, aut* „ *spe largitionis, promissionisque capti, aut* „ *sæpe mercede conducti.* Add. c. 12. ibi: „ *Mihi quidem non apud Medos solum, ut* „ *ait Herodotus, sed etiam apud majores no-* „ *stros justitiæ fruendæ causa videntur olim* „ *bene morati reges constituti. Nam cum pre-* „ *meretur inops multitudo ab iis, qui majo-* „ *res opes habebant, ad unum aliquem con-* „ *fugiebant virtute præstantem, qui cum pro-* „ *hiberet injuria tenuiores, æquitate consti-* „ *tuenda summos cum infimis pari jure re-* „ *tinebat. Eademque constituendarum legum* „ *fuit causa, quæ Regum. Jus enim semper* „ *quæsitum est æquabile; id si ab uno justo,* „ *& bono viro consequebantur, eo erant con-* „ *tenti.* Et mox: *Eos ad imperandum deligi* „ *solitos, quorum de justitia magna esset o-* „ *pinio multitudinis.*

Bello justo] " Intelligit bellum, quod jure 6
„ gentium secundario justum dicitur ad ef- „ fectus externos dominii, *vide supra* §. 45 „ nam jure naturæ, negat Auctor, dominium „ acquiri in res captas, nisi justa causa ad- „ sit, & intra quantitatem debiti, vel pœ- „ næ capiantur. *L.* 3. *c.* 6. §. 15 quod suo „ loco examinabimus.

Ita & dominium civile, sive jus regendi] „ Apparet igitur, Auctorem per *dominium* „ *eminens*, seu *civile*, intelligere *jus imperii.* „ Sed supra jam notavimus, tutius abstineri

ab

„ ab ejuſmodi vocibus, quæ abuſum inferre „ poſſent. Juſto autem bello imperium ac„ quiri, nimirum per ultimam victoriam, „ omnino verum eſt, & plenius explicabi„ mus infra *L.* 3. *c.* 3; adeoque hæc quo„ que eſt juſta cauſa transferendi in alium „ imperii.

„ Gronovius negat, ex eo, quod *dominium* „ *civile* bello quæratur, ſequi, populum vi„ ctum victorem tyrannum punire non poſſe. „ At duplicem hic errorem committit: *I.* „ Quod argumentum hoc contra Auctorem „ alleget, qui de tyranno non loquitur: quin „ diſerte ſtatuit, tyrannum puniri poſſe, *l.* 1, „ *c.* 4. §. 14. *II.* quod ſtatuat, populum „ per ultimam victoriam victum punire vi„ ctorem, qui civitatem delere vult, poſſe; „ cum per ultimam victoriam omne jus po„ puli, publicum, & privatum, in pote„ ſtatem victoris transſcribatur. Neque ad„ mittendum eſt quod addit, populos bello „ quæſitos tacite pactos eſſe, ut capti ſalvi „ eſſent, & viverent: eoſque hoc jus quo„ quo modo defendere contra tyrannos poſſe.

Pro unius imperio &c. conſervando]" Ne „ ſc. Rex, vel dux a populo ob abuſum im„ perii puniri, vel removeri queat.

Eademque ratio eſt procerum]" Ne ſcil. „ proceres in ſtatu Ariſtocratico, quoties „ imperio ſuo male utuntur, coërceri a po„ pulo poſſint.

Quid quod nulla reſpublica adeo reperta eſt popularis] Auctor ut probet, populum in unum, vel paucos, poſſe ſuam poteſtatem transferre, allegat ipſum ſtatum popularem, ubi non omnes regere ait: utpote cum non tantum inopes, & extranei, ſed & infantes, ac fœminæ ab imperio arceantur. At non intellexit naturam civitatis. Nam 1. verum non eſt, inopes excludi ab imperio; ſane in ſtatu populari jus imperii æque ad eos, tanquam membra civitatis, pertinet, quam ad divites; & licet adminiſtratio eminentioribus committatur, jus tamen commune eſt: ſed & adminiſtratio inopibus quoque, ſi habiles ſint, committi ſolet. 2. Extranei vel perpetuo in civitate habitant, & tunc omnino ſunt pars civitatis, nec arcentur ab imperio; vel ſaltem transeunt, & tunc non ſunt membra civitatis, adeoque merito arcentur a communione imperii, quod civitati cohæret. Equidem 3. fœminæ, & liberi arcentur a deliberationibus, ſed ex alia ratione; quia ſcil. civitas non conſiſtit in multitudine perſonarum, ſed familiarum. Jure naturæ enim quilibet paterfamilias jus in ſuam familiam habet, tanquam caput: unde familia etiam dicitur a famulando. Quando igitur plures tales familiæ in ſocietatem coëunt, fit civitas: Unde jus familiarum civitatibus longe eſt antiquius. Familias autem repræſentant ſoli patresfamilias: Reliqui, ut uxores, & liberi, ſaltem ejus partes, & membra ſunt.

Additio.

„ Gronovius rationem, quam Grotis hic „ affert, arguit, nec ſe, quid ea concludat, „ videre, ait. At mentem Auctoris inter„ pretes ejus non ſatis aſſecuti ſunt. Poſt„ quam enim aſſeruit, non tantum in *ſtatu* „ *regio* translatam eſſe ſummam poteſtatem „ in regem, ſed & in *ſtatu Ariſtocratico* „ omne jus populi ceſſare, adeoque nec pro„ ceres plebi injuriam facientes puniri a ple„ be poſſe; idem quoque extendit ad *ſta„ tum popularem.* Et cum videri poſſit, in „ ſtatu populari, ubi omnes in regimine „ concurrunt, neminem ſupereſſe, cui a po„ pulo injuria fieri, *i.* e. in quem populus „ peccare poſſit; recte addit, nullam rem„ publicam adeo eſſe popularem, in qua non „ ſuperſint perſonæ, quæ in regimine non „ concurrunt, adeoque in quas peccari poſ„ ſit, uti fœminæ, adoleſcentes, extranei, ino„ pes. Atque hinc concludit, regentes nec ab „ his, ob quaslibet injurias, puniri poſſe.

Jam vero]" Auctor ait, populum ſæpe alii „ populo vi bellica ſubjectum, quin & ab „ hoc alienatum fuiſſe. Id autem fieri non „ potuiſſe, ſi majeſtas quædam apud popu„ lum alienatum reſediſſet, i. e. ſi jus re„ gendi eſſet penes eos, qui reguntur.

Additio.

„ Gronovius regerit, tali populo victo, „ ſi male habetur, idem jus contra popu„ lum victorem competere, quod contra re„ gem, ſi palam tyrannidem exercet: adeo„ que hoc quoque caſu jus regendi ſubditum „ eſſe judicio eorum, qui reguntur. At er„ rare Gronovium, modo probavimus.

Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate?] „ Quibus verbis utebatur Tarquinius, re„ cipiens populum Collatinum in ſuam po„ teſtatem. *Liv.* 1. 38.

Et Campani cum ſe Romanis dedidiſſent, facti dicuntur alienæ poteſtatis]" De dedi„ tione Campanorum vide ſupra *n.* 3. & *L.* „ 2. *c.* 9. §. 6. *Add. Liv. L.* 7. *c.* 31.

Quæ omnia convelli neceſſe eſt, ſi id recipimus, jus regendi ſemper ſubditum eſſe eorum

rum judicio] „ Si enim aliqua ſummæ po-
„ teſtatis pars penes populos illos victos re-
„ manſiſſet, populus victor diſponere eo
„ modo de illis non potuiſſet.

8 *Tum ſacra &c. Hiſtoria*] Auctor ex ſacra ſcriptura probat, reges judicio populi non fuiſſe ſubjectos: quanquam negari nequeat, jura regum apud Hebræos valde fuiſſe reſtricta; *videatur Cunæus de republ. Hebræor. & Sichardus de jure Hebræorum.*

Additio.

„ Imperium regum Hebræorum abſolutiſ-
„ ſimum fuiſſe, videbimus infra §. 20. *n.* 3.
„ Cæterum Gronovius *in not. h.* regerit,
„ hæc exempla tam ſacra, quam profana,
„ non pertinere ad quæſtionem, ubi Prin-
„ ceps omnia ſacra, & profana ſubvertit:
„ quod verum eſt. At nec Grotius de tali
„ Principe loquitur, ſed tantum de eo, qui
„ male imperio utitur.

Statuam ſupra me regem] " Inde autem
„ non aſſeri poſſet, populum regem ſupra
„ ſe conſtituiſſe, ſi ſummum imperium pe-
„ nes populum remanſiſſet.

Indica eis jus regis, qui regnaturus eſt ſuper eos] " Ex hoc jure regio evidentiſſime
„ apparet, omne arbitrium, quod ante po-
„ puli fuit, in regem translatum eſſe: de
„ quo late *cap.* 4. §. 3. agetur. *Adde infra*
„ §. 20. *n.* 2.

Hinc Rex unctus dicitur ſuper populum]
„ Adeoque tanquam ſuperior, eoque jus in
„ populum habens.

Quod populum ſuum ipſi ſubjecerit] " Adeo-
„ que populum in ſua poteſtate eſſe, non ſe
„ in poteſtate populi, contendit.

Notum illud Horatii] " *L.* 3. *Od.* 1. *Add.*
„ *Sen. in Thyeſte v.* 500.

9 *Tres gubernandi formas ita deſcribit*] Ex hac deſcriptione apparet, jus imperanti eſſe in populum, non contra.

Cæterum rectius duæ conſtituuntur formæ imperii extremæ, ſcil. regnum, & respublica, ſeu ſtatus monarchicus, & popularis. Mediæ enim formæ variæ eſſe poſſunt, pro arbitrio civitatis: quod optime quoque obſervat *Joſeph. contra App. c.* 2, ubi ait, gentes transtuliſſe ſummam poteſtatem vel in unum, vel in omnes, vel in paucos; quod ultimum infinitis modis fieri poteſt. Aliquando enim omnibus proceribus, ſeu familiis nobilium imperium competit, uti apud Venetos: aliquando quibusdam ſaltem, uti Genuæ: aliquando ſolis familiis plebanis, ut in Helvetia: aliquando miſceri ſolent formæ, ita ut & regi, & proceribus, vel regi, & populo, vel denique omnibus ſimul imperium competat, ut in regnis Angliæ, & Germaniæ; civitas enim pro lubitu de ſuo imperio diſponere poteſt.

Additio.

„ Grotius ex eo, quod quidam reges den-
„ tur, qui aliis rationem dare non tenentur,
„ probat, populo nullum jus in talem re-
„ gem competere.

„ Equidem Gronovius *in not. h.* regerit,
„ ex eo non ſequi omnia ſubvertendi licen-
„ tiam. Sed nec Grotius id ſtatuit; loqui-
„ tur enim de Principe, non de tyranno,
„ ſed qui imperio male utitur.

Tales ſunt, quos Plutarchus ait] " Ta-
„ les ſcil. reges, qui populi etiam univerſim
„ ſumti arbitrio non ſubſunt.

Non ex legibus modo] " Scil. ex diſpoſi-
„ tione populi.

Sed & in leges] " Ut ſcil. eas mutare
„ poſſit. Quia ſuperiorem non habet, qui
„ obligationem ei imponere poſſit ne mutet.
„ Sane vi poteſtatis legislatoriæ, quam po-
„ pulus in principem tranſtulit, hic abrogare
„ leges pro lubitu poteſt.

Ita ut alii ratio non reddatur] " Imo id
„ etiam ex pacto fieri poteſt: adeoque ta-
„ lis immunitas non tollit ſummam poteſta-
„ tem. Ita Parlamenta Angliæ hodieque ra-
„ tiones factorum aliquando a rege exigunt:
„ de quo plenius agemus §. *XI. XIV.* &
„ *inprimis* §. *XVI.* Sed & e contrario im-
„ perium aliquando quoad jus adminiſtrandi,
„ adeoque vi officii, in alium conferri poteſt
„ ea lege, ne rationes reddat &c. Dictato-
„ res enim Romanorum, & Carthaginenſium
„ Imperatores, ante conſtitutum Senatum
„ centum Senatorum immunes a reddendis
„ rationibus fuere. *Vide Juſt. L.* 19. *c.* 2.

Reges quoſdam eſſe, ait, cum eo jure, 10
quod alibi habet ipſa gens in ſe, ac ſua] Unde Auctor merito concludit, jus ipſum, quod gens habuit, in reges transferri: adeoque regem non amplius judicio hujus gentis ſubeſſe. Rex enim in jus populi ſuccedit.

Poſtquam Romani Principes Imperium vere regium uſurpare cœperunt] " Id non ſub Julio
„ Cæſare, nec ſub Auguſto, ſed ducentis poſt
„ annis factum eſt: uti mox demonſtrabimus.

Dicitur populus in eos omne ſuum imperium, & poteſtatem contuliſſe] " Celebris
„ hæc quæſtio eſt: *an unquam fuerit aliqua*
„ *lex regia, per quam populus Romanus omne*
„ *jus*

„ *jus ſuum imperii in Cæſares contulerit*? E- „ quidem differte id affirmat Ulpianus *in L.* „ 1. *ff. de Conſt. princ.* Verba hæc ſunt : „ *Quod principi placuit, legis habet rigorem,* „ *utpote cum lege regia, quæ de imperio ejus* „ *lata eſt populus ei, & in eum omne ſuum* „ *imperium, & poteſtatem conferat.* Conf. „ *l.* 31. *ff. Legibus.* Atque ad hanc legem „ regiam paſſim provocat Juſtinianus *in* §. 6. „ *Inſt. de J. N. G. & C.* item in *L.* 1. §. „ 7. *C. vet jur. enucl.* ibi : *cum enim lege anti-* „ *qua, quæ regia vocatur, omne jus, omniſ-* „ *que poteſtas in imperatoriam translata ſint* „ *poteſtatem* &c. Atque vi hujus legis con- „ tendit, Imperatores ſolutos eſſe legibus, „ *L.* 3. *C. teſtam. add. L.* 31. *ff. L.* 4. „ *C. de Legibus.*

„ At negamus, *legem* aliquam *regiam* a „ populo latam eſſe, per quam jus proprium „ imperii in Imperatores unquam translatum „ fuerit.

„ Quod ut rite intelligatur, præmitten- „ dum eſt, imperium in principem trans- „ ferri poſſe vel JURE PROPRIO, vel „ JURE ADMINISTRATIONIS. *Jure* „ *proprio* transfertur, quando populus ipſum „ jus imperii alicui confert, ita ut unus ſuo, „ & proprio jure omnia agere poſſit; *Jure* „ *adminiſtrationis* autem, quando ſola facul- „ tas adminiſtrandi, adeoque ſolum exerci- „ tium imperii, nomine reipublicæ peragen- „ dum, uni committitur, ita ut non ſuo, „ & proprio jure, ſed vi officii, nomine „ populi, ac reipublicæ omnia agat. Quæ „ latius explicata ſunt a B. Parente in *jur.* „ *publ. c.* 15. §. 4. *c.* 7. §. 1. *ſeq.* & ab Au- „ ctore infra §. 10. Unde notanter Grotius „ *d.* §. 10. ait, jus imperii non dependere a po- „ tentia agendi, ſed a cauſa, & titulo. Sa- „ ne fieri poteſt, ut is, qui miniſter ſaltem „ eſt populi, & jure officii ſuam poteſtatem „ a populo tenet, omnia agere poſſit, exem- „ plo Dictatoris, qui ſummam agendi pote- „ ſtatem habuiſſe dicitur. *L.* 2. § 18. *ff. O. J.* „ cum e contrario ejus, qui jure proprio im- „ perium habet, poteſtas ſæpius admodum „ reſtricta ſit, ut in regibus Angliæ, & Ger- „ maniæ apparet; quæ differentia a diſpoſi- „ tione populi dependet. Cum enim populo „ jus imperii natura competat, is pro lubitu „ de eo diſponere, & vel ſolam *adminiſtrandi* „ facultatem, ſed liberrimam: vel ipſum *jus* „ *imperii*, ſed reſtrictum, uni committere „ poteſt.

„ His præmiſſis dicimus, populum Roma- „ num non *jus imperii*, ſed ſolam *admini-* „ *ſtrationem* Cæſaribus contuliſſe; *ſtatum* „ manſiſſe popularem, ſolumque *exercitium* „ imperii in Cæſares eſſe translatum : adeo- „ que legem regiam, i. e. talem legem, per „ quam regia, ſeu propria poteſtas in Cæ- „ ſares collata ſit, non exſtare. Quod nunc „ probandum erit.

PRIMO. Id probatur ex occaſione, quæ „ cauſam dedit, ut paulatim paucis, tandem „ uni ſumma adminiſtrandi poteſtas conceſſa „ fuerit. Refertur ea in *L.* 2. 9. & 11. *ff. de* „ *O. J.*, ubi explicat Pomponius (qui ſub Mar- „ co, & Commodo vixit, *vid. van Eck princ.* „ *jur. L.* 1. *tit.* 2. §. 32.) quemadmodum „ neceſſitas ipſa curam reipublicæ ad Senatum „ deduxerit, quia difficile plebs convenire cœ- „ pit : populus autem difficilius in tanta turba „ hominum; & tum §. 11. ita pergit : *No-* „ *viſſime ſicut ad pauciores juris conſtituen-* „ *di via tranſiiſſe, ipſis rebus dictantibus vi-* „ *debatur; per partes evenit, ut neceſſe eſſet* „ *reipublicæ per unum conſuli. Igitur conſti-* „ *tuto principe, datum eſt ei jus, ut quod con-* „ *ſtituiſſet, ratum eſſet.* Sane aucta præcipua- „ rum familiarum potentia, & auctoritate „ Senatus, in partes ire, & potentiores ſibi „ curam Reipublicæ arrogare cœperunt. Un- „ de bella civilia inter Syllam, & Marium : „ inter Cæſarem, & Pompejum: inter Tri- „ umviros : & denique inter Octavium, & An- „ tonium orta ſunt, ubi imperium Romanum „ rapinis, cædibus, proſcriptionibus, omniſ- „ que generis criminibus innotuit. Ex quo „ igitur Julius Cæſar victis reliquis ſolus ſu- „ pererat, Senatus, Populuſque Romanus „ omnium illarum calamitatum memor judi- „ cavit, rem publicam pro præſenti rerum „ ſtatu non niſi ab uno adminiſtrari poſſe : „ indeque totam reipublicæ curam uni Cæ- „ ſari commiſit eumque morem in ſucceſ- „ ſoribus continuavit. Atque hinc cum Au- „ guſtus dubitaret, num priſtinam reipubli- „ cæ formam reſtituere deberet, Mæcenas „ ex hac ratione diſſuaſit, quod respublica „ Romana ſub plurium imperio ſubſiſtere „ non poſſit. *Dio L.* 52. *f.* 623. *ſeq. L.* 53. „ *f.* 667. & *L.* 42. *pr. L.* 47. *f.* 472. *Suet.* „ *in Aug. c.* 28. Unde quoque paſſim Scri- „ ptores Romani Bruti conſilium de occiden- „ do Cæſare ex eadem ratione improbarunt. „ *Vid. Sen. de benef. n.* 20. *Tac. Ann.* 1. 9. 10. „ & *Hiſt. l.* 1. 2. Et Dio cum monarchicæ „ adminiſtrationis commoda expoſuiſſet, ad- „ dit : *Quæ ſi animis ſuis Brutus, & Caſſius*

„ *reputaſſent*, *nunquam præſidem*, *procura-*
„ *toremque reipublicæ necaſſent. d. l.* 44. *f.* 333.
„ Sed & Salluſtius Criſpus metuens, ne Ti-
„ berius vim principatus reſolveret, cuncta
„ ad Senatum vocando, conſilium dedit Li-
„ viæ ut filium dehortaretur : *quia ea eſſet*
„ *conditio imperii*, *ut non aliter ratio con-*
„ *ſtet*, *quam ſi uni reddatur. Tac. Ann.*
„ 1. 6. 7.

„ SECUNDO. Cauſa ergo, cur uni impe-
„ rium a populo Romano delatum fuerit,
„ hæc erat, quod adminiſtratio penes Sena-
„ tum, i. e. penes plures, ſalva eſſe non po-
„ tuerit. Uni ergo illa cura committebatur,
„ & quidem ex decreto populi : adeoque is,
„ tanquam princeps Senatus, & vi officii,
„ juxta leges populi curam illam gerebat.
„ Atque hinc JULIUS CÆSAR etſi vi
„ retinere potuerit ipſum jus imperii, non
„ tamen conſultum id judicavit : nec aliter,
„ quam ex lege populi id ſuſcipere, & admi-
„ niſtrare voluit. Quod I. ex Dione appa-
„ ret. Poſtquam enim populus victo Pom-
„ pejo decrevit, ut Cæſar belli, paciſque
„ Dominus in omnes homines eſſet, etſi nun-
„ quam ad Senatum, aut populum de iis
„ retuliſſet; addit Dio : *id factum eſſe*, *non*
„ *quod is eam poteſtatem ſibi ipſe paraſſet*,
„ *quia jam ante omnia ſuo judicio conficie-*
„ *bat*; *ſed ut jam nunc ſecundum leges fa-*
„ *cere videri poſſet* : *& Romanos*, *ut adhuc*
„ *cives ſui juris eſſe viderentur*, *hæc Cæſari*
„ *decreviſſe*, *quæ vel ipſis invitis obtinere po-*
„ *tuerit. Dio Lib.* 42. *f.* 273. Sane II. Cæ-
„ ſar poteſtatem exercuit, non proprio, ſed
„ conſulari, tribunitio, ac pontificio jure,
„ qui tituli officiorum erant; nec aliter ex-
„ ercuit, quam ex decreto populi : unde
„ omnia eorum officia geſſit, atque ex eo
„ capite omnibus comitiis præfuit. *Dio L.*
„ 42. *fol.* 274. Sed & III. populus plurima
„ privilegia decrevit Cæſari : ut triumpha-
„ ret de Juba nondum victo, *d. f.* 247 : ut
„ Conſulibus in ſella curuli aſſideret, *Dio*
„ *Lib.* 43. *f.* 306. *& L.* 44. *f.* 34 : ſemper
„ primus omnium ſententiam diceret, *d. f.*
„ 306 : ut magiſtratus, alioſque honores,
„ quos populus tribuere conſueverat, ipſe
„ conferret, *L.* 43. *f.* 306 : ut veſtem tri-
„ umphalem gereret, laurea corona ſemper,
„ & ubique uteretur, nec non nomine li-
„ beratoris, & Imperatoris, *Dio L.* 43. *f.*
„ 325. *ſeq.* ut ſolus milites haberet, ſolus
„ pecunias publicas curaret, *f.* 326. De aliis
„ vide *L.* 44. *f.* 334. *ſeq.* Atqui dari talia pri-
„ vilegia a populo non potuiſſent, niſi jus
„ imperii penes populum fuiſſet. Atque hinc
„ IV. cum Romani Cæſaris potentiam me-
„ tuerent, ipſe declarat, ſe non ita faſtu in-
„ flatum eſſe, ut *tyrannidem* in eos affecta-
„ ret. *Dio L.* 143. *f.* 307. (tyrannis autem
„ Romanis erat regia poteſtas, ſeu tale im-
„ perium, quod proprio jure exercebatur).
„ Unde alibi ait, ſe non *dominium* (ita vo-
„ cabatur regia poteſtas) ſed *tutelam eorum*
„ geſturum; neque *tyrannum*, ſed *ducem*
„ futurum, ita ut in omnibus his, quæ eo-
„ rum cauſa agenda eſſent, & *Conſul*, *Di-*
„ *ctatorque* : in lædendo autem quopiam
„ *privati* loco haberi voluerit, *Dio L.* 43.
„ *f.* 309. Atque mox eos hortando ita per-
„ git : *mutuo amore nos tanquam* NOVOS
„ CIVES *complectamur*, *& ut vos me tan-*
„ *quam patris loco accipientes*, *meæ prudentiæ*,
„ PROCURATIONISQUE VESTRUM
„ *fructus capiatis*, *egoque vos liberorum in-*
„ *ſtar* PATERNA CURA TUEAR. *d.*
„ *f.* 309. Sane V. leges, quas tulit, non
„ proprio conſilio tulit, ſed communicata
„ prius re cum primoribus Senatus, aut to-
„ to aliquando ordine, *Dio L.* 43. *f.* 315.
„ Et poſtquam VI. Dio omnes honores Cæ-
„ ſari decretos, inprimis imperatoriam di-
„ gnitatem, eoque delatum, ut ipſe putat,
„ jus proprium imperii recenſuiſſet; ſtatim
„ addit, hæc omnia a ſtatu populari non ab-
„ horruiſſe. *Dio L.* 43. *f.* 326. Unde VII.
„ Dio Cæſarem vocat *præſidem*, *procurato-*
„ *remque reipublicæ*, *L.* 44. *f.* 333 ; & An-
„ tonius, *præfectum urbis*, *& imperii perpe-*
„ *tuum* : *Dio L.* 44. *f.* 364. Quin VIII.
„ tantum abfuit, Cæſarem ex illis legibus jus
„ regium accepiſſe, ut cum quidam adula-
„ torum regem eum nominaſſent, ideo a
„ tribunis plebis accuſati fuerint. *Dio L.*
„ 44. *f.* 337. Imo iidem tribuni plebis dia-
„ dema imagini ejus impoſitum detraxere,
„ *f.* 336 ; & cum Antonius Lupercalibus Cæ-
„ ſarem regem ſalutaret, diademaque impo-
„ neret, Cæſar recuſavit utrumque, & in acta
„ publica referri juſſit, regnum ſe a popu-
„ lo per Conſulem oblatum non accepiſſe.
„ *Dio L.* 44 *f.* 339. Interim hi actus cau-
„ ſam ſuſpicioni dedere, quod regnum affe-
„ ctaret, *Dio L.* 44. *f.* 337. Inde omnium
„ in ſe odium convertiſſe, & cauſa id ma-
„ xime necis ejus fuiſſe, dicitur, *Dio L.* 44.
„ *f.* 330. 339. & 341. Sane Antonio, occiſo
„ Cæſa-

„ Cæsare, pro crimine habitum fuit, quod „ regnum suo solius arbitrio Cæsari tradide„ rit, *Dio L.* 45. *f.* 390.

„ Certissimum igitur est, sub Julio Cæsare „ legem regiam non exstitisse, neque jus „ proprium imperii Cæsari unquam fuisse „ collatum. Equidem contrarium asserit *Dio* „ *L.* 143. *f.* 315. ubi ait: *imperatoris no„ men ei collatum esse non ea ratione, quod „ ei merum imperium, absolutaque potestas „ delata fuerit; sed eo modo, quo nunc his, „ qui summum imperium obtinent, tum pri„ mo Cæsari primum imposuerunt, tanquam „ ipsi proprium.* Quod in Augusto repetit, „ *L.* 42. *f.* 648. ibi: *quo summa imperii de„ monstratur, quod patri quoque ejus Julio, „ & ejus filiis erat decretum.* Verum Dio „ hæc prodidit temporibus Antonini Pii, ubi „ Imperatores imperium jam per 200. an„ nos tenuerunt. Tanto enim temporis in„ tervallo potentia Cæsarum in immensum „ aucta, Senatus vero auctoritas adeo immi„ nuta fuit, ut Cæsares jam palam profite„ rentur, ipsum *jus imperii* ipsis collatum „ fuisse, indeque decreta antiqua populi Ro„ mani, quibus nuda administratio concessa „ fuit principibus, pro legibus regiis vendita„ rent. Unde Ulpianus, qui eodem tempo„ re vixit, ex principiis illius seculi ad „ legem regiam provocat. *T.* 1. *ff. Const. „ princ.* Cæterum ex ante dictis satis con„ stat, Cæsarem nunquam regnum, i. e. jus „ proprium imperii affectasse, nedum obti„ nuisse. Sane si Cæsari, ejusque filiis, jure „ legis regiæ imperium competiisset, uti pu„ tat Dio *L.* 44. *f.* 315. & 326; non opus fuis„ set filio ejus Augusto novo decreto id con„ ferre. Equidem negari nequit, populum „ decreviste, ut omnia, quæ Cæsar acturus „ esset, rata esse debeant (*Dio L.* 44. *f.* 335): „ & per hoc decretum ei summam agendi, „ etiam contra leges, potestatem concessam „ videri. At bene notandum est, hos actus „ valere ex voluntate, ex ratihabitione po„ puli: neque ultra personam Cæsaris id pri„ vilegium extendi non debet. Cæterum Cæ„ sarem vi officii imperium exercuisse, sa„ tis probavimus; neque enim ex potesta„ te agendi jus regium dijudicari, vel in„ ferri potest: nam dictatores quoque sum„ mam agendi potestatem habuerunt, neque „ tamen jure proprio imperium tenuerunt.

„ Tertio. Mortuo Cæsare adminis„ stratio iterum cœpit esse popularis. Legem „ populus tulit, ne quis in posterum dictator „ crearetur, *Dio L.* 44. *f.* 366. Antonius „ fuit Consul, Cæsar Octavius Tribunus ple„ bis. *Dio L.* 45. *f.* 377. & 378. Hic An„ tonium coram populo accusavit. *Ibid. f.* „ 378. Populus Octavio decrevit honores, „ *Dio L.* 46. *f.* 422. Antonium hostem de„ claravit, *ibid.* Durante bello, cum non„ dum constaret ad utram partem victoria „ esset inclinatura, omnem potestatem, quæ „ superioribus temporibus certis quibusdam „ hominibus erat præter morem majorum „ concessa, populus antiquavit: edictumque „ proposuit, ne quis diutius anno cum im„ perio esset &c. *Dio L.* 46. *f.* 430. Octa„ vio judicia, & pœnam minatus est, quod „ privato consilio copias contraxerit, *L.* 46. „ *f.* 436. consulatum ei denegavit, *f.* 430. „ *seq.* Octavius Antonio, & Lepido veniam „ a Senatu, populoque impetrare voluit. *L.* „ 46. *f.* 440.

„ Quarto. Stante triumviratu status „ mere popularis, & administratio penes tri„ umviros fuit. Illi leges statuerunt opera „ Tribunorum, *L.* 47. *f.* 444. Orto dissidio „ inter triumviros, omnia auctoritate populi, „ & Senatus agebantur. Augustus res a se „ gestas exposuit populo. *Dio L.* 49. *f.* 533. „ Hic varios Augusto decrevit honores, spe„ ciatim pontificatum (quem tamen, quod „ contra leges esset, acceptare noluit. *Id.* „ *L.* 49. *f.* 533.): ut in publico habitaret, „ ut eum lædens obnoxius esset pœnæ, quæ „ tribunum plebis violanti dicta est. *Id. L.* „ 49. *f.* 534. &c. Triumphus ipsi decretus. „ *Id. f.* 549. Antonius, & Cæsar sese mutuo „ apud populum, & Senatum accusaverunt. „ *L.* 50. *f.* 555. Denique Antonio consula„ tus a populo ademtus, ejusque potestas om„ nis abrogata fuit. *f.* 538.

„ Quinto. Victo Antonio navali præ„ lio apud Actium, Octavius solus rerum po„ titus est. *Dio L.* 51. *f.* 584. & *L.* 52. „ *f.* 611. Neque tamen status desiit esse po„ pularis. Nam I. populus ei plurimos hono„ res decrevit, triumphum scilicet de Cleo„ patra, ludos quinquennales in ejus hono„ rem instituit: voluit ut feriæ essent nata„ li ejus die, ut ei ingredienti Senatus, po„ pulusque cum conjugibus, & liberis ob„ viam irent &c, ut per omnem vitam suam „ tribunitiam haberet potestatem, ut eis, qui „ ipsum imploraſſent intra pomœrium ac „ extra, usque ad D. passus, auxilium ferre „ posset. *Id. L.* 51. *f.* 602. urque ad eum „ provocationes fierent, ac ipse in omnibus

», judiciis ſuffragium quaſi Minervæ ferret &c. », *ibid.* Quæ proinde omnia ex decreto populi », habuit. Atque hinc II. cum Agrippa dehor», taretur *Auguſtum a reipublicæ adminiſtra*», *tione*, & *allegaret*, *non vacare crimine*, », *ſi Senatum*, *populumque Romanum in ſer*», *vitutem redigere affectaſſet* (*Dio L.* 52. *f.* », 612); Mecænas, qui contrariam opinionem », tenebat, proteſtatur, ſe nolle auctorem „ eſſe, ut *tyrannidem in S. P. Q. R. in ſer*„ *vitutem redactum teneat*; ſed ut ipſe „ cum optimatibus omnia, quæ ex uſu ſunt, „ decernat, neque contradicente, neque re„ pugnante quoquam ex populo: ut quod is, „ optimateſque communi ſententia ſtatue„ rint, id ſtatim vim legis haberet. *Dio L.* „ 52. *f.* 623. Atque tandem concludit, Au„ guſtum, ſi eam, quam par eſt, curam rei„ publicæ geſſerit, BONUM CIVEM fu„ turum. *Id. L.* 52. *f.* 626. Idem Octa„ vius varia officia geſſit, ſcil. conſulatum. „ *Dio L.* 52. *f.* 647., & *f.* 650. Cenſor factus. „ *L.* 53. *pr. f.* 650. Princeps Senatus dictus „ pro eo more, qui integro etiamnum populi „ ſtatu in republica erat receptus, *ibid.* No„ tari merentur verba Dionis *L.* 53. *f.* 665. „ *Cæterum omnia ex ſententia Imperatoris* „ *aguntur. Quod ne videantur Imperatores* „ *ex potentia potius*, QUAM LEGIBUS „ *habere*, *omnia*, *quæ in populari forma rei*„ *publicæ multum valuere*; *Senatu*, *populo*„ *que volentibus*, *ea cum ipſis nominibus in* „ *ſe recipiunt*, *excepta dictatura. Conſules* „ *enim fiunt &c. Proconſules dicuntur*, *no*„ *menque Imperatoris ſemper gerunt loco no*„ *minis regii*, & *dictatoris*: *quæ ſemel e* „ REPUBLICA SUBLATA *non imponunt* „ *ſibi &c. cenſoriam auctoritatem*, & *ſum*„ *mum pontificatum*, *ac tribunitiam poteſta*„ *tem ſibi conferri patiuntur &c. Hæc igitur* „ *ſingula cum legibus fuerint ſtabilita in ea* „ *reipublicæ inſtitutione*, *qua penes populum* „ *eſt ſumma rerum*; *Imperatores cum ipſis* „ *nominibus ſibi ſumunt*, *ut* NIHIL SIBI „ A SUBDITIS NON DATUM HA„ BERE VIDEANTUR. Hinc III. Au„ guſtus conſulatu perfunctus juramentum „ patrio more præſtitit, *L.* 53. *d. f.* 652. „ IV. cum porro declararet, populo ſe ceſ„ ſurum imperio, his verbis uſus eſt: *Re*„ *cipite jam nunc libertatem*, & *priſtinam* „ *reipublicæ formam*: *accipite arma*, *genteſ*„ *que vobis ſubditas*, & *veſtro more rem*„ *publicam gerite*. Et mox: *ego ſane juſtiſ*„ *ſimum eſſe cenſeo*, *vos veſtras res ipſos ad*„ *miniſtrare*. *Dio L.* 53. *f.* 655. *ſeq.* Et cum V. „ Senatus, populuſque confirmaſſent, ut ſo„ lus imperium gereret, tamen popularis „ opinionem ſibi parare ſtuduit, indeque „ cum Senatu, populoque adminiſtrationem „ provinciarum diviſit. *Dio L.* 53. *f.* 659. „ Imo VI. ut Romanos a ſuſpicione regiæ „ poteſtatis abduceret, imperium ſaltem de„ cennale in ſuas provincias recipere voluit, „ *d. L.* 53. *f.* 660, & continuatis decenniis „ per totam vitam ſummam imperii ex de„ creto populi obtinuit, *ibid. f.* 663. Poſtea „ VII. varii honores a populo ei decreti ſunt, „ ut ante ejus domum lauri ponerentur, ut „ Auguſtus diceretur &c. *ibid. fol.* 664, pa„ ter patriæ vocaretur. *Suet. in Aug. c.* 57. „ Sed & VIII. ex Dione conſtat, Cæſarem „ Romuli nomen vehementer appetiiſſe; at „ cum ſentiret, hinc ſe ſuſpectum affectati „ regni fieri, id omiſiſſe, *d. f.* 664. Hinc „ nomen regis deprecatus eſt, neque dicta„ tor dici voluit, dominique appellationem „ exhorruit. *Suet. in Aug. c.* 52. *Dio L.* 53. „ *f.* 665; idque publico edicto prohibuit. „ *Suet. in Aug. c.* 53. IX. Comitia populi „ quoque habebantur. *Dio L.* 53. *f.* 669. „ Sane etſi potiſſima arbitrio principis, quæ„ dam tamen ſtudiis tribunorum fiebant. „ *Tac. Ann. L.* 1. *c.* 15. Unde Auguſtus „ ſuffragia populi re magis, quam verbis „ ſuſtuliſſe, dicitur. *Suet. in Cal. c.* 16. & „ *c.* 40. Sed & poſtquam X. Imperatores „ publice profitebantur, imperium proprio „ jure ſibi delatum eſſe; ſimul tamen invi„ diæ vitandæ cauſa profeſſi ſunt, ſe de le„ gibus vivere velle. Paulus (qui ſub Ale„ xandro Severo vixit, eique a conſiliis fuit), „ *inverecundum eſſe*, dicit, *Imperatorem ex* „ *imperfecto teſtamento legata vindicare*: ad„ ditque rationem, *quod tantæ majeſtati de*„ *ceat*, *eas ſervare leges*, *quibus ipſe ſolutus* „ *videtur. l.* 33. *ff. Leg.* 3. Theodoſius, & Va„ lentinianus: *Dignum eſſe vocem majeſtate* „ *regnantis*, ajunt, *legibus alligatum princi*„ *pem ſe profiteri.* Et tum addunt: *adeo de* „ *auctoritate juris noſtra dependet auctoritas*, „ & *revera majus imperio eſt ſubmittere legi*„ *bus principatum. L.* 4. *C. Legibus.*

„ Hinc XI. ratio apparet, cur temporibus „ Juſtiniani adhuc dubitatum fuerit: *an Im*„ *perator leges interpretari poſſit*, *quæ olim a* „ *populo*, & *Senatu latæ fuerunt. L. f. C.* „ *de Legibus.* Cum enim Imperatores nun„ quam proprio jure imperium, adeoque nec „ jus condendi leges habuerunt; ſponte ſe„ qui-

„ quitur, eos nec interpretandi facultatem „ sibi arrogare potuisse. At prævaluit potentia Imperatorum, fabula de lege regia „ subnixa. *d. l. f.*

„ Neque *obstat* I. quod *Dio* ait, Imperatoris nomen Augustum accepisse, non quale „ propter victoriam tribui vetusto more solebat, sed *quo summa imperii* demonstrare„ tur, quod patri quoque ejus Julio, & ejus „ filiis erat decretum. *L.* 52. *f.* 648. nam „ per delationem hanc imperii, statum non „ desiisse esse popularem, in præcedentibus ex „ historia Romana demonstravimus.

„ *Obstat* II. quod Augustus inter merita sua „ reputaverit, quod regiam potestatem de„ poneret, *L.* 53. *f.* 654. *&* *f.* 655: quod „ dicat se privatum potius cum gloria vivere, „ quam *regnum* gerere cum periculo, velle „ &c. *f.* 656. Se paratiorem esse mori privatum, quam *regem* perpetuo vivere. *L.* 53. „ *f.* 656; Adeoque veram regiam potesta„ tem habuisse videtur. Resp. loquitur Au„ gustus de eo, quod actu potuit; non de „ eo, quod jure. Ipse initio orationis ait: „ *me posse perpetuum in vos obtinere impe„ rium, ipsi cernitis. d. f.* 652. Sane milites, „ & ærarium, in ejus erant potestate: com„ petitores deleti erant, *ibid.* &c. At mox „ declarat, se nolle potentia sua uti, ne „ quisquam dicat, se ea, quæ egisset, pro„ pter summum sibi imperium parandum „ fecisse, *d. L.* 53. *fol.* 653. Arma, leges, „ & provincias ideo vult restituere, ut per„ spiciant Romani, se ab initio nequaquam „ potentiam aliquam animo propositam ha„ buisse. *d. L.* 53. *f.* 653. Adeoque se so„ lum administratorem reipublicæ, & prin„ cipem, seu primum Senatus haberi voluit: „ omnem potestatem suam sub nomine, & „ titulo officiorum tenuit, ipseque regis, ac „ domini nomen abhorruit, uti ante vidi„ mus. Neque enim tuto regia potestate uti „ potuisset: exemplum Julii Cæsaris præsen„ tissimum erat, qui de regno se suspectum „ reddidit, & ideo occisus fuit insidiis.

„ *Obstat* III. quod Augusti legibus soluti, „ atque hoc ipso omnia agendi licentiam con„ secuti sint. *Dio L.* 53. *f.* 666. Nullibi hoc „ privilegium concessum est Cæsaribus; nam „ Julio Cæsari quidem, constat, decretum „ esse, ut omnia, quæ ageret, rata esse „ debeant: non vero ut legibus in genere „ solutus sit. Augustus post delatum ei a po„ pulo imperium, & post confecta bella, „ noluit promissos populo viritim centenos „ denarios distribuere, nisi Senatus assensis„ set; & de hoc speciali casu refert Dio: „ *Senatum omni eum legum necessitate libe„ rasse: L.* 53 *f.* 675. Adeoque certum est, „ legem expressam, & generalem, qua Au„ gusti omnibus reipublicæ legibus soluti fue„ rint, nunquam exstitisse: & privilegium, „ quo Octavius a legis necessitate liberabatur, „ saltem de casu singulari loqui.

„ Equidem negari nequit, posterioribus „ temporibus Cæsares decreta populi in præ„ cedentibus allegata pro *lege regia* declarasse, „ atque vi illorum decretorum proprio jure „ sibi imperium arrogasse. Unde ex usu eo„ rum temporum Dio, Ulpianus, aliique „ statuerunt, *Principes vi illius legis regiæ* „ *solutos esse legibus:* quod tamen ab initio „ nec Cæsares ambierunt, nec populus de„ crevit, uti ex sequentibus magis apparebit.

„ Quando igitur IV. Augustus apud *Sue„ tonium in Aug. c.* 28. *se novi status, no„ vaque reipublicæ auctorem* jactitat; id intel„ ligendum de statu administrationis. Hinc „ quæ Dio ait, Cæsares *plenam habuisse po„ testatem etiam regiam &c. summam reipu„ blicæ penes unum hominem fuisse &c. & „ omne populi, Senatusque imperium in „ unum Augustum rediisse* (*vid Dio. L.* 53. „ *passim*) ea pertinent ad ea tempora, ubi „ Cæsares decreta populi in eum sensum de„ torserunt.

Sexto. Neque Tiberius Augusti succes„ sor proprio jure imperium sibi arrogavit. „ Nam I. ipse ab initio detrectavit imperium, „ *Suet. in Tib. c.* 24. II. Mox paulo minus, „ ac privatum egit, *ibid. cap.* 26. III. Præ„ nomen Imperatoris recusavit, *ibid. Dio* „ *L.* 57. *fol.* 780. IV. Dominus vocari no„ luit *Suet. c.* 27. *Dio L.* 57. *f.* 785. „ V. In civitate libera liberam linguam esse „ debere, dixit. *Suet. c.* 28. VI. Bonum, „ & salutarem principem Senatui servire debe„ re, asseruit. *Suet. c.* 29. Ex historia Ro„ mana apparet, Senatum conservasse & „ majestatem pristinam, & potestatem; un„ de in omnibus causis magni, & parvi „ momenti, ad Senatum referebatur. *Suet.* „ *in Tiber. c.* 30. *Dio L.* 57. *f.* 784. Tacitus „ *Ann. L.* 1. *c.* 7. ait, *cuncta per consules* „ *cum incepisse, tanquam vetere republica:* „ *ne edictum quidem, quo patres in curiam* „ *vocabat, nisi tribunitiæ potestatis præscri„ ptione posuisse sub Augusto acceptæ.* In edi„ cto autem posuit, se unum id ex publicis „ muneribus usurpare *d. c.* 7. Atque hinc ipse

„ voluit, ut miles, qui Agrippam occidit, „ rationem ejus redderet apud Senatum. *Tac.* „ *Ann. L.* 1. *c.* 6. VII. Sed & reprehen- „ dit conſulares, quod non ad Senatum re- „ ferrent, quaſi non omnium tribuendorum „ ipſi jus haberent. *Suet. in Tib. c.* 32. „ VIII. Dio ait, *Principis Senatus, more an-* „ *tiquo nomen ſibi tribuiſſe, ſæpius dicens,* „ *Dominum ſe ſervorum, Imperatorem mi-* „ *litum, Principem cæterorum eſſe: eumque* „ *ſæpius precatum ſibi eſſe tantum vitæ, &* „ *imperii tempus, quantum reipublicæ condu-* „ *ceret*; & tandem addit, *adeo popularem* „ *fuiſſe, ut neque per ſuam fortunam jurare* „ *cuiquam permiſerit, neque præter conſuetu-* „ *dinem quicquam fieret natali ſua. L.* 57. „ *f.* 785. Atque hinc IX. ipſe in Senatu „ votum ſaltem dicebat interrogante conſule, „ *Dio L.* 58. *f.* 801; adeo ut in votando „ Tribunus plebis prævaluerit, etſi ſententia „ Druſi, & Tiberii jam vicerit. Unde Dio „ *d. L.* 57. *f.* 792. addit, *forma præcipuæ* „ *reipublicæ popularis imaginem videri po-* „ *tuiſſe.*

„ Denique & X. certum eſt, Auguſtum „ omnem ſuam poteſtatem vi tribunitiæ pote- „ ſtatis, *Tac. Ann. L.* 1. *c.* 7. & 10., & „ vi conſulatus, *Dio L.* 51. *f.* 797. *L.* 58. „ *f.* 804. & 805., geſſiſſe, & a Senatu „ hæc officia æque. ac alii honores, decre- „ tos fuiſſe. *Dio d. L.* 58. *f.* 812.

Septimo. Sub Caligula ſtatus reipubli- „ cæ adeo non immutatus fuit, ut ex decre- „ to demum Senatus, contra Tiberii teſta- „ mentum, jus, arbitriumque omnium „ conſecutus fuerit. *Suet. in Calig. c.* 14. „ *Dio L.* 59. *f.* 825. Is ab initio adeo ſe po- „ pularem oſtentabat, ut nihil ad Senatum, „ aut populum ſcriberet, neque ullum Im- „ peratoris nomen uſurparet. *Dio L.* 59. „ *f.* 827. Quin populo ſuffragia reddere vo- „ luit. *Suet. Calig. c.* 22. *Dio d. l. f.* 830. „ & actu reddidit, *L.* 59. *f.* 834. & 845. „ Unde Dio concludit: *Ita forma ſtatus in* „ *republica popularis conſervabatur, res ade-* „ *rat. d. f.* 845. Atque hinc cum triduo Se- „ natum abrogaſſet, Suetonius ait, rempu- „ blicam per triduum ſine ſumma poteſtate „ fuiſſe, in *Calig. c.* 26. Equidem negari ne- „ quit, admodum ſæviſſe Caligulam, & om- „ nia crimina impune peregiſſe; At eadem, „ quin majora crimina ſub libera republica „ temporibus Syllæ, & triumviratus perpe- „ trata fuere: adeoque non a poteſtate „ agendi, ſed a cauſa ſtatus reipublicæ dijudicari debet. Neque per violentias Caligulæ ſtatum mutatum eſſe, apparet ex eo, „ quod Suetonius ait, *parum abfuiſſe, quin* „ *ſpem principatus in regni formam* (adeoque „ proprio jure non tenebat) *converteret.* „ *Calig. c.* 22. Præterea Caligulam officia „ reipublicæ, nimirum conſulatus &c. geſ- „ ſiſſe conſtat. *Dio L.* 59. Eumque imperio „ reipublicæ ſubfuiſſe, vel ex eo patet, quod „ Senatus memoriam ejus poſt mortem delere „ voluerit. *Dio L.* 60. *f.* 859.

Octavo. Mortuo Caligula quidam Se- „ natorum ſummam reipublicæ populo reſti- „ tuendam eſſe, opinati ſunt. *Dio L.* 60. „ *f.* 855. Ideoque Claudio edixerunt, ne „ imperium capeſſeret, ſed ſub populi, „ Senatusque, & legum poteſtate eſſet. At „ cum ab exercitu Imperator proclamatus „ eſſet, Senatus ei imperium invitus decre- „ vit. *Dio L.* 60. *f.* 856. Geſſit autem hoc „ imperium itidem ſub officiorum titulis. *Dio* „ *L.* 60. Sane ipſum imperium, omnesque „ honores ex decreto Senatus eum obtinuiſ- „ ſe, tradit *Dio ibid.*

Nono. Nero a militibus Imperator ſalu- „ tatus, mox decreto Senatus ſummam rei- „ publicæ obtinuit, *Tac. ann. L.* 12. „ *c.* 69., officia conſulatus geſſit, *Tac. ann.* „ *L.* 13. *c.* 31. & 34 *L.* 14 *c.* 20., & „ poſt mortem per decretum Senatus damna- „ tus fuit. *Suet. in Ner. c.* 49.

Decimo. Sequentia imperia mere vio- „ lenta fuere, inprimis poſtquam imperii „ arcanum evulgatum fuit, poſſe Imperato- „ rem alibi fieri, quam Romæ. *Tac. hiſt.* 1. „ *c.* 4. At nihilominus Imperatores a militi- „ bus proclamati confirmabantur decreto Se- „ natus: idque apparet exemplo Veſpaſiani, „ cui, poſtquam a militibus Cæſar Auguſtus, „ & Imperator dictus fuit, *Tac. hiſt. L.* 2. „ *c.* 80. Senatus Romæ cuncta principibus „ ſolita decrevit. *Hiſt. L.* 4. *c.* 3. Extat de- „ creti illius pars hodieque in ædibus Johan- „ nis Lateranenſis; capita ejus exhibet *Ant.* „ *Auguſtin. de legibus.* Voce, *lex regia* con- „ tenta hæc ſunt 1. ut fœdus, cum quibus „ volet, facere liceat: 2. ut ei Senatum ha- „ bere, relationem facere, remittere, Se- „ natus conſulta per relationem, diſceſſio- „ nemque facere liceat: 3. quicquid ejus „ voluntate, & juſſu, præſente eo a Sena- „ tu decretum eſt, ut id pro jure haberetur, „ ac ſi e lege Senatus edictum eſſet: 4. ut „ eorum, quos ipſe ad obtinendos magiſtra- „ tus commendaverit Senatui, populoque

„ Ro-

„ Romano, in comitiis extra ordinem ratio „ haberi debeat: 5. ut fines pomœrii proferre, & promovere liceat: 6. ut omnia, „ quæ ex usu reipublicæ esse censebit, agere „ liceat: 7. quibus legibus, plebisve scitis „ scriptum fuit, ne Julius Cæsar Augustus, „ Tiberiusve Claudius Cæsar tenerentur iis „ legibus, plebisque scitis, Imperator Cæsar „ Vespasianus solutus sit; quæque ex quaque „ lege rogatione Divum Augustum, Tiberiumve, Claudium Cæsarem facere oportuit, ea omnia Imperatori Cæsari Vespasiano Augusto facere liceat: 8. ut omnia, „ quæ ante hoc decretum gessit, rata sint: „ & tandem 9. additur sanctio, ut si quis „ civis jussu Principis contra leges aliquid fecerit, id hujus legis ergo fraudi ei esse „ non debeat, neque actio in eum sit.

„ Ex quo edicto satis constat, statum Democraticum fuisse. Eo enim pertinet, 1. „ quod Vespasianus imperium ipsum ex decreto Senatus acceperit; & quidem sub „ titulo officiorum, nam consulatum gessit. „ *Tac. A. L.* 4. *c.* 38. 2. Quod Augusti legibus soluti fuerint, non ex *lege aliqua regia*, seu quod propria potestas ipsis collata esset; sed ex privilegio, adeoque ex „ beneficio Senatus. 3. Quod Vespasianus „ non in genere legibus solutus fuerit, sed „ NB. NB. iis tantum, quibus Augustus, „ Tiberius, & Claudius soluti fuerunt; quod „ in quibusdam saltem casibus factum esse, „ supra vidimus: uti cum Julio Cæsari concessum fuit, ut ad decennium dictator „ esset, & quinque annis continuis consulatum gereret, *Dio L.* 42. *f.* 273., utrumque legibus repugnabat. Ita Augusto permissum fuit, ut contra leges denarios populo distribueret. &c. *Dio L.* 53. *f.* 675.

Undecimo. Sed & sub sequentibus „ Imperatoribus imago reipublicæ superfuit. „ Nam & Trajanus id unice curavit, ne quid „ regium ostentaret, sed verum principem „ gereret, qui proinde subesset Senatus, „ populique judicio. *Plin. paneg. Grot. L.* 1. „ *c.* 4. §. 6. Unde pugionem præfecto prætorio tradidit, ajens: *hoc pro me utere, si „ recte impero: si male, contra me. Zonar. „ ad ann.* 2. *in vit. Traj.* Quod imitati postea „ sunt Pertinax, & Macrinus, quorum orationes exstant apud *Herodianum*. Sed & „ postquam Imperatores palam, & sine ulla „ dissimulatione, proprio jure regnum sibi „ delatum contenderent, speciem tamen „ reipublicæ conservarunt. Ita enim Senatus „ jus condendi leges sub Alexandro Severo „ habuit, teste Ulpiano (qui eo tempore vixit. *Vid. van Eck princ. jur. tit. de or. „ jur.* §. 37.) *in l.* 9. *ff. de legibus*; & Dio „ Cassius de Imperatoribus sui temporis (vixit autem eodem tempore) ait, *eos, ne „ videantur ex potentia potius, quam legibus „ habere omnia, quæ in populari statu maxime valebant Senatu, populoque volentibus, „ ea cum ipsis nominibus in se recipere solere, „ excepta dictatura. Consules enim sæpe fieri, „ Proconsules dici, nomen Imperatoris semper gerere, loco nominis regii, & dictatoris, quæ semel e republica sublata, ut non „ imponant sibi, ita eorum vim, ac rem ipsam „ imperatorio titulo confirment; censores fieri, pontifices, tribunos &c. atque hoc modo omnem totius reipubl. potestatem accipere, ac regiam etiam, nisi quod invidiam „ nominis vitent.* Tandem concludit: *hæ „ sunt appellationes istæ, quibus Imperatores „ secundum leges, ac instituta, nostris etiam „ temporibus utuntur. Dio L.* 53. *f.* 665. „ *seqq.*

Duodecimo. Aurelianus primus re„ gio ornatu usus est, diadema capiti inne„ xuit, gemmisque, & aurata omni veste, „ quod incognitum adhuc Romanis fuit, „ usus est. *Aurel. Vict. in Aureliano.* Suc„ cessor ejus Tacitus non a militibus, sed ex „ SCto factus est Imperator. *Guthberlet. „ chron. in Tac.* Qui huic successit Valerius „ Probus a justitia laudatur, & traditur, „ sub ejus regno Senatum leges firmasse, de „ appellationibus cognovisse, proconsules „ creasse, legatos consulibus dedisse &c. „ *Grot. J. bell. L.* 1. *c.* 3. §. 17. *in not.* „ Sub Honorio modus ille adhuc obtinuit, „ quo Cæsares populum adorabant (de quo „ more *vid. Tacit. Ann.* 1. *c.* 26. *& Suet. „ in Claudio c.* 12.) uti ex Claudiano apparet. *vid. infr.* §. 10. *n.* 3. Umbra igitur „ reipubl. semper continuavit; Imperatores „ officia reipublicæ gesserunt; Valens, & „ Valentinianus publica lege declararunt, „ se etsi legibus liberati sint, tamen illis vivere velle, *L.* 4. *C. Leg.* Sane sub Justiniano dubitatum adhuc fuit, an Imperator leges abrogare possit, *L. f. C. de legibus*; quia quidem statutum esset, ut illi „ legibus soluti sint, non vero ut leges a „ Senatu, populoque Rom. latas abrogare „ possint.

„ Decimo Tertio. Adeoque ex „ his apertissime constat, populum, & Se-

„ natum

„ natum nunquam jus ipſum imperii in Cæ-
„ ſares contuliſſe, ſed primam ſaltem admi-
„ niſtrationis partem, idque titulo officio-
„ rum. Apparet porro, legem regiam nul-
„ lam exſtare, qua *proprio jure* poteſtas in
„ Cæſares collata ſit; ſed poſt ducentos de-
„ mum annos Imperatores antiqua illa de-
„ creta in eum ſenſum torſiſſe, ac decreta
„ illa *legem regiam* vocaſſe.

Etiam in ſe] „ I. e. in ipſum populum.
„ At id non ſpeciali lege decretum eſſe, di-
„ ximus; ſed Imperatores, Senatu, &
„ populo ſubacto, privilegia a Senatu, &
„ populo, 200. ante annis Cæſaribus indul-
„ ta, in eum ſenſum interpretati ſunt.

Nemo, niſi ſolus Deus, judex Principis eſſe poteſt] „ Quia princeps ſuperiorem non
„ habet, utpote cum populus, cui ſumma
„ poteſtas antea competiit, omne jus ſuum in
„ eum tranſtulerit. An vero, & quatenus
„ Princeps ex pactis obligetur, videbimus
„ *lib. 2. c. 14. per tot. Conf. Diſſ. Proœm.*
„ *XII.* §. 421., & quid in eum liceat, ſi
„ notorie fines imperii excedat, explicabi-
„ mus *c. ſeq. Conf. dict. diſſ. XII.* §. 638.

Apud Æſchylum] „ Imo non populus eum
„ alloquitur, ſed peregrinæ, & ſupplices fœ-
„ minæ, quæ rogabant in tutelam ſuſcipi, &
„ defendi contra Ægyptios claſſe perſequen-
„ tes: & ideo blandiebantur regi; qui vero
„ ſe id ſine populi conſenſu nec velle, nec
„ poſſe facere, ait *ibid. v.* 402. *Add. Gron. h.*

11 *Longe aliter, quam de Athenienſium republica &c.*] „ Athenienſium ducibus non
„ jure proprio, ſed vi officii, & jure ad-
„ miniſtrationis ſaltem, poteſtas competiit;
„ de qua differentia plenius agemus *infra*
„ §. *X. & XI.*

Ut Reges, qui populo ſubſunt, non niſi improprie &c.] „ *Vid.* §. *ſeq. n.* 2.

Quod exemplum ſecuti & alii in Græcia]
„ Ut Carthaginenſes apud Nepotem *Hanni-*
„ *bal. c.* 7., & Juſtinum *L.* 2. *c.* 2. *n.* 1.

Talia regna, negat Ariſtoteles, conſtituere propriam ſpeciem gubernationis] „ Quia
„ populus ſaltem adminiſtrationem uni com-
„ mittit, non jus ipſum imperii transfert:
„ adeoque hi reges non jure proprio impe-
„ rium habuerunt, ſed tantum vi officii,
„ nudique miniſtri populi fuere. Unde etiam
„ in hos Duces ſæpius animadverſum, legi-
„ mus: uti paſſim in Nepote videre eſt. De
„ Pauſania vide *Ælian. L.* 4. *c.* 7.

12 *Quaſi temporarii regni*] „ Auctor ait,
„ ſummam poteſtatem adeo non eſſe in popu-
„ lo, ut etiam reges temporarii fuerint, qui
„ tamen populo non ſubfuerunt. Sane po-
„ pulus de ſuo jure vel ad tempus, vel in
„ perpetuum diſponere poteſt; ſi proinde ad
„ tempus diſponit, intra illud tempus jus
„ ſummæ poteſtatis populi ſuſpenſum eſt. Ta-
„ le regnum propoſuit Nabarzanes apud *Curt.*
„ *L.* 5. *c.* 9., ubi præfectum Bactrianæ
„ Beſſum regem ad tempus conſtituendum
„ ſuadet: nimirum, ſub lege, ut compo-
„ ſitis rebus juſto regi reſtituat regnum. *Vid.*
„ *Teſm. h.*

Et apud Romanos Dictatorum] Imo Dictatorum poteſtas non fuit propria, ſed ſaltem vicaria. Neque enim inſpiciendum, quid potuerint, ſed ex qua cauſa. Nam fieri poteſt, ut jus imperii admodum in vero rege reſtrictum; officium vero, ſeu adminiſtrandi facultas officiali conceſſa, indefinita ſit: de quo plenius *infra* §. *X.*

Cum ad populum provocatio non eſſet] „ *Vid.*
„ *Gron. h.* Cæterum ejusmodi Dictatores
„ etiam apud Carthaginenſes *Juſt.* 19. *c.* 1.,
„ imo & apud alias gentes liberas creaban-
„ tur, *Alex. ab Alex. Gen. dier.* 3. 24.;
„ Sed non niſi in graviſſima neceſſitate, &
„ ubi unius imperio omnia committere, ex
„ ſalute reipublicæ erat. Sed adeo hanc po-
„ teſtatem imperii timuiſſe populum, ut dic-
„ taturæ uſus 120. annis intermiſſus fuerit,
„ teſtis eſt *Vellej. Paterc.* 2. 28. *Vid. Teſm. h.*

Ait Livius] „ *L.* 2. *c.* 18. quaſi vox di-
„ vinitus miſſa, ait Seneca *Ep.* 94. *Conf.*
„ *Gron. & Teſm. h.*

Obſeſſam vim regiæ poteſtatis, Cicero]
„ Verba Ciceronis exſtant *Philipp. II.* Nam
„ regia poteſtas, i. e. regendi poteſtas, erat
„ penes Conſules; at Dictatore creato ipſa
„ hæc regia Conſulum poteſtas ſuberat dicta-
„ toris imperio: adeoque hic ſolus tenebat
„ vim regiæ poteſtatis. *Livius L.* 8. *c.* 32.
„ ait: *Quæro de te, cum ſummum imperium*
„ *Dictatoris ſit, pareantque ei Conſules, NB.*
„ *regia poteſtas, prætores, &c. Conf. Liv.*
„ *L.* 2. *c.* 1. *& Cic. de leg. L.* 3. *c.* 3.
„ *Teſm. h.*

Quæ pro contraria ſententia] „ Hactenus 13
„ Auctor probavit, ſummam poteſtatem re-
„ gulariter non eſſe populi: indeque verum
„ non eſſe, eum reges coërcere, ac punire
„ poſſe, quoties imperio male utuntur. *Vid.*
„ *ſupra n.* 1. *ſeq.* Jam dubia removet.

Eum, a quo aliquis conſtituitur, eſſe ſuperiorem conſtituto] Cum ergo populus con-

„ ſti-

ſtituat regem, inde concludendum videtur, populum eſſe ſuperiorem. Reſpondet Grotius, regulam hanc fallere in eis, quæ ab initio ſunt voluntatis, & poſtea fiunt neceſſitatis. Verior eſt reſponſio, regulam veram eſſe, quoties quis ab alio conſtituitur vi, & jure imperii; quia omne imperans ſuperius eſt eo, cui imperatur. Eam autem fallere, quoties is, qui alium conſtituit, id facit vi pacti, & utriusque voluntate; quod fit, ſi populus ſuo conſenſu jus imperii in alium transfert. Populus igitur hac conſtitutione adeo non fit ſuperior, ut potius ſuo ſe jure abdicet, & alterius imperio voluntate ſua ſe ſubmittat.

Cujus effectus perpetuo pendet a voluntate conſtituentis] „ Rectius, quoties quis alium „ conſtituit vi, & jure imperii.

Non etiam in ea &c.] „ Adeoque nec in „ conſtitutione imperii, quæ initio eſt vo„ luntatis, poſtea vero demum habet effe„ ctum neceſſitatis.

Quomodo mulier virum ſibi conſtituit, cui parere ſemper neceſſe habet] „ Uxor igitur, „ quæ maritum dominum ſibi conſtituit, non „ eſt ſuperior conſtituto, quia hæc conſti„ tutio non fit jure imperii, ſed ex pacto.

Quod petitis, in meo arbitrio] „ Hiſtoriam, „ præter Sozomenum allegatum in *L.* 16. „ *c.* 6., etiam refert *Theodoret. Hiſt. Eccl.* „ 14. *c.* 26. *Add. Ammian. Marcell.* 26. „ *c.* 6.

Sed nec verum eſt, quod aſſumitur, omnes reges a populo conſtitui] „ Nam & jure „ belli regna acquiri poſſunt. Vide infra „ *l.* 3. c. 7. Adeoque hoc ſaltem caſu popu„ lus, qui non conſtituit regem, non poteſt „ ſuperior dici Rege.

Quod exemplis patrisfamilias advenas ſub obediendi lege acceptantis] „ Per patremfami„ lias Auctor intelligit privatum latifundia „ poſſidentem, qui advenas ſub lege obe„ diendi recipit. At hoc exemplum huc plane „ non pertinet. Paterfamilias enim advenas re„ cipiens, ipſe alterius imperio ſubeſt, adeo„ que alios ſub obediendi lege acceptare, ac „ in eos jus ſummi imperii ſibi ſtipulari ne„ quit. *vid ſupra n.* 3.

Et gentium bello devictarum, quæ ſupra attulimus] *Vid. n.* 6. & 7. adeoque ubi populus, qui regem non conſtituit, ſuperior non eſt.

14 *Unde ſequi, exiſtimant, ex finis nobilitate &c.*] Argumentum tale eſt: Finis nobilior eſt mediis; finis imperii eſt ſalus populi, media ſaltem ſunt Imperantes; Ergo populus nobilior eſt Imperante.

Auctor reſpondet: 1. univerſaliter verum non eſſe, omne regnum populi cauſa eſſe conſtitutum: 2. finem non ſemper nobiliorem eſſe mediis, exemplo pupilli, & tutoris.

Verior reſponſio eſt: 1. populum non eſſe finem imperii, ſed totam rempublicam, cujus principalior pars eſt ipſe Princeps. 2. Finis imperii eſt juris tuitio; hic finis ex voluntate creatoris, non ex conſtitutione populi eſt: adeoque hactenus finis nobilior mediis dici poteſt. 3. Non ſequitur: Quicquid nobilius eſt, id etiam eſt ſuperius; Sic enim pupillus, uxor, ſervus &c. poſſunt eſſe nobiles, & tamen ſubeſſe juri tutoris, mariti, & domini plebeji.

Nam quædam regimina per ſe ſunt regentis cauſa, ut dominicum] „ Poteſtas, quæ do„ mino in ſervum competit, improprie re„ gimen dicitur, rectius dominium: adeo„ que hoc exemplo non probatur, quædam „ regimina eſſe regentis cauſa.

Nam ſervi utilitas ibi extrinſeca eſt, & adventitia] „ Dominus enim curam habere ſo„ let ſervi, uti dominus curam habet equi; „ at id non fit ſervi, vel beſtiæ cauſa, ſed „ ob propriam utilitatem: & hoc ſenſu utili„ tas ſervi adventitia dici poteſt.

Sicut medici lucrum ad ipſam medicinam non pertinet] „ Medicina enim inventa eſt „ ægrotantium cauſa: hinc quod medicus „ lucrum inde accipiat, hæc utilitas eſt ex„ trinſeca, nec ad medicinam pertinet.

Sunt alia regimina mutuæ utilitatis cauſa, ut maritale] „ Marito non competit regi„ men, ſeu imperium in uxorem. Neque enim „ conjugium imperium infert, ſed ſocieta„ tem; atque ex hac ratione utilitas commu„ nicatur: adeoque ex hoc exemplo non pro„ batur, regna quædam mutuæ utilitatis „ cauſa eſſe conſtituta.

Sic imperia quædam eſſe poſſunt comparata ad regum utilitatem, ut quæ victoria parta ſunt] „ De jure, quod in regna armis de„ victa competit, late agetur infra *L.* 3. „ *c.* 8. *Conf. Diſſ. Proœm. XII.* §. 751.

Et non ideo tyrannica dicenda ſunt, cum tyrannis &c. injuſtitiam includat] „ Adquiſi„ tio imperii, quæ juſto bello, & per ul„ timam victoriam fit, pro juſto titulo habe„ tur: *vid. L.* 3. *c.* 8. adeoque tale regnum „ bello quæſitum non eſt tyrannicum, ubi ſup„ ponitur, imperium injuria occupatum eſſe.

Ut cum populus impotens &c.] „ Rex hic „ conſtituitur ob ſolam utilitatem populi; ideo „ enim impotens populus potentem regem „ eligit, ut jus populi defendat.

Non nego, in plerisque] „ Imo in omnibus „ imperiis, quæ non bello ſunt occupata.

Herodotus] „ *L.* 1. *p. m.* 19. ubi Medos „ ſervandæ juſtitiæ cauſa reges conſtituiſſe, „ ait.

Poſt Heſiodum] „ Add. *Dion. Hal. L.* 5. „ *c.* 85. *&c.*

Sed non ideo conſequens eſt, quod illi inferunt, populos rege eſſe ſuperiores] „ Recte; „ Quæ enim conſequentia: Rex conſtitutus „ eſt populi, ejusque juris tuendi cauſa, ergo populus eſt ſuperior? Contrarium potius inde ſequitur; Cum enim populus, „ cui jus tuendi ſingulos incumbebat, jus „ ſuum imperii in unum tranſtulerit, per rei „ naturam non poteſt videri retinuiſſe, quod „ ſolenni translatione amiſit.

Nam & tutela pupilli cauſa reperta eſt] „ Recte Auctor exemplo pupilli, & tutoris „ probat, non ſemper illud, quod alterius „ utilitatis cauſa conſtituitur, eſſe inferius.

Tutorem, ſi male rem pupillarem adminiſtret, amoveri poſſe] Id verum, ſi mala illa adminiſtratio notoria eſt; nam in eo caſu etiam Principem removeri poſſe, Auctor ſtatuit. *c.* 4. §. 11. At quando in Principe notoria ſit, videbimus *ibid.* ſcil. ſi evertit ſtatum reipublicæ, quod non fit per injurias privatas.

Nam in tutore hoc procedit, qui ſuperiorem habet] „ Mens Auctoris hæc eſt: tutorem „ ideo removeri ob dolum poſſe, quia ſu„ periorem habet, cui cauſa cognita jus re„ movendi competit; Principem vero dolo „ agentem non habere ſuperiorem, indeque „ eum impune delinquere. At hæc reſponſio „ fallit, quia ea quoque obtineret, ſi Prin„ ceps ſtatum evertit; nam tunc quoque ſu„ periorem non habet, & tamen, fatente „ Auctore, removeri a populo poteſt. Vera „ igitur reſponſio eſt, quod imperium dela„ tum ſit non a ſingulis, ſed ab univerſo „ populo. Singuli igitur ob injurias privatas „ adimere non poſſunt imperium, quod non „ contulerunt; ſed nec univerſus populus, „ quia ei injuria facta non eſt.

Quia progreſſus non datur in infinitum] „ Etſi enim plures gradus ſuperioritatis ſint, „ ita ut plebs ab inferiori magiſtratu, hic a „ majori, major a principe puniri poſſit „ (vide effatum *Aurelii in n. ſeq.*); tamen „ hoc in infinitum non procedit, ſed in ali„ quo conſiſtendum eſt, qui ſuperiorem non „ habet: qualis eſt rex. Hic ergo puniri non „ poteſt, quia pœna ſupponit ſuperiorem, „ qui hic defuit; populus enim omne jus „ ſuum puniendi tranſtulit in ipſum regem.

Quorum peccata &c. Deus ſibi peculiari curæ eſſe teſtatur] „ Non ergo concedendum eſt, impunita eſſe principum cri„ mina, etiam privata; nam ſeveriorem „ olim habituri ſunt judicem, qui juſta ta„ lione graviſſimas pœnas in eos ſtatuet.

Qui ea aut vindicat, ſi ita opus judicet] „ Sc. calamitatibus quoque temporariis.

*Aut tolerat in pœnam, aut exploration*em *populi*] „ Reſervatis cæterum pœnis æternis, „ quas Deus remittere non poteſt.

Optime Tacitus] „ Sunt verba Cerialis, 15
„ quibus Treviros, & Lingones alloquitur. „ Vide *Tacit. hiſt.* 4. 74. *Add. Sen. de Con„ ſtantia c.* 8. 9. *Teſm. h.*

Magiſtratus dixit de privatis] „ Illuſtrat hic „ quod antea dixit, non dari proceſſum in „ infinitum.

Deum de principibus judicare] „ Certum „ eſt, peccata Principum non ſubeſſe judi„ cio populi, eorumque vindictam Deo „ relinquendam eſſe: niſi deſinant eſſe Prin„ cipes, de quo infra *c.* 4.

Inſignis eſt apud Gregorium Turonenſem locus] „ Qui loquitur de delictis in privatos, „ non in publicum commiſſis.

Non obtingere cuiquam imperium ſine Dei cura ſpeciali] „ Adeo ut defectus providen„ tiæ divinæ non ſit, ſi malus Princeps im„ perium teneat; permitti enim id a Deo „ ſolet variis ex cauſis, e. g. ob virtutem an„ teceſſorum: unde Seneca ait, Caligulæ im„ perium datum non fuiſſe, ſed ejus patri „ Germanico. Sed & in pœnam populi id „ contingere poteſt.

Quod populi interdum puniti leguntur, ob 16
regum peccata] Reſp. hoc non inde eſt, quaſi ſumma poteſtas reſideat penes populum; ſed duæ ejus rei poſſunt eſſe cauſæ: forte enim populus imitatur regis peccata, & tunc populus punitur ob propria delicta: deinde pœna hæc non eſt ratione populi, ſed ratione ipſius Imperantis; huic enim afflictio additur ſi ſubditos perdit, & per calamitates populi ipſe contriſtatur. Hinc ſtrages Iſraëlitarum ſub Davide erat pœna intuitu regis, & calamitas intuitu populi.

Sed quod vitiis ejus conſentiret] „ Forte „ imitando; at tum non puniuntur ob regis „ pec-

„ peccata, ſed ob propria. *vide L. 2. c. 21.* „ §. 7. & 17.

Tacite ſaltem] „ I. e. quia debuiſſet prohi- „ bere, (ita enim rem explicat *L. 1. c. 21.* „ §. 2. *n.* 5.) At verum id non eſſe, & „ populum non habere facultatem prohiben- „ di, allegato loco demonſtrabimus.

Uti potuit in pœnam regis] „ Quia citra „ pœnam cruciatus hominibus imponere po- „ teſt (*vid. ſupra proleg.* §. 48.); multo ma- „ gis eo jure uti poteſt ad puniendos reges: „ *de quo d. c.* 21. §. 17.

Cujus ſupplicium eſt, ſubditis orbari] „ Vi- „ de late *infra d. c.* 21. §. 17.

Ad §. IX.

1 Sunt *alii*] Auctor recte rejicit eorum ſententiam, qui populum regi tum ſubjacent, quando populus peccat: & regem populo, quando rex peccat. Hæc ſententia ideo abſurda eſt, quia populo tribuitur judicium de factis regis cognoſcendi: cum tamen is omne ſuum judicium in regem contulerit, adeoque ei nil niſi obſequii gloria relicta ſit.

Non facienda ob regis imperium ea, quæ manifeſte iniqua ſunt] „ Recte hic notat Teſ- „ marus, aliud eſſe non obedire regi impia „ jubenti: aliud, vim in eum exercere, quan- „ do impia imperat. Prius ex ipſa naturæ ra- „ tione ſubditus omittere, eoque jubenti non „ parere debet, *L. 1. c. 4. §. 1. n.* 3. „ *L. 2. c. 26. §. 3.* quia magis Deo obe- „ diendum, quam Principi. At ſubditus vim „ inferre ideo Principi nequit, uti plenius „ explicabimus *d. c. 4. §. 1. n. 3. & §. 2.*

Sed id nullam includit coactionem] „ Non „ enim ſequitur: negligere juſſa regis impia „ poſſum, ergo & vi contra eum uti.

Aut jus aliquod imperii] „ Nam imperium „ non niſi ſuperiori competit; Princeps au- „ tem ſuperiorem non habet.

Partiri cum rege imperium] Senſus eſt, quod populus, ſi ſummam poteſtatem, vel ſaltem partem ejus, ſibi reſervare voluiſſet, terminos poſiturus fuiſſet, vel circa loca, vel circa perſonas, vel circa negotia. Unde recte concluditur, populum ſi ſibi nihil reſervavit, omne jus ſuum imperii in Principem tranſtuliſſe.

Qua de re infra dicendum aliquid erit] „ *Vid.* §. 17. & 18. ubi probat, ſtatum „ dari mixtum ex populari, & monarchico, „ quin & ex Ariſtocratico.

Qui cognoſci facile poſſent ex locorum diſcrimine] „ Auguſtus adminiſtrationem imperii „ cum Senatu diviſit. *Dio Caſſ. Hiſt. L. 55.* „ *pr.* Idem quoque Tiberius propoſuit Sena- „ tui. *Tacit. ann. Lib. 1. p. m. 9.*

Bonitas autem, aut malitia actus &c. apta non ſunt ad partes diſtinguendas] 2 „ Senſus eſt, poteſtatem quidem ex locis, „ perſonis, aut negotiis diſtingui, & dividi „ poſſe; non vero ex malitia actus, quia „ exitus rei non daretur: cum populi, & „ regis judicia hic concurrant.

Præſertim in civilibus, quæ obſcuram ſæpius habent diſceptationem] „ In adminiſtra- „ tione civitatis, vel reipublicæ, aliquan- „ do optime conſulta pro peſſimis a populo „ accipiuntur; ſæpius enim continet, Prin- „ cipem ex rationibus ſecretis copias augere, „ onera imponere, ſupplicia ſtatuere &c: „ de his ergo judicium populo tribuere, „ ſumma ſtultitia foret.

Summam confuſionem ſequi neceſſe eſt] „ Si enim populo liceret, quoslibet regis „ actus injuriæ accuſare, negante id rege; „ anne inde perpetua oritura eſſet perturba- „ tionum ſeges?

Introducere nulli, quod ſciam, populo in mentem venit] „ Equidem nullus in orbe „ populus eſt, qui translata ſumma poteſta- „ te ſibi judicium de malitia actus regii ſum- „ ſerit. Exemplum Cromwelli, & Parla- „ menti ejus temporis, vi, & armis inni- „ xum, ab ipſo populo damnatum poſtea eſt.

Ad §. X.

Sublatis *opinionibus falſis*] „ Quaſi 1 „ ſumma poteſtas ubique, & ſine omni ex- „ ceptione ſit penes populum, §. 8; vel „ quaſi mutua ſit ſubjectio inter regem, & „ populum. *vid.* §. 9.

Reſtat, cautiones adhibeamus aliquas, quæ viam nobis monſtrare poſſint ad recte dijudicandum, cui jus ſummæ poteſtatis competat] „ Cautiones illæ eo redeunt: 1. diſtinguen- „ dum eſſe, ait, inter jus ſummæ poteſta- „ tis, & inter ejus adminiſtrationem; 2. in- „ ter regna patrimonialia, & non patrimo- „ nialia; 3. monet, ſummam poteſtatem „ non dependere ex potentia agendi, ſed „ ex cauſa, & titulo: de quibus jam ſigilla- „ tim agetur.

Ne decipiamur ambiguo nominis ſono] Vera principia hæc ſunt:

PROPOSITIO I.

In republica aliud est forma ejus, seu ipsa summa potestas: aliud administratio, seu exercitium ipsius.

DEMONSTRATIO.

In quæstione: quando quis vere summam potestatem, seu imperium habere videatur? non inspici debet, quis eam exerceat, sed cui inhæreat; inhæret autem ei, qui eam jure proprio habet. Si enim alterius nomine, & jure eam exercet, vicarius saltem est, officialis, ac nudus minister, & instrumentum alterius: indeque non summa potestas. *vid.* §. *seq.* & *prudentia nostra jur. publ. c.* 7. §. 1. *seq.* & *c.* 18. §. 4.

Additio.

„ Distinctionem inter jus imperii, ejusque „ exercitium, examinavi in *c. seq.* §. 15.

PROPOSITIO II.

Ex hac distinctione variæ sequuntur mixturæ. Nam misceri possunt 1. *plures formæ*, 2. *plures administrationes*, 3. & *forma cum administratione.* Vid. jus publ. nostrum c. 7. §. 1. seq.

DEMONSTRATIO.

Diximus *Primo*, misceri posse ipsam formam imperii, seu jus summæ potestatis; Populus enim de suo jure pro lubitu disponere, adeoque quædam saltem jura in regem conferre potest, *vid.* §. 17. & *l.* 1. *c.* 4. §. 14. *Ita L.* 2. *ff. de O. J.* dicitur, Regem summam potestatem habuisse: & tamen sententiæ expediebantur per curias populi, quibus præterea juncti erant proceres. Ita in Anglia hodieque status mixtus est, & concurrunt Parlamenta. Quin in nostro Imperio status mixtus est ex Monarchico, Aristocratico, & Populari.

Secundo, misceri possunt plures administrationes. Sic v. g. in republica Veneta status est Aristocraticus: at administratio est monarchica, & Aristocratica; quia & Dux, & Senatus in administratione concurrunt.

Denique misceri quoque potest forma cum administratione. Quod accidit in rebuspublicis Græcorum, ubi semper status fuit popularis, & tamen nulla fuit civitas, quæ non vel Senatum suum, vel regem habuerit, aliquando & Dictatorem. Talis mixtio quoque fuit apud Mnemodes, *Alex. ab Alex. L.* 4. *c.* 11., apud Archæos, & Archontes, *vid. Diod. Sic. L.* 12. *c.* 72., apud Armestios. *ibid. L.* 5. *c.* 83.

Aut rerum externarum specie] „ Sic Venetiarum dux omnia insignia summæ potestatis habet, cum tamen saltem sit minister Aristocratiæ. *vid. infra n.* 3.

Exempli causa] Auctor hic probat, *Principes* aliquando dici, qui vere summam potestatem habent; *reges* vero, qui eam non habent. Sed hoc est, quod antea monui, summam potestatem non ab exercitio, nec a nomine, sed a sola causa dijudicandam esse. Si proinde Dux, Rex, vel Princeps jure proprio imperium tenet, summa potestas ejus est; si jure alieno, solum exercitium habet, & nudus minister est populi. Voces ergo *Regis*, *Principis*, *Ducis*, per se nullum jus imperii inferunt; Reges enim a regendo, Principes a principatu, & Duces a ducendo dicuntur: quæ voces nudis administratoribus quoque competere possunt.

Opponi solent principatus, & *regnum*] „ Principatus enim significat potiorem partem „ in administratione reipublicæ, ubi jus imperii est penes populum: & sic principatus „ supponit statum popularem; atque ideo opponitur regno, ubi non tantum administratio, sed ipsum jus imperii penes Principem est. *Vid. infra* §. 20. *n.* 1.

Principatum obtinuisse] „ I. e. primum „ fuisse auctoritate, & dignitate in republica.

Sed quod regnum affectaret] „ I. e. quod „ jus imperii affectaret, & proprio jure, „ non tanquam minister reipublicæ, gubernare vellet. *Vid. Cæs. bell. Gall. L.* 7. *c.* 4.

Quin speciem principatus in regnum converteret] „ Dixi enim, statum sub Imperatoribus fuisse mere popularem, adeoque principatum ibi nudum administrandi jus denotare. *Vide supra* §. 8.

Principatum parentium voluntate] „ Quasi „ regnum non itidem voluntate parentium „ constare possit.

Videmus tamen, confundi hæc sæpe] „ I. e. 2
„ principatum etiam sumi pro propria potestate, & Principem pro eo, qui jus imperii habet: & contra, reges dici eos, qui „ nudi ministri sunt, & vicarii populi.

Postquam Ephoris subjecti fuere] „ Non „ fuere subjecti Ephoris, sed reipublicæ „ quæ per Ephoros gestorum, administrationisque rationem ab iis poscebat, *vid.* „ *Val. Max.* 4. *c.* 8. *Justin.* 19. 2; idque „ auctore rege Theopompo. *Gron. h.*

Reges dicebantur nihilominus] „ Duos „ reges recenset Nepos *in Agesilao c.* 1.; „ qui revera saltem curatores fuerunt rei „ militaris. *Conf. Arist.* 3. *pol.* 10.

Quos Tacitus præfuiſſe, ait, auctoritate ſuadendi] „ *Tac. de mor. Germ. c.* 11. Unde „ Ambiorix Germanorum Rex apud *Cæſarem* „ *de bell. Gall. L.* 5. *ait: in ſe non minus juris* „ *multitudinem habere, quam ſe in illam.*

3 *Poſtquam palam*] „ Quando id factum ſit, „ vidimus ſupra §. 8. *n.* 11.

Principes tamen vocabantur] „ Quia ori„ ginarie tantum principatus quoad admini„ ſtrationem Cæſaribus collatus fuit; atque „ hinc re mutata, nomina tamen manſerunt. „ Unde eſt, quod poſterioribus quoque tem„ poribus Imperatores officia reipublicæ geſ„ ſerint, & in Circo ſolenni ritu populum ado„ raverint. De Honorio *Claud. de vi Conſ. Hon.*

O quantum populo ſecreti Numinis addit
Imperii præſens ſpecies! quantamque rependit
Majeſtas alterna vicem, cum regia Circi
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus,
Conſenſuque cavæ ſublatus in æthera vallis,
Plebis adoratæ reboat fregor.

Conf. ſup. §. 8. *n.* 11. *in not.*

Sed & inſignia regiæ majeſtatis] „ Ita enim „ Venetiarum dux, merus reipublicæ officia„ lis, & corona utitur, & titulo Serenita„ tis. *Gron. h.*

4 *Alibi quidem in hoc ſerviunt dumtaxat*] „ Adeoque decreta comitiorum non ſemper „ indicium ſunt ſtatus mixti.

Ut ſint majus regis conſilium] „ Sic in Hiſ„ pania ſæpius comitia convocata eſſe, re„ centiora exempla docent; at regnum ibi „ mere monarchicum eſt.

Quæ ſæpe in Conſiſtorio reticentur] „ Per „ Conſiſtoria intelligit Senatum Principis, „ qui populi querelas ſæpius reticere ſolet.

Cui deinde liberum ſit ſtatuere] „ Adeoque „ comitia hoc caſu non mutant formam im„ perii, nec de eo participant.

Alibi etiam jus habent de actis Principis cognoſcendi] „ Si enim ea lege delatum eſt „ imperium regi, hic obligatur ex pacto, „ & conſenſu. At ſtatus inde non miſcetur.

5 *Ex delatione imperii per electionem, aut ſucceſſionem*] Quaſi *hæc* inferat jus ſummæ poteſtatis, *illa* ſaltem adminiſtrationem. At in utraque eadem eſt ratio; populus enim in utraque delatione jus ſuum æqualiter transfert, ſolo tempore excepto. Quidquid igitur tota familia agere poteſt, quamdiu ea durat; idem quoque electus agere poteſt, quamdiu electio durat: & bene Auctor ait, regnum ſucceſſivum nihil aliud eſſe, quam ſucceſſionem continuatam.

Nam ſucceſſio non eſt titulus imperii, qui imperio formam aſſignet] „ Adminiſtratio „ enim quoque hæreditario jure concedi fami„ liæ poteſt: adeoque jus imperii nec a ſuc„ ceſſione, nec ab electione dependet, ſed „ a cauſa.

Sed veteris continuatio] „ Quod enim pri„ ma mihi concedit electio, illud, nihilque „ amplius, ad ſucceſſorem tranſit. Succeſſor „ enim jure auctoris ſui utitur, non meliore; „ quod etiam jure civili obtinet, *L.* 59. *l.* „ 149. *l.* 160. *l.* 195. *ff. Reg. jur.* Si ergo „ per electionem defertur ipſum jus imperii, „ rex habet ſummam poteſtatem, ſive per„ ſona ſaltem ejus eligatur, ſive tota ejus „ familia.

Quare, quantum prima electio tribuit, tantum defert ſucceſſio] „ Si igitur per pri„ mam electionem ſaltem adminiſtratio impe„ rii confertur, ſucceſſores quoque non niſi „ vi officii imperium exercent. Quod Auctor „ exemplo Laconum probat.

Etiam ſublata omni Senatus, & Populi poteſtate] „ Adeoque ubi adminiſtratio fuit „ mere Monarchica, & omnis poteſtas penes „ unum reſidebat.

Ad §. XI.

Antequam ad explicationem Auctoris accedamus, veram naturam ſummæ poteſtatis, & quando ſumma ſit, exponemus.

Propositio I.

Summa poteſtas non eſt, niſi quæ ſuo jure, non alieno agit: quod ex cauſa, & titulo, non ex effectu, & nuda poteſtate agendi cognoſcitur.

Demonstratio.

Uti ſumma poteſtas non ex nomine, & titulo, nedum ex inſignibus cognoſci poteſt, *vid.* §. *præc.* ita nec ex poteſtate agendi ea diſcerni, & dijudicari debet; ſed ex cauſa, & jure agendi. *vid. Jus publ. noſtrum c.* 7. §. 1. Aliquando enim verus Rex in ſtatu monarchico fere nihil ſuo nutu agere poteſt: ut in Polonia, vel ſi duo ſunt Monarchæ &c. *Conf. ſupra* §. 7. *n.* 1. & 2. & *infra* §. 14. E contrario Dictator Romanus, qui nudus officialis fuit, omnia agere potuit; de quo mox.

Sane procurator generalis omnia agere poteſt, quæ ipſe dominus: neque tamen inde

fit dominus, quia non ſuo jure, ſed alieno agit; adeoque tanquam nudus miniſter, nudumque inſtrumentum mandantis. *l.* 60. *ff. Mand.*

Arſaces, Sertorius, Tacfarina, &c., eo potentiæ pervenerunt, ut omnes imperii vires adhiberent Romani ad eos oppugnandos: neque tamen jus imperii penes eos fuit, quia cauſa, & titulus deficiebat.

Hodierni mercatores Belgii ſocietatem conſtituunt, quæ potentiſſimas alit claſſes, exercitus conſcribit, bella gerit, &c.; & tamen alieno imperio ſubeſt. *Vid. inf. L.* 2. *c.* 12. §. 4. & §. 25.

Propositio II.

Summa poteſtas alia eſt ſimpliciter talis, alia reſpectu quorundam jurium, ſeu perſonarum.

Demonstratio.

Simpliciter talem dicimus poteſtatem, quæ abſoluta eſt, & omnia facere poteſt intra fines territorii. Aliquando vero ſumma ſaltem eſt poteſtas intuitu quorundam *jurium*, vel *perſonarum*. Exempla ſunt 1. in Cæſaribus Romanorum; hi ſummam poteſtatem habebant intuitu populi Romani: hinc leges eorum vim juris habebant, & adminiſtratio quoque abſente Auguſto penes hos Cæſares fuit. At intuitu Imperatorum erant ſubjecti; quod exemplo Diocletiani, & Maximiniani conſtat, qui duos adoptaverunt Cæſares, adeo ſibi ſubditos, ut alter ob rem male geſtam graviſſimam pœnam ſubierit. Huc quoque pertinent 2. reges Romanorum, qui hodie vivente Imperatore eliguntur, & omnia, quæ faciunt, proprio jure faciunt; quod exemplo Ferdinandi I. illuſtravimus *ſupra* §. 7. *prop. II.* Adeo ut in regem Romanorum committatur crimen læſæ majeſtatis. Pari ratione 3. Status Imperii ſummam quodammodo habent poteſtatem in ſubditos ſuos, quæ analogica eſt, & ſuperioritas territorialis dicitur; at intuitu Imperii ſubditi ſunt: unde & contribuere ad onera imperii tenentur, & judiciis imperii ſubſunt.

Altera cautio] „ Prima enim fuit, ne
1 „ ſumma poteſtas ex nomine, vel ex ſpecie
„ externa dijudicetur, ſed a cauſa, & titulo
„ §. *præced.*

Aliud eſſe de re quærere, aliud de modo habendi] „ Hæc cautela ſequitur ex priori; cum „ enim ſumma poteſtas ſaltem ex cauſa, & „ titulo agendi dijudicari debeat, facile conſtat, ex ſola agendi potentia eam diſcerni „ non debere.

Quod non in corporalibus tantum, ſed & in incorporalibus procedit] „ Ita ut hic quo„ que aliud ſit quærere, cui jus illud pro„ prium ſit, aliud, quo modo habeatur.

Ut enim res eſt ager] „ Ager eſt res, ſed „ corporalis.

Ita iter, actus, via &c.] „ Hæc itidem „ res ſunt, ſed incorporales.

Sed hæc alii habent, jure pleno proprietatis] „ Ut illi, qui domini rei ſunt; hi „ enim ire, & agere poſſunt jure dominii.

Alii jure uſufructuario] „ Quo caſu non „ jure dominii, & proprietatis, has utilita„ tes percipiunt, ſed jure ſervitutis: quæ „ non eſt, niſi in re aliena.

Alii jure temporario] „ Scil. jure locati, „ commodati &c.

Ita ſummum Imperium] „ Imperium enim „ itidem eſt res incorporalis.

Dictator Romanus] „ Hoc verum non eſſe, „ videbimus *n. ſeq.*

Reges plerique, tam qui primi eliguntur, quam qui electi legitimo ordine ſuccedunt] „ Adeoque in regnis ex voluntate populi „ delatis. *Vid. L.* 2. *c.* 7. §. 12. & 14.

Jure uſufructuario] „ Vid. §. *ſeq. n.* 1. 3.

Pleno jure proprietatis] Vid. §. *ſeq.*

Ut qui juſto bello imperium quæſiverunt] „ Quale jus in populos bello victos quæratur, „ mox explicabimus. *Conf. L.* 3. *c.* 8.

Aut in quorum deditionem] „ De acquiſi„ tione per deditionem *vid. L.* 3. *c.* 20. §. 49. „ & 50. Quale autem jus in talem populum „ deditum quæratur, modo videbimus.

Majoris mali vitandi cauſa ita ſe dedit] „ Cauſas ex quibus populus ſe in alterius po„ teſtatem dedere poſſit, Grotius expoſuit „ ſupra §. 8. *n.* 3. *ſeq.*

Neque enim illis aſſentio, qui dictatoris 2
negant fuiſſe ſummum imperium] Imo dictatorem non habuiſſe ſummam poteſtatem, i. e. non jure imperii proprio, ſed ſaltem tanquam officialem jure alieno, ſcil. populi, eam exercuiſſe, certum eſt. Etſi enim abſoluta ei conceſſa fuerit agendi poteſtas, dictum tamen eſt, non inſpiciendum, quid aliquis agere poſſit, ſed quo jure, & quo titulo agat. Illuſtre exemplum vicariæ hujus poteſtatis exſtat in Papyrio Curſore, qui Marci Fabii filium ad ſupplicium trahebat, quod contra hoſtem, neglecto Dictatoris mandato, licet feliciſſime, pugnaſſet. Provocabat, inquam, Fabius ad populum, tribu-

tribunoſque plebis, addens: *populum unum plus pollere, quam Papyrii dictaturam. Liv. L. 8. c. 33.* Seneca *ep.* 108. ex Auguralibus libris annotavit, eum, quem tum Dictatorem appellabant, apud antiquos *magiſtrum populi* nominatum fuiſſe.

Equidem negari nequit, populum ſæpe apud Dictatorem preces interpoſuiſſe, quod etiam in præmiſſo exemplo Fabii factum legimus, *d. l. 8. c. 3.* At exinde non ſequitur, *proprio jure* ſummum imperium ejus fuiſſe; ſed id ſaltem inde infertur, *exercitium* imperii a populo impediri non potuiſſe: quod cum adminiſtratio omnis in Dictatorem collata fuerit, mirum non eſt. Ita enim populus diſpoſuit, & exercitium imperii pleniſſime ſuo conſenſu in Dictatorem tranſtulit: quod cum non niſi in graviſſima neceſſitate fieri ſolitum fuerit, omnino intererat ipſius populi, ab omni cognitione abſtinere, & arbitrium omnium Dictatori relinquere.

Additio.

„ Egregie hoc Tribunis plebis exponit Pa„ pyrius apud *Liv. d. l. c. 34. Majeſtas im„ perii*, ait, *perpetua ne eſſet, non eſſe in ſua „ poteſtate. L. Papyrium nihil de ejus jure „ diminuturum: optare ne poteſtas tribuni„ tia inviolata ipſa violet interceſſione ſua „ Romanum imperium; nec populus Romanus „ in ſe potiſſimum Dictatorem, & jus di„ ctaturæ exſtinguat.* Sic in Græcia etſi „ ſtatus fuerit maxime popularis, nulla tamen „ civitas fuit, quæ non ſimilem Dictatori po„ teſtatem uni conceſſerit; quo pertinet Æ„ ſymneta Græcorum, *Ariſt. pol. L. 3. c.* „ 14. Archon Athenienſium &c. Damiur„ gis in civitatibus Achæorum, *Liv. 38. 30.* „ Cæterum Dictatorem non habuiſſe ſummam „ poteſtatem, probant *Bodinus L. 1. c. 8.* „ *de republ. Pufendorfius J. N. L. 7. c. 6.* „ §. 14. *Bæclerus in not. h.*

Quia perpetuum non erat] " Dictatoribus „ non ideo negavimus ſummam poteſtatem, „ quia jure temporario imperium habuerunt, „ ſed quia non habuere jure proprio.

Nam rerum moralium natura ex operationibus cognoſcitur] Natura rerum moralium non cognoſcitur ex operationibus, ſed ex cauſa, & titulo.

Quare quæ facultates eoſdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ ſunt] " Re„ futatur hoc ex iis, quæ *n. præc.* ipſe Au„ ctor allegat: *via enim, iter, actus &c. æque „ ſunt effectus ſervitutis, ac dominii;* adeo„ que facultates illæ eoſdem effectus habent, „ neque tamen eodem nomine vocantur.

Omnes actus eodem jure exercet, quo rex] Imo Rex jure proprio actus eos exercet, Dictator jure alieno; ſæpius enim dictum eſt, fieri poſſe ut is, qui jus imperii habet, nihil fere facere poſſit: & e contrario is, qui adminiſtrator ſaltem eſt, omnia.

Neque ejus actus ab alio reddi irritus poteſt] " Diximus, jus imperii non depende„ re a potentia agendi, ſed a cauſa, & titu„ lo; Titulus Dictatoris autem eſt nomen „ officii.

Duratio autem naturam rei non immutat] Nos ex alia ratione dictatoriam poteſtatem non eſſe ſummam, aſſeruimus: non quia temporaria fuit, ſed quia omnio jure, ac nomine populi egit.

Quin ea major ſit in eo, cui jus perpetuum datum eſt, quam cui temporarium] „ Imo utrobique eadem eſt dignitas. Hinc „ Michael Paleologus majeſtate gaudebat im„ perii occidentis, etſi jurato promiſerit, ſe „ illud reſtituturum legitimis hæredibus. *Gre„ goras L. 4. Conf. Diod. Sic. L. 4. c. 23. §.* „ 3. *& Pufend. L. 7. c. 6. §. 15.* Sane in re„ gnis electivis eadem eſt majeſtatis dignitas in „ rege, quæ in hæreditariis, etſi rex ille tem„ porariam ſaltem habeat poteſtatem.

Quia ad dignitatem facit habendi modus] „ Imo ad dignitatem facit titulus. Hinc eſt „ quod inter gentes regna quædam electiva „ hæreditariis præcedant.

Atque idem dictum volo de his &c. Imo tutores non habent ſummam poteſtatem, ſed eam ſaltem adminiſtrant; neque eam exercent jure proprio, ſed jure alieno: adeoque non ſunt reges, ſed nudi adminiſtratores.

Aut dum furore] " Auctor ſibi ipſi con„ tradicit; nam alibi ſtatuit, regem furioſum „ jus imperii habere: adeoque ſumma po„ teſtas ex ejus confeſſione eſt penes furio„ ſum, non penes curatorem. *Vid. infra* „ §. 27.

Aut captivitate impediuntur] " Auctor „ hic quoque ſibi contradicit; nam captivum „ regem jus ſummæ poteſtatis retinere, ſta„ tuit *d. §. 24, & L. 3. c. 20. §. 3.* Curator „ ergo ſaltem adminiſtrationem habet: ade„ oque tutores, & curatores non vera pote„ ſtate ſumma gaudent, ſed alienam admi„ niſtrant. *ibid.*

Ut populo non ſubſint] " Id non eſt ex jure „ proprio: ſed ex jure regis, vel infantis, vel „ capti, vel furioſi, cujus vices gerunt.

Neque ante legitimum tempus poteſtas eo-

rum

rum ſit revocabilis] " Imo etſi ſit revoca-
„ bilis, certum eſt actus eorum, quamdiu
„ tutores ſunt, irritos fieri non poſſe. Conf.
„ *inf.* §. 15.

3 *Aliud cenſendum de his, qui jus acceperunt quovis tempore revocabile*] Imo hi veri ſunt reges, & jure proprio habent ſummam poteſtatem, quamdiu revocata non eſt; adeoque clauſula, utriuſque conſenſu addita, *ut pro lubitu revocetur*, non minuit ſummam poteſtatem, quia populus jus ſuum imperii certa lege transferre poteſt, & tunc intra fines legis omne jus ſuum tranſtulit: quod & ipſe Auctor ſtatuit *infra* §. 16.

Id eſt precarium] " Precario rem dicitur
„ habere, qui tantum ad preces ſuas ex ſola
„ indulgentia ejus, qui rogatus eſt, re con-
„ ceſſa utitur: *L.* 1. *pr. L.* 2. §. *fin. ff. de*
„ *Precar.* quod plenius explicavi in jure *con-*
„ *trov. p.* 2. *L.* 43. *tit.* 26. *q.* 1 At eo non
„ pertinet regnum, quod cum clauſula, *ut*
„ *revocari poſſit*, defertur; nam ibi jus ipſum
„ imperii in regem ſub clauſula confertur:
„ at in precario plane nullum jus transfertur.

Horum enim ſinguli actus irriti poſſent reddi] " Imo quamdiu ſunt reges, irriti
„ actus reddi non poſſunt. Sed & dictum eſt,
„ ideo non deſinere eſſe ſummam poteſtatem.
„ Ita enim exiſtentibus pluribus Auguſtis
„ neuter invito altero aliquid agere, eoque
„ omnes eorum actus irriti reddi potuerunt:
„ neque tamen unquam ſumma poteſtas Au-
„ guſtis negata fuit.

Ac proinde non idem effectus, nec jus idem] " Imo jus idem eſt, ſed non idem
„ effectus, quia exercitium illius juris lege,
„ & diſpoſitione utriuſque reſtrictum eſt.

Ad §. XII.

Multa hic in Auctore deſideramus; Male enim aſſerit, 1°. quædam imperia in pleno dominio eſſe, *n.* 1, 2°. regnum, & libertatem differre, *ibid.*, 3°. Principem ſibi acquirere, cum ſuo ſumtu bellum gerit, *n.* 3, 4°. alienare eum tale regnum poſſe, 5°. hac poteſtate conceſſa regnum fieri patrimoniale, *n.* 3. *ſeq.* De ſingulis mox agemus.

1 *Quædam Imperia eſſe in pleno Jure proprietatis*] " Unde regna ejuſmodi vocant Pa-
„ trimonialia. Quæ nimirum a rege
„ per ultimam victoriam, vel per deditionem
„ non conditionatam acquiruntur. *L.* 3. *c.* 8.
„ *per tot.*, & *l.* 2. *c.* 7. & 12. Eaque di-
„ ſtinguunt a regnis Usufructuariis,
„ quæ ex voluntate populi deferuntur. §.
„ *præced. n.* 1. *l.* 3. *c.* 7. §. 14. Hujus di-
„ ſtinctionis varios effectus fingit Grotius.

„ *I.* In regno enim patrimoniali regi ac-
„ quiri, ait, imperium *jure Proprietatis*:
„ *L.* 1. *c.* 3. §. 12. *n.* 2, & 4. *l.* 3. *c.* 20.
„ §. 5. In regnis voluntate populi delatis
„ autem *jure* ſaltem *Uſusfructus*: *d. c.* 7. §.
„ 12. & 14. *d. c.* 3. §. 11. *n.* 1. indeque

„ *II. Illud* pro lubitu a rege alienari poſſe;
„ *L.* 1, *c.* 3. §. 12. *n.* 4 & 15. *Hoc* nec to-
„ tum, nec pro parte, niſi conſenſu populi.
„ *L.* 2. *c.* 7. §. 12. *L.* 1. *c.* 3. §. 17.

„ *III.* In *illo* regem poſſe tutorem dare;
„ in *hoc* populum ſaltem. *L.* 1. *c.* 3. §. 15.

„ *IV. Illud* dividi poſſe inter mares, & fœ-
„ minas; *L.* 2. *c.* 7. §. 12. In *hoc* præferri
„ mares fœminis, *d. c.* 7. §. 17., & inter
„ mares primogenitum. *d. c.* 7. §. 17. & 18.

„ *V.* In *illo* ſuccedere adoptivos quoque,
„ & ſpurios, *L.* 2 *c.* 7. §. 3. & 12; ſecus
„ ac in *hoc d. c.* 7. §. 25.

„ *VI.* In *illo* exhæredari liberos poſſe;
„ In *hoc* non poſſe. *L.* 2. *c.* 7. §. 25.

„ *VII.* Si in *illo* pater unum liberorum ad
„ ſucceſſionem vocat, eum cohæredibus æſti-
„ mationem partis ſuæ præſtare debere; *L.*
„ 2. *c.* 7. §. 13. In *hoc* primogenitum ipſo
„ jure vocari, adeoque nihil præſtare reli-
„ quis debere. *d. c.* 7. §. 17.

„ *VIII.* Succeſſores, qui regnum, quod
„ in *patrimonio* eſt, vel per teſtamentum, vel
„ ab inteſtato acquirunt, teneri ex promiſſo
„ anteceſſoris, etiam in actibus non regiis:
„ *L.* 2. *c.* 14. §. 10. *L.* 3. *c.* 20. §. 6. In *uſu-*
„ *fructuario* autem non teneri ex promiſſo
„ anteceſſorum, niſi ad utilitatem publicam
„ pertineat; hactenus enim obligandi pote-
„ ſtatem ſub imperio comprehenſam eſſe. *d.*
„ *c.* 14. §. 11. & 12. *d. c.* 21. §. 6.

„ *IX.* In *illo* regem captivum quoque pa-
„ cem facere poſſe, *L.* 3. *c.* 20. §. 6.; in
„ *hoc* non poſſe. *L.* 3. *c.* 20. §. 3. & 5.

„ *X.* In *illo* regem judicare de dubia ſuc-
„ ceſſione poſſe; non in *hoc l.* 2. *c.* 7. §. 7.
„ §. 27. *Junct. l.* 2. *c.* 14. §. 10.

„ *XI.* In *illo* regem regno ſe abdicare poſſe,
„ etiam invito populo victo, *l.* 2. *c.* 7. §. 26,
„ in *hoc* abdicationem validam non eſſe,
„ niſi accedente voluntate populi, qui im-
„ perium detulit. *ibid.*

„ *XII.* In regnis *patrimonialibus* populum
„ fieri ſui juris, ſi rex ſine teſtamento, vel
„ agna-

„ agnatis moritur; in *usufructuariis* imperium „ exstincta familia redire ad populum defe„ rentem. *l.* 2. *c.* 9. §. 1.

„ Equidem distinctio hæc ex ratione natu„ rali sequitur. Alibi enim probavimus, Re„ gna bello quæsita in potestatem victoris „ transire quoad jura publica, & privata. „ *Diss. proœm. XII.* §. 725. Indeque victo„ rem pro lubitu de tali regno disponere „ posse. Et in eo Auctor merito notandus est, „ quod *Regi* victori illa jura tribuat, quæ ad „ populum victorem pertinent, cujus jure, „ ac nomine Rex bellum gerit. *Vid. d. Diss.* „ *proœm. XII.* §. 754.

Quidam viri hoc argumento oppugnant] Et jure oppugnant: cum certum sit, nulla plane regna esse in patrimonio, aut dominio; quod sequentibus rationibus probo. 1. Dominium, & quicquid in patrimonio alicujus est, domini causa est, & ad ejus commodum, ac utilitatem pertinet. Imperium vero non regnantis gratia, sed subditorum causa constitutum est: cum curare debeat Princeps, ut suum cuique tribuatur, delictorum coercitio sit, ac executio pœnarum; & ita administrando justitiam, defendendoque rempublicam contra invasiones, & machinationes exterorum, officio suo, cujus hæ partes sunt, recte fungatur. Innuit optime hanc differentiam inter imperium, & dominium, Jctus in *l.* 215. *ff. V. S.* Neque enim 2. alias differunt tyrannus, & rex, nisi quod ille in suam utilitatem gerat imperium, hic in utilitatem populi. *Arist. L.* 8. *moral. c.* 11. Sane 3. ita regna, & privatæ domus confunderentur; si enim populus in dominium, & patrimonium unius transiret, privata efficeretur domus. Eleganter hoc exprimit Satyra apud *Suet. in Nerone c.* 39.

Roma domus fiet: Vejos migrate Quirites;
Si non & Vejos occupet illa domus.

Sed & 4. dominium ipsum est jus utendi pro lubitu, quod & abutendi facultatem includit *L.* 21. *C mandat.* Liberum enim cuique est, qua jus spectatur, propria bona sua privata quavis ratione donare, perdere, ac dissipare, concesso nullo alteri jure id prohibendi; cum quivis tantum facultatem habeat de suo disponendi. Verum imperium non unius privati est, sed summæ potestati constitutum ad tuendum, conservandumque unice; cujus sanctimoniæ quid magis obstat, quam abusus? Inde 5. nec sibi aliquid acquirit Princeps, sed reipublicæ, cujus causam gerit; illius enim nomine repetit quod reipublicæ fuit, eique injuria ablatum est: ei vindicat injuriam, salvamque, & tectam conservat regni gloriam. Neutiquam etiam 6. alienare quid potest absque consensu populi, quod non ad privata sua bona, sed ad regnum pertinet. Constituitur enim Princeps a populo, ut administret justitiam, defendatque rempublicam: non ut bona reipublicæ, vel ipsum populum, ut propria bona sibi vindicet. Hinc facile patet, non nisi ejus, cujus propria sunt, scil. reipublicæ alienari posse consensu; consensus vero ille vel expressus est, vel tacitus quoque esse potest qui apparet ex conniventia, & tacita approbatione alienationis: etiam ex titulo acquisitionis, & concessionis, v. g. si regnum acquisitum est titulo emti, donati, dotis &c; qui tituli per se non dominium privatum ejus rei, quæ alienatur, inferunt, aut patrimonium: sed alienandi modum. Acquiritur enim his acquirendi regni modis legitimum imperium, non privatum patrimonium. Denique 7. si admitteremus distinctionem hanc in statu Monarchico, eadem utique obtineret quoque in statu Aristocratico; nulla obstante ratione contraria, id quod tamen ratio non admittit, ut imperium aliquod sit in dominio, & patrimonio Senatus. Hoc ipso enim desineret esse imperium, & fieret res privata.

Additio.

„ Plenius, removendo simul dubia, hanc „ materiam examinavit B. Parens *in Auton.* „ *jur. gent. c.* 12. *per tot.* quod integrum „ hic inferere, operæ pretium erit. Verba „ ita se habent.

Non oportet ludere in cortice vocis regni patrimonialis. *Usu vulgari jura regalia, principatus, ac territoria, hoc sensu hodie in patrimonio esse dici solent, quia ad totam familiam ita spectant, ut omnes, qui sunt de familia, quasi quodam jure hæreditario, & proprio in ea succedant. Id vero hic non quæritur, sed an regnum possit esse, quod non sit in publico, seu civitatis, sed in unius patrimonio privato? quæ eo differunt, quod hoc* posterius *unice pertineat ad rem, & utilitatem domini, qui proinde eo abuti potest, idque consumere, & perdere pro lubitu: prius vero ad justitiam inter cives, omniumque salutem tuendam: de quo mox. Atque hoc substantiale inter ea discrimen est: de quo*

quæritur, an confundi, non vero anne reipublicæ regimen in eadem familia continuari possit? quod facile largimur, etsi abusive, & improprie tum quoque vox patrimonii *accipiatur.*

Enimvero illa vis summi imperii exercendi, illa facultas regendi, & tuendi rempublicam, illa omnium artium longe difficillima, utique sua natura non est res hæreditaria, ut cum hæreditate acquiri, & cum ea ad hæredes transmitti intelligatur; cum, ut omnis agendi facultas est personalis, & cum persona desinit, ita quam maxime ardua illa, & summa gentium, & populorum rectrix, & imperatrix, quæ cum summa rerum peritia, ac virtute conjuncta esse debet, & non magis, quam ipsa virtus, ars, prudentia, vel peritia cum hæreditate transit. Verum ab instituto id est, & ob utilitatem publicam, atque ad præcavenda partium studia, & certamina, laudatissimum consilium continuandæ in una familia illustri successionis, quæ tum imitatur, hactenus ordinem successionis hereditariæ, & rerum patrimonialium; quod jus in quæstionem non venit.

Illud itaque unice quæritur, an ullum intelligi, vel fingi possit regnum, quod sit res privata regis, atque in ejus solius privato patrimonio? Quod non modo pugnam inexplicabilem continet, sed & omnem sacræ regiæ potestatis venerationem, & majestatem funditus destruit, & extinguit. Neque enim ea civitas, vel ulla reipublicæ species, qualis quam maxime est regnum, principatus, &c. sed mera res privata foret. Omnia vero, quæ in dominio, vel patrimonio privato unius sunt, ad ejus solius utilitatem, & commodum spectant: nec alia illa sunt, quam ea, quæ natura condidit ad singulorum vitam temporalem sustinendam, & commode transigendam; quæ vilissimi hominum quoque in patrimonio habent, & plenissimi rerum suarum domini sunt. Unde ad consumendum, seu ad escam, & cibum a Deo hominibus data, dicuntur Gen. cap. I. v. 19. 30. & cap. 9. v. 2. & 3. *Et dominus suo arbitrio rebus suis, quas in patrimonio habent, uti, & abuti posse, decisum est in* l. 21. C. mandat. *cum nemo alius in eas jus habeat neminique adeo injuria fieri possit.*

His omnibus vero quid commune est cum SSta illa potestate? Quid horum omnium cum ea non adversa fronte pugnat? Quippe quæ ad salutem civium, ad justitiam exequendam, ad summum illud bonum civile populi procurandum, & custodiendum, unice a Deo constituta, divinæque majestatis suffraganea, & hoc solo nomine inviolabilis, & SSta potestas est. Quid ergo monstrosius, quam rem tam divinam, & omnium sanctissimam, in infimum rerum privatarum censum detrudere, atque abjicere: eoque quicquid in ea sanctum est, quicquid sacrum, quicquid divinum, inde excutere, & cum potestate, quæ sæci quoque plebis, quin prædonibus, & infamissimis hominum communis est, miscere? Quod non portentosum modo, sed nefarium, & summi sacrilegii instar foret.

Finge igitur hominem privatum, opibus præpotentem, immensa latifundia, & terrarum spatia in patrimonio habere, & ad ea colenda ingentem numerum famulorum, vel operariorum alere; (qualem & Grotius lib. 1. c. 3. §. 8. n. 3. *comminiscitur, & cum absolutæ potestatis rege confundit) non illa civitas esset, sed magna familia: non ille rex, sed locuples paterfamilias. Nec terra ista regnum foret, sed prædiorum, & fundorum privatorum congeries: & sedes, seu habitatio ejus, etsi innumeris ædificiis distincta, non urbs, sed domus; ut de ipsa Roma temporibus Neronis circumferebatur illud apud* Sueton. in Ner. cap. 39.

Roma domus fiet: Vejos migrate Quirites;
Si non & Vejos occupet illa domus.

Homines ipsius non cives essent, sed famuli, vel mercenarii; nec essent lege naturæ subjecti imperio, sed meris saltem pactis, & conventionibus tenerentur invicem, veluti operarum locationibus, & conductionibus. Unde finita locatione, & ipse dominus omnes dimittere, atque e fundis suis abigere, aliosque denuo conducere: illi vero tum arbitrio suo discedere, eumque deserere possent. Si enim est patrimonium unius, nemo alius in illud jus habet. Nemini ergo dominus invitus alteri inde quid præstare tenetur, l. 11. R. J. *Si enim tenetur, jus, & æs alterius id est,* l. 213. §. 1. ff. de verb. sign. *Quod si ergo ejus possessor inde terræ hominibus, seu incolis præstare pacem, tutelam, incolumitatem, salutem debet; jus illud civium commune, & civitatis, adeoque publicum est. Dominium scil. seu patrimonium privatum est domini causa; si civitatis, seu regni causa, ut illud sit salvum, tutum, incolume: publicum illud civitatis, & regni jus, ac patrimonium est, non privatum. In legitima civitate, seu regno, lege naturæ perpetua,*

ac

ac æterna, omnes incolæ subjecti, & obligati sunt regi : estque vinculum illud SSanctum, & inviolabile, ipsaque divina auctoritate munitum. At in patrimonio privato, inter ejus dominum, & alios nulla subjectio est, nulla naturæ obligatio, nisi ex pacto ad id, quod inter eos convenit. Nec dominus ille statuit ex re omnium, sed sua : non ex voto communi, sed proprio arbitrio ; non ad justitiam tuendam, sed ad suam utilitatem procurandam : non boni publici, sed privati causa : non ad publicos, seu communes, sed ad suos usus privatos. Hujus porro patrimonii potestas non foret libertas publica, quæ formam civitati dat ; sed privata, quæ dominio privato : cum non sit facultas agendi quod publice, sed quod sibi utile est : adeoque non quod omnibus naturæ ductu libet, sed quod ipsi soli. Denique ex tali dominio, seu patrimonio privato, non oritur jus belli, aut gladii, aut ullum aliud jus SStæ illius, summæque potestatis, quæ Deum in terris repræsentat : Quia nemo ex suo dominio jus in alium, vel in res alterius habet ; sed omnia essent rapinæ, cædes, deprædationes, homicidia, totumque corpus nil nisi domicilium scelerum, & prædonum. Tale foret hoc monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum.

Sunt nihilominus qui talia regna patrimonialia asserunt : ut post Grotium d. loc. *inprimis B. Dn. de Pufendorf.* Jur. Nat. lib. 8. cap. 5. §. 1. *Hic fingit aliquem, qui primus omnimodum dominium terræ acquisiverit, & tum sibi ipsi cives fecerit : & hoc casu patere, ait, imperantem in quævis bona civitate contenta non id modo potestatis habere, quod ex imperio per se fluit, sed & quod quivis paterfamilias in patrimonium suum habet ; nisi forte ultro quid de jure suo remiserit. Hic igitur si rex istud dominium sibi illibatum servavit, cives sua non alio tenebunt jure, quam quo servi quondam Romæ peculia sua obtinebant ; sic ut eorum possessio sit mere precaria, arbitrio Regis, quandocumque visum fuerit, revocabilis. Quamdiu tamen istorum bonorum possessio civibus relinquitur, ex iisdem alimenta &c. sibi decerpunt, velut loco mercedis ob impensam operam. Quod si autem ejusmodi Rex de jure suo aliquid remiserit, tantum subjecti in bona sua habebunt juris, quantum regis concessio ostenderit. Tum exempla affert, ut Pharaonis, qui dominus terræ Ægypti quintam partem frugum sibi vindicabat, quatuor partes cultoribus relinquebat ; Item Indorum, de quorum agricolis* Strabo lib. 15. c. 7. *hæc refert* : Est vero regio tota Regis : sed quam illi mercedis nomine quartis fructuum colunt. *Quamvis vero, si quod res est fateri oportet, nihil horum ad juris rationes exactum sibi constet, vel facto secum conveniat ; iis tamen subscripsit quoque, & suffragatus est vir multo celeberrimus, qui suppetias quoque adduxit exemplo regni Congo allegato, de quo ait :* Certum est, regno Congo neminem proprii quid habere, quod ad hæredes transmittere queat ; sed omnia regis esse, qui & administrationem, & usum pro lubitu distribuit : adeo ut de existentia regni patrimonialis dubitandum non sit. *Auctorem vero ejus rei nullum addit ; intelligitur tamen sine dubio, magnum illud regnum Congense inter vasta illa imperia Nigritarum, & Abyssinorum in Africa situm ad Oceanum Æthiopicum. Ex his exemplis ergo adstruere nituntur regnum patrimoniale.*

Verum pace Virorum illustrium & salvo omnium judicio, liceat hic, quod sentio, profiteri : 1. non dari regna, quorum cives nihil proprii habent : & 2. licet darentur, non tamen esse in patrimonio Regis ; nec recte, quin non sine summa regiæ majestatis injuria dici posse regnum esse in patrimonio, & proprietate regis, sed sub summo Regis imperio. Qua proinde re tantum abest ut quicquam derogatum velim supremæ potestatis auctoritati, ut eam non aliter salvam existimem. Uti enim omnium, quæ in rerum natura sunt, summa post Deum ipsum est sublimis illa civitatis potestas, quæ pace, & salute hominum tuenda, & arcenda malitia occupata est, eoque supremi Numinis vices, ac munus obit ; ex quo tanta fluit ejus veneratio, sanctitudo, majestas, & quædam adoratio : ita e contrario omnium infimum est dominium illud, seu patrimonium, quod quisque hominum habet in res suas, in quo quicquid est, profanum est, & ut supra dictum, cum infimo hominum, quin cum bestiis, quæ & ipsæ fructus consumere natæ, commune. Illa potestas imperat, hæc illi natura subjecta est. Illi priori igitur, quicquid in eo eximium, quicquid sanctum, inviolabile, & venerabile est, excutiunt, & in infimam hanc classem, & sortem redigunt, qui illud cum isto confundunt. Hoc enim est, quod Horatius lib. 1. ep. 2. vers. 27. *cum vilissimum hominum, & rerum genus describere vellet, ita exprimit :* Nos numerus sumus, & fructus consumere nati. *A quibus*

distinguit, qui in parte aliqua reipublicæ administranda, aut virtute exercenda versantur.

Atqui, inquis, *hoc privatum, & profanum dominium tamen plenius in eo est, quod & abutendi, eoque liberior potestas sit. Illa vero nec hominis vox, vel ratio videri potest. An vero ideo quicquam decedit ejus omnipotentiæ? quæ blasphemia! Quantum vel cogitatur nefas! Inde defectum potestatis arguere, quod præcipue argumentum est summæ ejus perfectionis. Ideo regnum in patrimonio non est, non quia minor illa potestas, sed quia infinito sublimius quid, & longe perfectior, & sanctior, & eminentior est potestas, quam ut in abusus fœdari possit. Quis vero statueret, Dei minorem ideo esse potestatem, quam hominis, quia hic mori, fallere, mentiri, rebus male uti potest, Deus non potest? cum illa impotentiæ, imbecillitatis, vitii, defectus &c. nomina sint: Dei vero potentia perfectissima, & plenissima est, quæ deficere, & vitiosa esse non potest. Ab hac igitur infamia, ab hoc opprobrio assertam, & vindicatam cupio summam illam, ac sacrosanctam, & divinæ proximam, seu vicariam, regum majestatem: & ostendere, nec talia regna, quorum exempla jam allata sunt, esse in patrimonio Regis proprio; sed quæ longe excellentior, sanctiorque res; sanctiusque nomen est, sub summo regis imperio.*

Quod ut luculenter demonstretur, notandum est imprimis, in omni regno duplicia regis bona esse, ab invicem distincta: Alia privata, *quæ sunt in patrimonio regis, non qua regis, sed qua Patrisfamilias privati, idque jus commune ipsi est cum omnibus civibus: & bonis his non utitur jure magistratus, sed jure privatorum: nec illa, ut talia, ullam rationem regni, seu principatus habent. Alia vero* publica, *quæ ejus sunt ut regis, & reipublicæ Principis, seu capitis: uti regna, principatus, civitates &c. quocunque illa titulo possideat; quod inter omnes constat.* Illorum *dominium esse dicitur;* horum *imperium:* l. 215. ff. de verb. sign. *Et merito, quæ re, etiam verbis distingui oportet: non possunt enim nominibus confusis, non res quoque tandem confundi, maxime in disciplinis. Unde omni peste pejus in jure publico esse existimo, profana illa privati juris vocabula, proprietatis, usus-fructus, dominii (etsi addas, eminentis) ad imperia, & regna, res adeo sanctas, & distinctas transferre.*

Deinde *notamus: Etsi in tali regno nemo civium quicquam proprii habere possit, sed omnia Regis essent; cives vero, quasi meri coloni Regis, iis tantum uterentur pro certo canone, uti Ægyptii: quin etsi tantum precario: aut ne hoc quidem, & nulla pars fructuum ad eos perveniret, sed terra, vel per extraneos coleretur, vel per ipsos cives pro mercede tantum, aut saltem pro alimentis, nondum tamen regnum hoc esset Regis ut patrisfamilias, sed ut Regis; nec terra in patrimonio regis, sed regni. Regnum itaque regis est, non regni proprietas: quæ proinde non est in patrimonio ejus privato, sed regni publico, quod rex possidet, & repræsentat; adeoque ejus bonum civile publicum respicit, & tuetur, non suum privatum. Itaque curam publicam omnium civium habet, etsi privatim hi nihil habeant in bonis.* Vid. §§. seq. *Nec ideo minus cives, etsi pauperrimi, quia nihil proprietatis possidere dicuntur, essent liberrimi. Utique enim aliud est locupletem esse, aliud liberum: uti aliud sunt bona, aliud libertas. Non desinunt igitur esse liberi, & cives, etsi nihil proprietatis, quin nihil in bonis habeant: uti egeni, & mendici in civitate, verissime ejus membra sunt.*

Tertio *notandum maxime est: Alia longe esse jura, ac bona civium, qua collectim spectantur, ut collegium, aut universitas seu ut corpus civitatis, quod ex capite, & membris compositum est: Alia singulorum, qua ut singuli seorsim respiciuntur;* l. 7. §. 1. ff. Quod cuj. univ. nom. *Verb.* Si quid universitati debetur, singulis non debetur; nec quod debet universitas, singuli debent. *Unde quod civitas agit, non plures agunt, sed unum corpus civitatis;* l. 2. ff. eod. tit. *Verb.* Si municipes dent actorem, non erit dicendum, quasi a pluribus datum sic haberi: hic enim pro republica, vel universitate intervenit, non pro singulis. *Quare licet in civitate singuli nihil forte, & nec obolum in bonis habeant; tota tamen civitas, cum omnibus bonis suis, omnium, & eorundem foret, qua conjunctim, & ut corpus civitatis, capite, & membris constans, spectantur: & quicunque summum magistratum gerit, vel gerunt, publicum illud patrimonium civitatis tenent, non ut privati, & sui causa, sed ut magistratus, & totius populi, ac civitatis causa; neque ad suam, suorumque privatam, sed ad totius universitatis, seu corporis publicam utilitatem; non ut bonum suum privatum, sed ut bonum civile*

vile publicum totius regni, seu reipublicæ; non denique ex libertate privata, quæ personæ, sed ex publica, quæ regno, seu civitati, ac reipublicæ cohæret.

Ita ergo cum Pharaoni Regi omnes terræ Ægypti cessæ fuerunt, desierunt omnino illæ esse in bonis, & patrimonio singulorum; neque tamen illæ cesserunt in proprietatem, & patrimonium Pharaonis ut privati, ut ipse in suos usus privatos vertere, consumere, extra regnum alienare, aut ut dominus res suas perdere posset: sed in patrimonium regni, & Pharaonis ut regis, & regni illius capitis, ac summi moderatoris; ut nihilominus his opibus auctus, & regnum, & ejus bona, ac cives, & pacem tueatur, omniumque salutem, & securitatem, & sic rempublicam defendat. Unde & terræ illæ ipsi cessæ non ad hæredes ipsius, sed ad successores regni Pharaonis, ex quacunque familia, (Vid. Joseph. Ant. lib. 3. c. 5. in princ.) *& deinde ad Ptolemæos perpetua serie transierunt, donec hoc regnum in ditionem P. R., provinciamque redactum fuit. Eademque ratio est plene regni Indorum, & Congi, ut licet verum esset omnia regis fuisse, id tamen nihil aliud est, quam omnia fuisse regni, seu publica: adeoque regis, qui regnum repræsentat, & qui sine regno ne concipi quidem potest.*

Quin idem quoque non minus contingere posset in republica populari, & multo facilius. Nam si populus terram, vel regnum, sive vacuum, sive expulsis jure belli inquilinis, desertum occupet; hac occupatione per universitatem, ut vocant, toti populo quæsitum esset pleniſſime terræ istius dominium: singulis nihil; neque ulla ejus pars erit in patrimonio privatorum, nisi quid è publico in singulos distributum fuerit. Quod totum juris naturalis est, quo quod nullius, cedit occupanti. Occupavit autem populus per universitatem, seu ut corpus civitatis. Terra vero ita occupata, nullius, & nulli alii in eam, quippe vacuam, vel desertam, amplius quicquam juris est. In hac ergo universitate nihil quicquam adhuc in bonis, vel patrimonio singulorum est, sed omnia populi, seu totius corporis; nisi quid in singulos inde distributum, vel descriptum fuerit. Atque in id omnes consentiunt. Grot. de J. B. & P. lib 2. cap. 2. §. 5. *& ex eo more suo* Dn. Pufend. de Jur. Nat. lib. 4. cap. 6. §. 3. 4. 5., & seqq. *Quin & ita actu obtinuisse, atque in more fuisse apud veteres Germanos, testatur* Tacitus de mor. Germ. cap. 26. Agri, *inquit*, pro numero cultorum, ab universis per vices (*quæ lectio proba, nec cum aliis in vicos mutanda, & innuit vicissitudinem, de qua* §. seq.) occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur. Facilitatem partiendi camporum spatia præstant.

Quodsi igitur talis partitio non fiat, sed conveniat ut singuli saltem terras colant, atque inde pro necessitatibus suis usum percipiant; jam ipsissimus ille casus est, quem quærimus, scil. quo singuli nihil proprii habent, sed omnia sunt populi. Neque vero ejus rei ideam saltem fingimus, sed iste rebus ipsis usus fuit veterum Germanorum, uti præclare id explicuit Cæsar de bell. Gall. lib. 6. c. 22. Neque quisquam (*inquit de Germanis*) agri modum certum, aut fines proprios habet; sed magistratus, ac Principes in annos singulos gentibus, cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum eis, & quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno *post* NB. alio transire cogunt. *Inde rationes hujus consilii ita refert:* Ejus rei multas afferunt causas; ne assidua consuetudine capti studium belli gerendi agriculturâ commutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora, atque æstus vitandos ædificent; ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones, dissensionesque nascuntur; ut animi æquitate plebem contineant, quum suas quisque opes cum potentissimis æquari videat. *Nec diversum hinc est quod ex Tacito modo attulimus. Nam & ille addit:* Arva per annos mutant, & supereſt ager; nec enim cum ubertate, & amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant, & parata separent, & hortos rigent. Sola terræ seges imperatur. *Quæ proinde arva non fuere singulis propria, sed solum cultura injuncta. Idemque* (*Cæsar de Bel. Gal. Lib.* 4. *c.* 1.) *specialiter de Suevis refert.* Suecorum gens, *ait*, est longe maxima, & bellicosissima Germanorum omnium. Ii centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, suis ex finibus educunt. Reliqui domi manent: pro se, atque illis colunt. Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque usus belli intermittitur; sed NB. privati ac separati agri apud eos nihil est: neque longius anno

remanere uno in loco, incolendi causa, licet. &c. *En exempla domestica in ipso statu, & civitate populari, ubi singuli nihil proprii, & in suo patrimonio habuerunt; sed omnia fuere populi, & in populi patrimonio: atque adeo publica omnino, non privata. Quemadmodum inprimis Suevorum populus* 100. *pagos in patrimonio habuit; singuli nihil: atque hoc patrimonium omnino fuit publicum, non privatum. Ut adeo non opus sit ex Indiæ, & Africæ regnis exempla fingere: cum domestica vera, & illustria, præsto sint.*

Enim vero quod populus, ejusve magistratus est in statu populari, id rex est in regno: ut demonstravimus supra cap. 11. *Esto igitur regnum, in quo cives nihil proprii habeant, sed omnia sint Regis; certum est, non esse ea in dominio, seu in patrimonio regis privato, sed publico: id est in patrimonio regni, adeoque Regis, qua Regis, seu qua regni caput est, & regnum repræsentat: ut in populari civitate magistratus populi rempublicam, & in quolibet collegio is, qui ei præest, suum corpus, v. g. Duumviri, seu Consules Senatum. Quapropter recte dicitur in* l. 6. §. 1. ff. Quod cuj. univ. Parvi refert, ipse ordo elegerit, an is, cui ordo negotium dedit; *& inde tum concluditur*, videri ab ordine electum, quem Duumviri, quibus a Decurionibus id commissum, elegere. *Longe verius ergo de Rege, cujus summa in civitate, seu regno potestas est, dicitur, nihil interesse, bona in patrimonio Regis, an regni esse dicantur: & quod Rex ex regia potestate agit, ab omnibus actum videri. Ita ex vero dixit Cicero* lib. 1. off. 34. prope fin. Est proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem, & decus sustinere, servare leges, jura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. *Et maximi Imperatores id inprimis in gloria posuerunt, & jactarunt, se rem populi gerere, non propriam: ut Dio Cassius Vir illustris, & consularis, Præfectus Africæ, Dalmatiæ, & Pannoniæ, de Marco Antonino, quem omnium Principum optimum prædicat, testatur, eum in Senatu dixisse*: Omnia Senatus, populique Romani esse; se in iis (*quæ publica sunt*) nihil proprii habere. lib. 7. in vita M. Anton. *Et Spartianus* in vita Hadrian. cap. 8. *ait de Hadriano Imp.* eum & in concione, & in senatu sæpe dixisse: Ita se rempublicam gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam. *Idque perpetuum est in jure, ut quicquid publicum est, dicatur esse populi, vel in patrimonio populi.* l. 14. princ. ff. de Adq. rer. dom. l. 1. in fin. princ. l. 6. ff. de contrah. emt. l. 13. ff. de verb. sign. l. 2. §. 2. ff. Ne quid in loco publ. &c. *Nec aliter res concipi potest: neque ulla gravior pugna foret, quam quod publicum est non esse populi, sed in dominio seu patrimonio privato; cum verbi quoque notione unum, idemque sit, populi, & publicum esse: quippe quod a* populo *dicunt, quasi* populicum, *& contractum in* poplicum, (*quomodo & a quibusdam scribitur*) *usu in* publicum *emolluit.*

Patet itaque quod primum supra §. 7. *asseruimus, his regnorum exemplis, etsi darentur, non doceri, ea esse in patrimonio privato; sed perinde ut in cæteris omnibus regnis, & civitatibus, esse Regis, ut Regis, qui regni sui personam sustinet. Sed non magis alterum, quod diximus, hæc exempla probant, dari hujusmodi regna, in quibus cives nihil proprii habeant, nihilque ad hæredes suos transmittant. Quicquid enim hac de re narratur, nec de omnibus civibus, sed de rusticis, & agricolis; nec de omnibus bonis dicitur, sed de terris rusticis, seu fundis. Et summa omnium est, terras non esse eorum, qui colunt, sed Regis; adeoque rusticos in his regnis non tenere terras suas jure proprio, sed jure colonario perpetuo.*

Ita Ægyptiis Josephus terris eorum emtis, dicitur semina dedisse, & jussisse ut agros sererent. Gen. XLIX. v. 23. & 24. Accipite, *inquit*, semina, & serite agros, ut fruges habere possitis. *Fuere ergo illi, a quibus terras emit, rustici, & agricolæ, qui serendæ, & colendæ terræ operam dedere. Inde ergo non sequitur, non etiam fuisse alios cives, qui alio vitæ genere, quam agricultura, se exhibuere in Ægypti urbibus, Regis aula, & regni ministeriis, domi, militiæque: prout in historia Mosis perpetuo seorsim referuntur populus, & ministri Regis:* Exod. cap. IX. & seq. *& ipsius Josephi dominus Potiphar dicitur fuisse magister militiæ, Princeps exercitus, Dux militum*, Gen. c. XXXVII. v. ult. c. XXXIX. v. 2. c. XLI. v. 12. *Et deinde vendita dudum terra, omnes Seniores domus Pharaonis, & cunctli majores terræ Ægypti, id est, primates regni, comitati dicuntur Josephum ad exequias patris*, Gen. L. n. 8. *Quos regni Principes nihil proprii, nullas domos, &c. habuisse, nullibi probatur; Sed contra, cum Moses ingentem tempestatem minatus monuisset Regem, ut qui res,*

ser-

ſervos, jumenta in agris haberet, in ædes abduceret, Exod. IX. v. 18. 19.; *additur* v. 20. 21. Regis miniſtros, qui animum ad verbum Domini adverterunt, recepiſſe ea in ædes: reliquos vero contumaces omnia perdidiſſe. *Habuere igitur & ſervos ſuos, & jumenta propria, ædesque in quas recipere poſſent; & ſic veriſimiliter etiam Prætoria ſua in agris.*

Deinde non tantum præter agricolas illos, qui terras ſuas vendidere Regi Ægypti, fuere, ut diximus, etiam alii cives primarii, quos nihil ſuum habuiſſe, nullibi traditur; ſed & ipſos illos ruſticos nihil proprii habuiſſe, nullatenus ſequitur. Non enim dicitur, illos bona ſua omnia tum vendidiſſe; ſed terras ſuas, & antea pecora, Gen. XLVII. c. 17. *Habuiſſe autem eos deinde adhuc propria bona in patrimonio ſuo, non dubium eſt; nam & omnes fructus terrarum, excepta quinta, quam pro cenſu Regi pependerunt, jure proprio, & perpetuo ſibi acquiſiverunt.* Gen. c. XLVII. v. 24. *Ubi Joſephus ait:* Quintam partem Regi dabitis; quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum, familiis, & liberis veſtris. *Quemadmodum coloni fructus percipiendo ſuos faciunt, & domini eorum perpetui fiunt.* L. 26. §. fin. l. 61. §. pen. ff. de furt. §. 36. in fin. ff. de rer. div. *Præterea cum Moſes præſagiret plagam locuſtarum, ait: implebuntur iis non tantum ædes Regis, ſed & αἱ οἰκίαι τῶν θεραπόντων σὸυ, καὶ πᾶσαι αἱ οἰκίαι ἐν πάσῃ γῇ τῶν Αἰγυπτίων:* Omnes ædes miniſtrorum tuorum, & omnes ædes in omni terra Ægyptiorum.

Maxime vero, quam locupletes, etiam poſt hanc venditionem, fuerint Ægyptii, inde patet, quod juſſi Hebræi, ut vir ab amico, mulier a vicina, vaſa aurea, & argentea, & veſtem commodato peterent, Exod. XI. v. 2. & 3., *illa commodata ab Ægyptiis acceperint, ſecumque abſtulerint: quod in tanta hominum multitudine, in qua virorum ſaltem, reliquis non computatis*, 600000. *fuere*, Exod. 12. c. 37., *incredibilem auri, argentique, & veſtium numerum confecit, & confeciſſe oportuit; quippe quod fuit loco mercedis, pro* 100. *amplius annorum operis duriſſimis, injuſta vi exactis, & extortis, debitæ. Id enim dudum Abrahamo ita prædictum a Deo, promiſſumque fuerat, liberos ſuos longa ſervitute preſſos, inde egreſſuros eſſe cum magnis divitiis.* Gen. XV. verſ. 14. *Unde patet, quam immenſa opum, ac divitiarum vis, & copia fuerit, qua abundarunt Ægyptii, etiam poſt prædictam venditionem terrarum; tantum abeſt ut nihil proprii habuerint.*

Minus adhuc reliqua exempla probant, dari regna, quæ in patrimonio Regis ſint, & quorum ſubditi nihil proprii habeant; eademque errandi cauſa fuit. In regno Indiæ enim Strabo, ex quo illud affertur, cum ſeptem incolarum ordines, & inter eos unum τῶν γεωργῶν, ruſticorum, ſeu agricolarum feciſſet; tantummodo de horum terris inquit, quod ſint χώρα βασιλικὴ, regalis regio, ipſique eam colant quarta fructuum. Tres partes ergo ipſi ſibi acquirunt, & jure proprio dominii percipiunt; Ex ipſa ergo inſpectione apparet, nec aſſerere id Strabonem de omnibus Indiæ incolis, ſed de ruſticis: nec de omnibus bonis, ſed de ruſticorum terris. Minime omnium autem fabula de regno Congi refelli meretur, cujus nullus Auctor, nedum fide dignus adducitur: & licet omnia vera eſſent, nihil tamen minus inde efficitur, quam id eſſe in patrimonio regis; quæ jam abunde explanata ſunt.

Nec opus eſt, ex alio orbe arceſſere talium ruſticorum exempla, cum vernacula ſint in imperio, & Germania; nam & in jure communi dicitur: Agricolarum alii ſunt adſcriptitii, & eorum peculia dominis competunt; alii vero tempore annorum 30. coloni fiunt, liberi manentes cum rebus ſuis: & ii etiam coguntur terram colere, & canonem præſtare. Hoc & domino, & agricolis utilius eſt. l. 18. C. de Agric. & cenſ. & colon. *Unde patet, in Imperio Romano agricolas, præter eos, qui veri fuere ſervi, (quales hodie amplius non ſunt) fuiſſe colonos, liberos cum rebus ſuis: adeoque res proprias habuiſſe; & terras quidem dominorum fuiſſe cum cenſu, fructus ipſorum. Idque jure ab utilitate commendatur.* d. l. 18. in fin. *Hinc integri de talibus Colonis Paleſtinis, Thracenſibus, Myricanis, &c. tituli in* lib. 11. C. tit. 49. & ſeqq. *Neque tamen inde ſequitur, imperium fuiſſe in patrimonio Imperatoris. Sed & hodie plurimis in locis Germaniæ talis eſt ruſticorum colonaria conditio, & inter eos notum nomen Wiltfangiorum, ſono quidem illud aſperum, re autem mitior in multis eorum conditio, quam reliquorum. Unde patet, quam procul ab omni juris ſenſu abeat B. Dn. de Puſend.* ſupra §. 6. *qui eo delabitur, ut aſſerere haut dubitet, in ſuo confiſto regno patrimoniali agricolas, quin omnes cives, ſua non alio jure tenere, quam quo ſervi olim ſua peculia:*

peculia: sic ut mere precaria sit eorum possessio, & revocabilis quandocunque visum fuerit. Atque ita comparat, seu confundit cives regni cum servis, & mancipiis privati domini; civium omnia bona cum servorum peculiis, peculia servorum cum precario: quin mortuos cum vivis, quia servi pro mortuis habiti, l. 209. ff de Reg. jur. l. 32. §. 6. ff. de Don. int. vir. l. 59 in fin. ff. de Cond. & dem. Nov. 22. c. 9. *Quid vero magis ἀλογίστως, & inconcinnius excogitari potuit, quam male sculpta effigies civitatis, & regni, cujus cives ipso jure gentium nec vivorum quidem*, dict Leg. *nec hominum numero*, arg. l. 4. verb. cum jure naturali omnes liberi nascerentur, &c. ff. de Just. & jur. l. ult. verb. Tria enim sunt &c. ff. de cap. min. l. 32. ff. de Reg. Jur *non pro membris societatis humanæ*, §. 1. de jur. nat. l. 9. ff. de Just. & Jur. *nedum civitatis habiti; sed ab utraque quasi exules, & extorres: nec juris gentium participes*, §. 4. de cap. min. l. 3. de Reg. Jur. *& quasi nullius*, d. l. 22., *& pecudibus lege exæquati fuerunt*; l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. *adeo ut ipsi, etsi natura homines, in hominum commercio fuerint, uti pecudes, & res inanimatæ, quæ cum fructibus hominum causa a natura conditæ sunt, atque ideo natura homo non magis in hominis commercio, quam in hominis fructu esse potest.* §. 37. de rer. div. l. 28. §. 1. ff. de Usur. l. 68. princ. ff. de usufr.

Quid vero ἀδοξότερον in jure videri potest, quam comparatio illa peculii servorum, & precarii, quod in servos ne quidem cadit: d. l. 22. ff. de Reg. Jur. *& unde accipiens sibi acquirit: non servus sibi ex peculio; nec ulla re conveniunt peculia servorum, & precaria. Quæ adeo in oculos occurrunt, ut iis immorari sit operam ludere.*

Illud quoque, quod hominem quendam fingit, qui primus omnimodum dominium terræ adquisiverit, & sic sibi ipsi cives fecerit, vid. supra § 6.; *nescio (quod nullo viri illustris præjudicio dictum velim) an commentum hoc procul distet a fabula de Centauris nubigenis: certe nimis vagum id est, quam ut quod in quæstione est, inde subduci queat. Quid enim? Qualis ille, qui tantum terræ tractum occupavit? Princeps, an privatus? Solus, an cum hominum manu? Et terra illa occupata, qualis? Vacua, & nullius, an alterius? Si hoc: privati, an populi? &c. Quod si Princeps cum Principe, vel populo bellum gerat, imperium in populum victum jure belli acquiritur, non dominium in res singulorum, qui quasi in puncto temporis, quo victi sunt, ex hostibus fiunt subditi.* cap. seq. §. 5. *Si terra vacet, omnium par jus est ejus occupandæ; & si populus liber sit, qui occupat, libera civitas erit, ac in publico omnium, non in unius patrimonio. Si privati, ac tuendæ occupationi pares sint, per eam terra fiet omnium communis, & in patrimonio privato omnium: & si tum animus sit constituendæ inter se civitatis, nec alia causa, quæ facultatem eam ipsis neget; erit tum terra in publico patrimonio hujus civitatis, seu populi, nullo vero horum casuum in patrimonio unius privato. Quod si unus privatorum prior ingressus fuerit terram, nondum eam hoc facto occupavit; non magis quam nauta, qui vastum mare solus navi ingreditur: est enim occupare in potestatem suam redigere, ita ut alios inde arcere possit, quorum alias par ingrediendi jus est. Denique si terra non vacet, privatorum occupatio injuria mera, & prædonum invasio erit, seu nefanda depræda tio. Adeo nihil est, in quo hujusmodi crudæ, & immaturæ cogitationes, mero arbitrio confictæ, figere quasi pedem possint.*

Hobesii os nihil moror, qui omnia regna patrimonialia asserens, ubique publicum patrimonium regni cum privato Regis: dominium privatum, & profanum, cum summa imperii sanctimonia: sacram regiam potestatem cum cujusque hominis, etiam infimi, in res suas jure; eadem fronte, qua ipsum jus cum injuria confundit: & summa imperiorum, seu regnorum majestate, ac reverentia, in infimam rerum privatarum, & profanarum classem abjecta, atque detrusa; id quod post Deum in terris sanctissimum, & Deo proximum, quin numinis ejus vicarium esse vidimus, supra c. 3. §. pen. *pessimo omnium, & nefario ostracismo, ac sacrilegio, ex hominum societate, quin & rerum natura, qua per ipsum stat, exterminat, atque eliminat. Neque id adeo mirum in homine, qui omnis juris penitus ignarus, ac rudis, omnique ejus cognitione destitutus, ne nomina quidem juris, ac injuriæ intellexit, sed pessimum in modum commiscuit. Cujus rei, ac detestandi abusus, qui & hodie apud homines a jure neutiquam instructos invaluit, strictiuram paulo acriorem, ignosci mihi, ac boni consuli, oro, & obtestor.*

Quid enim indignius, quam ex Rege privatum, ex regno ejus villam, ex urbe domum, ex civibus operarios, ex territorio sublimi

blimi prædium ruſticum, ex civitate familiam facere: eoque omnem dignitatem, fomitem, & pretium virtutis, & quam nullam natura in re privata eſſe, Salluſtius in Catil. c. 12. *recte ſentit, de vita civili, quin e rebus humanis evertere? Et quis porro non indignatus, homines adeo ab omni juris ſcientia denudatos, & alienos, jus tamen invadere, imo condere velle, & talia portenta fundere, abortuſque projicere?* Hactens B. Parens.

„ Si dicendum quod res eſt: in genere cum „ Grotio aſſerimus, *Dari vera regna patrimo-* „ *nialia.* Probavimus hanc theſin initio hujus „ §. Diximus, per ultimam victoriam, vel „ per deditionem non conditionatam, re- „ gnum deſinere eſſe regnum; omnia enim „ jura publica, & privata, tranſeunt in vi- „ ctorem, & ipſe populus redigitur in ſervi- „ tutem. Victor igitur pro lubitu de hoc regno „ diſponere poteſt. Unde conſtat, omnia, „ quæ de SSta poteſtate vicaria allegantur, „ ad regna bello ſubacta non pertinere, quia „ imperium deſiit. Sane, nemo eſt, qui de „ injuria queri poſſit, quia populus bello „ victus criminis reus eſt, in quem victori jus „ vitæ, & necis competit: quem autem oc- „ cidere licet, eum etiam ſpoliare licitum eſt. „ *Vid. Diſſ. Proœm. XII.* §. 130. §. 139. *ſeq.*

„ In eo ergo ſaltem errat Grotius, quod re- „ gnum hoc patrimoniale faciat *intuitu* regis, „ qui forte ſuis ſumtibus bellum geſſit; cum „ hic jure, & nomine populi, cui præeſt, „ bellum gerat, adeoque nihil ſibi ex ne- „ gotio hoc alieno acquirat. At *intuitu* populi „ victoris omnino verum eſt, regnum dari „ patrimoniale. Populus igitur pro lubitu „ diſponere de ſuo patrimonio poteſt: adeo- „ que vel illud deſtruere, vel conſervare, „ ſaltem ſub certa conditione. Rex autem „ non plus juris in tale regnum habet, quam „ in ſuum regnum: indeque ipſe de eo, in- „ conſulto populo victore, diſponere nequit. „ Omnes igitur effectus, quos Auctor regno „ patrimoniali tribuit, veri ſunt intuitu *populi* „ *victoris*, non intuitu *regis*, etſi propriis ſum- „ tibus bellum gerentis.

Quod liberi homines in commercio non ſint] „ Hominis enim membra nullius in bonis, „ & dominio ſunt, *l.* 13. *ff. Leg. Aquil. l.* „ 83. §. 5. *l.* 103. *ff. V. O.* & hactenus liber „ homo comparatur rebus ſacris, *d. l.* 13. „ *junct.* §. 7. *Inſt. de rer. div.* Unde liberi ho- „ minis ſtipulatio inutilis eſt, *d. l.* 83. *d. l.* „ 103; adeo ut nec æſtimatio debeatur, *d.* „ *l.* 103, quia liberum corpus æſtimari ne- „ quit: *l.* 2. §. 2. *L. Rhod. de jact.* Atque „ hæc quoque ratio eſt, cur nec actio legis „ Aquiliæ directa detur libero homini, *L.* „ 13. *ff. Leg. Aqu.*

„ Reſpondet Auctor non hic quæri de li- „ bertate, vel ſervitute ſingulorum: hos „ enim manere liberrimos. Sed de libertate, „ ac ſervitute publica. Quoties enim popu- „ lus antiquis ſuis legibus vivit, nec ab alte- „ rius arbitrio dependet, *liberum* dici, quo- „ties vero ab alieno arbitrio dependet, & „ alienis legibus vivit, dici *ſervire.* Unde „ concludit, homines ſingulos *libertatem* habe- „ re, ſed univerſum in *ſervitute* conſtitutum „ eſſe. Vera reſponſio eſt. Quod populi „ bello per ultimam victoriam victi, vel de- „ diti, deſinant eſſe liberi homines; quod „ omnia eorum jura publica, & privata in „ victoris tranſeant poteſtatem: adeoque ha- „ ctenus omnino ſint ut in dominio, ita & in „ commercio: ita ut pro lubitu de iis diſpo- „ nere victor poſſit.

At ſicut alia eſt poteſtas dominica, alia regia] „ Quarum illa jus in perſonas, & bo- „ na ſingulorum, hæc jus in perſonas, & „ bona univerſorum: illa jus abutendi, hæc „ jus adminiſtrandi infert.

Ita alia eſt libertas perſonalis, alia civilis: alia ſingulorum, alia univerſorum] „ Vix „ credi poteſt, quantum interſit inter liber- „ tatem publicam, & privatam: & quisnam „ ejus effectus ſit, non tantum in jure gen- „ tium, ſed & in jure publico Romano Germa- „ nico; cum ex illo diſcrimine celebris di- „ ſtinctio inter terras mediatas, & immedia- „ tas orta ſit, cujus originem B. Parens pri- „ mus explicavit. Rem gratam me lectori „ facturum ſpero, ſi principia hæc juris gen- „ tium, quæ is in tractatu de *Autonomia ju-* „ *ris gentium c.* 2. expoſuit, & ad illuſtra- „ tionem rariſſimi argumenti pertinent, ope- „ ri huic inſeruero. Verba ejus hæc ſunt.

Ut igitur ordine inde ordiamur, libertas Zenoni, & Stoicis dicta fuit ἐξουσία ἀυτοπαραγίας, ſuo nutu agendi licentia, ut docet Diog. L. 7. in Zen. cit. *ſeu poteſtas vivendi ut velis; prout loquitur* Cicero paradoxo V. *Hujus itaque libertatis privatio, quæ ſervitus dicitur, eſt cum non tuo, ſed tantum alterius lubitu, tibi agere licet. Omnis igitur libertatis vis, & ratio eo abſolvitur, ut quis poſſit agere, quod ſibi licet, & ſuo arbitrio vivere: atque adeo ſibi ipſe legem dicere, qua*

agere velit. Et hic proinde est ipse actionum suarum dominus, & arbiter. E contrario, servitutis forma, & conditio tota in eo est, ut quis teneatur agere quod alteri, ut domino, libet: & alterius ideo nutu vivere, legemque agendi ab alio domino accipere, qui proinde alterius dominio, ac potestati subjectus dicitur. Hinc liquet, quam accurate utriusque definitio in jure tradita, & in ea privativa illa oppositio dextere observata sit, cum libertas dicitur esse naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet; nisi si quid vi, aut jure prohibetur. §. 1. Inst. de jur. pers. l. 4. pr. ff. de stat. hom. Et servitus est constitutio juris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam subjicitur, §. 2. Inst. de jur. pers. d. l. 4. §. 1.; quod nihil aliud est, quam privatio libertatis. Liber enim, qui sua voluntate, & lege agere potest, hoc ipso est sui, suarumque actionum dominus. Servus vero non sua, sed alterius voluntate, ac lege regitur: eoque alius est ipsius, actionumque ejus dominus, & alterius adeo ille dominio subjicitur. Liberi hominis suum in se dominium, ac potestas est; Servus cum eo privatus sit, in alterius dominio, ac potestate erit. Ille ergo suus, hic alterius est. Utraque ergo hac definitione nihil exactius est; adeo ut appareat, ab iis, qui quid mutatum voluere, eam non emendatam fuisse, sed non intellectam.

Libertas porro a natura indulta est: servitus a gentibus constituta; & hæc oppositio quoque in utriusque definitione belle notata est. Ideo enim libertas dicitur facultas naturalis, §. 1. J. de Jur. pers. l. 4. ff. de just. & jur. d. l. 4. pr. & §. 1. ibi: contra naturam. ff. de stat. hom., estque adeo constitutio naturæ. At servitus a gentibus constituta est, idque contra naturam, sc. contra jus naturæ, quod permissivum dicitur, & legibus ex causa mutari potest: unde servitus constitutio juris gentium dicitur, §. 2. I. de Jur. pers. d. l. 4. ff. de J. & J. l. 4. §. 1. ff. de stat. hom. id est, jus a gentibus, veluti prius illud jus a natura constitutum; quo sensu constitutio Principis dicitur jus a Principe constitutum, tot. tit. de Const. Princ.; unde & hactenus rectissime invicem oppositæ sunt.

Hæc vero omnia, quæ de libertatis, & servitutis distinctione, ac natura disputavimus, tum ad privatos pertinent, tum non minus ad populos, & civitates. In utrisque libertas est naturalis facultas agendi quod sibi: & Servitus necessitas agendi quod aliis lubet. In privatis igitur, quod ipsis de privatis suis rebus, & actionibus lubet: in civitatibus, quod ipsismet de publicis; utrobique intra limites juris. Uti ergo privatus liber dicitur, cujus est facultas agendi quod sibi facere libet, & de sua re, adeoque quia rei suæ legem dicere quam vult potest, l. 20 §. 1. ff. de pact. dot. l. 10. C. de pact. l. ult. in fin. & pass. C. de pact int. emt. & vend. l. 13. pr. ff. comm. præd.; ita civitas libera, cujus est facultas agendi, quod e re civitatis videtur: atque adeo, quæ de publicis leges, quas ipsa vult, dicere, propriisque legibus vivere potest; quod Græcis Autonomia dicitur.

Atque ita ex adverso, quemadmodum homo privatus servire dicitur, qui non suo, sed alterius arbitrio agit, adeoque legem agendi ipse sibi non dicit, sed ab alio accipit; ita & civitas, quæ in publicis non suo arbitrio, suisque adeo legibus, sed ab alio superiore acceptis vivit, & regitur. Idem sc. est, statuere de suo quod lubet, aut suæ rei legem dicere, Nov. 22. Cap. 2. ἐγὼ νόμος ἡ τοῦτο βούλημα & lex esto ejus voluntas. Utrumque libertatis est, sive de privato quæratur, sive de populo; & similiter utrique communis ratio servitutis: alterius arbitrio, vel alterius legibus vivere. Et qui agit quod sibi libet de re sua, is ipse sibi leges dicit ut vult, sive privatus sit, sive civitas; & ex adverso, qui sub alterius arbitrio est, ex ipsius placito agere, & ab ipso leges agendi accipere tenetur, tum privatus, tum populus.

Respondet itaque & libertatis, & servitutis ratio, ac definitio pleno sensu, & ex omni parte, cum publicæ, tum privatæ: quippe quæ tota posita est vel in facultate ejus, quod sibi, vel in necessitate ejus, quod alteri facere libet, sed suo cuique modo, singulis in re privata, civitati in publica. Unde etsi civitas libertate αὐτονομίας careat, eoque servire dicatur, quia alterius superioris, non suis legibus rempublicam gerere tenetur; singuli tamen cives æque liberrimi sunt, ac sub Autonomia, & utrisque pariter plenissima competit potestas de rebus suis disponendi: utrique æque νομοθετοῦσι, seu legem rei suæ dicunt, & uti dicunt, ita jus est, d. Nov. 22. c. 2.; sed intra cancellos rerum publicarum, sive suis civitas legibus utatur, sive alterius superioris, l. 120. ff. V. S. l. 13. C. testam. l. 23. §. 1. in f. C. de legat. Nov. 1. c. 1. pr. arg. l. 55. ff. de leg. 1. Enimvero cives devictarum gentium manere liberos homines, nisi & singuli bello, aut prælio capti, aut alio ex casu servi facti fuerint, jam dictum est, & de

de eo infra agendi forte adhuc locus erit. Hactenus B. Parens.

„ Equidem negari nequit, jure gentium „ ex distinctione inter libertatem privatam, „ & publicam, sive singulorum, & univer- „ sorum, insignes sequi effectus: at dubium, „ quod Auctor sibi movet, inde non solvi- „ tur. Dicendum igitur omnino est, homi- „ nes in regno patrimoniali esse in commer- „ cio, quia in regnis patrimonialibus, i. e. „ bello quæsitis, & libertas *personalis*, i. e. „ quæ personis competit, & libertas *civilis*, „ i. e. quæ civitati cohæret, & in facultate „ de juribus suæ civitatis pro lubitu dispo- „ nendi consistit, tollitur: adeoque *singuli*, „ & *universi*, victoris arbitrio subjiciuntur.

„ Non ergo admitti potest quod Auctor „ ait, in tali regno universum servire, i. e. „ alienis legibus vivere: singulos vero libe- „ ros esse. Singuli enim omnino servi fiunt, „ adeoque sunt in commercio victoris.

Nam & Stoici quandam servitutem constare, dicebant, in subjectione] „ Ut proinde „ nihil obstet, quo minus liberi quoque ho- „ mines, aliorum imperio subjecti, sensu „ improprio, in servitute esse dici possint.

Et in sacris literis subjecti regis servi vocantur] „ Non quasi in vera servitute constituti, „ sed quia imperio ejus subjecti sunt.

Sicut ergo libertas personalis dominium excludit, ita libertas civilis regnum] Inter errores Auctoris merito notamus, quod statuat regnum, & libertatem differre; cum certum sit, *ratione subditorum* parilem esse libertatem in statu regio, ac in statu populari. Potestas enim utriusque status unice consistit in officio tuendi jura civitatis, & singulorum: adeo ut cives liberrimam facultatem de juribus suis privatis disponendi, etiam in statu regio, obtineant.

Additio.

„ Latius mentem suam de parili libertate „ civium in statu regio, & populari, expli- „ cavit B. Parens in tract. de *Auton. jur.* „ *gent. cap.* 10. Verba ejus hæc sunt:

Res hic nobis est cum plurium gentium, & maxime cum populi Romani judicio. Romani enim Auctores perpetuo libertatem a regno abjunxerunt, atque cum servitute regna promiscuêre: ut constat ex Liv. lib. 2. cap. 15. Tac. 1. Ann. 1. in princ., & de mor. Germ. c. 15. in fin. Cicer. in Philipp. & ad Brut., ac alibi pass. *Quin Tacitus* vit. Agric. cap. 3. libertatem, & Principatum duas res insociabiles esse, *asseruit. Unde cum Cappadoces, quibus Romani obtulere libertatem, negarent sine Rege se vivere posse*, Just. lib. 38. c. 2. in fin. *refert Strabo* lib. 12. cap. 6., *admiratos fuisse Romanos, adeo istos torpere ad* libertatem: & Regem *eis permisisse eligere e suis. Sed & Mithridates literis ad Arsacem Regem datis:* Pauci (*inquit*) libertatem, pars magna justos dominos volunt. Sallust. fragm. hist. lib. 4. *Et Justin.* d. loc. *ait:* Regibus ablata regna, & populos libertate donatos fuisse.

Cæterum Romanos in eam sententiam non tam ratio traxit, quam inveteratum illud regiæ olim dominationis tædium, adeo invisæ, ut ipsum quoque nomen regium exhorruerint, & fastidium veteris abusus sensum quoque justorum discriminum deleverit: nec ulla ætas pristinæ injuriæ regiæ, aut abolere memoriam, aut evellere odium potuerit. Mithridates vero non de civium, & civitatum, sed de ipsorum Regum libera potestate scripsit: quos P. R. quidem liberos, ac Reges appellabat, & amicorum, ac sociorum nomine ornabat; at fœderis sui inæqualis nervo ita eos constringebat, ut parum a subjectis distarent. Vid. l. 7. ff. de capt. & postl. *Justinus vero in facto Romanorum, horum usum, & sensum sequitur, etsi nec ille de libertate civitatum, & civium regni, sed de populo agat.*

Esse autem eandem civium, & civitatum, sub proprio Rege, ac sub statu populari libertatem, nemo, rebus probe expensis, inficias ire poterit: idque ita demonstramus. In republica populi libera, aliud est populus, aliud singuli e populo, etsi conjunctim accepti; cum alia sint jura singulorum, & privata, alia corporis, & publica. Summum imperium, ac summa potestas non est singulorum, sed populi in singulos: ita ut singuli omnes, nemine excepto, populi potestati subjecti, nec ulla potestas, ullusque inde magistratus sit exemptus. Quemadmodum in Romana republica liberrima, omnes Magistratus, Senatores, Consules, quin & Dictatores, fuere in potestate populi. Et licet e re visum fuerit, Dictatorem adeo constituere cum plenissima potestate, ut nec jus provocandi inde ad populum relictum esset; tamen ille hanc quantamcunque potestatem non suo nomine exercuit, sed nomine populi. Hic igitur populus eam legem de non provocando non in se tulit, sed in singulos; non ne ipse provocationem ex causis recipere possit, sed ne singuli provocare: uti admissa illa fuit in causa Papyrii Dictatoris, & Q. Fabii, qui contra illius mandatum in

hoſtem pugnaverat; eum pater ipſius Fabius Senior in Senatu diceret: Provoco ad populum, qui certe unus plus, quam tua Dictatura, poteſt, polletque. Liv. lib. 7. cap. 33. *Sed & univerſus Senatus leges tulit ad populum: neque ante lex fuit, quam populus rogatus juberet; & cum Senatus quoque tandem jus faceret, non aliter valuit, quam vicario nomine populi.* §. 4. §. 5. *verb.* vice populi &c. Inſt. de jur. nat.

Rege autem conſtituto eadem illa poteſtas populi, quam habuit in omnes, & ſingulos cives, tranſit in Regem: adeoque hoc facto eandem in cives omnes, & ſingulos conſequitur poteſtatem, quam ante populus in eosdem habuit. l. 1. princ. ff. de conſtit. Princ. *Eadem ergo conditione, ac libertate, qua ante populo oportuit eſſe dicto audientes, nunc oportet Regi eſſe. Nec ulla alia mutatio facta, niſi in ſummæ poteſtatis ſubjecto, quod tum fuit populus, nunc Rex. Idem ergo civium vinculum eſt, ac durat, ſive populo, ſive Regi eo obſtricto ſint: nec in hoc fit arctius, quam in illo fuerat; eademque omnino relatio eſt inter ſingulos, & Regem, quæ inter ſingulos, & populum. Quicquid itaque libertatis fuit ſub poteſtate populi, idem manet ea collata in Regem.* Add. Diſp. noſtra de libert. Stat. Reg.

Videndum ergo, quæ fuerit civium libertas ſub populo, ut appareat quæ ſit in regno. Certum ſcil. eſt, in ſtatu quoque populari ſingulos e populo teneri legibus populi collatum ſumti, uti in omni collegio legitimo ſinguli tenentur ſtatutis totius corporis: l. fin. ff. de corp. & coll. *& in eo omnes id velle videri, quod majori parti placet. Oſtendimus enim jam, quemadmodum libertatis privatæ conditio eſt, ut ſinguli facere poſſint in re ſua privata, quod ſibi lubet, ſive quod bonum videtur: ſervitutis vero, non niſi quod alii domino lubet, & ille ſibi bonum cenſet; Et ideo alii (liberi) ſibi, & rebus ſuis legem, ut volunt, dicere poſſunt: ſui (ſervi) legem, ut dominus eam ſibi, & rebus ſuis dicit, ſequi tenentur. Ita ſimiliter libertatis publicæ eam rationem eſſe, ut populus in re ſua publica facere poſſit quod ſibi lubet, ſive quod ſibi videtur ſuæ civitati bonum eſſe: ſervitutis autem publicæ non niſi quod alii populo, vel Regi lubet, ſeu quod ille ſuæ civitati, ſuoque regno bonum arbitratur. Quo itidem fit, ut ille ſuæ reipublicæ legem dicere, ſuaque adeo lege, & ſententia, quid ei conſultum ſit, decernere poſſit; hic vero legem alterius populi, vel Regis, prout ille in rem ſuæ civitatis eam ſtatuit, ſequi teneatur.*

Certum quoque eſt, quod homo, qui natura ſibi cupit, id velit, quo quam optime ſibi conſultum exiſtimat: privatus in re privata, populus in publica; adeoque hoc ipſum ex libertatis maxime ſtudio eſſe, ut quam poteſt maturiſſime deliberet, & circumſpectet, quid conſultius, & magis e re ſua ſit. Hoc autem non poteſt vel certius cognoſcere, vel tutius conſequi, quam ſi vel plures conſulat, vel prudentioribus curam ejus committat. Quod quomodocunque fiat, & ſive uni, ſive pluribus boni communis cura, & cuſtodia commiſſa ſit, libertatem nihil imminuit, nedum eam infringit; cum tamen ipſius id bonum commune, & publicum ſit, ac maneat, quod curatur: omniaque fiant, ac fieri debeant, in rem, & uſum ejus, cujus eſt negotium: adeoque ex ejus voluntate, & voto, perinde, ac ſi ipſe populus per ſe curet; quæ eſt natura libertatis. Unde & illud conſequens eſt, cum aliud alii quandoque bonum videatur, multi quoque ſtudio boni privati a publico diſſentiant, neque adeo aut negotia publica explicari, aut exitium habere poſſent, ſi omnium conſenſus unanimis requiratur; hoc quoque, ut ex re omnium, ita omnium votum natura ita ferente eſſe, ut & quod major pars ſentit valeat, & quod plures ſentiunt, id omnes voluiſſe intelligantur: quia natura publice volunt, quod publice bonum eſt. Conf. Grot. lib. 2. cap. 5. §. 17. & ſeqq.

His ergo ita expoſitis ſequitur I. ex libertate eſſe, cum populus per ſe ipſum civitatis ſuæ curam ſuſcipit, & leges, prout ſibi libet, vel e republica videtur, ſtatuit, & ſuffragiis, vel tributis, vel curiatis, vel virilibus, quid in republica optimum facto ſit, exquirit: etſi & tum pars minor plurium ſententiis, & ſinguli in civitate populi decretis ſtare cogantur; etiamſi populus non per ſe, ſed aliorum miniſterio, & conſilio, v. g. per conſtitutos magiſtratus, curam reipublicæ expediat: quod populi R. exemplo liquet. Sequitur II. ex libertate eſſe cum populus ipſe rempublicam non gerit, ſed Senatus prudentum, vel optimatum conſtitutus eſt, qui rebus, & ſaluti populi conſulat, & cujus ſtatutis populus obligetur. Nec tantum, ſi Senatui iſti ſola ſaltem adminiſtratio commiſſa ſit, & populus ejus miniſterio, atque conſilio utatur: ſed & ſi jure perpetuo, & proprio, civitati præſit, ut in vero ſtatu Ariſtocratico, quem vocant; quoniam nec iſte Senatus ſuam, ſed civitatis ſuæ,

&

& populi rem ex lege, ac regula publicæ utilitatis gerit, atque adeo ſalutem populi ex communi voto tuetur. Alioquin non eſt Senatus civitatis, ſed in Tyrannidem abit; uti Athenis famoſus ille 30. Tyrannorum Senatus. Xenoph. Rer. Græc. lib. 2. fol. 316. Diod. Sic. lib. 4. Juſtin. lib. 5. cap. 8. & ſeqq.

Sequitur III. Ex libertate eſſe, cum magis conſultum rei publicæ videtur, eam ab uno geri, & ideo rege conſtituto, in eum populi poteſtas transfertur. Nam & ille rem populi ſui tuendam, atque ad ejus ſalutem, & uſum, ex omnium ſententia gerendam capeſſit. Hunc ergo Regem populus iſte, ſeu populi illius cives, ac civitates, quæ hoc corpus regni conſtituunt, hujus Regis legibus, ut ſuis, perinde, ut ſub populo legibus populi, ut ſuis utuntur; quoniam utrobique ferendarum legum norma eſſe debet utilitas, & ſalus iſtius populi: adeoque feruntur illæ ex capite libertatis, ſeu ex communi civium voto, quo ſuis commodis, ſuæque ſecuritati publicæ ſtudent. Quid autem publice commodum, ſeu utile ſit, non ſuo, ſed regis judicio æſtimant, perinde, ut in populari ſtatu, populi, ejusve majoris partis: & in Ariſtocratico, Senatus judicio id relinquitur; quia leges in omnium utilitatem publicam, & proinde ex communi illorum ſenſu, ac voto, atque uti ipſis in genere libet, ſtatuuntur: quæ eſt cauſa libertatis.

Sequitur IV. è contrario, ſervitutis eſſe, cum hujuſmodi libera civitas, vel Rex, aliam civitatem ſibi vi ſubjicit; hujus enim devicti cives, etſi iisdem legibus quibus & alteri teneantur, & utrique ergo immediate eidem regno, regnique legibus ſubjecti ſint: tamen alteri illi liberi, hi in ſervitute publica vivunt; de quo cap. ſeqq. *Hæc enim devicta civitas, ſive provincia, illis legibus non utitur ut ſuis, ſed ut alienis; quoniam illæ non ex re, & utilitate provincialium, adeoque non ex eorum ſententia, & placito feruntur, ſed ex re, lubitu, & voto civium regni. Quæ eſt cauſa ſervitutis, qua non quod ſibi libet, & expedit, ſtatuere ipſis integrum eſt: ſed ei, quod Regi victori libet, ipſique e ſua re videtur, ſtare, & morem gerere tenentur; atque adeo, cum rationes regni, & rationes provinciæ pugnant, hæc regni, & regis rationibus cedit, ac ſervit, & nec ex ſua, ſed regis voluntate, ac utilitate agere tenetur.*

Ut vero quæſtionem de libertate ſtatus regii perſequamur, multæ, & graviſſimæ cauſæ ſunt, cur plerisque gentibus conſultius viſum fuerit, rei, ac utilitatis publicæ æſtimationem Regis potius judicio, & arbitrio, quam ſuo committere: atque ſub Rege potius, quam ſub populo vivere. Primum enim difficillimum, & in magna præſertim civitate prægrave eſt, cives quotidie in comitiis morari, & rem privatam, familiamque negligere. Deinde cum reipublicæ regendæ duo quaſi cardines ſint, Fried und Recht, woruff, als Grund-Veſten, alle Reiche und Gewalt ruhen, *ut dicitur in* Rec. Imp. 1521. princ. & §. 1. & R. J. 1525. princ. & ſim. *facile liquet, indoctum, imperitumque vulgus ineptum eſſe* juri, pacique *moderandis; quæ nulla ars major, ac difficilior veteribus, ac prudentibus viſa eſt. Accedunt moræ illæ, & ambages conſiliorum, rerum tractandarum, atque executionum, aliaque incommoda plurima. Ut taceam æmulationum, & factionum ſtudia, & procellas &c. quæ ceſſant in unius Principatu. Nec officit, quod ſolus ille non minus impar videatur; cum Regum latera ſepta, ac ſtipata, & humeri ſuffulti ſint peritorum, ac prudentum conſiliis, ac virorum robore, & miniſteriis, ut tanto oneri ferendo ſint.*

Hoc igitur cum votum populi ſit, optime proſpectum reipublicæ eſſe: ei vero maxime conſultum putet Rege facto, in cujus fidem, & arbitrium ſalutis ſuæ, & boni publici tutelam tranſmittit; plena omnino libertas eſt ejus Regis legibus vivere, quæ ex populi voto ad ejus utilitatem feruntur, non minus, quam ſi a populo latæ eſſent. Ut adeo veriſſime dixerit Grotius: Populi liberi, & Regis, qui vere rex ſit, eadem ratio eſt. lib. 1. de I. B. & P. cap. 3. §. 21. n. 2. *& eadem igitur libertas. Quod & Plinius probat, cum in* Paneg. ad Traj. circa med. *appoſite ait:* Eodem foro utuntur Principatus, & libertas. *Ita liber populus Iſraelitarum magna contentione Regem ſibi flagitavit:* 1. Sam. VIII. *E re populi Romani viſum fuit, rempublicam nomine Principatus ad unum deferri, teſte* Tac. H. 1. & 1. A. 8. 9. & 12. *Cappadocum populus oblatæ, ut Romani autumabant, libertati regnum prætulerunt,* de quo cap. ſeq. *Sic inclyta illa Francorum gens, cum in ſumma olim libertate, ejuſque adeo tenax eſſet, ut ab ejus ſtudio nomen duxerit, ultro in ſe Regem conſtituit; idque cum ad majeſtatem populi, tum ad ſalutem & tutelam civitatis valere plurimum, bellicoſæ nationi viſum fuit.* Vid. Greg. Turon. Hiſt. Franc. lib. 2. cap. 9. in fin. Ivo

Carnet. de Regib. Franc. in princ. Epitom. geſt. Franc. cap. 4. apud Freher. in Corp. Hiſt. Franc. tom. 1. Aimoin. de geſt. Franc. lib. 1. cap. 4. Ado Vienn. æt. 6. ad ann. 371.

Atque hæc ratio libertatis latius patet, ut obtineat etiam tum, cum duo Principes de eodem regno inter ſe contendunt, & ille ſceptrum obtinet, cui populus forte minus favet; nam nihilominus illud iſtius populi regnum, & ſceptrum eſt, illiusque legibus populus, ut ſuis, & ex ſuo ſenſu latis utitur, etſi perſona Regis forte minus placeat. Ex quo enim ſemel regnum, regnique ſucceſſio placuit, is quoque admittendus eſt, cujus ſuccedendi jus eſt: neque affectus ille ſingularis in perſonam mutat votum commune, ut ſub quolibet ſucceſſore ſuis legibus vivant. Illud enim in eo vertitur, quod & modus regni a populo probatus, & ille Rex conſtitutus ſit ad illius populi rempublicam gubernandam, legesque ad ejusdem, non alterius, ſuperioris, v. gr. populi, utilitatem ferendas. Atque hoc ipſum ergo eſt votum commune populi, & quod ipſi lubet, agitur: ſcilicet, ut ſuæ reipublicæ proſpectum eſſet, & legibus ſua cauſa latis viveret. Quæ conditio libertatis eſt. Atque talis apud Judæos fuit diſceptatio inter Aſſamonæos, & Herodem M., inter quos ſtudia populi quoque diviſa fuere; de quo §. 15. infra. Quam vero Galli, quippe ſubditi, Henrico IV. litem moverunt, non bellum fuit, ſed rebellio.

Quin & amplius ſtatuendum eſt, quamvis populus liber non probaverit modum regni, vel principatus, ſed ei invito Rex ab eo, qui poteſt, datus fuerit; nondum deſiiſſe cauſam libertatis populi illius ſub regno, ſed illud quoque iſtius populi ſceptrum, ac regnum eſſe, & ſuis eum adhuc legibus vivere. Nam & Rex ille conſtituitur, & leges ab eo ferendæ ſunt ad hujus populi ſalutem, & in rem illius regni: ita ut regi iſti norma, & lex regendi unice non minus eſſe debeat ſalus illius populi, quam antea illa fuit populo ipſi. Itaque & hoc imperium Regis exercetur populi cauſa, & in ejus rem communem, quod ipſius votum, ipſique libitum, adeoque cauſa libertatis eſt, etſi in modo non conſentiat. Neque enim deſinit libertas ejus populi, niſi cum poteſtas ſumma exercetur ex re, voto, ac lubitu alterius regni, ſeu populi ſuperioris: ut ſæpe jam expoſitum eſt.

Ex quibus omnibus ſequitur, quicquid judicio Regis ſtatuitur, perinde eſſe, atque id, quod judicio populi, vel majoris ejus partis: atque adeo hoc votum commune natura ſua omnium eſſe, quia alias illius boni publici, adeoque voti ſui, compotes fieri non poſſent. Unde & hac parte nihil quantum ad libertatem refert, cura illa ipſi populo, an paucis ex populo, an uni Regi commiſſa fuerit: quia is modus potius electus intelligitur, quo pro genio civitatis, & populi, omnium optime reipublicæ conſultum iri, viſum fuit.

„ Hactenus B. Parens.

„ Quomodo ex his principiis origo terrarum immediatarum, & mediatarum demonſtratur, apparebit ex dicendis infra Lib. X.

Libertas perſonalis Dominium excludit] „ Libertas enim perſonæ conſiſtit in facultate agendi quicquid lubet. Hæc pugnat cum dominio, per quod perſona illa in alterius poteſtate conſtituitur, ita ut & bona, & actiones ejus a domini diſpoſitione dependeant.

Ita libertas civilis regnum, atque aliam quamvis ditionem] „ Libertas enim civitatis, ſeu publica, conſiſtit in *facultate ſtatuendi de ſuo jure publico prout lubet.* Cum hac libertate pugnat regnum, utpote in quo facultas illa ſtatuendi de bono publico eſt penes ſolum regem, ita ut hactenus populus arbitrio regis ſubſit, eoque ſenſu ſerviat.

Proprie dictam ditionem] „ Per quam facultas illa diſponendi de juribus ſuæ civitatis, adeoque libertas publica alieno arbitrio ſubjicitur, uti in ſtatu Ariſtocratico &c.

Idem] „ *L. 2. c. 12. Conf. id. L. 2. c. 13. L. 33. c. 18. L. 35. c. 18. L. 3. c. 58. L. 3. c. 7. L. 34. c. 57. & 58. L. 27. c. 54. L. 28. c. 54. L. 21. c. 30.* Adde „ *Tacit. in vit. Agr. c. 3. Juſt. L. 38. c. 2. in f. Salluſt. fragm. hiſt. L. 4.*

Eleutherocilices] „ i. e. liberi Cilices.

In legibus Romanis] „ Vid. *l. 19. ff. de Captiv. & inf. n. 21.*

Hic ergo non de hominum ſingulorum, ſed de populi libertate quæritur] „ Adeoque etſi in regno patrimoniali publica libertas auferatur, ſingulos tamen manere liberos; indeque dubium illud, *quod liberi homines non ſint in commercio*, regnis patrimonialibus non obſtare, ait. At dictum modo eſt, in ejusmodi regnis non eſſe liberos homines, ſed ſervos: adeoque homines ibi in commercio eſſe.

Aliqui

Aliqui dicuntur esse non sui juris non suæ potestatis] „ In regnis ex voluntate populi „ quæsitis verum est, quod populus desinat „ esse sui juris, ex quo imperium, ejusque „ jus in alium confert; sed tantum quoad „ jura publica, de quibus populus non am„ plius statuit, sed rex, in quem illa liber„ tas translata est: adeoque hactenus popu„ lus non amplius in sua est potestate, sed „ in potestate aliena. In regnis bello quæ„ sitis frustra quæritur de Autonomia, quia „ desinunt esse regna. Aliquando tamen con„ servare nomen etiam victores solent: & „ tunc videndum, *an* victor autonomiam „ victis auferat, *an* illis relinquat.

„ *Priori* casu, cum libertas agendi quid lu„ bet de re civitatis populo ablata sit, cum „ populus victus non suis legibus vivat, sed „ ab aliorum arbitrio dependeat; merito esse „ alieni juris dicitur, i. e. *immediate* civita„ ti victoris paret.

„ E contrario, si populus victor civitati „ victæ Autonomiam relinquit, i. e. facul„ tatem concedit suis legibus vivendi; hæc „ civitas hactenus suo jure utitur, nec ab „ alieno arbitrio dependet, at *mediate* paret „ populo victori.

„ Hinc jam apparet origo terrarum *imme„ diatarum*, & *mediatarum*, adeo in Ger„ mania celebratarum. Ex quo enim Reges „ Franciæ constituti fuerunt, varia cum vi„ cinis populis bella gesserunt. Horum po„ pulorum quosdam ex lege sub jugum mi„ serant, ut ablata Autonomia, i. e. subla„ ta libertate publica, legibus, & magistra„ tibus populi victoris uterentur, adeoque „ *immediate* regno Francico juncti essent. „ Atque huc pertinet 1. *Francia*, & 2. *Ter„ ra Rhenensis*. *B. Parens prud. jur. publ.* „ *c.* 5. §. 3. & 4. & *in Auton. I. G. c.* 18. „ & *c.* 22.; quæ duæ provinciæ immediate „ regnum Franciæ constituerunt. 3. *Suevia*, „ quæ, victo a Clodovæo Magno ultimo „ Suevorum Rege Herminfredo, regno Ger„ maniæ immediate juncta fuit: *dict. jus „ publ. c.* 3. §. 6. *c.* 4. §. 3. & 4. & *Au„ ton. I. G. c.* 18. & 22. Accessit 4. *West„ phalia*, utpote cui Saxoniæ parti Carolus „ Magnus autonomiam eripuit, ipsisque le„ ges dedit, & magistratus suos eis præpo„ suit; ut proinde Westphali *immediate* „ subjecti fuerint regno Franciæ: *dict. jus „ publ. c.* 3. §. 41. *dict. Auton. c.* 18. „ *c.* 22.

„ Alios autem populos jure belli victos „ pristinæ libertati restituerunt, eisque suis „ legibus, vivere permiserunt; qui proinde „ subjecti fuere regibus Franciæ *mediate*. „ Huc referri debet 1°. *Bavaria*, quæ sub „ Clodovæo victa, Duci restituta est ea le„ ge, ut a suo magistratu jus acciperet, „ ac suis legibus viveret, adeoque mediate „ regi pareret: *dict. jus publ. c.* 3. §. 6. *c.* 4. „ §. 3. & 4. 2°. *Saxonia*, quæ a Carolo Ma„ gno victa, & mediate regno subjecta fuit: „ *dict. jus publ. c.* 3. §. 37. *dict. Auton. c.* „ 18. *c.* 22. 3°. *Vandalia*, seu Marchia „ Brandenburgica, quæ sub Henrico I. de„ victis Slavis ea lege imperio juncta est, „ ut proprio jure uteretur, adeoque media„ te regno subesset: *dict. jus publ. c.* 3. §. 58. „ 62. 64. 78. *dict. Auton. c.* 18. *c.* 22.

„ Atque hæc ratio est, cur immediati non „ sunt Comites, Barones, Nobiles, Civita„ tes &c. nisi in Francia, terra Rhenensi, „ Suevia, & Westphalia: & cur hi omnes „ sint mediati in Bavaria, Saxonia, & Van„ dalia: & cur provincialia judicia tantum „ in illis obtineant, non in his provinciis.

Hinc illa] „ De formula illa, *in jure alio„ rum esse*, vide *supra* §. 8. *n.* 7.

Estne populus Collatinus] „ Vide *d.* §. 8. „ *n.* 7.

Non ipsi homines alienantur, sed jus per- 2
„ *petuum eos regendi*] „ Si igitur, fatente „ Auctore, alienatione jus saltem regendi „ transfertur; pugnat, regnum in dominio, „ & patrimonio esse.

Additio.

„ Grotius ad dubium, quod sibi movit, „ *quod* scil. *liberi homines non sint in com„ mercio, adeoque nec in patrimonio regis*, „ porro respondet, regem, dum alienat po„ pulum, saltem jus eum regendi alienare: „ indeque commercium hic non esse libe„ rorum hominum, utpote qui omnia jura „ privata salva retinent. Veram responsio„ nem jam suppeditavimus, nimirum, om„ nia jura publica, & privata, victori in „ regno patrimoniali acquiri. Homines igi„ tur cum desinunt esse liberi, omnino sunt „ in commercio.

Qua populus sunt] „ Adeoque quoad jura „ publica civitatis.

Sed jus, quod in hominem liberum com„ petit, transcribitur] „ Imo si victor regnum „ bello quæsitum alienat, non jus in homi„ nes liberos transcribitur, sed ipsi homines „ bello capti, eoque servi, alienantur; vi„ ctor enim omne jus, quod in victos ha„ bet,

„ bet, alienando transfert, adeoque omnia „ jura publica, & privata civitatis.

3 *Civibus quæsitos potius credi debere, quam regi*] Auctor ad objectionem, *quod regna bello quæsita, civium opera, & sumtu acquirantur, adeoque non in dominio, & proprietate Principis sint*, respondet, posse etiam regem privato sumtu bellum gerere, eoque sibi acquirere.

At duo hic supponit Auctor, quæ concedi non possunt: 1. quod rex bello sibi acquirere possit: 2. idque fieri, quoties suis sumtibus, vel aliorum opera bellum gerit.

Quod enim ad *prius* attinet, negamus, regem sibi aliquid bello quærere posse: 1. quia rex bellum gerere non potest, nisi qua rex, i. e. qua præcipua pars est civitatis. Rex enim omne jus suum, & speciatim jus belli a populo habet; ejus igitur jure, & ex ejus concessione agit: adeo ut extra civitatis rationem Rex privatus sit. Quicquid igitur ut Rex agit, non suo jure, sed jure civitatis agit. Unde 2. necessario sequitur, omnem utilitatem illius actionis pertinere non ad agentem, sed ad eum, cujus jure is agit. Alibi enim demonstravimus, (*vid. L.* 1. *c.* 5. §. 3. *& c.* 3. §. 12. 23. *& L.* 2. *c.* 8. §. 4. *c.* 11. §. 12. *L.* 3. *c.* 6. §. 9.) actionem, ejusque utilitatem non tribui instrumento, sed causæ: eodem modo uti victoria per milites acquisita non tribuitur militibus, sed Principi. Idque 3. confirmatur exemplo tutoris, & negotiorum gestoris, qui quoties jure pupilli, vel absentis agunt, non sibi inde acquirunt, sed pupillo, & absenti. Sane 4. in statu Aristocratico, ubi jus belli est penes proceres, omnia acquiruntur civitati, non vero proceribus; eadem ergo ratio est in statu Monarchico. Idque 5. apud omnes gentes obtinet. Hinc legibus Francorum cautum erat, ut regno censeretur acquisitum, quicquid Rex acquireret. Ipse Auctor fatetur, actus regios eo loco esse, ac si communitas feciset. *L.* 2. *c.* 14. §. 1.

Hinc sponte jam corruit *posterius* assertum. Etsi enim Rex suis sumtibus, vel aliorum opera bellum gerat; non tamen sibi acquirit, sed civitati: 1. quia non inspicitur in acquirendi modis, cujus sumtu, aut opera acquiratur, sed cujus jure, ac potestate. Diximus autem, principem jus bello acquirendi non suo, sed populi jure habere: indeque bello quæsita non ei cedere, sed civitati. Alias enim 2. in statu Aristocratico quoque proceribus suis sumtibus bellum gerentibus acquisita cederent; quod tamen nemo hactenus asseruit. Sane 3. gestor rei alienæ, qui suo sumtu insignem utilitatem absenti quæsivit, non sibi eam utilitatem vindicare potest, sed absenti, cujus jure egit. Equidem 4. Rex talis ad restitutionem sumtuum agere potest, at non quæsita sibi tribuere. Quidquid ergo agunt qua reges, agunt jure civitatis: & quidquid acquirunt jure belli, civitati acquirunt. Hinc infra demonstrabimus, Regem non alio jure populum victum gubernare posse, ac suum, cujus nomine victoriam reportavit.

Ex sua privata substantia exercitum aluerit] „ Etsi Rex ex sua privata substantia exercitum aluerit, inde non sequitur, ei lucrum belli acquiri. Cum enim non suo jure, sed jure populi bellum gerat, quidquid eo acquiritur, causæ acquiritur.

Aut etiam ex fructibus ejus patrimonii, quod principatum sequitur] Fructus principatus sunt duplices; vel enim sunt destinati ad defensionem reipublicæ, quo pertinent vectigalia, contributiones, accisæ &c. vel ad sustentandam dignitatem familiæ, quo pertinent reditus domaniales. De his posterioribus pro lubitu disponere potest; at si ex his fructibus bellum gerit, bello quæsita non ei acquiri, modo probavimus.

Nam ut in ipsum patrimonium rex aliquis non nisi usumfructum habeat: fructus tamen ipsius sunt proprii] Duo hic notanda veniunt: 1. quod populum, ejusque patrimonium, in usufructu regis esse statuit: 2. quod fructus regni proprios esse regis putat. Quod ad *prius* attinet, statim demonstrabimus, substantiam ususfructus pugnare cum hac Auctoris assertione. Sed nec *posterius* verum est, *fructus* scil. *regni esse Principis jure ususfructus.* Nam 1. usufructuarius pro lubitu de fructibus disponere, iisque abuti potest: quod secus in fructibus regni. Hi enim 2. ad certum usum destinati sunt, scil. ad defensionem reipublicæ; nam in eum solum usum jure naturæ collectas indicere licet: illum igitur usum mutare Princeps nequit. Sane 3. in reliquis statibus fructus regni non pertinent ad proceres, neque hi de illis pro lubitu disponere possunt: adeoque nec in regnis.

Jure gentium res ita se habet: In territorio duo distinguenda sunt; 1. ipsa terrarum,

rum, occasionumque *Subſtantia*, & quasi proprietas; 2. earum cum reditus, fructus, ac commoda : tum gubernatio, & administratio.

Ipsa terrarum, accessionumque *Subſtantia*, est populi, ejusque patrimonium, & qua si proprietas, *l.* 14. *pr. ff. A. R. D.* verb. *publicæ, quæ in patrimonio ſunt populi* : *l.* 15. *ff. V. S. l.* 17. *ff. eod. l.* 3. *pr. ff. ne quid in loco publ. Florus L.* 3. *hiſt. c.* 13. *Vectigalia, ait, i. e. imperii patrimonium*; & vulgo dici solent *bona coronæ*. FRUCTUS seu reditus publici duplices sunt: *alii* constituti ad tuendam dignitatem regis, ac regiæ familiæ, *alii* ad tuendam rempublicam, ejusque onera ferenda. *Illorum* redituum proprietas regis est; *horum* administratio. *Illi* fiscum regium constituunt, & bona, unde percipiuntur, proprie illa sunt, quæ vulgo domania, item *Tafel-Gutter* vocantur; *hi* ærarium populi. Accurate *Plin. in paneg. ad Trajan c.* 36. *n.* 2. *At forte non eadem ſeveritate fiſcum, qua Ærarium, cohibes : Imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico, credis.*

In suum igitur *fiscum* regi libera quidem disponendi; at in *subſtantiam* ipsam, quæ populi est, & in *ærarium*, sola tuendi, & curandi potestas est. Vid. *Prudent. noſtr. jur. publ. c.* 9. §. 17. *& ſeq.*

Perinde, ut in ipſum jus imperandi populo, qui ſe elegit] Imo male asseritur, regi usumfructum in jus imperii competere. Non enim dari regnum usumfructuarium, uti Auctor JCtos Siculos secutus statuit, certum est. Nam 1. vox ususfructus privata est, & ad jura privata, non vero ad jura publica pertinet; inprimis 2. quia vox illa denotat facultatem disponendi pro lubitu de utilitate, & fructu rei, quam in reditibus regnorum regi non competere, demonstravi. Sane 3. ususfructus rei alicujus constituitur tantum fruentis causa : Rex autem constituitur rei, i. e. imperii causa. Accedit 4. quod omnis utilitas, quæ ex re oritur, pertineat ad fructuarium; cum omnis utilitas, quæ ex imperio oritur, pertineat ad populum, cujus jure, & potestate rex agit. De his regnis usufructuariis vide *L.* 2. *c.* 6. §. 3. *&* *L.* 3. *c.* 20. §. 5.

Hæreditatis, quæ reſtitui juſſa eſt, fructus non reſtitui] „ Sensus Auctoris est, quod „ licet regnum quoad subſtantiam, & pro„ prietatem sit populi, Rex tamen inde „ fructus suo jure percipiat; idque illustrat „ exemplo hæredis fiduciarii, qui etsi hæ„ reditatem alii restituere teneatur, tamen „ fructus sibi acquirit. At fallit hæc compa„ ratio. Primo enim negamus regem fructus „ regni sibi acquirere, sed illi proprii sunt „ populo. Deinde, hæres fiduciarius est do„ minus rei, & qua talis fructus percipit; „ at Rex, qui ex delatione populi regnum „ tenet, non est dominus rei : adeoque nec „ fructus rei suo jure percipere potest.

Quia non hæreditati accepti feruntur, ſed rei] „ Ratio juris civilis hæc est : quod „ hæres fiduciarius fiat dominus rei, adeo„ que tanquam dominus fructus acquirat *L.* „ 83. *ff. l.* 9. 3. *&* *L.* 18. §. 7. *ad SCtum* „ *Trebb.* Et cum fructus non ex hæreditate „ veniant, quæ sola restituenda est, sed ex „ re, *d. l.* 18. §. 2, certum est, fructus eo „ comprehendere testatorem noluisse, *d.* §. „ 2. Atque hinc notanter in *d. l.* 83. dici„ tur : *nihil proponi, ex quo de fructibus* „ *quoque reſtituendis teſtatorem rogaſſe proba*„ *ri poteſt.*

Evenire ergo poteſt, ut rex in quoſdam populos imperium habeat proprio jure] Diximus, id evenire non posse, etsi ex sua privata substantia exercitum aluerit, aut etiam ex fructibus ejus patrimonii, quod principatum sequitur. Nam utroque casu non suo jure, sed jure populi bellum gerit : adeoque quicquid acquirit, soli populo acquirit.

Ita ut alienare etiam poſſit] Auctor 1. male statuit, regna patrimonialia alienari posse: 2. male ex facultate alienandi concludit, regnum esse patrimoniale.

Prius vel exinde probatur, quia rex non sibi acquirit bello, sed populo; ejus ergo jus est : adeoque absque ejus consensu alienari regnum bello quæsitum nequit. Et cum regnum devictum incipiat pars esse regni victricis, Rex non plus juris in hanc partem habet, ac in totum : adeoque nil regi competit, nisi jus tuendi hanc partem noviter quæsitam; non vero tuetur, qui alienat.

Poſterius per se patet, nam concessa regi facultate alienandi, non sequitur, rem in ejus esse patrimonio : quia alienatio hæc pacto fit, & consensu populi, adeoque non jure dominii, seu patrimonii. Sane is, cui mandatum est, ut alienet, eo ipso non fit rei dominus.

Additio.

„ Noſtram de regno patrimoniali ſenten-
„ tiam expoſuimus ſupra §. *b.* & magis ex-
„ ponemus infra *l.* 3. c. 8. Diximus, regnum
„ bello quæſitum non acquiri regi, etſi ſuis
„ ſumtibus bellum geſſerit, ſed populo. Di-
„ ximus, hunc populum de hoc regno, ejus-
„ que juribus publicis, & privatis pro lubi-
„ tu diſponere poſſe; regi autem non plus
„ juris in illud regnum competere, quam in
„ id, quod ei ex conceſſione populi dela-
„ tum eſt. Adeoque nec alienare regnum
„ poteſt, niſi conſenſu populi victoris.

Privato ipſius jure] „ Imo hinc potius
„ apparet, inſulam illam jure ſaltem do-
„ minii privati Euryclis fuiſſe, ſalvo cæte-
„ rum imperio Lacedæmoniorum. De inſula
„ hac vide *Pauſaniam L. 3. p. 192. Virgil.*
„ *Æn. 10. v. 51. & Teſm. b.*

Sanchuniatonis] „ De quo *vid. Stilling-*
„ *fleet orig. ſacr. L. 2. §. 2. Grot. de verit. re-*
„ *lig. Chriſt. l. 1. §. 16. ibique not.* in pri-
„ mis *Clerici*: Add. *Dodvelli Diſſ. de Sanchu-*
„ *niatonis Phœnicia hiſtoria.*

Dedit urbes viginti] „ Videntur datæ hæ
„ urbes propter ligna cedrina, abiegna, &
„ aurum, aliaque ad exſtructionem domus
„ domini, & regis neceſſaria, quæ Hiram
„ Salomoni ſuppeditavit *I. Reg. IX. v. 10.*
„ *11. 14.*

Non ex urbibus populi Hebræi] „ Id enim
„ prohibuit Deus *Lev. XXV. 23.* addens
„ rationem: *mea enim eſt illa terra; nam pe-*
„ *regrini, & inquilini vos eſtis apud me.*

Nam Cabul, quod nomen illis urbibus da-
tum eſt] „ Vox enim denotat ſolum, vel
„ germen ſterile, & incultum; unde & diſ-
„ pliciebat admodum Hiromo, *d. c. 9. v. 12.*
„ Add. *Joſeph. 8. Antiq. c. 2. p. m. 527.* &
„ contra *Appion. L. 1. p. m. 645.* ubi per
„ Cabul intelligit terram Galileæ regionis,
„ quæ Zabulon vocatur, voce Phœnicum
„ lingua *id quod diſplicet*, ſignificante.

Ponitur extra fines Hebræorum] Nam fi-
„ nes, ac termini filiorum Aſer ſeſe exten-
„ dunt NB. uſque ad Zabulon, & egrediun-
„ tur ad lævam Cabul. *Joſu. c. XIX. v. 27.*

Quas populi devicti, hoſtes Hebræorum ad
eum diem retinuerant] „ Nam plures civita-
„ tes gentilium ſuperſtites manſerunt, cum
„ quibus perpetuum Iſraëlitis erat bellum:
„ idque in pœnam Iſraëlitarum contigiſſe,
„ patet ex *Exod. XXIII. v. 33. Deut. VII.*
„ *v. 2. Judic. II. v. 23. Joſu. c. XXIII.*
„ *v. 13. 1. Reg. IX. v. 20. 21.*

Quasque partim Rex Ægypti vicerat, &
Solomoni dotales dederat] „ Pharao non niſi
„ unam civitatem, Gazer nimirum, Solo-
„ moni in dotem dedit. 1. *Reg. IX. v. 16.*
„ At eam non fuiſſe ex dictis civitatibus, vel
„ exinde apparet, quia pecunia, quam So-
„ lomo pro ceſſione 20. civitatum acceperat,
„ impenſa partim eſt ad muniendam civitatem
„ Gazer, *d. c. 9. v. 16.* Sed & viginti illæ
„ urbes ſitæ ſunt in terra Galileæ, regionis,
„ quæ Zabulon vocatur, *d. c. 9. v. 10.* At
„ Gazer in medio Ephraim ſita fuit. *Joſu. c.*
„ *XVI. v. fin.*

Partim ſubegerat ipſe Solomo] „ Vero ſimi-
„ lius igitur eſt, Solomonem ex ſolis his ter-
„ ris bello quæſitis 20. urbes Hiromo vendi-
„ diſſe. *vid. 2. Paralip. VIII. v. 7. ſeq.*

„ Equidem ex his exemplis videtur con-
„ firmari ſententia Grotii, quod rex alienare
„ poſſit regna patrimonialia, i. e. bello
„ quæſita. At id inde non ſequitur: nam
„ quod ad I. exemplum Pharaonis attinet,
„ verum eſt, eum urbem Gazer bello quæſi-
„ tam Solomoni in dotem dediſſe; ſed nota-
„ vimus, reges orientis, inprimis Ægypti,
„ ex longævo uſu id jus ſibi quæſiviſſe, ut
„ pro lubitu de terris imperii ſui diſponere,
„ easque alienare potuerint. Cæterum mi-
„ rum eſt, Regem Ægypti occupaſſe urbem
„ Gazer, eamque in dotem dediſſe Solomo-
„ ni; cum ea in medio Ephraim ſita, & tem-
„ pore Joſephi jam tributaria fuerit Iſraëlitis.
„ *Joſu. c. XVII. v. fin.* Neque II. exemplum
„ Solomonis, qui viginti urbes Hiromo de-
„ dit, probat, civitates has bello quæſitas
„ in patrimonio Regis fuiſſe. Cum 1. conſtet,
„ regnum Iſraëlitarum non fuiſſe patrimonia-
„ le: adeoque bello quæſita ad populum
„ pertinuiſſe; ſumtibus autem regis bello
„ quæſitas fuiſſe illas civitates, nullibi tra-
„ ditur. Neque 2. ex facultate alienandi ne-
„ ceſſario infertur, civitates illas in patrimo-
„ nio regis fuiſſe; alienatio enim aliquando
„ eſt pars adminiſtrationis. Sane, civitates illæ
„ in terra ſterili ſitæ fuerunt: (ideo enim
„ diſplicuerunt Hiromo. *d. c. 9. v. 12.*)
„ adeoque conſultius viſum fuit Solomoni,
„ vendere illas terras, ac pretio inde reda-
„ cto domum domini, ac regis exſtruere.
„ Unde 3. duo ſequuntur: Regem pecuniam
„ pro civitatibus acceptam non in ſuos uſus
„ impendiſſe, ſed in uſus publicos: & po-
„ pulum ſaltem tacite in hanc alienationem
„ conſenſiſſe.

„ *Tum demum Solomo eo deduxit Hebræo-*
rum

rum colonias] „ Vide Josephum *Antiq.* 8. „ *c.* 2. ibi: *qua cum ille perlustrata satis con-* „*sideraſſet, & non valde probaſſet, renun-* „*tiari juſſit Solomoni, ſibi non opus eſſe ejus* „ *oppidis.* Unde 2. *Paral. VIII. v.* 2. dicitur „ Hiromum Solomoni civitates dediſſe, i. e. „ reddidiſſe. Has autem civitates non intra „ fines Iſraëlitarum fuiſſe, jam demonſtra- „ vimus: idque ex eo quoque probat Au- „ ctor, quia Solomo demum eo deduxit „ Hebræorum colonias 2. *Paral. VIII.* „ *v.* 2.

4 *Hercules*] „ Tyndaræus erat verus Spartano- „ rum rex, qui ab Hippocrate pulſus erat: „ *Pauſ. in Lac. pr.* adeoque regnum hic non „ alienatum, ſed vero regi reſtitutum eſt.

Amphipolis] „ De origine hujus civitatis „ *vide Diod. Sic. L.* 12. *p. m.* 305. *& Thu-* „ *cyd. L.* 4. *p. m.* 186. *Suidas voce Amphi-* „ *polis.*

In dotem data Acamanti Theſei filio] „ Tzetzes nos docet, Acamantem paucis „ navibus appuliſſe ad Thraces Biſaltas: & „ cum Phyllis regis illius tractus filia eum „ deperiret, patrem eam deſpondiſſe, regno „ in dotem promiſſo, *ad Lycophron. v.* 495. „ Conf. *Bayle voce Acamas.* ubi alios hanc „ hiſtoriam de Demophoonte referre, ait. „ De fatis Acamantis vide *Bayle d. l.*

„ Cæterum ex datione in dotem non ſe- „ quitur, regna eſſe patrimonialia; ſed in- „ de ſaltem infertur, in ejusmodi regnis „ fœminas quoque ſucceſſionis eſſe capaces. „ Non enim alienatio fit extra familiam, ſed „ imperia filiabus, earumque deſcendentibus „ conferuntur. Hac ratione Philippus II. „ Auſtriæ duci Alberto Belgicas provincias „ ſupremo jure in dotem dedit: neque ta- „ men imperium hoc fuit patrimoniale. *Vid.* „ *Teſin. in not. b. §. lit. e.*

Syro civitates] „ Lidiam ſcil., & mariti- „ mas civitates. *Vid. Plut.* Hæc non tam „ erat alienatio, quam diviſio inter fratres.

Pro ſua quisque parte ſucceſſiſſe] „ Mutuo „ ſcilicet conſenſu. Quod plenius explicat „ *l.* 2. *c.* 9. §. 10.

Aut etiam ipſi victoriæ jure id imperium ſibi quæſiviſſe] „ Alexander Magnus non ſi- „ bi, ſed Macedonibus regnum quæſivit. *vid.* „ *L.* 3. *c.* 8. Injuria ergo egerunt ſucceſſo- „ res, quod regna hæc absque Macedonum, „ regisque adhuc viventis conſenſu occupa- „ rent. Ex hoc exemplo, ubi omnia vi age- „ bantur, jus inferri nequit.

Non eſt mirandum, ſi alienandi jus ſibi arrogarunt] „ Jure victoriæ ſuccedere non „ potuerunt, quia titulus belli, ſuperſtite „ rege legitimo Alexandri filio, omni jure „ carebat.

Sic cum &c.] Auctor hic, *& n. ſeq.* re- 5 fert exempla regnorum, quæ teſtamento relicta ſunt: & exinde probat, regna quædam eſſe patrimonialia. At allegata exempla non probant, Regem ſua auctoritate alienaſſe; nam vel populus conſentit ſaltem tacite, vel alienatio pars fuit adminiſtrationis, forte quod alienatio facta ſit ex utilitate publica, vel jure dotis regnum alii confertur: tunc enim jure ſucceſſionis in filiam, ejusque maritum tranſit.

Quod vero teſtamento aliquando alienata dicuntur regna, inde nullum jus in hæredem tranſit, quia teſtamenta non ſunt modus acquirendi naturalis. In regnis autem non niſi jus naturæ obtinet.

Attalus rex] „ Imo non bonorum, ſed „ imperii hæres factus eſt populus Roma- „ nus: uti ex allegatis Auctoris locis appa- „ ret. *Add. Liv. Epit. L.* 58. *Juſt. L.* 36. „ *c.* 4. *n.* 6. *Vellej.* 2. 4. 1. *Florus* 2. 20. „ *Oroſius* 5. 8. Cæterum in adeunda hac At- „ tali hæreditate Romanos doli mali accuſat „ Mithridates apud *Salluſt. hiſt. l.* 4. *& Ho-* „ *rat.* 2. *Od.* 18.

Nicomedes] „ Vide *Liv. epit.* 93.

Narrat idem] „ *L.* 42. *c.* 4. Alia exem- 6 „ pla vide apud Jornand. *de regn. ſucceſſ. cap.* „ 55 ubi Archelaus Cappadociæ rex, & „ Pylemenes Paphlagoniæ rex populum Ro- „ manum hæredem ſcripſere. Herodem quo- „ que teſtamento caviſſe de Judæorum regno, „ teſtis eſt Zonaras *Ann. I. Add. Juſt. L.* 39. „ *c.* 5. *Gell.* 6. 7. *Lactant.* 1. *c.* 20. *& Teſin.* „ *in not.* §. 12.

Polemo] „ Zenonis oratoris filius, qui ob „ virtutem regnum meruit. *Strab. l.* 12. *in f.*

A D §. XIII.

At in regnis, quæ populi voluntate delata 1 *ſunt*] „ Et quæ Auctor male regna uſufru- „ ctuaria vocat. *Vid. §. præc. n.* 1, *& n.* 3.

Non eſſe præſumendum, eam fuiſſe populi voluntatem] Eadem ratio eſt in regnis patrimonialibus; nam hæc quoque regi non competunt, niſi ex delatione populi victoris. Alibi probavimus, victorem non plus juris acquirere in populum victum, ac ipſe populus habuit; at is non habuit niſi imperium,

quod in jure tuendo, non in alienando consistit. Certum igitur est, nec in regnis bello quæsitis alienationem licitam esse, absque consensu populi devicti, saltem tacito.

Additio.

„ Supra demonstravimus, populum per „ ultimam victoriam subactum, non tantum „ jura publica, adeoque & imperium amitte„ re: sed omnia quoque jura privata. Victi „ igitur transeunt in potestatem victoris, qui „ jus vitæ, & necis etiam in singulos conse„ quitur. Hinc jam constat, populum victo„ rem alienare hoc regnum posse. At regi, „ qui jure populi vicit, facultas alienandi „ nullo jure competit; sed is voluntatem po„ puli sequi, & si hic conservari vult regnum, „ illud tueri tenetur.

„ Atque hactenus, & intuitu regis, ve„ rum est, nullam esse differentiam inter „ regnum populo per bellum quæsitum, seu „ patrimoniale, & regnum usufructuarium, „ seu ex voluntate populi delatum; neutrum „ enim invito populo alienari potest.

„ Cæterum ratio, cur regna a populo de„ lata alienari non possint, non ex præsum„ tione, seu conjectura voluntatis sequitur, „ sed ex voluntate populi certa, & satis de„ clarata: quia nil nisi jus se regendi, & „ jura civitatis tuendi, in regem transcripsit. „ Non autem defendit jura civitatis, qui eam „ alienat: & cum personæ, & familiæ fides, „ & industria electa, eique jus tuendi civi„ tatem commissum sit; persona illa, vel „ familia, in alium hoc officium invito po„ pulo transferre nequit. *Conf. Diss. Procem.* „ *XII.* §. 623. *seq.*

Quod Crantzius ut rem novam notat] „ Historiam de Unguino in dubium vocat „ *Hottom. L.* 1. *Illustr. q.* 1. Neque enim „ fides semper adhibenda est huic Scriptori.

Apud quos regna eo jure minime habebantur] „ Scilicet, ut alienari regnum potue„ rit; nam regnum Germanorum, semper „ fuisse electivum, probavit *B. Parens in* „ *Jur. publ. c.* 6. §. 8. *seq.*

Quod Carolus Magnus] „ Vid. *Eginh.* „ *c.* 33.

Ludovicus pius] „ Vid. *Monachum Agolis„ mensem p.* 268. *Regin. chron. L.* 2. *ad ann.* „ 876. *& B. Parent. jus publ. c.* 5. §. 21.

Alii etiam postea apud Vandalos] „ Exem„ pla Gizerici, & Theodorici retulit *Auctor* „ *in not. ad* §. *præc. n.* 6.

Id commendationis magis vim apud populum habebat] „ Adeoque valebat hæc dispo„ sitio in casum, si populus consensisset.

Voluisse eum testamentum suum] „ Unde „ Carolus Magnus, & Ludovicus Pius, in „ publico comitiorum consessu, voluntatem „ suam exposuere: *Vid. B. Parent. jus publ.* „ *c.* 4. §. 12. *seq. c.* 7. §. 13. 14. 17. *&* „ 18. *Conf. disp. B. Parent. de tut. ill. Sect.* „ 2. §. 5. *It. de just. regn. pag.* 7. Imo Caro„ lus M. præterea a Papa id confirmari vo„ luit. *Vid. Adelm. ad ann.* 806. *Besselius* „ *ad cap.* 33. *Eginhardi de vit. Car. M.*

Paschali Pontifici reddidisse, legitur] 2 „ Auctor ei, quod *n. præc.* asseruit (scil. „ reges Germanos jus alienandi non habuisse, „ indeque eorum dispositionem vim saltem „ commendandi habuisse) objicit exemplum „ Ludovici Pii, qui Romam cum imperio in „ Paschalem Papam alienasse, fertur. Auctor „ huic dubio respondet. Reges Francorum „ a populo Romano imperium accepisse: in„ deque eos recte quoque eidem populo red„ dere potuisse. Grotius igitur non tantum „ talem donationem factam esse, supponit; „ sed & Hottomannus quoque hanc histo„ riam de donatione Ludovici verissimam cre„ dit *in qu. ill. L.* 1. *c.* 2. *p.* 846.; & „ hujus donationis duo exstare instrumenta, „ ait: alterum apud *Gratian. in cap. ego* „ *Ludovicus &c. dist.* 63.: alterum, quod „ ex Vaticana Bibliotheca se promsisse, te„ statur *Raph. Volaterr. Geogr. l.* 3. Eoque „ multo plura contineri, quam priori, scil „ Ravennam, Ferrariam, Siciliam, Sardi„ niam, Corsicam &c. Atque hoc posterio„ ri nititur curia pontificalis: & ejus au„ ctoritate regem Siciliæ vocat Ecclesiæ sub„ ditum, Vasallum, Ligium, *Clement.* „ *past. de sent. & repud.* Sed & Papa Fer„ rariensem Ducatum hoc titulo sibi adjudica„ vit: *Arnisæ. de subject. & exemt. cler. c.* 6. „ *n.* 10. *p.* 131. *& de jure Majest. L.* 1. „ *c.* 5. *n.* 6. *&* 7. Verum egregie, & so„ lide admodum rejicit hanc fabulam idem „ Gronovius, allegans silentium omnium „ Auctorum coævorum, Aimonii, Eginhar„ di, Anastasii, Tegani, & incerti Aucto„ ris *de vit. Lud. I.* Neque verum esse, ait, „ quod ex allegato capitulo affertur, quia „ filius Ludovici fratri Lothario Romam, „ & Italiam cessit. *Petav. rat. temp. L.* 8. „ *c.* 10. Equidem Baronius eo impudentiæ „ pervenit, ut assereret, Carolum M. nul„ lum unquam jus in urbem Romam habuis„ se,

„ se; at id solide refutavit *B. Parens in jur.* „*publ. c.* 6. §. 7. *& late seq.*

A Populo Romano acceptum] „ Sed nec „ hoc verum est, Francorum Reges a populo „ Romano imperium accepisse. Quomodo „ urbis hujus incolæ potuissent Carolo M. im- „ perium dare, cum a quatuor retro seculis „ integris, ipsi ne libertatem quidem, nedum „ ullam summi imperii particulam habuerint? „ Sane, regnum Italiæ, adeoque & urbem „ Romam, nec non imperium occidentis, „ jure victoriæ Carolum acquisiviſſe, latissime „ probavit *B. Parens in jur. publ. cap.* 6. „ §. 1. *seq.* Quod magis illustrabimus infra „ *l.* 2. *c.* 9. §. 11.

Reddere eidem recte potuerint] „ Fabula „ de donatione Caroli M. dudum explosa est: „ nec unquam titulus ille probari poterit.

Is, qui primi ordinis Princeps erat] „ I. „ e. qui in ordine ecclesiastico præsidebat. „ *vide infra L.* 2. *c.* 9. §. 11. *n.* 2. Putat „ igitur Auctor, urbem Romam, dum Pa- „ schali restituta est, ipsi populo restitutam „ videri: utpote cum ille, tanquam Prin- „ ceps primi ordinis, populi quasi personam „ sustinuerit. At hoc verum non est; eo „ enim tempore ad Pontifices cura secularium „ nondum pertinuit: *vid. B. Par. Jur. publ.* „ *c.* 18. §. 6. *usque ad* §. 16.

Ad §. XIV.

Quod *autem hucusque monuimus*] „ Nimirum *supra* §. 11. *n.* 1., ubi Auctor „ dixit, aliud esse de re quærere, aliud de „ modo habendi.

Ut non modo pleraque imperia non plene habeantur] Non enim a potentia agendi, „ sed a causa potestas dijudicari debet.

Non plene] „ Ubi nimirum Princeps jure „ proprio quidem habet imperium; sed cu- jus exercitium legibus restrictum est.

Habeantur plene] „ Ita ut licet jure pro- „ prio non teneant, tamen omnia pro lubi- „ tu facere possint, cessante quippe restri- „ ctione legis: ut in Dictatore supra vidimus.

Ut Marchionatus, & comitatus facilius &c. testamento relinqui soleant] „ Hoc non „ ex eo est, quod imperia talia non summa „ plene habeantur; sed quod plane imperium „ hic non alienetur: utpote quod salvum „ manet summæ potestati, sub qua Comita- „ tus, & Marchionatus situs est. Sed & ve- „ rum non est, comitatus &c. pleno jure ha- „ beri, & alienari posse; nam cum ple- „ rumque feuda sint, non possunt sine con- „ sensu domini alienari.

Ad §. XV.

Est *& alterum hujus discriminis indi-* 1
cium] Auctor inter effectus regni patrimonialis etiam ponit, quod Rex tutorem in illis constituere possit, secus, ac in regnis usufructuariis. At nec hoc verum esse, jam demonstrabimus. Nam 1. non dari regna patrimonialia, vidimus in præcedentibus; frustra ergo de tutela horum regnorum quæritur. 2. Nec tutela jure naturæ cognita est; etsi enim patri natura stimulum indiderit liberos tuendi: cessat tamen hic in extraneis, in cujus actiones pupillis nullum jus competit. Cum igitur 3. natura soli patri tutelam liberorum dederit, nullum aliud medium, eo contra intentionem naturæ præmortuo, supereſt, quam ut magistratus prospiciat juris tuendi officio. At quia 4. hoc subsidium in summa potestate, quæ superiorem non habet, cessat; incertum maxime est, cui interim administratio sit concedenda, an matri, an populo, an agnatis? Equidem de matre certum est, eam ab administratione regni jure naturæ excludi; Nihil enim magis rationi naturali contrarium est, quam fæminas in terris, ubi ne succedere quidem possunt, ad tutelare regimen admitti, & ubi filiæ ipsæ excluduntur a proprio jure, viduas extraneas admitti ad regimen juris alieni. Pro populo militat, quod regnum vacet quoad administrationem, adeoque videatur interim reverti ad populum. At mihi potior videtur causa agnatorum. Pro his enim facit, quod superstite familia regia nondum vacet regnum: neque ad populum redeat potestas semel in familiam translata, donec illa extincta non est. Si igitur proximus e familia habilis non est, vel in perpetuum, vel ad tempus; sequentes suo ordine succedunt, saltem durante impedimento.

Equidem 6. negari nequit, usum gentium admodum variare. In Gallia olim semper agnatis proximis deferebatur tutela: postea defuncti regis conjuges sibi eam arrogarunt. In Asia Trypho a populo substitutus, se tutorem Syriæ regno gessit *Just. l.* 36. *c.* 1. Arcadius in Imperio Romano Regem Persarum filio suo tutorem dedit. *Procop. bell. pers. L.* 1. In Macedoniæ regno, quod ex vo-

luntate populi delatum erat, Philippus fratris filii tutelam suscepit. *Just. L. 7. c. 6.* Olympias Pyrrhi filia, amisso marito, & fratre, fuit tutrix regni. *Just. l. 28. c. 1. & 3.* Antigonus fuit tutor Philippi privigni. *Vid. Just. l. 29. c. 1. Liv. l. 40. c. 54.*

Additio.

„ De tutela summarum potestatum integra „ exstat disputatio B. Parentis, quæ inscri„ bitur *de tutelis illustrium*; ubi postquam se„ ctione prima originem tutelæ explicavit, „ & infantibus quoque imperium ex disposi„ tione populi conferri posse, probavit, ita „ pergit.

Hoc igitur casu, quando delata est pupillis summa potestas a populo, vel superiore, competit ipsis quidem jus succedendi, quod cum semel iis, totique familiæ Principali quæsitum sit, auferri non potest; administratio autem ipsa reipublicæ, quæ maturius quoddam judicium requirit, & eorum fastigio competens educatio, aliis committenda erit. Cum enim publice interfit, privatorum infantes bene educari, bonaque eorum rite administrari: quanto magis publice intererit, ut exactior quædam cura illorum pupillorum habeatur, quibus maximorum regnorum, & amplissimarum provinciarum regimen, & gubernatio aliquando ipso jure competet?

Quis vero interea temporis reipublicæ, & ipsius pupilli tutelam suscipere debeat, tum jure naturali incertissimum est; quippe secundum quod, sicuti in §. præced. *vidimus, ne quidem summa potestas infantibus competit: tum tot variæ sententiæ, tamque varii actus, ut nihil supra esse possit. Alii enim, inter quos maximus Grotius* l. 1. c. 3. § 15., *distinguunt inter regna, quæ sunt* patrimonialia, *& non* patrimonialia; *& in* illis *eorum tutelam esse asserunt, quos pater, aut propinqui elegerint: in* his, *quibus lex publica, seu ea deficiente, consensus populi eam mandaverit. Sed cum hæc ipsa distinctio, quod pace tanti viri dixerim, sit penitus vitiosa, ac nullius momenti: & revera contradictorium sit, regna esse in patrimonio; ex illo sane fundamento hoc quoque decidi non poterit. Afferunt quidem, ut suam sententiam firment, exempla regni Epirotarum, in quo, quippe consensu populi constituto, Æribæ pupillo publice tutores esse constitutos, ait* hist. l. 17. c. 3.; *& in simili Macedonum regno ab ejus proceribus Alexandro M. posthumo apud* eundem l. 13. c. 2. *Sed quam vanum id sit, vel hinc apparet, quod in iisdem regnis aliud quoque, & contrarium obtinuerit. Nam idem Justinus testatur, tum de Macedoniæ,* l. 7. c. 5. l. 28. c. 3. & l. 29. c. 3., *tum de Epiri regno,* l. 28. c. 1., *proximos agnatos, & quos pater elegerat, vocatos esse ad tutelam: licet hæc regna, uti ipsi fatentur, & vocant, fuerint non patrimonialia; quemadmodum in Ægypto, (quanquam hoc regnum consensu populi ortum erat) Ptolemæus filio suo tutorem populum Romanum reliquit, apud* Val. Max. l. 6. c. 6. n. 1.; *& in ipso imperio Romano, quod electivum semper fuit, Arcadius Imperatori Theodosio filio suo Isdigetem. Regem Persarum tutorem fecit, apud* Procop. lib. 1. de bell. Pers. *Sic etsi pro altero distinctionis membro, quod in regnis, quæ patrimonialia appellant, lex, vel populus tutorem constituat, adducant exempla Asiæ minoris bello partæ, ubi Rex Eumenes Attalo filio fratrem suum tutorem dederit: & pater Hiero in Sicilia regnans itidem filio suo Hieronymo, quos voluerit, testamento assignaverit; ei tamen opponimus ex citato Justino,* l. 36. c. 5., *exemplum Tryphonis, qui licet Syriæ regnum per arma occupatum esset, tamen a populo constitutus est tutor Antiochi minoris.*

Neque mihi eorum sententia admittenda videtur, qui totum hoc judicium ad arbitrium defuncti Regis deferunt, quasi is succedenti pupillo de tutore prospicere possit, adeo ut hanc voluntatem sequi teneatur succedens, & populus eos ad gubernationem reipublicæ, & impuberis Regis tutelam admittere, quos defunctus rex ordinavit. Sed cum illius, qui succedit, æque summa potestas sit, ac ejus, qui ultimus reipublicæ clavum tenuit, absurdum sane esset, eum in successorem, qui eandem potestatem, quam ipse habet, jus, & facultatem statuendi habere. Quid quod Rex non possit disponere de jure succedendi, atque adeo nec definire, in cujus potestate is esse debeat, qui ei succedit; cum & post ejus mortem, qua omnia jura tolluntur, adeoque eo tempore, quo incipit causa successionis, ac tutelæ, jam plane desierit, & morte extinctum sit omne judicium, imperium, potestas, & omne jus defuncti. Et quemadmodum viventis, ac regnantis nulla est hæreditas, aut successio, l. de Hær. vend. l. 32. pr. de Adqu. hær. &c. *ita nec eo vivente, de hæreditate judicium, vel quæstio moveri, sed tantum post mortem potest.* l. 94. eod. l. 2. §. 2. vulg. subst. arg. l. 83. §. 5. vers. & castum de V. O. *Certumque omnino est, cum successoris pote-*

ſtas ſumma ſit, nullius eum imperium, judiciumque, nec quenquam ſuperiorem, niſi Deum, armorumque eventum agnoſcere teneri. Sæpius quidem gentes videntur ſecutæ judicium defunctorum regum, & eos, quos hi commendarant, in ſucceſſione, vel tutela regnorum reliquis prætuliſſe; verum id fecere non ex neceſſitate juris, & quod obligari ſe eo ſenſiſſent: ſed ultro, & judicii vel veneratione, vel utilitate. Itaque ea judicia defunctorum regum, non diſpoſitionis vim habent, ſed commendationis. Unde Philippus cum extinctis liberis ſibi ſucceſſorem vellet Antigonum, dicitur circumiviſſe Macedoniæ urbes, & commendaſſe eum Principibus, Liv. Lib. 40. c. 56. *De ultima voluntate Caroli Sapientis Regis Galliæ, qua filio patruum, atque avunculum tutores, Ducem vero Andium Rectorem Galliæ fecerat, Proceres in conventu judicarunt: & probarunt quidem ultro judicium Regis, ſed cum aliqua tamen mutatione, & temperamento*, P. Æmil. de reb. geſt. Franc. in Carol. V. in fin.; *atque ideo expreſſe tradit idem Auctor:* quod Dux Andium Rector Franciæ, Borbonius, Audaxque tutores Regis, teſtamento Caroli Quinti, & judicio Procerum habiti fuerint. P. Æmil. d. l. in Carolo VI. *At cum in conventu Caſtiliæ produceretur teſtamentum Johannis Regis defuncti, quo Henrico ſucceſſori tutores conſtituiſſet; offenſos eo animo fuiſſe, ac ſui judicii credidiſſe, an vellent id ratum eſſe, nec ne (quemadmodum re ipſa quoque irritum id declaratum fuit), auctor eſt* Mariana L. 18. de reb. Hiſp. c. 15. *Uti & illuſtriſſimum exemplum in Martino Arragoniæ Rege, apud eundem* Marianam l. 19. c. 19. in f. & c. 21. *habetur: ad quem, cum jam morti proximus eſſet, & turbæ propter ſucceſſionem metuerentur, populus Arragoniæ miſit, qui ipſum rogarent, quem ſibi ſucceſſorem optaret. Et hic prudentiſſimus Rex optime perſpiciens, nullam aliam, niſi commendandi vim ſibi competere, ſententiam ſuam quidem tulit; ſed quam parva ſibi hac in re jubendi auctoritas ſit, ſatis innuit, dum ut* Mariana d. l. 19. c. 20 in f. *refert, dixit:* Hoc conſilium noſtrum, utinam tam felix, quam reipublicæ, & vobis omnibus ſalutare eſſet. *Eventus ipſe quoque docuit, nullius momenti defuncti regis judicium fuiſſe, dum eo non obſtante nihilominus acerrime inter varios Regni procos de ſuccedendi jure dimicatum eſt; donec tandem hæc lis novis ad id electis arbitris deciderentur. Vane igitur in ſucceſſione Portugalliæ Thuanus inculpat Henricum Senem, quod ſe minis Philippi Regis deterreri paſſus ſit, quo minus decideret: cum in ipſius poteſtate neutiquam eſſet, de hoc judicare.*

Sunt & exempla regnorum, ubi matres viduæ tutelam non modo in perſonas pupillorum, (quod non abhorret a ratione naturali,) ſed & in regna ipſa, Principatusque filiorum ſuorum impuberum ſuſcepere. Nam non tantum in Gallia les Reines meres *nomine filiorum imperium Galliæ uſurparunt; ſed jam olim hoc nomine Semiramis, filio ſuo Ninya impubere, Regnum tenuit:* Diod. Sic. lib. 2. c. 7. *Tamyris Maſſagetarum Regina mortuo viro faſces capeſſivit, ſuperſtite filio adoleſcentulo, quem Spargapiſen vocat* Herodot. in Clio §. 38.; *& Zenobiam Palmyrenorum Reginam imperium nomine filii (ſive Balbatus is fuerit, ſive alius, qua in re collidunt* Treb. Pollio de 30. Tyrannis. cap. 14., & Vopiſcus in Aurel. c. 38.) *geſſiſſe, idem* Vopiſcus *refert. Verum hi caſus, & mores plane ſingulariſſimi ſunt, atque a rationibus juris gentium alieni: eaque imperia conſecutæ fœminæ iſtæ videntur, vel vi, ac fraudibus, uti de Semiramide varie traditur,* Ælian. var. hiſt. l. 7. c. 1. Juſt. l. 1. c. 2.; *vel ſpeciali conſenſu populi, qui admiratione inuſitatæ, & ſingulariſſimæ fœminarum harum virtutis, muliebre tulit imperium: quod ſenſim in morem apud plures orientis populos abiit. Jure Gentium vero ſecus eſſe, vel inde apparet: quod gubernatio, & defenſio reipublicæ natura viris, non fœminis competat; & fœminæ imperium ne quidem in familia privata, nedum in civitate ab eadem natura habeant. Et cum ne quidem propriæ filiæ ex familia, cui delatum eſt imperium, natæ ſuccedant jure gentium in Principatu; nedum viduæ, quæ ex aliena familia per nuptias adſcitæ ſunt, in Principatus tutela. Facilior enim eſt admiſſio ad ſucceſſionem Principatus, quam ad ejus tutelam: Siquidem illius pupillus quoque, & infans capaces eſſe poſſunt: tutelæ nunquam. Quod autem in Gallia Reginæ viduæ nuper imperium geſſere cum primario aliquo Miniſtro Status; id recentioris exempli, & adverſus veterem morem factum eſt. Olim enim ſemper fere agnatus proximus Franciæ procurationem, Rege impubere, obiit: uti Clotharii II. tutelam Guntrannus patruus,* P. Æmil. in Clot. II. Maſſon Annal. lib. 1.; *Johannis, Philippus Longus poſtea Rex,* Maſſon lib. 3. in Philip. Long.; *Caroli VI. cum impuberis, tum poſtea phrenetici, Dux Andium,*

dium: quo fatis erepto frater, & patruus Regis, de hoc jure internecinis inter se odiis, & funestis regni cladibus utrinque certarunt, ut prolixe refert Serran. Hist. de Franc. dans la vie de Charles VI. *Ut adeo contentio omnis fuerit inter solos Principes sanguinis. Prima Catharina de Medices id artibus suis egit, ut filio suo Francisco II. jam 16. annis majore, & actu regnante, rerum ipsa potiretur,* Serran. d. l. in vita Francisci II.; *magisque eo mortuo potestatem, quam semel occupaverat, Guisiorum regiæ auctoritatis usurpatorum factione, & opibus adjuta, altero filio vix XI. annorum puero firmaret; sed obnitente acriter Navarro primario sanguinis Principe, cum quo & transigere coacta fuit, ut Prorex ille diceretur, neque sine ejus consensu quicquam fieret: & tamen verita est, ne compositam semel de regni administratione controversiam renovaret, uti loquitur* Thuan. lib. 27. ante fin. *Altera illa, Maria de Medices, paribus artibus, idem molita est ope primum paucorum ministrorum, qui sibi ipsis ita continuare imperia volebant, ut refert* Gramond. Hist. Gall. l. 1. pag. m. 4., *& ita pergit:* Sperabant fore, ut fœminam regerent magis, quam a fœmina regerentur; hinc seditiones, & bella fore; hinc illis rei privatæ augmentum, quod præcipue amant. Ex voto res utrisque cessit; Contius Princeps sanguinis filet per metum, aut negligentiam: jurique renunciat, si quod habuit. Sic in Regni administrationem clam vocata Regina, palam confirmatur. *Postmodum vero ut ex tutrice hostis, ex matre extorris, & æruminosa fuerit facta, recensetidem* Gram. l. 2. & 3., *& compendio* Priol. d. l. 1. p. m. 11. *Novissime quoque Ludovic. XIII. viduæ, ex illius judicio, delata a Principibus ipsis, & Senatu tutela est.* Priol. d. l. 1. p. m. 23. *Patet itaque, non juris præsidio cœpisse has fœminas tutelam, sed artibus, potentia, transactione, consensu, pietatis specie &c.; nec tamen cessasse unquam contentiones cum Principibus sanguinis. Exemplum Galliæ secuta est Ludovici XIII. soror, Carolo Emanueli Sabaudo nupta, & testamento ejus tutrix destinata; verum eam rem atroci, & exitiali bello causam dedisse, ait* Brachel. hist. lib. 5. ad annum 1673. *Denique in Sueciæ regno novissime vidua in partem gubernationis venit, cum tamen præcipua auctoritas esset penes Status, & Proceres.*

Cæterum hæc hactenus omnia de tutela regni disputavimus. In personam vero pupilli, quin tutela, & educatio, matri superstiti naturali ratione competat, nullum dubium. Quid ergo recipimus de tutela regni? Dicendum utique, rem eam a natura directo definitam non esse: idque vel inde apparere, quia & tutela omnis, quæ post mortem parentum datur jure civili, quo summi Principes non obligantur, & ipsæ pupillorum successiones in regna, dispositionibus hominum, neutrum autem jure naturali constitutæ sunt; uti hoc supra ostensum est. Ut adeo mirandum non sit, negotium hoc, quod totum dependet a legibus, & dispositionibus hominum, jure naturali plene definitum: & in casum, quo tutela naturalis parentum deficit, aliter, quam legum officio, prospectum non esse. Interest igitur & pacis, & reipublicæ quam maxime, ut legibus regnorum, & principatuum accurate, vel in ipsa constitutione regni, vel communi Regis, & agnatorum placito, statutoque, ac Procerum quoque consensu id decidatur.

Si vero lege, vel moribus regni id definitum nondum fuerit, & partes de tutela contendant; non poterit utique quisquam plus rationis, & juris ad tutelam regni afferre, quam proximus agnatus. Nam neque mater, cum defensio regni non sit fœmineum officium, neque populus jus potius allegare potest; cum is omne suum jus ad familiam regiam transtulerit, adeoque ea superstite gubernatio reipublicæ ei competere nequeat: nedum extraneus, num nulla ratio reddi possit, cur extraneus, qui nihil juris in regnum habet, præferri debeat ei, qui proximam succedendi spem habet, atque adeo suum, suæque familiæ fere negotium gerit. Estque ejus exemplum præclarissimum in Spartano illo legislatore Lycurgo, qui Charilli filii fratris sui Polybitæ tutelam, usque dum ad adultam æternam pervenisset, administravit, & postea, cum pubes factus esset, restituit, Just. hist. l. 3. c. 2. *Talium exemplorum plena ætatum omnium memoria est; atque adeo recte dixit* Bodinus l. 6. de Repub. c. 4. p. m. 1039. *Majores nostri ut puero Principi, ac regno caverent, procurationem quidem regni proximis agnatis liberorum vero educationem matri permiserunt.*

Officium tutoris regni idem est, ac Regis; utrumque in tuendo legitimo jure regni, ac civium, & potestate agendi ea omnia, quæ ad feliciorem istius juris executionem pertinent, consistit. Unde certum quoque est, apud eum esse arbitrium belli, & pacis: uti vel hoc sæculo satis apparuit exemplis Galliæ, & Sueciæ, in impubere horum Regum ætate. Nec minus

constat,

conſtat, teneri tutorem ad ea, ad quæ a natura obligatur adminiſtrator alienæ rei: puta, ut non tantum ex fide gerat, ſed & ut geſtæ rationem pupillo adulto reddat, & reliqua præſtet. Sicubi ergo ea non exigatur, id fieri manifeſtum eſt, quia adultus, vel indulgentia ſua, vel veneratione tutoris id remiſerit: aut alias id ita in regno jure conſtitutum ſit. Nam & ita conſtitui tutores regum ſolent, ut interim ſolo cognomine a Regibus differant: uti de Antigono Philippi tutore loquitur Liv. lib. 30. c. 54; *& hodieque exempla ſunt in Gallia, ut tutores interim dominorum inſtar habeantur, nec rationes perceptorum reddere teneantur.*

Cæterum id quæri poteſt, num tutela regni ita hominum facto conſtituta, legibus civilibus obnoxia ſit; cum pupillus, cujus tutela geritur, iis ſolutus ſit? Equidem multum intereſt inter jus illud, quod conſtituitur inter pupillum, & ſubjectos ipſius, vel alios. Prius, quod inter tutorem, pupillumque ejus intercedit jure civili definiendum, & ex eo tutela gerenda eſt, cum tutores iſti ſummam poteſtatem non habeant, ſed adminiſtrent, eique ſubjecti ſint; omnes autem ſubjectorum actus obnoxii indubie ſunt legibus civilibus: niſi moribus, aut legibus regni remiſſum quid fuerit, uti cautio eſt &c. Inventaria vero confici ideo plerumque neceſſe non eſt, quia in regni camera, archivisque, ea publica auctoritate confecta, deſignataque habentur. At alterum jus illud, quod vertitur inter pupillum, & cives, alioſve, & a tutore nomine pupilli exercetur, ex ſolo jure naturæ cenſetur: uti ſi teſtamento minus ſolenni aliquid pupillo relictum ſit: vel fœderum, aut belli denuntiandi negotium, ſimilisque cauſa agitetur; & in omni denique jure pupilli, quippe qui re vera jus majeſtatis, ſummæque poteſtatis habet, etſi ab alio adminiſtratum. Pupillus itaque, & ipſius nomine tutor, jure gentium utuntur, & obligantur: & adverſus pupillum ipſum tutor, jure civili.

Vidimus hactenus, cui jure naturæ tutela competat, & in quo conſiſtat; ſequitur jam, quando illa eodem jure finiatur? Quod tanto difficilius eſt definitu, quia vix ulla alia in re adeo diverſa variarum gentium ſtatuta inveniuntur. Alii enim terminum hunc usque ad tertium pubertatis annum; alii uſque ad nuptias, ſeu donec cœlibes eſſent, extendebant; alii, donec publice inter viros adſcriberentur: de quorum varietate ex Solonis, Pittaci, Charondæque Legibus orta, vide Dion. Halic. l. 2. c. 27. *Sic apud Hebræos finis tutelæ ſtatutus erat annus XXIII: apud alios, uti Romanos, XXV. Nos vero in tanta legum humanarum diſcrepantia, dicimus, eo usque jure naturæ tutelam durare, usque dum pupillus ad maturitatem pervenerit, ut ſe ipſum exhibere poſſit. Terminum vero hunc incipere a pubertate, cum incipit poteſtas generandi, obſcurum non eſt. Cum enim, ut ſupra hoc deduximus, finis ſummi rerum Creatoris, qui facultatem generandi hominibus conceſſit, fuerit propagatio ſpecierum, & humani generis, quæ fieri ſine educatione prolis nequit; ſequitur, eam ætatem, quæ habilis eſt ad generandum, & naturaliter habilem eſſe ad educandam prolem: & ſic per conſequens quoque ad gubernandas res alterius; cum educatio partus nihil aliud ſit, quam ejusmodi gubernatio. Neque alius terminus a natura definitus oſtendi poteſt; prout & lege civili idem, qui naturali, terminus pubertatis definitus eſt: & ſolo prætorio jure puberum ætati curator præficitur. Eſt igitur mere civile, quod jure veteri Romano conſtitutum erat, ut hoc jus in liberos perpetuum eſſet, niſi ultro pater ſe eo abdicaſſet, dum emancipaſſet; Jure enim gentium educatio, ſeu tutela conſtituta eſt propter defectum ætatis, ſeu quia impuberes ipſi rebus ſuis præeſſe nequeunt: qui quidem defectus ſi ceſſat, & ipſum illud jus ceſſabit, ſecundum communem ſcholarum regulam.*

Duo tamen hæc prudentiſſimi JCti Romani, & Prætores addiderunt: 1. ut maturitas, & pubertas certo quaſi temporis momento definiretur, cum nullus adeo certus terminus jure naturæ eſſet, & tamen hoc utiliſſimum, quin neceſſarium erat, tum ad contractus, negotiorumque vim æſtimandam; tum propter plurimas alias cauſas, quas definire, & in quibus jure naturæ ſecuri eſſe alias non poſſumus. 2. Prudenter hoc quoque additum, ne patria poteſtas, & ſic etiam jus educationis pubertate finiretur, ſed uſque ad annum XXV. duraret: adeo ut ante eum pupillus plene negotia ſua adminiſtrare non poſſit. Quod itidem perquam neceſſarium erat in tanta difficultate, qua nunc, occupato jam, impletoque hominibus orbe, illi ſe, ſuamque familiam exhibent, & ſuſtentant; cum in primævo naturæ ſtatu, quo jus fuit occupandi promiſcue ad indigentiam neceſſaria, facile ſuffeciſſet pubertas.

Terminus igitur tutelæ cum jure naturali

æque, ac civili sit pubertas; sequitur, regem puberem factum posse, si velit, procurationem regni sui suscipere: neque invitum teneri subesse porro tutelæ, ac tutoribus, nisi alia lex, vel mos regni sit. Ita Philippus Rex Macedoniæ, cujus tutor Antigonus fuerat, regni habenas cepit 14. *annos natus* Justin. l. 29. c. 1. *Franciscus II. Rex Galliæ etsi* 15. *annorum esset, non tamen tutores habuit*, P. Æmil. in ejus vita; *& licet ambitio matris Catharinæ de Medices, & Guisiorum factio traheret ad se vim imperii, non tamen tutelæ jus, seu nomen usurparunt: sed potentia, gratia, auctoritate, ac opibus prævalentes, dominatum facto ipso, & Rege, qui tardiore ingenio esse dicebatur, indulgente, exercuerunt; idque agnovit Regis affinis Philippus II. Rex Hispaniæ, qui literis ad Regem datis promittebat, se eum contra usurpatores defensurum*, & à être tuteur & protecteur de lui, de son Royaume, de ses affaires, contre ceux, qui voudroient changer le gouvernement de l'Etat: comme si le Roy n'étoit capable de l'administrer. Serran. sous l'an 1559. *De Ludovico XIII. diserte* Gramondus lib. 1. pag. 52. *ita refert*: Sub finem Autumni Rex adultus imperii habenas, more Majorum, anno ætatis XIV. capessit, majorque de more Parlamenti placito pronunciatur rebus administrandis. *Equidem Rege permittente, & concedente, vel si ea lex regni sit, tutores procurationem regni extendere ad maturiorem ætatem possunt: uti Rex Galliæ hodiernus 7. Sept.* 1661. *ingressus annum* 24. *tum eam de manu matris accepit.* Priol. hist. l. 6. p. 343. *Et Serenissimus Carolus XI. Rex Sueciæ* 17. *annos natus anno* 1672. *in solemni regni conventu imperii clavum, atque insignia cepit. Quinimo plerique Reges jam dum egressi sunt pubertatis naturalis annos, antequam ad regni administrationem admittantur: sicuti hoc quoque in Electoribus, & Principibus imperii nostri in A. B. constitutum legibus.* Huc usque B. Parens.

„ Nos in præcedentibus demonstravimus 1. „ dari omnino regna patrimonialia, de qui„ bus populus victor (non Rex) pro lubitu „ disponere, ea alienare, & tutores quo„ que in iis constituere potest. 2. Alibi pro„ bavimus, tutelam jure naturæ agnatis, eis„ que deficientibus civitati incumbere; *Vid.* „ *Diss. Proœm. XII.* Hæc tutela 3. etiam „ ad regna ex voluntate populi delata exten„ ditur. Cum enim officium tutoris sit, om„ nia jura pupilli tueri; multo magis jus im„ perii, quod pupilli competit, defendere te„ netur. 4. Quando finiatur tutela, natura „ definitum non est. Alii enim citius, alii „ tardius rationis usum, & administrandi fa„ cultatem nanciscuntur. Hinc legibus regno„ rum certum tempus definiri solet.

Dum rex ætate, aut morbo] „ Imo si mor„ bo impeditur, non locus est tutelæ proprie „ sic dictæ; sed tunc dependet ab arbitrio „ principis, cui interim curam reipublicæ „ committere velit: eodem modo, ut id rege „ absente fieri solet.

Quæ non sunt patrimonialia] „ I. e. quæ „ non jure belli sunt quæsita, sed populi vo„ luntate deferuntur. *vid.* §. 13.

Quibus lex publica] „ Talis lex publica est „ in Scotia a Kennetho III. lata, *ut rege im„ pubere tutor, qui pro rege esset, interea* „ ELIGERETUR VIR *prudentia*, & „ *opibus insignis, qui ad XIV. usque annum* „ *regis nomine rem administraret. Buchan.* „ *hist. Scot. L. 6. p.* 191. *& L.* 12. *p.* 406.

„ In Germania certi vicarii lege statuti sunt, „ qui rege vel absente, vel minore, tutelam „ regni suscipiunt. *Vid. B. Parens jus publ.* „ *c.* 16. *per tot.*

Consensus populi eam mandat] „ Populus „ omne jus suum in familiam transtulit: a„ deoque nec jus, nec administratio populi „ esse potest, quamdiu idoneus e familia su„ perest. Econtrario omnes e familia jus ha„ bent ad regnum, ejusque administratio„ nem obtinendam, si proximiores non ex„ istunt. Non existunt autem si inhabiles „ sunt, sive in perpetuum, sive ad tempus. „ Sed & alibi probavimus, familiæ incumbe„ re officium tuendi jura membrorum fa„ miliæ, quæ se ipsos tueri non possunt.

„ Matres sibi tutelam sæpius arrogasse, Gal„ liæ exemplo probavimus. Sed & de matre „ Jacobi II. *Buchananus rerum Scot.* 12. *pr.* „ *ait: Regina tutelam Regis penes se æquum* „ *esse existimabat; contra, pars altera, ex* „ *universis ad eam curam eligendum maxime* „ *idoneum: alteris maternum nomen, &* „ *propinquitatem: alteris vetustam legem per„ petua consuetudine observatam, jactantibus.* „ Sed vi, vel dolo, vel pactis eas tutelas „ obtinuisse, supra demonstratum est.

In regnis patrimonialibus eorum, quos pater, vel propinqui elegerint] „ Imo *pater* „ eligere tutorem nequit; quia tutela demum „ incipit post mortem, ubi facultas dispo„ nendi patris cessat. *Agnatus* autem non „ eligit tutorem, sed ipse est tutor natura.

„ Re-

„ Regna enim patrimonialia ſunt pars regni „ vincentis : adeoque qui tutor eſt hujus re- „ gni (uti eſt agnatus), is quoque tutor eſt „ regni devicti ; niſi populus victor aliter diſ- „ poſuerit. Eadem igitur tutelæ ratio eſt „ in regnis patrimonialibus , ac in regnis „ ex voluntate populi quæſitis.

Publice tutores conſtitutos] „ Vid. *Juſt. L.* „ 17. *c.* 3. At in eodem regno pater quoque „ vocavit tutores. *Vid. Juſt. L.* 28. *c.* 1.

Et a proceribus Macedonum Alexandri M. poſthumo] „ *Juſt. L.* 13. *c.* 2. At in hoc „ quoque regno proximi agnati fuere tutores. „ *Juſt. L.* 7. *c.* 5. *L.* 28. *c.* 3. *&* *L.* 29. „ *c.* 3.

At in Aſia minore bello parta] „ Attalus „ enim bello quæſivit regnum. *Liv. L.* 33. *c.* 5. „ At nihilominus plurima regnorum Aſiæ ex- „ ſtant exempla , ubi populus tutorem dedit , „ quod contigit mortuo Antiocho rege. *Juſt.* „ *L.* 34. *c.* 3. Sic Tryphon , licet Syriæ re- „ gnum per arma occupatum eſſet , tamen „ a populo conſtitutus eſt tutor Antiochi „ minoris. *Juſt. L.* 36. *c.* 1.

Sic filio Hieronymo] „ At regnum Siciliæ „ non armis erat quæſitum , ſed a populo de- „ latum Hieroni. *Juſt. L.* 23. *c.* 4.

2 *Sive vero rex ſimul ſit privato jure fundo- rum dominus &c. hoc imperio extrinſecum eſt , nec ad ejus naturam pertinet*] „ Senſus „ eſt quod ex eo , quod rex ſit dominus fun- „ dorum privatus , non præciſe ſequatur , „ imperium eſſe patrimoniale , quia etiam in „ regnis ex voluntate quæſitis Rex privato „ jure fundorum dominus eſſe poteſt. Aliud „ ergo eſt imperium habere , aliud dominium „ privatum : & ſubſiſtit imperium , etſi do- „ minium ad alios pertineat ; adeoque hacte- „ nus dominium extrinſecum eſt imperio , „ nec ad ejus naturam pertinet.

Ut Rex Ægypti] „ Pharao emtionis titulo „ omnes Ægypti terras jure proprio acquiſivi- „ ſe dicitur *Gen. XLVII* : unde tanquam do- „ minus terræ quintam partem frugum ſibi „ vindicabat , quatuor partes cultoribus re- „ linquebat. *d. Gen. XLVII. v.* 23. *&* 24. „ At inde non ſequi regnum fuiſſe in patrimo- „ nio , late demonſtratum eſt ſupra §. 12. *pr.*

Et Indorum Reges] „ Ita enim rem refert „ Diodorus Siculus *L.* 2. *c.* 10. *Dant regi* „ *(omnis enim India ſubdita eſt regibus ,) tributum ; nulli privato licet agros poſſidere : „ præter tributum & quartam quoque fru- „ ctuum partem regibus impendunt &c.* & „ Strabo L. 15. c. 7. ait : *eſt vero regio tota „ Regis ; ſed quam illi mercedis nomine quar- „ tis fructuum colit.* Sed & hodie eundem „ Indiæ ſtatum eſſe , tradit *Bernier dans „ ſon voyage au Mogol.*

Quare nec imperii ſpeciem aliam] „ Sic „ enim hodieque Reges Europæ bona propria „ comparare ſolent ; neque tamen forma im- „ perii ratione illorum bonorum mutatur : „ terræ ad privatum eorum dominium perti- „ nent , & in illis privatorum jure utuntur ; „ at jus imperii in illam terram , quod toti „ reipublicæ competit , ſalvum manet.

Neque alium habendi modum] „ Nam jure „ dominii terras illas pro lubitu alienare po- „ teſt (quia dominus eſt) ; at imperium ſi- „ mul transferre non poteſt ; ejus enim non „ eſt dominus , ſed hoc populo competit in- „ tra fines territorii : ut proinde talis Rex , „ qui privato jure fundorum dominus eſt , „ non pleniorem habeat poteſtatem agendi „ intuitu imperii.

Ad §. XVI.

Non *deſinere ſummum eſſe imperium* , 1 *etiamſi is , qui imperaturus eſt , promittat aliqua ſubditis &c.*] Supra ad §. 7. notare cœpimus , obligationem parendi oriri *vel* ex lege , & imperio ſuperioris , *vel* ex propria , & libera conventione. Illa ſola ſubjectionem infert , non hæc : atque ad hanc ultimam pertinet ea obligatio , qua ſumma poteſtas parere debet legibus fundamentalibus regni. Populus enim ſub iis legibus tranſtulit ſum- mam poteſtatem : Princeps ſub iisdem legi- bus acceptavit ; prout igitur quisque de jure ſuo diſponit , ita jus eſt.

Dixi , hanc obligationem non inferre ali- quam ſubjectionem , quia ea non oritur ex juſſu ſuperioris , ſed ex conventione inter pares : & Rex tenetur ex proprio arbitrio , non tanquam inferior , ſed tanquam par ; quia utraque pars æquali jure potuit ita con- trahere. Atque hinc eſt , quod Rex , ſi cum ſubdito contrahit , ei obligetur , non ex ſubjectionis jure , ſed ex conſenſu ; neque enim in hoc negotio alter altero ſuperior eſt , ſed utriusque conditio par eſt , & æqualis : uterque de re ſua diſponit , cujus uterque æquali jure dominus eſt.

Princeps igitur , qui aliquid promittit ſubditis ſuis , non derogat ſuæ poteſtati : non magis , quam paterfamilias , qui dome- ſticis ſuis aliquid promittit. Atque hinc eſt ,

quod reſtringi quam maxime exercitium ſummæ poteſtatis poſſit, ſalvo cæterum majeſtatis jure. Neque tunc mixta dici poteſt majeſtas, quia ea non reſtringitur concurſu alienæ poteſtatis, ſed per conventionis leges: adeoque ex conſenſu. *Conf. jus publ. noſtrum* c. 21. §. 6. & 7.

Promittit aliqua ſubditis, aut Deo] „ Princeps, qui populo aliquid promittit ſub „ juramenti fide, nihil Deo proprie promittit, „ ſed eum teſtem ſaltem, & vindicem „ adhibet.

Etiam talia, quæ ad imperii rationem pertineant] Forte quod bellum inchoare, collectas indicere &c. ſine conſenſu reipublicæ nolit. Idque in Germania Imperator Statibus Imperii promittit. *Vid. B. Parent. jus publ.* c. 14. §. 9. c. 23. §. 44.

Nec jam de obſervatione juris naturalis] „ Hujus enim intuitu omnes Reges Deo ſubditi ſunt: & iis legibus tanquam a ſuperiore latis obligantur.

Et divini] „ Quatenus ſcil. id revelatum „ eſt. *L.* 1. *c.* 1. §. 15. *n.* 1. At ibidem demonſtravimus, tale jus divinum voluntarium univerſale non exiſtere.

Adde gentium] „ Scil. voluntarium *L.* 1. „ *c.* 1. §. 14. At nec tale jus dari, alibi „ demonſtravimus. *Vid. Diſſert. Proœm.*

Ad quam Reges omnes tenentur, etiam ſi nihil promiſerint] Verum eſt, Reges ad ea obligari, quæ *jus naturæ* præcipit; at non ad ea, quæ Auctor *jure divino univerſali*, vel *jure gentium* præcipi putat: quia talia præcepta univerſalia non exiſtere, alibi jam probavimus.

Sed de regulis, ad quas ſine promiſſo non obligantur], Et quæ ſub translatione gene„rali imperii continerentur; niſi in ſpecie excepta, & reſervata eſſent.

Non eo deſinet in ſua familia jus ſummum] „ Quia obligatur non ex voluntate ſuperioris, „ nec ex concurſu alicujus poteſtatis: ſed „ ex conſenſu.

Eo quod aliquid uxori promiſerit] Nam id pariter non fit vi imperii, ſed vi pacti; neque uxori obligatur tanquam ſuperiori, ſed pari.

2 *Arctius quodammodo fieri imperium, ſive obligatio dumtaxat cadat in exercitium actus*] Immo, tunc non anguſtius fit imperium quoad jus ipſum. Id ſummum omnino eſt, ſed ſaltem exercitium ejus reſtringitur; idque non ex lege ſuperioris, ſed mutuo conſenſu.

In ipſam facultatem] Per eam Auctor intelligit jus ipſum imperii, *Conf. l.* 1. *c.* 1. §. 5. & 7. At nec hoc modo anguſtius fit imperium; quia facultas Principis non reſtringitur concurſu alterius poteſtatis, ſed ex proprio arbitrio.

Priori ſpecie] Si obligatio cadit in exercitium actus.

Actus contra promiſſum factus erit injuſtus] Jus enim ex Regis promiſſo quæſitum eſt populo; quod ſi contra illud promiſſum aliquid agit, jus populo quæſitum aufert, indeque peccat contra juris regulas: adeoque injuria agit.

Vera promiſſio jus dat ei, cui promittitur] „ Jus dat non tanquam ſuperiori, ſed „ ex conſenſu utriusque partis. Quomodo „ vero, & quousque Rex ad implementum „ promiſſi adigi poſſit, alibi videbimus. „ *vid. L.* 1. *c.* 4. & *L.* 2. *c.* 14.

Altera autem ſpecie] „ Si ſcil. obligatio „ cadat in ipſam facultatem, i. e. minuat „ ipſum jus imperii. At dictum jam eſt, „ nunquam minui jus imperii per hujuſmodi „ pacta, quibus agendi facultas reſtringitur.

Erit etiam nullus facultatis defectu], Quia „ conſenſu ejus facultas agendi reſtricta eſt.

Neque inde tamen ſequitur] „ Imo id ſequeretur, ſi ipſum jus ſummæ poteſtatis „ pro parte ſaltem translatum eſſet; nam „ tunc altera ſummæ poteſtatis pars penes „ populum reſideret, & ſic ſtatus vere eſſet „ mixtus.

Ex vi ſuperiore, ſed ipſo jure] „ Imo in „ caſibus, quibus ipſum jus imperii reſervatum eſt, populus maneret ſuperior; nihil „ hactenus in regem translatum eſſet: adeo„ que omnino actus nullus redderetur ex vi „ ſuperiore. At in ſtatu Monarchico omne „ jus imperii in Principem transferri, tuto „ aſſerimus: neque hactenus facultatem, „ i. e. jus imperii, aut reſtringi, aut ſalvo „ ſtatu Monarchico reſtringi poſſe, ſtatuimus. At exercitium reſtringi adeo poteſt, „ ut rex nihil fere, niſi juxta leges ei præ„ ſcriptas, facere poſſit. Rex autem obli„ gatur non tanquam legibus a ſuperiore la„ tis, ſed ex pacto ſuo: quod ſervandum „ eſſe, ipſa ratio naturalis docet.

Apud Perſas Rex ſummo cum imperio erat] „ De quo refert Plutarchus *in lib. ad princ.* „ quod omnes pro ſervis habeat, excepta „ uxore.

Et ut imago Dei adorabatur] „ Hunc ado„ rationis cultum Cyri temporibus introdu„ ctum,

„ ctum, ait Xenophon *Inſt. Cyr. L. 8. p.* „ 231. De more hoc *vide Curt. 6. & L. 8.* „ *c. 5. Juſt. 12. 7. Val. Max. L. 7. c. 3.* „ *n. 7. Daniel. 6. v. 7. Arrian. 4 266.* „ *Ælian. 2. Var. 21. Marcel. 15. 11. & L.* „ 23. 16. *Conf. Alex. ab Alex. 2. 19. &* „ *Teſm. h.*

Ut apud Juſtinum eſt] „ *L. 10. c. 1.* „ Add. *Curt. 5. 8.*

Parendum vobis magis eſſe, quam ſuadendum]" Etſi enim rex ſummam habens pote„ ſtatem conſilio uti aliorum ſoleat; id tamen „ non eſt neceſſitatis, quia arbitrium omne in „ regem eſt translatum.

Ut & Danielis hiſtoria]" *Grot. ad Dan.* „ 6. *v.* 16. Atque hæc ratio eſt, cur edi„ ctum Ahasveri de occidendis Judæis non re„ vocatum, ſed his facultas ſaltem ſe defen„ dendi conceſſa fuerit. *Eſth. c. 8. v. 11. &* „ 17. *c. 9. v. 3. & 3.*

Diodorus Siculus]" *L. 1. c. 1. p. m. 71.* „ *Aſſumtus in regnum, vitam ducit ſtatutam* „ *legibus, omniaque agit ſecundum patrios mo*„ *res: neque pœna, neque præmiis afficiens* „ *quemdam, præter traditam a ſuperioribus* „ *legem.* Addatur de Ægyptiis *idem L. 2.* „ *c. 3.*

Eodem tradente]" *L. 2. c. 3. p. m. 34.*

Solennis ſepultura]„ Hinc *Diod. Sic. d.* „ *p. 34.* ait *: Is timor Ægypti reges coëgit* „ *juſte vivere, veritos futuram poſt mortem* „ *plebis iram, atque odium ſempiternum.*

Hebræorum regum] „ Ita privati ſunt ſe„ pultura regia Joram, 2. *Chron. XXI. v.* „ 20, Joas, 2. *Chron. XXIV*, 25, Achas, „ *XXVIII. v.* 27, Manaſſe, 2. *Reg. XXI,* „ 18. & 2. *Chron. XXIII. v.* 20, Ammon, „ 2. *Reg. XXI. v.* 26; idque ob crimina „ factum eſſe, non obſcure in Joramo, & „ Manaſſe notatur.

Et ſanctimonia ſummæ poteſtatis maneret]„ „ Quæ impedit, ne ob delicta privata vel „ conveniri, vel puniri poſſit.

Si rex fidem fallat, ut tum regno cadat] „ 4 „ Si talis conditio adjecta eſt, uti adjici conſenſu partium poteſt, ea exiſtente definit „ eſſe Rex: eodem modo, uti conditione re„ ſolutiva emtioni adjecta, ea exiſtente de„ finit emtio. At talis conditio, ſeu lex, non „ a ſuperiore eſt addita, indeque non reſ„ tringit ſummam poteſtatem: ſed ex, pro„ pria voluntate; quia prout quisque de ju„ re ſuo diſponit, ita jus eſt.

Ne ſic quidem imperium deſinit eſſe ſum„ *mum*]" Quia illud non reſtringitur alte„ rius poteſtatis concurſu, ſed pacto.

Sed erit habendi modus imminutus per con„ *ditionem*]" i. e. exercitium illius poteſta„ tis inter certos fines pacto, & conſenſu re„ ſtrictum eſt.

Et imperium temporario non abſimile]„ „ Imo ſua natura eſt perpetuum; ſed ſub „ conditione in arbitrium Principis collata, „ reſolvitur. Conditione hac exiſtente deſi„ nit eſſe Rex, & reſolvitur conceſſio impe„ rii ex conſenſu. At notandum eſt, id in„ telligi demum debere, ſi totus populus, „ cui fides data eſt, injuriam vindicat: non „ ſi privatus. *L. 1. c. 4. §. 20.*

Sed ſi regia exiret, potuiſſe lapidari]„ „ Equidem barbarum id exemplum vocat „ Bœclerus *in not. h.* neque inter ea nume„ randum quæ auctoritatem facere poſſunt; „ at non video, cur id ſtipulari non liceat, „ ſi e re ſit reipublicæ. Ajunt Venetiarum „ ducem pernoctare extra urbem non poſſe. „ *Amelot hiſt. du Gouvernement de Ven. p.* „ *m. 161*: adeo ut nec ad reparationem in„ juriæ extra urbem ipſi illatæ agere poſſit. *ib.*

„ *Sed habetur amiſſibiliter*]„ Quia ea le- 5
„ ge adit hæreditatem: adeoque ex conſen„ ſu amittit.

Talis lex commiſſoria]„ Unde lex comiſ„ ſoria nomen acceperit, variant interpretes. „ Alii committere hic idem volunt, quod „ delinquere: & ita dici, quia committi„ tur, ſive delinquitur in legem ſtipulatio„ nis. *Bachov. ad. §. 4. in f. V. O.* Sed ho„ rum ſententia refutatur a B. Parente *in* „ *diſp. de Commiſſ. §. 12*; ea imprimis ra„ tione, quia non ſemper in materia com„ miſſi agitur de delicto, cum committatur „ quoque ſtipulatio ob ſolam conditionis exi„ ſtentiam.

„ Novam ſententiam circa originem hujus „ vocis tuetur B. Parens *in d. diſſ.* eamque „ ita explicat:

Committi ea, quæ contraria ſunt, tunc dicuntur, cum facultas in invicem agendi incipit; ita prælium committitur cum duo exercitus ſigno dato concurrere incipiunt (d. diſp. h. 2.). *Atque ita ad ejus imitationem negotia quoque civilia nonnunquam committuntur, inprimis cum a lege agendi ex eis facultas ſuſpenditur; in momento enim, quo id factum, vel caſus exiſtit, quaſi ſigno dato incipit agendi in invicem, & congrediendi facultas: atque ita in momento illo committuntur partes, ut quaſi in pugna item conſerere poſſint. Hujus igitur pacti momentum eſt, quaſi claſſicum, & ſignum illud, quo dato jus mihi de-*

beri incipit : indeque recte dicitur negotium, sive jus committi, ut ipsa pugna. Ita enim stipulatio conditionalis dicitur committi, existente conditione, §. 4. V. O. l. 63. l. 122. §. 4. ff. eod. *quia in momento existentis conditionis jus deberi incipit, & pars ex eo contra partem agere potest : ita pœna dicitur committi*, l. 30. §. 23. V. O. l. 2. §. 1. l. 5. §. f. ff. eod. & pass.

Atque hinc lex commissoria, & pactum, quod creditori jus agendi existente casu, i. e. non soluto debito concedit ; tunc enim quasi signo illo dato, partes litigantes committuntur in negotio : sive ipsum negotium, aut jus committitur, ita ut ex eo jam peti, actioque intentari possit.

Sed & in aliis contractibus] „ Ita enim „ convenire Emtor, & Venditor possunt, ut „ pretio non soluto res inempta sit. *L.* 1. *L.* „ 2. *L.* 4. *pr. ff. lege commiss* Potest quo„ que tale pactum adjici locationi, *Laut.* „ *Comp. p.* 323: non etiam pignori, *ibid. p.* 180.

Nam & fœdera quædam] „ His enim quo„ que conditio adjici potest, ut si alteruter „ promissa non impleat, fœdus pro non ini„ to haberi debeat ; prout enim partes de ju„ re suo disponunt, ita jus est.

Ad §. XVII.

Auctor ait, summam potestatem, etsi natura indivisum aliquid sit, tamen dividi posse vel per partes potentiales, vel per partes subjectivas. Rectius dicimus, summam potestatem quoad formam dividi non posse ; esset enim species alienationis. Diximus autem supra, non dividi formam 1. si plures concurrunt Augusti ejusdem imperii ; tunc enim verus est status Monarchicus : & tres illi Augusti summam quidem potestatem quisque in solidum habent, sed unum, idemque est imperium, & concursu demum dividitur exercitium. Eodem modo uti servitus prædialis pluribus sociis competere potest, & cuique in solidum : sed jus servitutis hic non dividitur, verum saltem exercitium. Neque 2. dividitur forma, quando divisio fit quoad jura, ita ut uni res belli, alteri res pacis conferantur ; quod Tiberius proposuit Senatui. *Tac. annal. L* 1. Nedum 3. quando dividitur administratio, uti sub Imperatoribus Græcis in Oriente, & Occidente.

Additio.

„ Nostram sententiam circa divisionem im„ perii explicavimus in *Dissert. Procem. XII.* „ §. 624. Sententiam Grotii exposuimus in „ *Dissert. Procem. VII.* §. 20. *n.* 5.

Unum quiddam sit, ac per se indivisum] 1 „ Consistit enim in uno spiritu : de qua uni„ tate plenius agetur *L.* 2. *c.* 9. §. 3.

Ex illis partibus, quas supra enumeravimus] „ *Scil.* §. *VI.*, ubi tres partes im„ perii exposuit.

Addita summitate] „ Quando autem sit „ potestas summa, & non administratoria, „ Auctor exposuit. §. 7.

Fieri tamen interdum potest ut dividatur] „ Auctor, more suo, confundit divisionem „ imperii, & administrationis ; nam in „ exemplis allatis non ipsum jus imperii divi„ ditur, sed saltem ejus exercitium.

Sive per partes, quas vocant potentiales] Totum enim potentiale Grotio est imperium ; partes autem ejus sunt jus armorum, jus belli, & pacis, jus leges condendi &c. Per has partes potentiales dividi posse imperium, ait. At tunc non imperium dividitur, sed ejus administratio.

Sive per partes subjectivas] In exemplo, quod Auctor statim subjicit, pariter non imperium, sed saltem ejus administratio divisa fuit.

Ut alius orientem, alius occidentem teneret] Hic unum fuit imperium Romanum, uti ipse Auctor fatetur : certissimo indicio, imperium ipsum divisum non fuisse.

Aut tres etiam tripartito orbem regerent] „ Quod factum est tempore triumviratus, „ ubi orbis Romanus in tres partes divisus, „ & cuique partis suæ administratio concessa „ fuit. Unum tamen imperium Romanum „ mansit ; status mere popularis : administra„ tio autem inter triumviros partita fuit.

Sic etiam fieri potest, ut populus regem sibi eligens, quosdam actus sibi servet, alios autem regi deferat pleno jure] „ Sic v. g. in Ger„ mania Imperaror non potest bellum gerere, „ & pacem facere, absque consensu statuum : „ nec tributa statibus indicere. At imperium „ ideo mixtum dici nequit : summa potestas „ residet penes Imperatorem ; sed per capi„ tulationes Imperii restricta est facultas „ agendi.

Neque tamen id fit, quotiescunque rex promissis quibusdam obligatur] „ Etiamsi pro„ missa illa ad imperii rationem pertineant : „ uti si promittit, se fidem fallendo regno „ cadere velle. Nam per hoc pactum nulla „ pars summæ potestatis populo reservata est : „ neque

„ neque concurrit populus cum rege; sed „ Rex vi conditionis resolutivæ, utriusque „ partis consensu adjectæ, ea existente desi„ nit esse Rex. *Vide supra* §. 16. *n.* 4.

Si aut expresse instituatur partitio] „ Si fi„ nes potestati utriusque assignantur vel in„ tuitu locorum, vel intuitu personarum, „ vel intuitu negotiorum. *n.* 1.

Futuro regi imperet per modum manentis præcepti, aut si quid sit additum, quo intelligatur regem cogi, aut puniri posse] Auctor exempla non adjicit, nec casus recenset, quibus id factum videatur. Nos non dividi his casibus imperium, statuimus; sed hæc obligatio Regis saltem ex promisso est, quo casu divisionem non fieri, ipse Auctor statuit. Sane populus Regi contra delationis leges agenti resistere, eique ut desistat præcipere, & armis quoque eum cogere potest: non ob concursum summæ potestatis; sed quia deficiente lege delationis Rex pacto suo desinit esse Rex, & summa potestas ad populum redit, consensu regis. *Conf. L.* 1. *c.* 4. §. 14.

Additio.

„ Hoc admitti saltem debet, si Princeps „ statum evertit, & totus populus injuriam „ vindicat: *d. l.* 1. *c.* 4. §. 14.

Nam præceptum est superioris saltem in eo, quod præcipitur] Hoc 1. in genere verum non est, quia ex pacto quoque, adeoque inter æquales, præcepto, & coactioni locus esse potest: prout pluribus exemplis demonstravi *supra* §. *XVI.* Sed & 2. dictum jam est, populum non ob concursum summæ potestatis Regem punire; sed quia Rex esse desinit, omnisque potestas ad solum populum redit, deficiente quippe delationis lege.

Et cogere non est quidem semper superioris] „ Equidem videtur hoc rationi, & communi „ prope sensui adversari, cum imperium sit „ potestas superioris: & tralatitium sit, quod „ par in parem imperium nullo modo habere „ possit. At jam demonstravimus, omnem, „ quæ a natura est, obligationem ad duo ca„ pita referri; vel enim ex dispositione su„ perioris obligamur, vel ex facto proprio: „ & hoc casu non obligamur alteri ut infe„ riores, sed ut pares; non ex præcepto „ alterius, sed ex consensu &c. *Vid. B.* „ *Par. in disp. de imp. in par.* §. 11. *seq.*

Nam & naturaliter quisque jus habet cogendi debitorem] Imo hoc verum non est; sed læsus natura saltem jus habet interpellandi judicem, ut is cogat.

Additio.

„ Neminem naturali jure judicem in pro„ pria causa esse posse, integra, disserta„ tione probavit B. Parens, quam inscribit: „ *de judice in propria causa;* quæ tota hic „ inseri meretur. Verba hæc sunt:

Etsi inter clarissima naturæ capita, certissimæque rationis sit, neminem in propria causa judicem, neminem executorem esse posse; *vulgo tamen in omnia alia discedetur. Hobbes.* de civ. c. 1. §. 9. *in statu naturali quemque suarum actionum judicem facit; cum non magis alius de ipso, quam ipse de alio judicare queat, propter æqualitatem hominum in eo statu: quod clarissimus Pufendorfius* lib. 5. c. 13. §. 2. *eo interpretatur, ut liceat cuique sua negotia proprio arbitrio administrare, & media sui conservandi ex proprio judicio constituere. Dubitare autem videtur celeberr. Huberus JCtus eleganter doctus* de jur. civ. I. c. 3. §. ejusque; *nec longe hic abit Grotius, qui* L. 1. c. 3. §. 1. *judicia non a natura, sed ab hominibus, & quia illis id conducibilius sit, constituta esse*, ait: *refutatus a* Zigler. in Comm. ad d. loc. *Verum facile ostensu est, multa in his perperam, veraque juris gentium ratione insuper habita, supponi, tradique. Negamus enim, ex æqualitate hominum naturali sequi, nullum inter eos fore judicium, cui parere debeant; hæc enim potestas judicandi non singulis, sed toti humanæ societati competit, quæ ex sententia quoque Solonis in* l. 4. ff. de Coll. & corp. *jus habet in singula membra. Ita enim ipse rerum arbiter Noachidis dicebat* Gen. IX. v. 6. Qui sanguinem effundit, ejus sanguis iterum effundetur; *at a quo nisi a Noachidis, quibus loquebatur, & in quibus hominum genus omne erat congregatum? Singuli enim nihil in se juris, nedum tantam potestatem occidendi habebant. Idemque ipsa juris naturalis existentia manifestissimum facit; cum non minus magistratus a natura sit, quam ipsum jus naturæ; hoc enim jus nullum est, nisi sint, qui illud exequi possint: ut loquitur Pomponius* in l. 2. §. 13. ff. de orig. jur. *Atque inde Seldenus judicia inter illustriora juris Noachidarum, seu gentium universalis capita, quæ nunquam non obtinent, & in ipsis rerum initiis homini a Numine imperata sunt, refert* L. 1. c. 10. &. L 7. c. 4. & 5. *Neque nunc de externa judiciorum forma, ac specie quæritur; sed de ipsa potestate judicandi, quam Grotium, & asseclas proinde ex facto demum hominum*

pessime

pessime arcessere; ex dictis, posteaque dicendis constat. Ita quoque sane quam frivolum est, quod dicitur, quemque posse de mediis suæ conservationis ex proprio judicio constituere; seu ut loquitur Hobbes. d. l., *utrum actio, quam quispiam acturus est, ad conservationem suam conducat, ipsum naturali jure judicem esse. Si enim de jure loquitur, quod sc. de justitia actionum, vel mediorum hujusmodi quisque constituere in sua causa possit; id omnino falsum est, ut §. seq. ostendetur. Si vero de sola utilitate, quod sc. quisque judicare possit, quid sibi conducat; nihil id ad partes judicis: per judicem enim in hac quæstione intelligitur, qui de jure, non qui de utilitatibus judicat. Cum & hodie privatus quisque quid sibi ad vitam, vel rem privatam utile, aut necessarium sit, consulere, ac dijudicare possit: quod proinde proprium statui naturali non est; sed si inde eum judicem in propria causa jure naturali constitueris, idem eadem ratione in hodierno, & quolibet alio statu effeceris. Sic hodie perinde, ac in statu naturali privati judicant, quid sibi acquirendum sit, & jus acquirendi habent; hic autem non est actus judicis, qui de jure: sed patrisfamilias, qui quid sibi commodum, judicat. Si vero in hac acquisitione aliquid non jure factum dicatur, de eo non ipse, sed judex judicat, idque in quolibet statu naturali æque, ac alio: ut hinc planum fiat, quam sit doctissimorum quoque hominum imbecilla, & incerta definiendi juris naturæ ratio; in cujus tamen sacra involare, quis hodie non audet, qui vel Justinianeas hujus juris descriptiones saltem inspexerit? Absolute ergo, & simpliciter statuimus, neminem ullo jure judicem esse in ulla causa vere propria posse; hujusque immotæ regulæ duo sunt principia.*

I. *Primum est ipsa naturalis pugna inter rationem judicis, & partis: atque hæc repugnantia, & contradictio deprehenditur tum in cognitione, tum in executione causæ. In cognitione enim partes contendunt jus suum esse, judex id demum cognoscit: partes sibi controvertunt, judex decidit, i. e. controversiam tollit; nemo autem idem simul potest affirmare, & cognoscere: assensum simul dare, & suspendere: litem facere, & tollere. In executione id quoque clarius est, cum nemo habeat imperium, vel executionem in se ipsum, vel in parem; imperium enim superioris est; nemo autem se ipso superior, aut inferior: quam rationem quoque urget JCtus* in l. pen. ff. de recept. arb. l. 13. §. pen. ff. ad. Treb. *Executio enim a judice non fit, nisi per imperium, vel mandata executoria alia*, l. 15. §. 2. ff. de re jud. ord. Camp. p. 3. t. 48. *Unde & imperium in jure dicitur*, l. ult. ff. de officio ejus, cui mand. *Idemque natura relatorum infert, cum alius sit qui, alius cui imperat; & sic alius qui, alius cui paret; eodem modo necessario differant, qui, & cui jus dicit: unde judicium in propria causa actum, tanquam naturæ ipsius repugnans, & quia fieri per naturalem rationem id non potest, ipso jure nullum est*, l. un. & ibi DD. C. ne quis in sua caus. l. ult. §. pen. C. ubi Senat. Mev. P. 5. dec. 323. n. 2. 3. 4.

II. *Alterum est suspicio ex* φιλαυτία, *& sui ipsius studio nata, quo acti homines haud facile sincerum in causa judicium sequuntur, quin semper suæ causæ plus tribuant: neque enim cuiquam mortalium, ut* Sallustius *ait* in bell. Catil., *injuriæ suæ parvæ videntur, meritoque* Terentius in Andr. Act. 2. sc. 5. *verum esse, inquit, vulgatum illud:* Omnes sibi malle melius esse, quam alteri. *Ex hoc autem principio arcentur homines non modo a suis, sed & aliorum causis cognoscendis, quarum studio ducuntur, & in alterutram potius partem affectu propendent. Quam in rem graviter ita disserit* Cæsar *apud* Sallust. d. l. Omnes homines, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse, decet: haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt; neque omnium quisquam libidini simul, ac usui paruit &c. *Et pie sancitum est a Just.* in l. 16. C. de judic., *ut omnes lites sine suspicione procedant. Cæterum hæc ratio non reddit judicium ipso jure nullum; sed exceptio hæc a parte opponi, & probari debet.* Hactenus B. Parens.

„ In genere verum est, neminem judicem „ esse posse in propria causa; an vero natu„ ralis judex sit humanum genus, examina„ vimus in *Diss. Proœm. VIII.* Verius est, „ patresfamilias suæ cujusque familiæ Reges „ esse, indeque naturali jure membra fami„ liæ jus cogendi debitorem non habere, sed „ litem inde ortam a patribusfamilias decidi „ debere. *Vid. Diss. Proœm. XII.* §. 612.

„ Excipe 1°. si judicium cessat, i. e. si „ judex vel continue, vel ad tempus cessat. „ *Vid. l.* 1. *c.* 3. §. 2. *n.* 1. *l.* 2. *c.* 1. „ §. 2. *n.* 1. & *c.* 7. §. 2. *n.* 2. 2°. Inter „ summas potestates quilibet etiam naturali

„ ratione

„ ratione judex est in propria causa; quia hic „ quoque judicium cessat.

Sed cum inferioris natura pugnat] „ Quia „ coactio supponit Imperium, quod inferior „ in superiorem non habet.

Itaque ex coactione saltem paritas sequitur] „ Si Princeps saltem ex pacto suo populi ju„ dicio, & pœnæ sese submittit; tunc popu„ lus non vi summæ potestatis, sed ex pacto „ judicem agit: adeoque non est divisa sum„ ma potestas.

Ac proinde summitatis divisio] „ Imo po„ pulus non vi summitatis (quæ tota est in „ Principe), sed ex pacto contra Principem „ agit.

2 *Quasi bicipitem*] „ Quia duo quasi sunt „ capita ejusdem corporis, i. e. duæ summæ „ potestates ejusdem imperii. Auctor dubium „ hoc *supra* §. 7. *n.* 2. his verbis resolvit: „ *Neque enim ut in naturali corpore non po„ test caput unum esse plurium corporum, ita „ in morali quoque corpore; nam ibi eadem „ persona diversa ratione considerata caput „ potest esse plurium, ac distinctorum corpo„ rum.* At verior responsio est, summitatem „ plane non fuisse divisam, sed solam admi„ nistrationem: unum fuisse imperium, sed „ exercitium per concursum alterius, & paris „ potestatis, fuisse restrictum.

Et jus non ex eo, quod optimum huic, aut illi videtur: sed ex voluntate metiendum est] „ Populus enim pro lubitu de suo jure impe„ rii disponere, illudque vel in totum, vel „ in tantum: & vel uni, vel pluribus: & „ sub certa lege conferre, potest, etiam cum „ incommodo suo.

Exemplum vetus refertur a Platone] „ Ver„ ba Platonis *in L.* 3. *de legib. p. m.* 684. hæc „ sunt: *Tria quædam regna tribus civitatibus, „ quæ regia potestate regerentur, constituta, „ mutuo jurejurando alii aliis confirmarunt, „ ex earum legum formula, quas sibi de im„ perandi, parendique jure communes con„ stituissent: partim quidem ne gravius, du„ riusque imperium temporis progressu, & „ genere ipsorum amplificato, fieret: partim „ vero his rebus ita a regibus jurejurando san„ citis, uti nec ipsa regna illa everterent, „ neque si qui id molirentur, tolerarent; Re„ ges vero regibus, & populos populis, utros„ que autem mutuo utrisque, si injuria affi„ cerentur, opem, auxiliumque laturos.*

Cum enim Heraclidæ Argos, Messenam, & Lacedæmonem, condidissent] „ Recupera„ tis scil. a Pelopidis duce Temeno Argis, „ a Cresphonte Messene, ab Aristodemo „ Sparta. *Pausan.* 4. *vid. Gron. h.*

„ Equidem in dubium hunc regni statum vo„ cat Bœclerus in *not. h.* Sed non video „ ullam dubitandi rationem. Tria enim hic „ distincta fuere regna, ubi populi, & reges „ invicem ita disposuere, ut si unus fines „ imperii excederet, vel si populus legibus „ latis non pareret, reliquæ duæ civitates „ auxilio essent. Status ergo in uno quoque „ regno fuit mere Monarchicus; sed ex pa„ cto, & conventione facultas erat restricta: „ ac Rex consensu suo reliquis regnis jus ju„ dicandi tribuit. Regna igitur illa non age„ bant contra violantem tanquam superiores, „ sed ex conventione: cujus rei exempla „ quotidie occurrunt. *Vid. disp. B. Parent. „ de imp. in pares.*

Ad §. XVIII.

Quærit Auctor, an divisa videatur summa potestas, si Princeps nihil sine Senatu se facturum promittit? & recte id negat, quia Principes ex consensu, non autem ex jussu superioris obligantur. Allegata ab Auctore exempla plane huc non pertinent, quia Principes non per modum pacti, sed per modum privilegii talia permiserunt magistratibus inferioribus: quod proinde Principes iterum tollere possunt.

Cum Reges acta sua quædam nollent esse rata] 1 „ Auctor recte statuit, inde non inferri divi„ sionem imperii, aut communionem summæ „ potestatis; id enim vel ex *pacto* sequitur, „ vel est res *meri arbitrii.* Priori casu populus „ irrita declarare acta potest, non jure su„ perioritatis, sed ex consensu, & dispositio„ ne Regis, qui ita voluit: *vid. supra* §. 16. „ *n.* 1. Posteriori casu populus jus agendi „ non habet, nisi ex lege Principis, qui eam „ pro lubitu mutare potest. Atque huc perti„ nent edicta Antiochi, & Constantini, de „ quibus mox. Idque Reges Galliæ Parlamen„ to, quod diplomata regia confirmare solet, „ oppositerunt *apud Grammond. hist. l.* 5. & „ *Thuan. l.* 66.

Intelligi debent rescindi regis ipsius imperio] „ Adeoque non ab aliqua potestate su„ periori, sed ex suo consensu, suaque dis„ positione.

Ne sibi parerent si quid legibus adversum jussisset] „ Vera enim imperantis voluntas „ semper esse videtur, quod legibus conve„ nienter

„ nienter agere voluerit, non enim aliter „ agere absque injuria potest. Gronovius *ad* „ *b.* §. aliud exemplum refert Trajani, qui „ noluit sibi parerent, si quæ jussisset post „ largiores epulas. At dictum est, dicteria „ hæc non esse pacta, sed privilegia a Prin- „ cipe indulta, quæ tolli possunt ab eodem „ Principe. *Aurel. Vict. Adde inf. c.* 4. §. „ 6. *n.* 5.

Etiamsi Imperatoris rescriptum proferatur] Illud enim rescriptum sub-&-obreptum videtur.

2 *Quibus adjectum est, ne posterius testamentum valeat*] „ Similitudinem Auctor in eo „ ponit, quod adjectione hujus clausulæ te- „ stator cavere voluisse videatur, ne quid „ fallaciter impetratum pro vera ejus volun- „ tate habeatur. At claudicare mihi videtur „ hoc simile; nam in præcedente casu ve- „ rum est, subditos non teneri ex jussu Prin- „ cipis legibus contrario: tum quia Impera- „ tores Romani jus non habebant aliquid „ contra leges statuendi: tum quia ipsi hanc „ legem dixere, ne subditi eo casu obtem- „ perent; quamdiu ergo illa lex subsistit, „ tamdiu impune non parent: idque ex ipsa „ jubentium voluntate. At aliud est in testa- „ mentis, quibus testator addidit clausulam „ de non revocando; hæc enim clausula „ non efficit, ne posterius testamentum va- „ leat, uti putat Auctor: neque dici potest, „ posterius testamentum non ex vera volun- „ tate profectum videri; quia cum posterius „ testamentum veram, & noviſſimam volun- „ tatem declaret, contradictio esset, in prio- „ ri testamento contineri ultimam voluntа- „ tem, cum ulterior, & novior voluntas „ exstet. Atque hinc in legibus Romanis re- „ fertur, neminem hanc legem sibi dicere „ posse, ut a priori voluntate sibi recedere „ non liceat. *l.* 22. *ff. leg.* 3. *Add. l.* 32. „ §. 3. *ff. Don. int. conj.*

Nam hæc quoque clausula efficit, ut posterius testamentum &c.] Imo hæc clausula „ id non efficit; nam utraque voluntas, pro „ diversis temporibus, vera voluntas testato- „ ris fuit.

Sed sicut hæc clausula, ita & illa &c.] „ Adeoque uti clausula, *ne posterius testa-* „ *mentum valeat*, posterioris voluntatis si- „ gnificatione tolli potest; ita & illa, *ne acta* „ *Principis rata sint, nisi a Senatu, vel cœtu* „ *aliquo probentur*, Regis jussu expresso tol- „ li potest.

Regis jussu expresso tolli potest] Princeps „ enim leges a se latas mutare, & tollere „ potest.

Speciali posterioris voluntatis significatione] „ Grotius existimat, posterius testamentum „ non rumpere prius, cui clausula adjecta „ est *de non revocando*: nisi in posteriori te- „ stamento expressa prioris fiat mentio. Nos „ contrarium statuimus in Jure nostro con- „ trov. *part.* 2. *lib.* 28. *tit.* 3. *q.* 12.

Ad §. XIX.

Neque Polybii hic utor auctoritate] „ Auc- „ tor inter eos, qui circa formas imperii fal- „ luntur, etiam Polybium refert, qui rem- „ publicam Romanam suis temporibus mix- „ tam fuisse, ait. *L.* 6. *p. m.* 639.

Qui ad mixtum genus Reipublicæ refert Rem- „ publicam Romanam] „ Verba Polybii hæc „ sunt: *Quibusdam in rebus, & temporibus,* „ *populus parebat Senatui, & Consulibus;* „ *in quibusdam imperabant Consules sine Se-* „ *natu; in quibusdam sine Senatu nihil po-* „ *terant.* At bene notandum, Polybium non „ loqui de mixtura status, sed administratio- „ nis; forma enim Reipublicæ erat mere po- „ pularis: sed administratio divisa fuit inter „ Consules, Senatum, & Populum.

Si non actiones ipsas, sed jus agendi] „ „ Optime Auctor distinguit inter jus impe- „ rii, & inter ejus exercitium, seu facultа- „ tem agendi, & administrandi. Jus enim „ imperii non ex facultate agendi, sed ex „ jure, ac titulo æstimari debet: jus autem „ imperii tempore Polybii penes populum „ fuit.

Mere fuit popularis] Recte; nam antequam Augusti imperii jus sibi arrogarent, summa potestas fuit penes populum: idque ipsi Imperatores asserunt, dum ajunt, per legem regiam populum omnem suam potestatem in Augustos transtulisse; quod vero non habuit, transferre non potuisset. Senatus autem non proprio jure imperium habuit, sed jure populi; unde & SCta ad populum deferebantur per formulam, *velitis, juheatis Quirites:* & populus vim legi dabat respondendo, *volumus, jubemus.*

Additio.

„ Imperatores fere admodum sibi jus im- „ perii arrogasse, & propria potestate usos „ esse, supra §. 8. *n.* 10. vidimus: adeoque „ sub Cæsaribus quoque status fuit popularis.

Quam ad optimatum regimen refert] Scil. quoad administrandi modum.

Quos

Quos quasi reges fuisse, vult] „ Hoc itidem verum est quoad exercitium imperii. „ Nam non sine ratione Brutus libertatem populo redditurus, noluit quicquam ex regia „ potestate minuere, uti loquitur Livius *L.* „ 2. *c.* 1; ideoque omnia jura, omniaque insignia potestatis regiæ, consulibus tribuit, „ *ibid.* qui jure, & auctoritate populi omnia „ administrabant.

Subdita erat populo] „ Hinc Valerius cum „ in regni affectati suspicionem venisset, vocato ad consilium populo submissis fascibus „ in concionem ascendit, & addit Livius *d.* „ *l.* 2. *c.* 7. *gratum id multitudini spectaculum fuisse, submissa sibi esse imperii insignia: „ confessionemque factam, populi, quam consulis majestatem, vimque, majorem esse.* „ Quin idem Valerius legem tulit de provocatione adversus magistratus ad populum, „ *d. l.* 2. *c.* 8. Sed & ipse Polybius *L.* 3. „ *p.* 220. & *L.* 6. *d. l.* rem Romanam confert cum statu Lacedæmoniorum, ubi status fuit popularis. *vid.* §. *seq.*

Qui magis externam speciem] „ Auctor hic „ iterum bene distinguit inter jus imperii, „ ejusque administrationem; sed ipse non „ ubique eam distinctionem observat, uti in „ Dictatore, & Regibus Græciæ observavimus supra §. 10. & 11.

Ad §. XX.

1 Παμβασιλείαν] i. e. absolutissimum imperium.

Et regnum Laconicum, qui merus est principatus] „ *Vid. supra* §. 8. *n.* 1. Lacedæmonii reges non jure proprio, sed alieno exercebant imperium: adeoque nudi officiales fuerunt. *Vid. supra* §. 10. *n.* 2.

Aliquot regni species esse interjectas] Ubi vel ipsum jus imperii, vel saltem administrationem, vel jus, & administrationem misceri, putat: de qua mixtura egimus *supra* §. 9.

Additio.

„ Formam imperii misceri non posse, nec „ unquam mixtam fuisse, supra vidimus.

In Regibus Hebræis] Status Reipublicæ Hebrææ, quod ad ipsam formam attinet, mixtus fuit ex regio, & Aristocratico statu. Nam Synedrion Regem assumsit, non se submisit Regi, *Schikard. de jur. reg. Hebr. c.* 2. *theor.* 7; idque confirmatur ex loco Jeremiæ (*vid. infra. n.* 3.) ubi Rex fatetur, se contra proceres nihil posse.

Additio.

„ Osiander in *obs. ad* §. 20. *b.* statum Hebræorum sub Regibus mere fuisse Monar„ chicum, & Synedrium plane non fuisse, „ defendit: quod verius esse puto, & ratio„ nibus mox demonstrabo.

Æschylus Persis] „ His exemplis probat „ Auctor, Orientis populos sub absolutissimo imperio fuisse: adeoque & Judæos, „ qui talem, qualem vicini, Regem habere „ volebant.

Notum illud Maronis] „ Comparantis regnum apium cum absolutissimis mundi Re„ gibus. 4. *Georg.* 210. *vid. Tesm. h.*

Nam & in Germania, & Gallia tum reges erant] „ His Civilis opponebat reges Asiæ, „ in quos populus ipsum jus imperii trans„ scripsit, cum Germanorum Reges nudi fue„ rint administratores, bellique duces.

Jus regium describens] Quod jus regium late explicabimus *c. seq.* §. 2. 2

Satis ostendit, adversus regis injurias nullam in populo relictam potestatem] Imo in Synedrio verum imperii vestigium supererat; nam causam ibi Reges dixisse, vidimus.

Additio.

„ Contrarium mox demonstrabimus.

Tibi soli peccavi] At recte Gronovius monet, hic non excludi populum.

Inflicta verbera] Plurimas hanc in rem auctoritates Rabbinorum colligit *Schick. de jur. reg. c.* 2. *theor.* 2. At bene Ziglerus hic observat, somnia hæc Rabbinorum esse, nec ullum exemplum dari Regum ita castigatorum; neque enim sacra pagina, neque Josephus, accuratus alias in notandis Hebræorum moribus auctor, neque ullius gentis vicinæ scriptor id monuit: non omisturi hanc ignominiæ notam, si unquam ea in usu fuisset.

Additio.

„ Rabbini non ob quodvis delictum Re„ gem huic fustigationis pœnæ subjiciunt; „ sed ob tria, sc. si multiplicat mulieres, „ equos, aurum, & argentum. *Schik. d. l.* „ *p. m.* 60. Quamquam id negent alii, & „ ad omnia delicta extendant. *Seld. de Syn„ edr. L.* 3. *c.* 9. Sed ineptam hanc, & stu„ dio extollendi Synedrii sui excogitatam „ fabulam esse, vel exinde apparet, quod „ Deus multiplicationem mulierum, equo„ rum, auri, argentique, inter beneficia „ Davidi, & Salomoni collata referat.

Sed ea apud illos infamia carebant] „ Id„ que late probat *Schik. d. l. pag.* 62; ubi

„ tamen fatetur, exemplum de Rege ita ca-
„ ſtigato non exſtare.

Ideoque non a lictore, ſed ab eo, quem legiſſet] „ Regulariter Inſpectorem (ſeu appa-
„ ritorem) Synagogæ reum percutiiſſe, ex
„ Rabbinis refert *Schickardus d. l. p.* 58; „ ubi ritum verberandi prolixe recenſet, & „ viros honoratiores non cum exprobratio-
„ ne, ſed vultu ſubmiſſo cæſos fuiſſe, ait, „ *pag.* 62. Quam fabulam mox refutabimus.

A pœnis autem coactivis adeo liberi erant reges] „ Nemo enim ſuperior erat; nam Syn-
„ edrium eo tempore nullum fuiſſe, ſtatim „ videbimus.

Ut etiam excalceationis lex in iis ceſſaret] „ De qua *Deut. XXV. v.* 9. *Ruth. IV. v.* „ 7.; ubi merito notat Oſiander, majorem „ ignominiam fuiſſe, ob delicta verbera pati.

Quippe cum ignominia conjuncta] „ In fa-
„ ciem enim ſpuebatur recuſanti, & ignomi-
„ nioſum nomen ei tribuebatur. Vid. *Schik.* „ *de jur. reg. c. 2. th.* 7.

Nulla creatura judicat regem] Quod verum „ non fuiſſet, ſi Synedrio reges ſubjecti „ fuiſſent.

3 *Hæc cum ita ſint*] „ I. e. cum certum „ ſit, Reges Hebræorum in rebus plerisque „ ſummo jure imperaſſe, *vid. n.* 1.

Tamen aliqua judicia, arbitror, regibus ademta] „ Imo nulla: uti jam plenius de-
„ monſtrabitur.

Manſiſſe penes Synedrium, quod a Moſe inſtitutum ad Herodis tempora perpetua cooptatione duravit] „ Adeoque ex ſententia „ Auctoris Regibus Hebræorum, etſi ſum-
„ mum imperium habuerint, judicia quæ-
„ dam ademta fuerunt. Atque hoc exemplo „ probare vult, dari aliquem ſtatum medium „ inter Monarchiam, & Principatum. *vid. n.* „ 1. At bene obſervat Oſiander, per Syne-
„ drium poteſtatem regùm reſtrictam non „ fuiſſe. Nam 1. certum eſt, judicia illa a „ Moſe, ſuadente Jethrone, introducta (*vid.* „ *Exod. c. XVIII. & c. XXII. Num. c. II.* „ *& Deut. c. XVII.*) tantum temporaria „ fuiſſe, & vel ſaltem ad ingreſſum, & oc-
„ cupationem terræ ſanctæ duraſſe, vel poſt „ Joſuam deſiiſſe. Sane II. nullum illius Syn-
„ edrii indicium tempore Judicum exſtat: „ Imo mortuo Joſua, & generatione illa ex-
„ ſtincta, Iſraelitæ a vicinis populis ſubacti, „ horum judiciis ſubfuerunt. *Jud. c. II. v.* „ 10. 14. 17. 19. *c. III. v.* 8. 10. 13. *ſeq.* Et „ tunc III. dicitur, Deum ſuſcitaſſe NB. *ju-*
„ *dices*, qui liberarent eos de vaſtantium ma-
„ nibus, *Jud. c. 2. v.* 16. & 18. Atque per „ hos judices regebatur populus, uti de O-
„ thoniel id aſſeritur *d. c. III. v.* 9., & 10. „ Sane IV. ſi eo tempore exſtitiſſet tale Syn-
„ edrium, qui factum fuiſſet, ut fœmina „ quædam, Debora ſcilicet, judicem egiſ-
„ ſet? Ita enim traditur *Jud. c. IV. v.* 4. „ *Erat autem Debora prophetis, quæ judica-*
„ *bat populum in illo tempore*; & mox *v.* „ 5. *Sedebat ſub palma, aſcendebantque ad* „ *eam filii Iſraël in omne judicium*: & hinc „ mater in Iſraël vocabatur. *Jud. c.* V. *v.* 7. „ Quid vero opus fuiſſet fœmina, ſi LXX. „ viri ſummam rerum habuiſſent. Porro & „ V. refertur *Jud. c. VIII. v.* 22., omnes „ viros Iſrael ad Gedeon dixiſſe: *Dominare* „ *noſtri tu, & filius tuus, & filius filii tui,* „ *quia nos liberaſti de manu Midian*; Si ve-
„ ro Synedrium tunc obtinuiſſet, jus ei quæ-
„ ſitum auferre non potuiſſent Iſraëlitæ. Sed „ & Gedeon noluit acceptare dominatum, „ non quia Synedrium exiſtebat, ſed quod „ imperium ſibi vindicaret Deus, *d. c.* 8. *v.* „ 23; cujus proinde nomine, & jure, ju-
„ dices imperium exercebant. Præfuit autem „ Gedeon Iſraelitis per 40. annos, *Jud. c.* „ *VIII. v.* 28. Sed & VI. mortuo Gedeone „ filius ejus Abimelech Rex conſtituebatur, „ *c. IX. v.* 3. 6. 16. 18.; cui ſucceſſit Jair, „ qui judicavit Iſraëlem per 32. annos, *Jud.* „ *c. X. v.* 3 Hunc ſecutus eſt Jephthe, qui „ noluit in auxilium venire Iſraëlitis, niſi fi-
„ nito bello Principem eum conſtituerent, „ *Jud. c. XI. v.* 9. *ſeq.* & dicitur judicaſſe „ populum ſex annis, *c. XII.* 7.; Abeſan „ ſeptem, *ibid. v.* 8. & 9.; Ahilon decem, „ *v.* 11.; Abdon octo, *v.* 13. & 14.; Sim-
„ ſon viginti, *c. XVI. v.* 31. Imo VII. ſcum „ ad tempus judices in Iſraël non eſſent, „ dicitur, unumquemque quod ſibi rectum „ videbatur, feciſſe. *Jud. c. XVII. v.* 6. *c.* „ *XVIII. v.* 1. & *v.* 31.; quod aſſeri non „ potuiſſet, ſi Synedrium tunc temporis ex-
„ titiſſet: Et cum VIII. eo tempore Benja-
„ mitæ uxore cujusdam Levitæ abuſi eſſent, „ is non ad Synedrium querelam tulit, ſed „ ad omnes terminos poſſeſſionis, omnium-
„ que tribuum deciſioni rem ſubmiſit. *Jud.* „ *c. XIX. v.* 2. 9. *c. XX. v.* 6 Sed & IX. „ merito Oſiander quærit, ſi Synedrium fuiſ-
„ ſet, cur penes Samuelem fuiſſet ſumma re-
„ rum? cur ille poſuiſſet judices filios ſuos? „ 1. *Sam. c. VIII. v.* 1. Sane X. tempore „ Regum Synedrium non fuiſſe, certum eſt: „ nec ullum veſtigium talis Synedrii in tota

hiſtoria

„ hiſtoria Regum exſtat. Contrarium potius „ XI. ex ipſa rogatione populi apparet: vo„ lebat Regem, qualem vicini habebant, 1. „ *Sam. c. VIII. v.* 5. Vicini autem Reges ab„ ſolutiſſima gaudebant poteſtate, *vid. n.* 1. „ Neque dici poteſt, voluiſſe Reges, at non „ eodem jure, ac poteſtate; nam in omni„ bus ſimiles fieri voluiſſe, apparet tum ex „ ulteriori inſtantia populi, *v.* 5. 20. *& erimus nos quoque ſicut omnes gentes, & ju„ dicabit nos Rex noſter, & egredietur ante „ nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis*: „ tum ex jure Regis, quod Samuel ipſis „ propoſuit, & quod nullam adminiſtratio„ nis partem Synedrio, ſi aliquod fuiſſet, „ reliquit. Et ſi XII. tale fuiſſet, Iſraëlitis „ petentibus Regem obverſurus fuiſſet Sa„ muel: *an non habetis Synedrium? an non „ conſeſſum judicum, tempore Moſis jam a „ Deo conſtitutum, & huc usque continua„ tum?* Sed & XIII. Deus Samueli ſi, de „ contemtu populi quærenti, non reſpondit, „ *eos Synedrium rejeciſſe*; ſed *eos abjicere „ Deum per Samuelem.* Cæterum XIV. ex„ tra omne dubium eſt, Reges omnia ſuo „ nutu egiſſe, bella geſſiſſe, quin & crimi„ na infinita commiſiſſe: nec ab ullo un„ quam hominum ideo in jus vocatos fuiſſe. „ Joſaphat judices per ſingula loca conſti„ tuit. In Jeruſalem quoque conſtituit Levi„ tas, & Sacerdotes, NB. & Principes fami„ liarum ex Iſraël, ut judicium, & cauſam „ Domini judicarent habitatoribus ejus; Qui„ bus præſidem dedit Amariam pontificem „ in ſacris, & Zabadiam in ſecularibus, & „ aliis, quæ ad officium Regis pertinent, 2. „ *Paral. XIX. v.* 5. 8. & 11. Quæ omnia „ ſatis oſtendunt, tunc temporis Synedrium „ tale, quale Rabbini fuiſſe fingunt, non „ extitiſſe. Atque hinc XV. David ait: *Tibi „ ſoli peccavi*; ſi vero Synedrium jus habuiſ„ ſet corrigendi Regem, vere ita loqui non „ potuiſſet. Unde & interpretes, ipſique He„ bræorum Magiſtri (*conf. Abarbanel. ad* 2. „ *Sam. XII.*) hoc effatum ita explicant, quod „ judicem, & ſuperiorem non habuiſſet. *O„ ſiander d. l. p. m.* 510.

„ Neque obſtat hiſtoria Jeremiæ, ubi Rex „ proceribus ait, *ſe contra eos nihil poſſe, Je„ rem. cap. XXXVIII. v.* 5. Nam vulgata „ verba illa ita transfert; *nec enim fas eſt, „ Regem vobis quicquam negare.* Adeoque hic „ non de Synedrio agitur: ſed de Principi„ bus aulæ, & belli, *qui rogabant* regem, „ ut occideret hominem, quod manus viro„ rum bellantium diſſolveret, & terrorem „ injiceret animis civium. Rex probabat „ hanc cauſam, quæ ipſi, ingruente tunc „ bello, legitima videbatur, & reſpondebat „ iis: *ecce ipſe in manibus veſtris eſt; nec enim „ fas eſt, Regem vobis quicquam negare.* O„ mnia igitur hæc non a Synedrio, ſed a „ Rege rogantibus proceribus acta ſunt. Sa„ ne Rex, invitis illis Principibus, extrahi „ e lacu captivum juſſit, ipſique ſecuritatem „ juravit; quod facere non potuiſſet, ſi par„ tem imperii proceres habuiſſent.

„ Poſtquam ex captivitate reduces eſſent „ Judæi, Nehemias Principes tribuum Hie„ roſolymæ habitare juſſit: atque hi Princi„ pes jura dicebant populo, *Nehem. c. II.* „ *v.* 1. 2. & 3. Quæ prima eſt origo poſte„ rioris Synedrii. Atque ex his Principibus „ poſtea Duces electi ſunt, qui tanquam „ nudi officiales ſubfuerunt Synedrio. Co„ ram hoc Synedrio Herodes cauſam egit, „ non ut Rex, ſed ut privatus, cujus pa„ ter Antipater adhuc vivebat; quod vel ex „ eo indubium fit, quia Hircanus tunc prin„ cipatum adhuc obtinuit. *Oſiand. d. l. p.* „ 518. Qui principatus ſub Herode eo po„ tentiæ excrevit, ut ſtatui monarchico ſi„ millimus eſſet.

Itaque & Moſes, & David] „ Ideo ju„ dices *Dii* a Moſe vocantur, quia rem di„ vinam, i. e. juſtitiam adminiſtrant; quod „ proinde non de Synedrio tantum, ſed de „ omnibus judicibus dici poteſt. Atque de „ his judicibus etiam loquitur David, non „ vero de judicibus Synedrii.

Et judices dicuntur non humana, ſed di„ vina vice judicare] „ Juſtitia enim oritur „ ex voluntate divina: adeoque qui eam ad„ miniſtrat, adminiſtrat rem Dei. *Conf. ſupra* „ §. 8. *n.* 15. Atque hæc ratio eſt cur gentes „ regium nomen pro Deo coluerint, vide „ infra *l.* 1. *c.* 4. §. 7. *n.* 7.

Diſtinguuntur res Dei a rebus regis] „ I„ e. jura ſacra a juribus ſecularibus. Utro„ rumque cura penes Reges erat; ſed admi„ niſtratio priorum committi debebat juxta „ legem Dei Levitis: poſteriorum autem cu„ ra committebatur ſecularibus, uti id clare „ ita traditur, 2. *Paral. XIX. v.* 8. & 11. „ Hoc non tantum Hebræorum Regibus pro„ prium fuit, ſed omnibus gentibus uſita„ tum eſt; quod ſupra §. 8. plenius proba„ vimus. Adeoque verum non eſt, Synedrium „ de rebus Dei cognitionem ſibi arrogaſſe: „ cum demonſtratum jam ſit, tale Syne„

„ drium plane tempore Regum non exſti-
„ tiſſe.

Judicia ex lege Dei exercenda] „ Sed per
„ Levitas, & Pontifices, quos Rex conſti-
„ tuebat; res enim ſacræ, ſeu Dei, apud
„ omnes gentes, & in omni ſtatu per ſacer-
„ dotes adminiſtrari ſolent. *Vid.* §. 8. *Inſt.*
„ *de rer. div. & Diſp. B. Parent. de evo-*
„ *catione ſacrorum ſect. 2. §. 21. ſeq.*

Regem Judæorum capitalia quædam judicia per ſe exercuiſſe] „ Abſque concurſu Syne-
„ drii : imo omnia, quia Synedrium non
„ fuit.

Regi decem Tribuum) Separatio hæc regni
„ Iſraëlitici, & Judaici, facta eſt ſub Reho-
„ boam. 1 *Reg.* 12. *p.* 19. *ſeq.*

Præfert Maimonides] , Imo eodem jure Iſ-
„ raelitarum Reges jus judiciorum capitalium
„ habuerunt, quo Reges Judæ.

Quod & exempla] „ Scil. exercitorum ju-
„ diciorum capitalium, quæ æque Regibus
„ Iſraëlitarum, ac Judæ, a Deo commiſſa
„ fuere.

Sed quædam cognitionum genera regi videntur non permiſſa] „ Imo etiam de his
„ judicium regi competiit, non Synedrio,
„ utpote quale tunc non fuit. At cognitio-
„ nem committebat peritis, i. e. Levitis : uti
„ apparet ex 2. *paral.* 19. *v.* 11.

De Propheta] „ Hæc exempla ex Rabbi-
„ nis, præcipue ex *Sanhedr. fol.* 2. 1. *& fol.*
„ 89. 1. afferunt Cunæus *de rep. hebr. L.* 1.
„ *c.* 22., & Lichtfoot *in Luc. c.* 13. Sed di-
„ ctum jam eſt, Rabbinos ſtudio extollen-
„ di Synedrii poſterioris, hæc ſomniaſſe.

Nam contra vos rex nihil poteſt] „ Dixi
„ 1. proceribus aulæ, & belli, id dictum
„ fuiſſe, non Senatui. Dixi 2. vulgatam alio
„ ſenſu verba hæc reddere. Dixi 3. Regem
„ ad *rogationem procerum* Prophetam morti
„ dediſſe : adeoque tota res in arbitrio Re-
„ gis fuit. Dixi 4. ſolum Regem liberaſſe
„ eum; quod facere non potuiſſet, ſi ad
„ Synedrium jus in Prophetam animadver-
„ tendi pertinuiſſet.

In hoc negotiorum genere] „ Ubi ſcil. de
„ Propheta agebatur.

Eum rex judicio eximere non poterat]
„ Hoc falſiſſimum eſt de Regibus Hebræo-
„ rum ante captivitatem Babylonicam exi-
„ ſtentibus. Exemplum Jeremiæ nihil pro-
„ bat; diximus enim, Regem eundem Je-
„ remiam contra judicium procerum libe-
„ raſſe.

Arte eluſit] „ Dum ſcil. judicium in diem
„ ſequentem diſtulit, & Synedrium hoc mo-
„ do impedivit, Herodi autem interim fu-
„ gam conſuluit. *Seld. de Synedrio L.* 3. *c.*
„ 9. *n.* 1. *vid. Zigl. in not. h.* At hæc per-
„ tinent ad Synedrium ſecundum : eo enim
„ tempore ſummam rerum penes illud fuiſ-
„ ſe, negari nequit : quanquam exemplum
„ Herodis jus Synedrii in Reges non pro-
„ bet; dictum enim eſt, Herodem eo tem-
„ pore non fuiſſe Principem, ſed privatum.

In Macedonia] Status Macedoniæ ab ini- 4
tio popularis fuit; Hercules enim, Theſeus,
Ageſilaus, &c. duces potius belli fuere, quam
Reges : *vid. ſup.* §. 8. *n.* 10. At tempore Phi-
lippi ſtatus fuit monarchicus.

Niſi prius valuiſſet auctoritas] „ i. e. niſi
„ auctoritatem addidiſſet populus; vel ut
„ Juſtinus loquitur, niſi conſilio viciſſet.
„ *Juſt. l.* 2. *c.* 12.

Eſt & alterum mixturæ hujus indicium]
„ Imo ſi talis mos inſtar legis obtinuiſſet,
„ non inde miſceretur ſtatus, ſed exercitium
„ imperii reſtrictum eſſet : & Rex vi pacti
„ inde obligaretur, non vi imperii. Præter-
„ ea mos ille non obtinuit in vim legis, ſed
„ proſpiciebatur ſecuritati Principis, ne in-
„ ſidiis exponatur : Cæterum res erat arbi-
„ trii.

Nondum tamen ſupra libertatem] „ Status
„ ergo popularis, quem libertatem vocant
„ ſcriptores Romani, adhuc ſubſiſtebat. *Vid.*
„ *ſupr.* §. 11. *n.* 3.

Auctoritate ſuadendi] „ *Vid. ſup.* §.
10. *n.* 2.

Nullis jam exceptionibus &c.] „ I. e.
„ nullo jure ſibi reſervato : non precario,
„ i. e. non titulo officii revocabili.

Manu regia] „ *Vid. l.* 2. §. 1. *ff. O. I.* 5
„ ibi : *omniaque manu a regibus gubernaban-*
„ *tur.*

Tacitus] „ *Ann.* 3. 26. *Dion. Hal.* 10. *c.* 1.
Pomponius] *L.* 2. §. 1. *ff. orig. jur.*

Vult Halicarnaſſenſis] Status ſub illis pri-
mis Regibus vere fuit mixtus ex populari
ariſtocratico, & monarchico. Nam Romu-
lus populum in 30. Curias diviſit, quarum
ſuffragiis leges ferebantur : *L.* 2. §. 2. *O. I.*
ſed & præterea centum ex proceribus, quos
prudentiſſimos vocabat, elegit, qui in ne-
gotiis imperii expediendis concurrerent.

Additio.

„ Imo ſtatus fuit mere Monarchicus, &
„ Romulus ordinis cauſa Magiſtratus, &
„ Senatum ex libera voluntate conſtituit, &
„ provocationes ad populum permiſit.

In cauſis quibusdam provocationem ad populum a Regibus fuiſſe] „ Præter Senecam *ep.* „ 108. id quoque teſtatur Livius *L.* 8. *c.* 33. „ ibi : *videro, ceſſurusne provocationi ſis, „ cui Rex Tullius Hoſtilius ceſſit.*

6 *Similis etiam mixtura*] „ Imo ſtatus mere „ fuit popularis, ſed adminiſtratio mixta „ fuit.

Nam in rebus quibusdam] „ Imo in omnibus. Nam Conſules meri miniſtri populi „ fuere ; imperium non jure proprio, ſed „ nomine, & vice populi, adminiſtrabant : „ adeoque omnia valebant ex auctoritate populi. *vid. ſupra* § 19. *in fin.*

Si patres auctores fierent] „ Vera ratio eſt, „ quia adminiſtratio Senatui a populo commiſſa fuit.

Speciem tantum veterem retinuit] „ Imo „ Livius in allegato loco nihil mutatum eſſe, „ ait. Nam nec olim Senatus aliquid facere „ invito populo, vel contra eum, potuit : „ atque idem jus ſuo tempore obtinuiſſe, teſtatur Livius *L.* 1. *c.* 17. ibi : *hodieque in „ legibus, magiſtratibusque rogandis idem jus „ uſurpatur, vi ademta ; priusquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum „ eventum patres auctores fiunt.*

Ut idem loquitur Livius] „ *L.* 6. *c.* 37. „ *Non poſſe æquo jure agi, ubi imperium penes „ illos, penes ſe auxilium tantum ſit. Niſi imperio communicato, nunquam plebem in „ parte pari reipublicæ fore.* At repetendum „ hic eſt, mixturam non fuiſſe ſtatus, ſeu „ formæ reipublicæ, ſed ſaltem adminiſtrationis. Unde Senatus legatis civitatis Ardeæ „ reſponſum dedit, judicium populi reſcindi „ a Senatu non poſſe. *Liv. l.* 4. *c.* 7.

Imperium penes Patricios] „ Nam plebs „ quoque poſtea in Senatum allecta eſt ; de „ tempore non conſtat. *Vid. Roſ. ant. Rom.* „ *L.* 7. *c.* 5. L. Sextium de plebe primum „ Conſulem creatum eſſe, teſtatur Livius „ *L.* 6. *c. ult.*

Penes Tribunos, i. e. plebem] „ De origine, & poteſtate tribunorum *vide Roſin.* „ *d. l. c.* 22. Sulla eam ſuſtulit, & a Pompeio reſtitutam Tiberius abolevit. *Suet. in* „ *Tib. c.* 2. *vid. Briſſon. de form.* 3.

Auxilium erat nempe jus vetandi, ſive intercedendi] „ Tribuni igitur magis ad impediendum, quam ad agendum initio fuerunt „ creati, hoc fine, ut ſi quid vel de publico negotio, vel de privato animadverterent a patribus agi, quod fraudi poſſet eſſe „ plebi, interponerent ſuam auctoritatem, „ & fraudem averterent ; *vide Roſin. d. l.* „ *c.* 22. De hoc auxilio, ſeu jure vetandi, „ agit *Livius L.* 6. *c.* 35. 36. 38.

Iſocrates] „ In Oratione, quæ inſcribi- 7
„ tur, *Areopagitica :* & in alia, cui nomen „ *Panathenaicus.*

Poteſtatem optimatum populari mixtam] „ At hæc mixtura non erat formæ, ſed adminiſtrationis ; nam apud Athenienſes ſtatus „ fuit mere popularis.

Quæſtiones quasdam] „ Omnes illæ quæſtiones ex hoc ſolo principio deciduntur, „ quod obligatio, quæ ex conventione eſt, „ nihil detrahat juri imperii.

Ad §. XXI.

Auctor hic tractat celebrem illam quæſtionem : *An ſummam poteſtatem habeat is, qui inæquali fœdere alii obligatur?* uti ſi quis promiſit, *ſe populi Romani majeſtatem comiter conſervaturum.* Dicimus, per hanc formulam nihil derogatum fuiſſe promittentis poteſtati ſummæ, non magis, quam cum Rex maximus, & potentiſſimus promittit alteri Principi longe inferiori auxilia adverſus hoſtes, atque ad id, fœdere facto, ſe obligat : uti fit in omni fœdere offenſivo ; non enim illa obligatio Regis majoris eſt ex ſubjectione, nec oritur ex imperio ſuperioris, ſed utrinque ex proprio pacto, & placito : de quo plenius infra *L.* 2. *c.* 15. §. 6. *ſeq.*

Additio.

„ Beatus Parens in diſſertatione *de imperio* „ *in pares*, quæ exſtat *in Vol.* 2. *Diſſ. fol.* 32., „ materiam hanc egregie illuſtravit. Poſtquam „ enim oſtendit, obligationem oriri non tantum ex juſſu ſuperioris, ſed & ex pacto, „ & propria diſpoſitione ; ſimul oſtendit, poſteriorem obligationem non inferre ſubjectionem, nec ita promittentem ſubeſſe alterius imperio. Inter alia id confirmat „ exemplo fœderis inæqualis ; atque de his „ ita diſſerit. *dict. diſp.* §. 44. *ſeq.*

Simile plane jus eſt, quo uſi fuere Romani ex fœderibus inæqualibus, quæ cum Regibus, & populis devictis inire ſolebant, hac famoſiſſima formula : Populi Romani majeſtatem comiter conſervet, vid. L. 7. §. 1. ff. de capt. & poſtl. Cicero in orat. pro L. Corn. Balb. c. 3. & ſeq. ; *ubi de ſenſu formulæ diſputat, cujus ea vis fuit, ut populus iſte tum reverentiam imperio Romano, tum ei*

conservando auxilia militaria debuerit; reverentia *enim voce* comitatis, auxilia *verbo* conservandi, *quod fit assistendo in bellis, exprimitur. Atque hæc sunt ipsissima illa duo capita, ad quæ hodie quoque refertur fidelitas feudataria: & adeo hujusmodi fœderati Romanis idem ipsa re præstiterunt, quod nunc Vasalli dominis; licet nomina feudorum, & Vasallorum, & distinctio utilis, directique dominii, incognita Romanis fuerint, eosque illi socios, amicos, fœderatos dixerint.* l. 5. §. 2. l. 7. ff. de capt. & postl. *Unde in exercitu Pompeii, aliorumque Imperatorum, socii P. R. militarunt, & fere maxima pars sociorum fuit: ut passim eorum annales, & auctores referunt. Sunt itaque hæc vere imperia in pares, cum reges illi, ac populi, non obstante hoc fœdere, manserint liberi, & cum summa potestate, ac majestate, quam* Cicero d. Orat. c. 37. *ipsis æque, ac populo Romano tribuit. Atque hoc est, quod urget JCtus Proculus in* dict. l. 7. §. 1., *ubi solide exponit, ac probat, hos populos nihilominus liberos esse, etsi populus Romanus eorum cives in judicium vocare, reos facere, & in damnatos animadvertere quoque potuerit*, d. l. 7. §. fin.; *adeo verum est, ex fœdere imperium, ipsumque adeo judicium, exerceri quoque in pares posse: neque ideo eos fieri subditos, si jure pacti; non jure magistratus ea ita exerceantur.*

At vero hæc pugnare videntur, fœdus esse inæquale, & tamen inde imperium exerceri in æquales, & pares. Quin & in d. l. 7. §. 1. *dicitur, alterum populum superiorem esse:* & Cicero d. Orat. c. 35. *docet, quod formula habeat hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior:* & *mox in* c. 36. *ait*: Certe populus ille in superiore conditione, causaque ponitur; cujus majestas fœderis sanctione defenditur.

Verum ea nihil movent, quia variæ rationes sunt, quibus alter altero superior, vel inferior dicitur: & non tantum potestate, ac imperio, de qua ratione hic solum agitur; sed & virtute, meritis, prudentia, gratia, viribus corporis &c. Ita in palæstra, ac arena is dicitur superior, qui luctu, vel certamine: & in ludis, v. g. Olympicis, aliisque, qui cursu, cantu &c. vicit. Sic Princeps semper superior est dignitate privato, etsi is illi subjectus non sit: atque ita in fœdere inæquali alter inferior est, alter superior, non potestate, sed conditione fœderis. Nam & ita diserte Cicero d. c. 35. & 36., *alterum superiorem non imperio, sed fœdere, & conditione fœderis, dicit.*

Eademque ratione non obstat, quod alter alteri ex hoc fœdere comitatem, & reverentiam ut superiori debeat. Nam & reverentia variis ex causis, & non tantum magistratui, sed & aliis debetur: uti viris optime meritis, re egregie gesta præclaris, in magna dignitate constitutis, etsi absque imperio: item parentibus, præceptoribus, sapientibus, quin vel senibus. Lev. XIX. 32. Prov. 16. 31.

Utrumque in eundem sensum explicat, & exemplo Clientis, & patroni accurate confirmat JCtus in d. l. 7. §. 1. Quemadmodum *inquiens*, clientes nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neque auctoritate, neque dignitate, neque viribus nobis pares sunt; sic eos, qui majestatem nostram comiter conservare debent, liberos esse intelligendum est. *Tam varie ergo alter altero superior esse potest, ut tamen non sit imperio.*

Superest, ut de effectu videamus. Et quidem ex hujusmodi pacto, vel fœdere perinde par obligatur ad parendum iis, quæ imperantur, ac inferior ex jure magistratus: & inspicienda est fœderis formula. Unde si judicium, si imperium fœdere deferatur, illa intelligentur delata, quæ natura judicii, vel imperii alias continentur, arg. l. 1. ff. de recept. qui arb., *uti si cui defertur pacto jus filii, quæ alias inter patrem, & filium obtinent, jura comprehensa intelligentur.* l. 132. ff. de verb. oblig.

Qui inæquali fœdere tenetur] „ Quando sit inæquale fœdus, videbimus *L. 2. c. 15. §. 6. seq.*

Non quod inter viribus dispares initur] „ Fœdus enim etiam inter dispares viribus „ æquale esse potest: uti inæquale inter eos, „ qui viribus pares sunt. *d. c. 15.*

Thebana civitas &c. cum Persarum Rege] „ Inæqualis maxime erat potentia utrorum- „ que contrahentium.

Et Romani olim cum Massilienſibus] „ Unde Justinus *L. 43. c. 5.* ait, *æquo jure cum „ Massilienſibus percussum fuisse fœdus.*

Deinde cum Rege Masaniſſa] „ Vide *Just. „ L. 33. c. 1. L. 58. c. 6. & Liv. L. 28. c. 35.*

Nec quod actum habet transeuntem] „ Quo „ simul, & semel aliquid præstatur, absque „ obligatione perpetua, & permanente.

Dum impensas solvat &c.] „ Hæc obliga- „ tio est ex pacto, non lege superioris.

Aut aliud quid præstet] „ Absque obli- „ gatione permanente. *Vide L. 2. c. 15. „ §. 6. seq.*

Sed

Sed quod ex ipsa vi pactionis manentem prælationem quandam alteri donat] „ Exempla vide infra *l.* 2. *c.* 15. §. 6. *seq.*

Ubi quis tenetur alterius imperium, ac majestatem conservare] „ I. e. armis, & „ opibus eam defendere : perinde, uti Reges „ Vasalli domino directo promittunt fidelitatem, neque tamen eo fiunt subditi. Formulam *comiter conservare* explicabimus in „ sequentibus.

Ut in fœdere Ætolorum cum Romanis] „ *Liv. L.* 26. *c.* 24. *&* *L.* 37. *c.* 11.

Id est tum operam dare] „ Cicero *in Orat. pro Balbo*, vim hujus formulæ ita explicat : „ *Id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior. Primùm, verbi genus hoc* CONSERVANDI, *quo magis in legibus, quam in fœderibus uti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde, cum alterius populi* MAJESTAS CONSERVARI *jubetur, de altero siletur ; certe ille populus in superiori conditione, causaque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat : comiter esse communiter ; quasi vero priscum aliquod, aut insolitum verbum interpretaretur. Comes benigni, faciles, suaves, homines esse dicuntur : Qui erranti comiter monstrant viam, benigne non gravate. Communiter quidem certe non convenit ; & simul absurda res est, caveri fœdere, ut majestatem populi Romani communiter conservent : i. e. ut populus Romanus suam majestatem salvam esse velit. Quod si jam ita esset, ut esse non potest ; tamen de nostra majestate, nihil de illorum caveretur.*

Florus] „ *L.* 4. *c.* 12. *n.* 62. At bene „ observat Tesmarus *b.* hanc auctoritatem „ Flori male hic applicari, ubi quæstio est „ de iis, qui vi pacti comiter venerari debebant majestatem : non de iis, qui ob „ magnitudinem rerum gestarum illam reverenter habent.

Protectionis, advocatiæ] ·, Hæc jura eadem sunt, nisi quod *illud* in secularibus, „ *hoc* in ecclesiasticis locum habeat. Jus autem *advocatiæ* armatæ est, cum status in „ alterius status clientelam, & protectionem „ pacto concedit, salvo statu. Etsi enim „ cliens patrono suo non modo reverentiam, „ sed & ea imperanti præstare debeat, sine „ quibus protectio expediri nequit (de quo „ late *Mager. de Advoc. arm. c.* 10.) ; nihil „ tamen quidquam ideo decedit juri status, „ & territorii, neque alteri propterea subjicitur : verissimaque adeo vox est, *Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit. Carpz. Leg. Reg. c.* 6. *Sect.* 5. *n.* 10 ; quia non „ obsequitur cliens ex jure subjectionis, sed „ pacto, atque consensu. Ita omnes Episcopi, & Abbates, cum nulla ipsis competeret potestas secularis, nedum armata, fuere „ sub protectione advocatorum, qui fere „ erant vicini comites, vel status seculares. „ *Mager. de advoc. arm. c.* 1. *n.* 287. *seq.*

Mundiburdii] „ *Mund* veteri lingua „ Germanica nihil aliud est, quam defensio ; „ unde *Vormund*, est defensor. *Mündig* „ dicitur is, qui se ipsum defendere potest : „ *unmündig* vero, qui se ipsum defendere „ non potest. Mundiburdium igitur nihil „ aliud est, quam defensio burgi, vel oppidi alieni, *Cujac. ad* 2. *f.* 4. *p.* 699 : in„ deque ejusdem cum advocatia est significa„ tionis. *Hottom. comm. de verb. feud. voc.* „ *Munburgus.* Hæc vero defendendi necessi„ tas non est ex aliqua potestate superiori, „ sed ex consensu, & pacto.

Item jus urbium matricum in colonias] „ De jure coloniarum late agetur infra *L.* 2. „ *c.* 9. §. 10.

Reverentiam scil. & honoris signa quædam] „ Si scilicet non nomine, & jure matricis, „ sed proprio novas sedes quæsivit, *d.* §. 10 ; „ priori enim casu subjecti imperio matricis „ manent.

In eo fœdere superior Romana res erat] „ Superior erat non jure imperii, sed digni„ tate. Unde merito reverenter habere de„ bebat colonia urbem, quæ in jus matricis „ successit.

Plus honoris] „ Non vi subjectionis, sed „ propter dignitatem pacisentis.

Liberum esse populum] „ I. e. suis legibus, „ ac sub suis magistratibus proprio jure vi„ ventem.

Etiamsi in fœdere comprehensum sit] „ Quia „ pars altera obligatur, non jure subjectio„ nis, sed ex sua dispositione.

Sequitur ut summum imperium retineat] „ Quia proprio jure imperium tenet, quod „ est verum indicium summæ potestatis : *Vid.* „ *B. Par. in Auton. jur. gent. c.* 9. Dissentit „ *Ant. Matth. ad l.* 48. *t.* 1. *c.* 1. *n.* 6, refu„ tatus a Ziglero in *not. b.*

Atque idem de Rege pronunciandum est] „ Scil. ut Rex quoque liber sit, qui nul„ lius alterius potestati subjectus est, etiamsi „ promittat se alterius majestatem comiter ha„ biturum.

Eſt enim populi liberi, & Regis &c.] „ Scil. „ ratione imperii, cujus ratio in utroque eadem eſt.

Ut intelligatur, alterum populum ſuperiorem eſſe] „ Diſtinguit Proculus *ſuperioritatem* „ *a libertate.* Superioritatem igitur non intelligit, quæ ſubjectionem infert, ſed quæ „ majorem potentiam.

Sed auctoritate, & dignitate] „ Quin & „ viribus, ac potentia.

Clientes noſtros intelligimus liberos eſſe] „ Adeoque clientes noſtri dicuntur, quia „ protectione indigent, non quia ſubditi „ nobis ſunt.

3 *Clientes in fide ſunt patronorum*] „ Clientes a colendo dicti ſunt, quia patronum, „ in cujus clientela ſunt, reverenter habere „ debent. Origo hujus clientelæ apud Roma„ nos cum urbe Roma cœpit. *Dion. Halic.* „ 2. *c.* 9. *Plut. in Romul.* Uti igitur inter „ privatos alterius clientelæ ſe ſubjiciens non „ fit ſubjectus: ita nec inter populos is, qui „ ſe in clientelam alterius populi dat, impe„ rium amittit. Sic Batavi, ab Hiſpanis op„ preſſi, ſe in clientelam Anglis obtule„ runt. *Cambd. in vit. Eliſab. p.* 3. *p.* 410. „ Bythiniam in clientela Cæſaris fuiſſe, lego „ apud *Gell. N. A. c.* 13. Vide de hac re „ *Bodin. de republ. l.* 1. *c.* 7. *n.* 68. & „ *Teſm. b.* Clientes Romanorum debebant „ reverentiam patronis, ob beneficia, quæ „ a patronis exſpectabant; at ipſi liberi erant. „ *B. Par. Jus publ. c.* 26. §. 11. & 12.

Sub patrocinio, non ſub ditione] „ Obligantur enim non ex jure aliquo ſuperiori„ tatis, ſed ex pacto.

Patrocinium ſociorum, ait, penes eos fuiſſe] „ 2. *off.* 8. Nam poſterioribus tempori„ bus per injuriam ſibi imperium in ſocios, „ & clientes arrogabant: idque merito im„ probat Livius.

Quam triſti ſubjectas ſervitio] „ Unde *Cic.* „ 1. *off.* 11. ait, *in quo tantopere apud no*„ *ſtros culta juſtitia eſt, ut ii, qui civitates,* „ *aut nationes devictas bello in fidem recepiſ*„ *ſent, earum patroni eſſent more majorum.* „ Sic Syracuſani fuerunt ſub clientela Mar„ cellorum, ob debellatam hanc a Marcello „ urbem. *Liv.* 25. 29. & *L.* 26. 32. *Cic.* „ *in Q. Cæcil. n.* 4.

Nihil conferentes, præter operas ſociales] „ Quas non ex ſubjectione aliqua præſtabant, „ ſed ex fœdere.

Sicut patrocinium privatum non tollit libertatem perſonalem] „ Quia cliens non niſi ex „ pacto alterius curæ ſe, ſuaque jura, com„ mittit.

Libertatem civilem] „ In quo illa libertas „ civilis conſiſtat, vidimus *ſupra* §. 12. *n.* 1.

In fide eſſe, & in ditione] „ Nam qui „ ſe in fidem dat, ſaltem in clientelam al„ terius tranſit jure ſubjectionis: uti ex loco „ Ciceronis ante allegato apparet.

Et Syllæo Arabum Regi minatus eſt Auguſtus] „ In pluribus hic errat Auctor. 1°. Au„ guſtus non minatus eſt Syllæo; ſed in fa„ vorem Syllæi minatus eſt Herodi, qui Ara„ biam exercitu ingreſſus eſt. *Joſ. ant.* 16. „ 15. 2°. Syllæus non erat Arabum Rex, ſed „ unus ſaltem ex principibus. *Ioſeph. antiq.* „ *L.* 16. *c.* 11. *p. m.* 400. Rex erat Oba„ dia, cujus nomine Syllæus vi, & fraude „ regnum adminiſtravit, *ibid. c.* 13. & 15, „ eoque mortuo demum ſucceſſit. *c.* 15.

Curaturum ſe, ut ex amico ſubditus fieret] „ Putat Gronovius, regnum Judæorum „ tunc temporis ejusdem conditionis fuiſſe, „ cujus regnum Armeniæ, nempe benefi„ ciarium populi Romani. At contrarium ſo„ lide probavit *B. Par. in Auton. J. G.* 17. „ §. 3. & *ſeqq.* Nam mortuo demum Hero„ de, & relegato Tetrarcha Archelao, Ju„ dæa, petentibus ipſis Judæis, in provin„ ciæ formam redacta, & Syriæ incorporata „ fuit. *Joſeph. L.* 18. *antiq. c.* 1. *in pr.* & „ *de bello jud. L.* 2. *c.* 8. Ex eo tempore de„ mum Romani imperium exercuerunt, mo„ netam Romanam introduxerunt, &c. *Joſ.* „ *d. c.* 8.

Sono magis nominis, quam re] „ Vid. „ *ſupra* §. 10. ubi hanc cautionem adhiben„ dam monuit: *ne decipiamur ambiguo no*„ *minis ſono.*

Ut Diodorus loquitur] „ *L.* 16. *in ann.* „ *Phil. X. p. m.* 503. ibi: *habebant illæ* „ (Cypriæ urbes) *Reges ſingulos, quibus pa*„ *rerent: ut tamen Regi Perſarum audientes* „ *illi deberent eſſe.*

Obſtare his, quæ diximus, videtur] Quæritur, an Rex, qui populo Romano inæquali 4
fœdere junctus eſt, Romæ poſſit reus fieri violati fœderis? Equidem Grotius *h.* §. *n.* 4. & *ſeq.* quatuor diſtinguit caſus, varieque eos definit. Res ita ſe habet: Inprimis videndum, an, & quis modus exequendi fœdere expreſſus; vel an, uti in fœdere Suevico, certi judices conſtituti fuerint, aut an qui fœderis ſecuritatem receperint, qui *Guarans* dici ſolent: & tum ex vario tenore fœderis varie procedendum erit. Etſi vero nihil fœdere

re ea de re cautum, tamen ratio juris gentium expedita est. Vel enim inter ipsos Principes, & fœderis capita causa vertitur; & cum alium illi neminem judicem habeant, nullum remedium nisi jus belli supereſt: vel vero privatus e fœderis civibus illud violavit, & causa apud illius, tanquam rei, magistratum, seu Principem agenda, atque ab eo satisfactio flagitanda est. Quod si Princeps ille satisfacere detrectet, jam ejus injuria est: adeoque si alium judicem is non habeat, sola armorum vis supereſt. Eadem ratione, si privatus a Principe fœderato læsus fuerit, delata ad suum magistratum, vel Principem, querela, si ei lædens non satisfaciat; itidem ipsorum Principum ea causa facta, & nullum, nisi armorum auxilium supereſt. Quod si extraneus, qui extra fœdus est, læserit, vel læsus sit; huc non pertinet, sed is jure communi utitur.

Denique, si Principes fœderis habeant superiorem, & judicium superius, uti Status Imperii; nihil impedit, quo minus ordinaria quoque via jus suum læsus ex fœderis formula persequi, & judicio quoque alterum violati fœderis reum peragere possit.

An vero corpori fœderato, cui imperium delatum est, majestas competit? Resp. Ex fœdere majestatem corpori fœderato non tribui, sed singulis, si liberi Principes, vel populi sunt; illi enim quam ante habuere majestatem, retinent, per supra tradita: nova autem conventui ex fœdere non accedit. Neque vero majestas pactis hominum, sed legitima ordinatione summi magistratus, constituitur.

Unde consequens est, quod sola violatione fœderis non committatur crimen majestatis: uti si pars fœderata violat. Verum si fœderatorum civis aliquid contra fœdus fecerit, committit id crimen majestatis non in fœdus, sed in Principem suum, vel magistratum; modo tale quid sit, quod perduellionem infert: scil. si hostili animo in suam Rempublicam, vel Principem fecerit. In cæteris casibus mera erit violatio fœderis, non perduellio. Atque ita si regnum alicui in feudum datum fuerit, utrique, & Domino, & Vasallo, recte Majestas tribuitur; cum utrique regnum, eoque summa potestas competit: alteri jure directi, alteri jure utilis dominii; & in utrumque cives regni crimen majestatis committere possunt. At si Rex Vasallo contra fidelitatem ex fœdere feudali Domino debitam quid delinquat, felonia id est, non perduellio. *Vid. Disput. nostra de imperio in pares* §. 47. *seq.*

His, quæ diximus &c.] „ Nimirum, in„æquali fœdere junctos non desinere esse „ liberos.

Proculus] „ *Leg.* 7. *ff. capit. & postl. „ reverſ.*

Primum si subditi populi] „ His Proculi „ sententia non obstat. Nam subditi illi non „ possunt rei fieri apud eum, in cujus fide est „ populus, vel Rex; sed læsus magistra„ tum subditi adire debet, & eum rogare ut „ lædentem puniat, vel dedat.

Deinde si ipsi populi, aut Reges accusentur] „ Nimirum, feciſſe contra fœdus. At nec hos „ tangit sententia Proculi; sed socius so„ cium jure belli cogere debet, ut stet legi„ bus fœderis. *Vid. n.* 5.

Tertio, si socii, qui in ejusdem populi, aut regis fide sunt, inter se litigent] „ Ne„ que hoc casu is, in cujus fide sunt, judex „ est; quia socii illi sunt summæ potestates, „ quæ superiorem non agnoscunt: adeoque „ inter quos belli jura obtinent, nisi id in „ fœdere dictum sit. Tunc enim verum est, „ civitates fœderatas reas fieri apud Ro„ manos.

„ Non autem inde elicitur, Romanos „ summum in tales civitates habuisse impe„ rium. Rei enim fiunt ex pacto, non vi „ imperii.

Quarto, si subditi conquerantur] „ Tunc „ subditi alium judicem, præter ipsum Prin„ cipem, non habent: adeoque hæ causæ „ non disceptantur apud eum, in cujus fœde„ re est Princeps, vel populus lædens.

Tenetur Rex, aut populus eum, qui nocuit, aut punire, aut ei, cui nocitum est, dedere] „ De quo *vide supra L.* 1. *c.* 3. §. 1. „ *& infra L.* 2. *c.* 21. §. 4. 1. *& L.* 3. „ *c.* 20. §. 41. Nam vi officii subditum com„ pellere tenetur, ut jus suum cuique tri„ buat. Si Rex id omittit, injuria agit, & „ jus belli contra eum obtinet.

Imo etiam inter eos, qui nullo fœdere tenentur] „ Subditi enim injuriam reparare: „ Rex vero eos ad reparationem compellere „ tenetur.

Ut ostendemus alibi] „ *d. l.* 1. *c.* 3. §. 1. „ *& d. l.* 2. *c.* 21. §. 4. *& d. l.* 3. *c.* 20. „ §. 41.

Ut damna resarciantur] „ Unde non tan„ tum sufficit si lædentis magistratus dedere „ velit personam; sed & ejus bona dedere „ debet. Ita Samnites Romanis obtulerunt

„ Brutuli Papii & perſonam, & bona. *Liv.* „ *L.* 8. *c. fin.*

Quod officium Romæ erat recuperatorum] „ Seu reciperatorum, qui inter populum „ Romanum, & civitates peregrinas de re„ bus privatis reddendis, recipiendisque, „ cognoſcebant. *Vid. Torrent. ad Suet. in* „ *Ner. c.* 17.

Feſtum] „ *De verb. ſign. in voce Recipe*„ *ratio.*

At ſociorum alter in ſocii ſubditum jus prehenſionis, aut punitionis directe non habet] „ Adeoque Proculi effatum ad ſubditos ſocii, „ etſi inæqualis, non pertinet.

Aut punitionis, directe non habet] „ Sed „ per indirectum, ſcilicet, per implorationem „ officii judicis ordinarii. Socius igitur punit „ ſocii ſubditum contra fœdus agentem, ope „ magiſtratus.

Docuit, contra jus fœderis vinctum ſe ab Annibale eſſe] „ Annibal non prehendit ſo„ ciorum Campanorum ſubditum Decium „ Magium; ſed poſtulavit a Campanis, ut „ eum dederent; & per decretum Senatus „ deditus fuit: adeoque Annibal in ſubdi„ tum a ſuo magiſtratu deditum animadvertit. „ Hactenus igitur omnia ordine peracta ſunt: „ neque Annibali objicere Magius potuit, „ *ſe contra legem fœderis vinctum fuiſſe;* Se„ natus enim Campanorum conſenſit, & de„ didit. Quo igitur jure Ptolemæus judicium „ ſibi in hac cauſa ſumſerit, & Magium tem„ peſtate in Ægyptum delatum liberaverit, „ *quod contra leges fœderis vinctus eſſet*, divi„ nare haud poſſum. *Vid. Liv. L.* 23. *c.* 7. „ & 10.

5 *Secunda ſpecie*] „ Si ipſi populi, aut Re„ ges accuſantur, qui in fide ſunt alterius.

Jus habet ſocius cogendi ſocium] „ Scil. „ jure belli; nam ſuperiorem alium, qui „ jus inter eos diceret, non habent.

Atque etiam puniendi] „ I. e. talionem „ ob injuriam illatam ab eo exigendi.

Sed hoc quoque inæquali fœderi proprium non eſt] „ Uti igitur in prima ſpecie non di„ ſtinguitur inter fœdere æquali, & inæquali „ junctos: ita nec hic.

Idem enim etiam locum habet in fœdere æquali] „ Nimirum, quod ſocius jus habeat „ cogendi ſocium æquali fœdere junctum, „ ut ſtet legibus fœderis: aut eum puniendi, „ ſi non ſteterit.

Nam ut quis ultionem ſumat ab eo, qui peccavit] „ Unumquemque enim privata aucto„ ritate injuriam vindicare poſſe, natura lici„ tum eſſe, paſſim tradit. *Vide proleg.* §. 41. „ *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 7. & *c.* 2. §. 5. „ *c.* 8. §. 1. §. 17. §. 21. *n.* 5. *c.* 4. §. 2. „ §. 3. *l.* 2. *c.* 7. §. 2. *c.* 18. §. 1. *ſeq.* „ *c.* 20. §. 1. *ſeq.* §. 40.

Satis eſt, ut ipſe ei, qui peccavit, ſubditus non ſit] „ Auctor enim fingit, Principes „ ab illa licentia privata, & naturali punien„ di exemtos eſſe jure gentium. *Vid. cap.* „ *ſeq.* 4. §. 1. & 2. At ibidem demonſtra„ bimus, ſubditum nec naturali jure vim „ inferre Principi, ob injuriam privatam, „ poſſe.

Quod alibi a nobis tractabitur] „ *d. c.* 4. „ §. 2. & *d. c.* 20. §. 3.

Quare etiam inter Reges, aut populos non fœderatos idem uſu venit] „ Ut ſcil. jure belli „ talio, ſeu reparatio injuriæ ab iis exigi „ poſſit.

Tertia ſpecie] „ Si ſocii, qui in ejusdem 6 „ populi, aut Regis fide ſunt, inter ſe li„ tigent.

Sicut in fœdere æquali ſolent controverſiæ deferri ad conventum ſociorum] „ Imo nec in „ æqualis, nec inæqualis fœderis ſociis, „ controverſiæ inter ſocios ortæ ad conven„ tum ſociorum pertinent: niſi id in ſpecie „ lege fœderis dictum ſit. Unde Senatus Ro„ manus teſtatur apud *Polyb. Excerpt.* 105. „ *judicium ſibi in fœderatos reos non compe*„ *tere &c.*

Ut Græcos] „ Apud Concilium Amphy„ ctionum *Juſt.* 8. 1. Sed legibus fœderis „ ita erat ſtatutum. *Vide ſupra* §. 17. *n.* 2. „ E contrario Achæi graviter tulere, quod „ eorum Prætores Romam diſceptandi cauſa „ miſſi fuerint. *Pauſanias L.* 7. *p.* 382.

Latinos veteres] „ Vid. *Liv. L.* 1. *c.* 2. „ *Add. infr.* §. 21. *n.* 10.

Et Germanos olim feciſſe, legimus] „ *Tac.* „ *de mor. Germ. c.* 12. *Cæſ. de bell. gall.* „ *L.* 6. *c.* 5.

Aut alioqui ad arbitros] „ Si ſcil. partes „ in id conſentiant; inviti enim non tenen„ tur. *Vid. infra L.* 3. *c.* 20. §. 46. *ſeq.* „ & *L.* 2. *c.* 23. §. 8.

Aut etiam ad Principem fœderis] „ Exem„ pla allegavimus *ſupra* §. 18. Ita in fœdere „ Suevico tres judices conſtituti fuere. *Vide* „ *ſupra* §. 16.

Ita in fœdere inæquali plerumque convenire ſolet] „ At ſuperior ille tum jus non dicit vi „ ſummæ poteſtatis, ſed ex conſenſu par„ tium, & vi pacti.

Quare ne hoc quidem oſtendit imperii poteſtatem]

„ *ſtatem*] „ Quia, uti dictum eſt, non ut ſu-
„ perior, nec vi poteſtatis ſummæ: ſed ex
„ conſenſu, & pacto partium, jus dicit.

Nam & reges apud judices a ſe conſtitutos judicio contendere ſolent] „ Princeps le-
„ gibus a ſe latis non obligatur, quia ſupe-
„ rior ſibi ipſi non eſt: leges autem non
„ niſi a ſuperiore feruntur in inferiorem;
„ ſed pii Principes, ut aliis exemplo ſint,
„ juxta illas leges vivere ſolent. Hinc Im-
„ peratores teſtantur, ſe, etſi legibus ſoluti
„ ſint, tamen legibus vivere. *L.* 31. *ff. de*
„ *Leg.* Unde dignam eſſe imperantis vocem,
„ legibus ſe alligatum profiteri, ait Theo-
„ doſius in *L.* 4. *C. de legib.*

In poſtrema ſpecie] „ Si ſubditi conque-
7 „ rantur de injuriis eorum, quorum ſunt in
„ ditione. Exemplum vide *infra c.* 4. §.

Jus cognoſcendi nullum eſt ſociis] „ Quia
„ ſocii imperium nec in ſocium, nec in ejus
„ ſubditos habent.

Et hoc eſt, in quo Ariſtoteles ait, ſocietatem a civitate differre] „ Ariſtoteles *Pol.* 3.
„ 9. ait, plures civitates, quæ ſocietatem
„ ineunt, ſive ad bellum gerendum, ſive
„ propter commercia &c. non conſtituere
„ una civitatem: tum quia communem ma-
„ giſtratum non habent: tum quia ſocietas
„ illa ſingulorum curam non habet, & nec
„ pœnas, nec præmia civibus ſociæ civitatis
„ ſtatuit.

8 *Solet & aliud objici*] „ Auctor recte re-
„ ſpondet, imperium non tantum oriri ex
„ ſubjectione, ſed etiam ex pacto & con-
„ ſenſu: adeoque ſuperiorem dici poſſe etiam
„ illum, qui ex pacto talis eſt. *Vid. ſupra*
„ §. 18. Talis igitur diſpoſitio imperantis
„ ſummam poteſtatem non minuit: modo
„ non transferat ipſum jus imperii, vel tale
„ aliquid, quod ad ejus eſſentiam requiritur.
„ *Vide B. P. jus publ. c.* 21. §. 6. & 7.

In rebus communibus] „ I. e. quæ ad uti-
„ litatem utriusque ſocii communem ſpe-
„ ctant.

Extra tempus conventus] „ In ipſo con-
„ ventu enim dubium non eſt quin imperet
„ ſociis ex pacto.

Etiam ubi fœdus æquale eſt] „ Ubi primus
„ in ordine imperat ex conſenſu.

Apud Thucydidem] „ *de bell. Pelop. l.* 1.
„ *p. m.* 63.

Iſocrates] „ In Panegyrico, cui elaborando
„ decem, vel ut alii ajunt, quindecim an-
„ nos impendit. *Teſm. b.*

Τάττειν] „ I. e. ordinare, conſtituere.

Ordinarunt] „ Improbat hanc Auctoris
„ verſionem *Gron. h.* putatque ibi intelli-
„ gendum eſſe per vocem ἔταξαν, *juſſerunt,*
„ *imperarunt;* ſed revera idem eſt: nam juſ-
„ ſus, & imperium, quando ex pacto oriun-
„ tur, & fœdere, recte molliori voce, *or-*
„ *dinationes* dicuntur.

Non mirum eſt ſi in fœdere inæquali idem facit] „ Sed hoc itidem dependet ex diſpo-
„ ſitione contrahentium.

Ἡγεμονία] „ Quæ vox eſt ab ἡγέομαι, du-
„ co, dux ſum.

Libertatem aliorum non tollit] „ Quia il-
„ lud imperium non ex ſubjectione oritur,
„ ſed ex fœdere, adeoque ex pacto.

Narrat Diodorus] „ *L.* 15. *p. m.* 456. ibi:
„ *Populus autem communionem ſociorum om-*
„ *nium comitiis celebrandis locum conſtitue-*
„ *runt, & ſingulis civitatibus aſſeſſores deſ-*
„ *gnaverunt: communi vero ſententia decre-*
„ *tum eſt, ut locus is, in quo conſiliarii con-*
„ *venirent, Athenis eſſet. Ex æquo tamen*
„ *cuilibet civitati, ſive magnæ, ſive parvæ,*
„ *ſuffragium ſuum liberum eſſe debere: præ-*
„ *terea omnes civitates ſuis quidem legibus*
„ *vivere; ſe tamen tanquam ad caput ad*
„ *Athenienſes referre debere.*

Quo tempore ductu belli omiſſo] „ Nam vi-
„ ctis Athenienſibus Philippus reddidit liber-
„ tatem civitati: at ipſi Athenienſes belli du-
„ ctum, una cum reliquis Græciæ civitati-
„ bus, Philippo commiſerunt. *Vid. ſupplem.*
„ *Freinsh. ad Curt. L.* 1. *c.* 8.

Quæ ad propriam utilitatem ſpectant &c.] 9
„ Scilicet ejus, qui ſuperior eſt in fœdere.
„ *n. præced.*

Sicut regum preces imperia eſſe dicuntur]
„ Adeoque poſtulatis annuunt, non quia eis
„ deferre tenentur, ſed quia negare non au-
„ dent. Cæterum ſubditi non annuunt peti-
„ tis vi imperii, ſed ex conſenſu.

Et ægroti imperare medicis] „ Cum enim
„ ſervilis eſſent conditionis plerique Medici,
„ non rogabantur, ſed jubebantur ab ægro-
„ tis ad ſe accedere. *Vid. Sen. 6. benef.* 16.
„ *L.* 26. *ff. oper. lib.* & *Teſm. h.* At hoc im-
„ perium improprie dicitur, quia in arbitrio
„ ſervorum erat venire, vel non venire.

Ante hunc conſulem nemo unquam ſociis
„ *in ulla re oneri, aut ſumtui fuit*] „ Ro-
„ manorum mos antiquitus fuit, ſuis ſum-
„ tibus aſſiſtere ſociis: quod generoſitatis
„ erat, non juris. Nam Auctor infra *l.* 2. *c.*
„ 16. §. 12. *in fin.* probat, auxilia promiſſa
„ deberi impendiis auxilia petentis.

Ne quid tale imperarent ſociis] „ I. e. ne „ videantur vi imperii aliquid ab eis exi- „ gere.

10 *Interim verum eſt accidere, &c.*] Nos de imperio quærimus, quod jure gentium ex fœdere, & propria diſpoſitione, adeoque ex pacto, uni defertur: non de eo, quod vi, & fraude acquiritur.

Et cum jure præſidia inducendi] „ Equi- „ dem jus præſidii, quod ex pacto, & fœ- „ dere eſt, non infert imperium (ita enim „ hodieque Belgæ præſidia in civitatibus Bra- „ bantiæ habent); at occaſionem dare po- „ teſt, ut jus hoc præſidii ad opprimendos „ ſocios adhibeant.

Cum a ſociis ad ſe provocari paſſi ſunt] „ Gronovius notat hic, Romanos quidem vi- „ cto Perſeo ſocios ad ſe evocaſſe, *Liv. L.* „ 45. *c.* 31. *Pauſan. L.* 7. *p.* 417. at de A- „ thenienſibus id nullibi dici. Contrarium „ autem apparet ex exemplo Themiſtoclis, „ qui exſtructis Athenis muris, diſertis ver- „ bis Lacedæmoniis propoſuit: *Quod ſi illuc* „ (Athenas) *velint Lacedæmones, ſociive le-* „ *gationem mittere, miſſuros in poſterum tan-* „ *quam ad eos, qui dignoſcant quæ ſibi con-* „ *ducant, quæque è republica ſint. Thucyd.* „ *L.* 1. *f.* 37. *n.* 20.

Iſocrates] „ In Panegyri ante allegata. At „ bene notandum eſt, Iſocratem imperium „ in ſocios non ideo comparaſſe regno, quod „ ſocios ad ſe evocarent: ſed quod magni- „ tudine rerum geſtarum elati ſocios indi- „ gne haberent. Conf. *Juſt. L.* 5. *c.* 1. & „ *c.* 3. Apud *Thucydidem l.* 1. *f.* 27. *n.* 40. „ legati Corinthiorum exprobrabant Athe- „ nienſibus, quod privarent libertate non „ modo ſocios ſuos, ſed & ſocios Corin- „ thiorum.

Sic Latini querebantur] „ Apud *Liv. l.* „ 8. *c.* 4.; nam Latinos veteres ſocios impe- „ rii aſſumtos fuiſſe, ex *Liv. l.* 1, *c.* 1. ap- „ paret.

Sic Theſſalos in ſpeciem fuiſſe liberos, ſed revera ſub imperio Macedonum] „ Philippus „ enim eos, quod exercitui ſuo robur Theſ- „ ſalorum equitum adjungere geſtiebat, im- „ proviſus expugnavit. *Juſt. L.* 7. *c.* 6.

11 *Ut potentia in jus tranſeat*] „ Mens Au- „ ctoris eſt, imperium, quod ex pacto eſt, „ & fœdere, mutari ſæpius in verum impe- „ rium, ob potentiam ejus, qui fœdere ſu- „ perior eſt; aliquando autem hoc ipſum „ imperium legitimum fieri, ſi ſocii conſen- „ tiunt, ſaltem tacite.

Qua de re alibi] „ *Vide L.* 2. *c.* 4. §. „ 14. *n.* 1.

Aut qui ſocii fuerunt, fiunt ſubditi], I. „ e. qui antea ex lege fœderis parebant, „ jam parent ex lege ſubjectionis.

Aut certe partitio] „ I. e. fit ſtatus mix- „ tus: qualem non agnoſcimus.

Qualem accidere poſſe, ſupra diximus] „ Sci- „ licet §. *XVII*, ubi de partitione imperii „ egimus, ſimulque probavimus ſtatum mix- „ tum non dari.

Ad §. XXII.

Qui *vero certum quid penſitant*] Quæritur, an regna cenſitica ſummo imperio gaudeant? Recte hoc affirmat Auctor, quia cenſum ſolvunt ex fœdere, & pacto, non ex ſubjectione. Ita enim ipſa Roma Gothis tributaria fuit. Aliud vero eſt, ſi præter cenſum ipſum jus imperii, vel tale aliquid, quod ad imperii ſubſtantiam pertinet, in alium confertur; tunc enim deſinit eſſe regnum liberum. *Vide diſp. noſtram de Juſt. & jure regn. Portug. p.* 61.

Aut ad redimendas injurias] „ Exempla „ vide apud *Polyb.* 1. *hiſt. in fin. Juſtin.* 24. „ *c.* 4. & 5. *L.* 25. *c.* 1. *Herodian. L.* 1. *c.* „ 6. & *L.* 8. *c.* 7. Ita hodieque Belgæ, An- „ gli, Gallique, cenſum præſtant Algirorum „ prædonibus, ne commercia eorum tur- „ bent.

Aut ad tutelam comparandam] „ Ne au- „ xilium eis ferrent.

Quales Hebræorum reges] „ Statum He- „ bræorum poſt captivitatis tempora curate „ examinavit B. Parens in tractatu de *Au-* „ *tonomia Jur. gent. c.* 17. Adde ea, quæ „ dicemus infra *c.* 4. §. 7. *n.* 4.

Et vicinarum gentium] „ Antonius enim „ non tantum Hebræorum Reges tributarios „ fecit, ſed etiam vicinos Reges Armeniæ „ &c. *Joſeph. antiq. l.* 14. *c.* 22. *l.* 15. *c.* 5. „ Et tributa regnorum devictorum dono de- „ dit Cleopatræ: *d. c.* 5. Conf. *Lindenbrog.* „ *ad Ammian. L.* 25. *p.* 154.

Ut Appianus loquitur] „ *Duntaxat ut cer-* „ *tum tributum penderent. de bell. civ. l.* 5. „ *p. m.* 715.

Quo minus ſummum imperium habere poſ- ſint] „ Quia cenſus non præſtatur jure ſub- „ jectionis, ſed ex pacto.

Quanquam infirmitatis confeſſio] Hinc adeo „ odioſum, & invidioſum eſt nomen regni „ vectigalis, ſeu tributarii.

Ad

Ad §. XXIII.

1 Quæstio *de nexu feudali*] Regna feudalia non videntur habere summum imperium, tum quia Vasallus non tantum reverentiam, sed & fidelitatem, imo servitia militaria pro beneficio præstare tenetur: tum quia domino competit jurisdictio feudalis in Vasallum, atque ideo imperium, quod jurisdictioni cohæret. *L. fin. ff. de offic. ej. cui mand.* Resp. Vasallus ideo non fit subditus: nec dominus, etsi vi jurisdictionis suæ feudalis judicium quasi ordinarium in Vasallos exerceat, quod dicitur *das Lehn-oder Mannen-Gericht*, & curiæ ejus feudali jurisdictio cohæret, 1. *F.* 10. 2. *F.* 15. 16. 20. 34. 55. §. *f. & sim.*, est Vasalli magistratus; quia Vasallus ea non ex jure subjectionis, sed ex contractu feudali præstat: neque beneficii, quale feudum est, concessio subditum facit. *Carpz. L.* 4. §. 70. *n.* 24. Equidem feuda dari possunt etiam subditis; sed tum illi non ex hoc negotio feudali fiunt subditi, sed jam ante fuere. Serenissimis equidem Principibus Electoribus singulare in Vasallos suos privilegium tribui solet ex *A. B. tit.* 11. *in pr.* de quo agendi locus jam non est. *Vid. Rummel. ad A. B. part.* 2. *diss.* 1. *& seqq.* aliosque interpretes *ad d. t.* 11. Unde appareret, quam inter absurda plurima, quæ reperiuntur in *Clem.* 2. *de sent. & re judic.* id quoque absurdissimum sit, quod, cum Papa usurpando regnum Siciliæ, illud Regi Siciliæ in feudum det, tamen eum Regem non modo Vasallum, sed & subditum suum esse contendit; contra vero Imperatori Henrico VII., qui regnum illud imperio vindicare volebat, omnem superioritatem negat, ejusque citationem infirmare, quo nihil arrogantius, haud erubescit: cum tamen ab imperio quoque Regem terras aliquas jure feudi habuisse, concedat. Igitur ex *d. Clem.* quoque confirmatur, Vasallum ex solo Vasallagio non fieri subditum; & tamen domini in eum aliquod esse imperium, & jurisdictionem. *Vid. disp. de imper. in pares* §. 37. *seq.*

Additio.

„ Originem horum regnorum feudalium „ deduxit B. Parens *in tractatu de Autonomia Jur. Gent. c.* 19. *ubi* §. 2. *usque ad* „ §. 8. *ita rem explicat.*

Demonstrata jam differentia civitatis mediatæ, & immediatæ, quæ ab Autonomia, & juris gentium est; aliud occurrit, & alterius generis, ac sententiæ discrimen: subjectionis mediatæ, & immediatæ, quod juris civilis, seu ut vocant, positivi, & ab instituto maxime populi Francorum, & Germanorum est, qua imperio Romano-Germanico quidam immediate dicuntur subjecti, quidam autem mediate. Hanc solam illi, qui discrimen nostrum in dubium traxere, ob oculos habuerunt, & cum nostra illa, quam plane ignorasse videntur, miscuerunt, quæ proinde distinctio cum primis adhuc ab omni ambiguitate sua vindicanda est. Equidem, ratione naturali inspecta, non datur subjectio mediata: sed omnis anima summæ potestati, uti ante divisionem civitatum, ita postea in singulis immediate subjecta est; ut supra c. 9. §. 4. & seqq. *jam assertum vimus, & ipsæ sacræ literæ gravissimis, & severis perquam præceptis suffragantur*, Rom. XIII. v. 1. & seqq. Tit. III. v. 1. & 1. Pet. II. v. 13. 14. *Etsi enim omnis Magistratus, qui cum summa potestate est, eam per administros, seu officiales exerceat (nec aliter sufficeret tanto oneri*, vide infra §. 11.); *hi tamen omnia agunt non suo, sed unice summi Magistratus, a quo præfecti sunt, jure, ac auspiciis: neque aliam potestatem suo nomine habent, sed mera sunt ministeria, & instrumenta primarii agentis, per quæ hic ipse agit; quæ & ratio est istius Apostoli* d. v. 14. *Non magis igitur Regis potestas, quæ per ministros, vel officia in subjectos exercetur, mediata videri potest, quam si ipse manu sua, aliove instrumento quid agat; quia actio non est instrumenti, sed causæ; nec illud agit, sed movetur: atque adeo non potest ministrorum potestas media videri inter Regem, & subjectos, quæ nulla ipsorum est, sed tota Regis, vel summi Magistratus. Ita ergo apud Romanos, & in jure communi, omnes illæ Præfecturæ Provinciarum, & militiæ, mera fuere nomina officiorum; potestas ipsa autem populi Romani: quemadmodum & sub Merovingis, & Carolingis nomina Ducum, Comitum &c. Quæ omnia in confesso sunt, & cum certissimæ rationis, tum certissimi juris. Verum specialiter apud populos Germaniæ primis, ut ego quidem arbitror, auctoribus Francis Germanis* (Hypomn. jur. feud. tit. 1. §. 5.) *una cum usu feudorum introductum est genus quoddam potestatis propriæ, quæ Vasalli, & intermedia est inter Regem, & subjectos. Ex eo enim manavit duplex illud potestatis, ac territorii dominium: directum,*

quod

quod ſuperior Dominus retinet: & utile, quod Vaſallus acquirit in terram feudalem, ejusque ſubditos, 2. F. 8. §. Rei autem *verb.* ut tanquam dominus 1. F. 45. *voc.* proprietatem. *Hi ergo ſubditi Vaſallo immediate, at ſuperiori Domino mediate ſubjecti ſunt: idque non modo cum vaſallus quoque eſt ſubditus Domini directi; ſed & cum extraneus eſt, & ſolo nexu feudali domino devinctus: quia Vaſallus, ut talis, ſubditus non eſt.* Dn. Struv. Synt. J. F. c. 8. theſ. 6. in fin., & c. 14. theſ 2. n. 2. *Etſi autem verum ſit, quod Vaſallus, qua talis, non ſit ſubditus*, Dn. Struv. d. l.: *item quod Vaſalli mei Vaſallus non ſit meus Vaſallus*, Curt. Jun. de feud. part. 4. n. 88. Andr. Kohl. tract. de ſubfeud. c. 4. n. 3. & ſeqq.; *id tamen non impedit, quo minus terra cum jurisdictione alteri non ſubdito, ſed extraneo, in feudum data, dominus directum dominium, & terræ, & jurisdictionis, quam habuit jure directo, in cives ejus terræ retineat. Manent ergo cives iſti domino directo, ejusque prædictæ jurisdictioni, etſi alteri Vaſallo extraneo in feudum datæ, mediate ſubjecti; at Vaſalli iſtius Vaſalli non fiunt Vaſalli Domini directi, quia nec fidelitatem ei jurarunt, nec ab eo de feudo inveſtiti ſunt: quamvis domino honorem debeant, nec eum offendere poſſint, quin & mediate ei ſervitia præſtent.* Dn. Struv. in tract. cap. 12. theſ. 12. n. 3. Kohl. tot. tract. de ſubfeud. *Ab hac ergo feudorum origine nata eſt illa ſpecies poteſtatis, quæ etſi ſummæ ſubjecta ſit, tamen jure proprio, non meri officii miniſterio ita competit, ut cives ſui eidem immediate, domino directo autem mediate ſubjiciantur. Quod genus poteſtatis deinde paulatim latius ſerpſit, atque alio modo, ac ſenſu, in allodia quoque irrepſit; nam & illi, quibus Comitatus, Baroniæ, aliaque officiorum, & judiciorum nomina, ac terræ in adminiſtrationem conceſſa olim fuere, quin & civitates, ſenſim ad exemplum, & imitationem feudorum, jura regalia, quæ imperii erant, ſibi jure quodam proprio adſeruerunt.* Vid. Diſput. noſtra de imperio in pares §. 37. §. 38. §. 39. & Prudentia Jur. publ. c. 15. §. 6. & 43. *Conf.* Prodrom. jur. gent. Exerc. 2. §. 102. ſeq.

De nexu feudali] „ Seu de regnis, quæ „ Vaſallis dantur ea lege, ut domino directo „ fidelitatem jurent, & ſervitia præſtent.

Sed quæ ex ante dictis facile ſolvi poteſt] „ Principium enim perpetuum eſt, quod imperium non deſinat, quoties aliquid alii „ præſtatur ex pacto.

Qui proprius eſt Germanicarum gentium] „ Varias de origine feudorum ſententias collegit B. Par. *in Hypomn. jur. feud. tit.* 1. §. 6. *ſeq.*

Niſi ubi Germani ſedes poſuerunt] „ Etſi enim apud alias gentes ſimile tale negotium inveniatur; tamen illa diſtinctio, inter dominium directum, & utile, non niſi ex Francorum moribus originem duxit. *B. Par. d. hyp.* §. 3.

Obligatio perſonalis eadem eſt] „ Verum eſt, quod eadem ſit obligatio perſonæ, ſive imperium, ſive res privata in feudum detur. Utraque enim ex conſenſu oritur, non ex imperio.

Sicut privato non erat demtura jus libertatis perſonalis] „ Vaſallus enim non tantum non ſubjicitur alieno dominio, ſed nec fit ſubditus.

Ita nec regi, aut populo jus demit ſummi imperii] „ I. e. libertatem publicam de jure ſuo ſtatuendi; quia Rex ille fidelitatem præſtat, non vi ſubjectionis, ſed ex conſenſu.

Quæ libertas eſt civilis] „ De qua late egimus *ſupra* §. *XII.*

In feudis liberis, quæ franca vocant] „ De quibus vide *B. Par. Hyp. jur. feud. tit.* 3. §. 47. ubi ait, in feudis francis regulariter, ſolam obligationem ad ſervitia, non etiam fidelitatem, & ne contra dominum quid fiat, remiſſam videri. *Add. 2. feud.* 104.

Quæ nullo jure in rem] „ Imo in feudis francis æque domino competit dominium directum; cujus effectus eſt, ut exſtincta familia Vaſalli, vel felonia in dominum directum commiſſa, feudum cum dominio directo conſolidari poſſit. *B. Par. d. l. Vid. n. ſeq.*

Hæc enim nihil aliud ſunt, quam ſpecies fœderis inæqualis] „ Verum eſt jure naturæ ex feudis, uti ex omni inæquali fœdere, non niſi obligationem perſonæ oriri. At in feudis, etiam francis, jure Francorum ſpecialiter ſtatutum eſt, ut Vaſallus, qui ex domini directi beneficio feudum tenet, jus in ipſa re conſequatur, & vi hujus juris in re fidelitatem præſtare teneatur.

Pone, etiam adverſus omnes promiſſam operam] „ Ita ut nemo excipiatur. Hinc Vaſallus ligius eſſe non poteſt, niſi is, qui nec dominum ſuperiorem, nec antiquiorem

„rem habet. Sane, unus nemo duorum ligius es- „ esse potest. *Schœnb. Disp. I. 52. & II. 8. seq.* „ *Obrecht. Disp. 2. th. 136. & seq. Gron. h.* „ Equidem Dd. juris feudalis existimant, „ Principem superiorem, dominum antiquio- „ rem, & Imperatorem, semper, & ipso ju- „ re excipi. *B. Par. hyp. jur. feud. tit. 3. §.* „ 11. At si Vasallus superiorem, vel anti- „ quiorem dominum habet; per rei naturam „ Vasallus ligius alterius esse nequit: utpote „ qui contra omnes, nemine excepto, ser- „ vitia præstare tenetur. Tale feudum Li- „ gium olim fuit Ducatus Silesiæ: ejusque „ Duces servitia militaria præstare teneban- „ tur Regibus Bohemiæ contra omnes.

Feudum ligium] Feudum ligium a ligando dicitur, quia hi Vasalli magis, ac reliqui, ligantur, qui fidelitatem quidem, ac servitia præstant: at semper, tacite saltem, excipiunt superiorem, & antiquiorem dominum, & imperatorem. *d. Hyp. §. 11.*

Nam ea vox latius patebat] Diximus, servitia, & fidelitatem hic præstari contra omnes, nemine excepto. *2. f. 52. §. satis. 2. f. 99. Clem. fin. de re jud.* secus, ac in aliis feudis.

Nihil de jure summi imperii in subditos detrahit] „ Vasallus enim ligius servitia de- „ bet ex pacto, non vi imperii.

Semper inesse tacitam conditionem] „ Immo „ auxilio in genere promisso, illud semper „ debetur, quoties is, cui promittitur, bello „ petitur. Vasalli enim Ligii non sunt judi- „ ces: adeoque nec arbitrium, an causa ju- „ sta sit, an non, sibi arrogare possunt.

De qua agendum erit alibi] „ *Vide L. 2.* „ *c. 15. §. 13. & c. 25. §. 4.*; ubi plenius „ refutabimus sententiam Auctoris.

3 *Ut ipsum imperandi jus*] „ Talia feuda „ sunt regna Siciliæ, & Neapolis. *B. Par.* „ *jus publ. c. 6. §. 21. & 22.*: Bohemiæ, ac „ olim Hungariæ, & Poloniæ. *ibid. c. 7. §. 5.*

Aut familia exstincta] „ Feuda enim cer- „ tæ familiæ collata, ea exstincta, redeunt „ ad conferentem, quia tunc cessat dispositio. *Vide infra l. 2. c. 9. §. 2.*

Aut etiam ob certa crimina] „ Tunc enim „ feloniam committit Vasallus, i. e. contra „ fidelitatem promissam peccat: adeoque vin- „ culum, quod fuit inter vasallum, & domi- „ num directum, hoc ipso tollitur. Quæ au- „ tem sint illa crimina, vide *apud B. Par. in* „ *hyp. jur. feud. tit. XI. §. 4. & seq.*

Sed interim summum esse non definit] „ Quia „ fidelitas illa vi pacti, non ex jure imperii, „ præstatur.

Aliud enim est res, aliud habendi modus] „ Sensus est, quod imperium non ex potesta- „ te agendi dijudicari debeat, sed ex causa, „ titulo, & jure; ita enim rem, i. e. jus in „ rem, summo jure quis habere potest, etsi „ agendi potestas restricta sit: & e contrario, „ jus plane non habere potest in rem, & ta- „ men omnia agere sine exceptione.

Ut sæpe diximus] „ *Supra §. 11. & 12.*, „ *& L. 2. c. 3. §. 6.*

Quod de Paphlagonia] „ Atque huc perti- „ nent innumera regna ante allegata, scil. „ Bohemiæ, Neapolis, Siciliæ &c.

Ad §. XXIV.

Jus *ab usu juris*] Equidem sunt nonnulli, qui nullam esse differentiam inter jus, & ejus exercitium, admittunt: & jus imperii ab ipsa administratione dependere, contendunt; quos in fine *Cap. seq.* refutabimus.

Auctor hanc distinctionem probat exemplo furiosi & infantum, quibus omnino jus imperii ex dispositione populi competit; at exercitium ejus non habent, quia intellectus, adeoque facultas moralis administrandi deficit. Unde succedit officium curatorum, de quo supra exemplum §. *XIV.* attulimus.

Sive actus primus ab actu secundo] „ Ille „ jus imperii dicitur: hic exercitium ejus, „ seu administratio.

Sicut rex infans jus habet] „ Toti enim „ familiæ, adeoque & furiosis, & infantibus „ delatum est. *Vid. L. 3. c. 20. §. 3. n. 1.*

Sic & furiosus] „ Ex eadem ratione. *Vid.* „ *L. 3. c. 20. §. 3. n. 1.*

Captivus] „ Non enim magis hic jus amittit, „ quam absens. *Vid. L. 3. c. 20. §. 3.* At ad- „ ministrare non potest: *ibid.* Unde nec pa- „ cem facit: *ibid.* Conf. *Disp. L. B. de Dan-* „ *kelman de Rege captivo.*

Et qui in alieno territorio ita vivit] „ Uti „ olim Reges in expeditione sancta absentes: „ Carolus V. in Africa bellum gerens &c. Exem- „ pla Regum Galliæ vide apud *La Force Nou-* „ *velle description de la France p. 1. c. 16.* „ *p. 202.*

Omnibus enim his casibus curatores dandi sunt] Qui autem ex naturæ ratione præfe- „ rantur, vidimus *supra §. XV.* scil. agnati; „ non vero populus, nedum mater.

Demetrius], Tesmarus in not. *b.* simile „ fere exemplum refert in Francisco I. ab „ Hispanis capto. *Vid. Guicerard. Hist. 16.*

CAPUT IV.

De bello ſubditorum in ſuperiores.

I. *Status quæſtionis.*
II. *Bellum in ſuperiores, qua tales, ordinarie licitum non eſſe jure naturæ.*
III. *Nec conceſſum lege Hebræa.*
IV. *Minus etiam lege Euangelica: quod probatur ex ſacris literis.*
V. *Et factis Chriſtianorum veterum.*
VI. *Refellitur ſententia ſtatuens inferioribus magiſtratibus licitum eſſe bellum adverſus ſummam poteſtatem: idque rationibus, & ſacris literis.*
VII. *Quid ſentiendum, ſi ſumma, & alioqui inevitabilis ſit neceſſitas?*
VIII. *Jus belli dari poſſe in principem populi liberi.*
IX. *In regem, qui imperium abdicaverit.*
X. *In regem, qui regnum alienet, ad impediendam traditionem tantum.*
XI. *In regem, qui manifeſte totius populi hoſtem ſe ferat.*
XII. *In regem poſt amiſſum regnum ex lege commiſſoria.*
XIII. *In regem, qui partem duntaxat imperii habeat, pro ea parte, quæ ipſius non ſit.*
XIV. *Si reſiſtendi libertas certis caſibus reſervata ſit.*
XV. *Invaſori alieni imperii quatenus parendum.*
XVI. *Invaſori alieni imperii vi reſiſti poſſe ex jure belli manentis.*
XVII. *Ex lege antecedente.*
XVIII. *Ex mandato jus imperandi habentis.*
XIX. *Cur extra hos caſus id non liceat.*
XX. *In controverſo jure privatos ſibi judicium ſumere non debere.*

+ I. 1. BEllum + gerere poſſunt & privati in privatos, + ut viator in latronem; + & ſummum imperium habentes in eos, qui itidem id habent, + ut David in regem Ammonitarum; + & privati in eos, qui [1] imperio ſummo, + at non in ſe, utuntur, + ut Abrahamus + in regem [2] Babyloniæ, + & vicinos; + & qui ſummum imperium habent in privatos, + aut ſibi ſubditos, + ut David [3] in partem Isboſethi: + aut non ſubditos, ut Romani in piratas.

2. + Tantum illud quæritur, an aut privatis, + aut publicis perſonis bellum gerere liceat in eos, quorum imperio [4] ſive ſummo, ſive [5] + minori ſubſunt? Ac primum id minime controverſum eſt, + arma ſumi poſſe [6] in

GRONOVII.

1 *Imperio ſummo, at non*] In populos ſuæ ditionis; non iſtos privatos, quibuscum nunc fingimus eos bellare.

2 *Babyloniæ*] *Gen.* XIV. 1. שנער Σενναάρ, quo vocabulo dicta eſt regio, quæ poſt Babylonia. *Geneſ.* X, 10. LXX. *Daniel.* I, 2.

3 *In partem*] Adverſus eos, qui auctoritatem Isboſeth ſecuti, regnum volebant retinere in domo, & poſteris Sauli. 2. Sam. III, 7.

4 *Sive ſummo*] Ut in regem.

5 *Minori*] Ut in præfectum regium.

6 *In inferiores*] Subjectos eidem imperio ab illis, quibus provincia, vel curatio cum jure armorum adverſus obſiſtentes mandata eſt.

GRO-

in inferiores + ab iis, qui ſummæ poteſtatis auctoritate armantur : + qualis fuit Nehemias armatus edicto Artaxerxis adverſus vicinos regulos. + Sic 7 metatores expellendi domino prædii licentiam [a] Imperatores Romani concedunt. + Verum adverſus ſummam poteſtatem + aut 8 inferiores, ſed agentes quod agunt ſummæ poteſtatis auctoritate, quid liceat quæritur.

[a] *L. devotum. C. de Metatoribus. lib.* XII. *leg.* 5.

3. + Illud quidem apud omnes bonos extra controverſiam eſt, ſi quid imperent naturali juri, aut divinis præceptis contrarium, + non eſſe faciendum, quod jubent. + Nam Apoſtoli cum dixerunt, Deo magis, quam hominibus obediendum, + ad certiſſimam 9 provocarunt regulam, omnium inſcriptam mentibus, quam totidem ferme verbis expreſſam apud + Platonem [b] reperias : at 10 ſi qua + ex tali cauſa, + aut alioqui quia ſummum imperium habenti ita libet, injuria nobis inferatur, + ea toleranda eſt potius, quam vi reſiſtendum.

[b] *Apol. Socratis*, p. 29. D Tom. I. *Ed. Steph.*

+ II. 1. + Et naturaliter quidem omnes ad arcendam a ſe injuriam jus habent reſiſtendi, ut + ſupra diximus. + Sed civili ſocietate ad tuendam publicam tranquillitatem inſtituta, + ſtatim civitati 11 jus quoddam majus in nos, & noſtra naſcitur, quatenus ad finem illum id neceſſarium eſt. + Poteſt igitur civitas jus illud reſiſtendi promiſcuum 12 publicæ pacis, & 13 ordinis cauſa prohibere : + Et quin voluerit, dubitandum non eſt ; + cum aliter non poſſet 14 finem ſuum conſequi. (aa) Nam ſi maneat promiſcuum illud reſiſtendi jus, + non jam civitas erit, ſed 15 diſſociata multitudo, + qualis illa [c] Cyclopum :

[c] *Hom. Odyſſ.* I. IX. *verſ.* 114.

——— Θεμιςεύει δ' ἕκας@·
Παίδων ἠδ' ἀλόχων ———

——— *Dant conjugibus jus*
Quiſque ſuis, ſobolique. ———

[d] Νομάδες· ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.

[d] *Eurip. Cyclope*, verſ. 120.

[a] *Confuſa turba, nemo ubi audit neminem.*

+ Et

GROTII.

a *Confuſa turba, nemo ubi audit neminem*] De Bebryciis ſimilia prodidit *Valerius* : (*Argon.* IV, 102.)

——— *non fœdera legum*
Ulla colunt, placidæ, aut jura tenentia mentes.

GRONOVII.

7 *Metatores*] Qui militibus tranſeuntibus caſtra deſignant.

8 *Inferiores*] Præfectos, aut miniſtros.

9 *Provocarunt*] Contra civile jus, quod præcipit obediendum præpoſitis, velut ſuperius tribunal appellarunt juris naturæ.

10 *Si qua ex tali*] Quod recuſaveris facere juſſa, quia ſine offenſione Dei facere nequeas.

11 *Jus quoddam majus in nos*] Communis utilitatis ergo privatum cujuſque jus reſtringens, & coërcens.

12 *Publicæ pacis*] Ne in media pace perpetui, aut alii ex aliis, orirentur tumultus imperium inhibentium, & detrectantium.

13 *Ordinis*] Qui poſtulabat, ut eſſent, qui ducerent, quique ſequerentur ; qui præciperent, quique facerent ; imperantes alii, alii parentes, & in hoc ſtatu quiſque, nemine turbante alios, officio fungerentur.

14 *Finem ſuum*] Tranquillitatem, & ſecuritatem publicam.

15 *Diſſociata*] Male cohærens, & ſeſe interturbans.

(aa) Diſtinguendum heic inter *injurias dubias, aut tolerabiles* : & *manifeſtas, ac intolerandas.* Quæ prioris generis ſunt, eas pati quiſque debet, non propter Principem, qui ne quidem minimam injuriam inferendi jus habet ; ſed ne ſocietas

[a] *Bell. Catil. c. 6.* [b] *Jugurth. c. 21. Ed. Wass.*

+ Et Aboriginum, qui Sallustio [a] tradente, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum: + & apud eundem alio loco [b] Getuli, qui neque moribus, neque lege, aut imperio cujusquam regebantur.

[c] *Confess. L. III. c. 8.* [d] *Prometh. vinct. pag. 24. Ed. H. Steph.*

2. + Ita, ut dixi, habent mores omnium civitatum: + *Generale pactum est societatis humanæ*, inquit [c] + Augustinus, *regibus obedire*. Æschylus: [d]

Τραχὺς μόναρχος· κ' οὐχ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.

Rex est suo utens jure, nulli obnoxius.

+ Sophocles: (*In Ajac.* vers. 677.)

Ἄρχοντές εἰσιν, ὥς σ' ὑπεικτέον τὶ μή;

Nam principes sunt: obsequendum; quippe ni?

Euripides: (*Phœniss.* vers. 396.)

Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας χρεὼν φέρειν.

Imperia habentum perferenda insscitia est.

[e] *L. I. c. III. §. 8. n. 15.* [f] *Ann. VI, 8.*

Adde quod supra [e] ex Tacito in hanc rem adduximus: cujus & hoc [f] est; 16 *Principi summum rerum arbitrium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est.* Hic quoque: (bb)

Indigna digna habenda sunt, rex quæ facit.

[g] *Medea, v. 195.*

+ Seneca: [g] *Æquum atque iniquum regis imperium feras:* Quod ex Sophocle sumtum, + qui dixerat: (*Antigon.* vers. 681.)

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ κ' δίκαια κ' τἀναντία.

Et quod apud Sallustium est: [b] + *Impune quidvis facere, id est regem esse.* (cc)

3. + Hinc ubique majestas. id est, dignitas, + sive populi, sive unius, qui

cietas civilis turbetur. Posterioris autem generis nemo pati tenetur, easque repelli finis ipse civitatum constitutarum postulat, tantum abest ut vetet. Quâ de re plenius dicemus in nostris ad hoc Caput Notis Gallicis. Heic monuisse sufficiat. *J. B.*

GROTII.

b *Impune quidvis facere, id est, regem esse*] Pertinent huc M. Antonii verba, quæ ex *Josepho* modo adduximus. (*Cap.* præced. §. 22.)

GRONOVII.

16 *Principi summum*] 6. ann. 8. *Tibi summum rerum judicium Dii dederunt, nobis obsequii gloria relicta est*: quasi ad Cæsarem præsentem sic loquitur in senatu M. Terentius. Neque enim *Tacitus* diceret subditis.

(bb) Parodia versûs *Plautini*: *Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.* Captiv. II, 1. 6. *J. B.*

(cc) Verba sunt *Memmii* Tribuni Plebis, qui loquitur tantum de more Regum, & impunitate facti, non juris; quam ipsis nequaquam largiturus erat libertatis vindex acerrimus. Inspice totum locum, *Bell. Jugurth. c. 36.* Si alia loca congesta expendantur, nil aliud in plerisque reperietur, immo aliquando contrarium ejus, quod inde Auctor colligit. *J. B.*

GRO-

qui summo fungitur imperio, tot legibus, tot pœnis defenditur: quæ constare non potest, si maneat resistendi licentia. + Miles, [a] qui castigare volenti se centurioni restiterit, [17] si vitem tenuit, [18] militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, + capite punitur. Et apud Aristotelem est: [b] εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν ὁ δεῖ ἀντιπληγῆναι, *si magistratum gerens aliquem verberavit, reverberandus non est.*

III. In + lege Hebræa [c] mortis supplicio damnatur, qui inobediens fuerit aut summo pontifici, + aut ei, qui extra ordinem rector populi a Deo esset constitutus. + Quod vero apud Samuelem [d] est de jure regis, omnino recte inspicienti apparet, + nec de jure vero intelligendum, id est, de facultate honeste, & juste aliquid agendi, + (longe enim alia vivendi ratio præscribitur regi in ea parte legis, [e] quæ est de officio regis) + neque nudum (dd) factum indicari: nihil enim esset in eo eximium, cum injurias facere [19] etiam privati privatis soleant: + sed factum, [20] quod effectum aliquem juris habeat, id est, [c] non resistendi obligationem. + Ideo additur, populum pressum istis injuriis Dei opem imploraturum, quia scilicet humana remedia nulla exstarent. + Sic ergo [21] hoc jus vocatur, quomodo *f* prætor jus reddere dicitur, etiam cum inique decernit.

IV. 1. + In novo fœdere Christus præcipiens dari Cæsari quæ Cæsaris sunt, + intelligi voluit a suæ disciplinæ sectatoribus non minorem, si non majorem, obedientiam cum patientia (si opus sit) conjunctam summis potestatibus deberi, quam ab Hebræis regibus Hebræis debebatur; quod latius exsequens optimus ejus interpres Paulus *g* Apostolus, + officia subditorum late describens, inter alia, *Qui obsistit*, inquit, *potestati, Dei ordinationi obsistit: tum vero qui obsistunt, sibi ipsis condemnationem accipient.* Addit mox: *Dei enim minister est, qui potestate fungitur tuo bono.* Deinde: *Quapropter necesse est subjici, non solum propter iram, sed & propter conscientiam.* In subjectione includit + non resistendi necessitatem: neque eam solum, quæ ex formidine [22] majoris mali oritur; + sed quæ [23] ex ipso sensu

a L. Milites. 13. §. Irreverens 4. D. de re mil. Rufus de legibus militaribus c. XV.

b Ethic. Nic. V, 8.

c Deuter. XVII, 12. *Jos.* I, 18.

d 1. *Samuel.* VIII. 11.

e Deuter. XVII, 14.

f L. Jus pluribus D. de Just. & Jure. L. II.

g Rom. XIII. vers. 2, & seq.

GROTII.

c *Non resistendi obligationem*] *Philo* in Flaccum (Pag. 978. D. *Ed. Paris.*) πότε γὰρ εἰς ἀπόστασιν ὑπωπτεύθημεν; πότε δ' οὐκ εἰρηνικοὶ πᾶσιν ἐνομίσθημεν; τὰ δ' ἐπιτηδεύματα, οἷς καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμεθα, οὐκ ἀνεπίληπτα, ὁ συντείνοντα πρὸς εὔνοιαν πόλεως καὶ ἐνσέβειαν; *Quando enim defectionis suspecti fuimus? quando non pacis amantes ab omnibus judicati sumus? instituta vero, quibus utimur quotidie, nonne extra reprehensionem sunt, nonne ad concordiam, bonumque statum civitatis conducunt?*

GRONOVII.

17 *Si vitem tenuit*] Apprehendit scipionem, quo verberabatur a centurione. *Tacit.* I. ann. 23. *Juvenal.* 8, 297. *frangebat vertice vitem.* Sat. 14, 193. *perlege rubras Majorum leges, aut vitem posce libello.*

18 *Militiam mutat*] Ex honestiore, ac lucrosiore ad minus honestam, minusque lucrosam transfertur.

19 *Etiam privati privatis*] Non tamen tantas, neque tam late patentes: itaque est sane in eo quoque aliquid eximium, & Auctoris argumentum lubricum.

20 *Quod effectum*] Non tantum, quod facturi sint, sed etiam ita facturi, ut quin faciant, impediendi nemini sit potestas, nec de illo queri habeat apud quemquam, nisi apud Deum.

21 *Hoc jus vocatur*] Ut significet exercitium potestatis, injustum quidem, velatum tamen specie juris.

22 *Majoris mali*] Supplicii præsentis, aut pœnæ.

23 *Ex ipso sensu*] Ex animo sic imbuto, atque instituto, ut sciat hoc omnino se oportere facere, atque ideo libenter velit.

(dd) Immo *Jus Regis* apud SAMUELEM significare tantum *consuetudinem* Regum, probarunt Interpretes exemplis, & rationibus omni exceptione majoribus. Diximus in Gallicis nostris Notis. *J. B.*

ſu officii noſtri manat, + neque hominibus tantum, + ſed & Deo nos obligat. Rationes addit duas: primam, + quod Deus ordinem illum imperandi, & parendi approbaverit, & olim in lege Hebræa, & nunc in Euangelio. + Quare poteſtates publicæ eo loco nobis habendæ ſunt, quaſi ab ipſo Deo eſſent conſtitutæ. + Noſtra enim facimus, [24] quibus auctoritatem noſtram impartimur. Alteram, + quod hic ordo noſtro bono inſerviat.

2. + Atqui, dicat aliquis, injurias pati utile non eſt. Hic quidam, + vere magis, quam ad ſenſum Apoſtoli, ut arbitror, appoſite, dicunt, has quoque injurias utiles nobis eſſe, quia iſta patientia ſua non ſit caritura mercede. Mihi videtur Apoſtolus conſideraſſe finem univerſalem iſti ordini propoſitum, + qui eſt [d] tranquillitas publica, + in qua & ſingulorum comprehenditur. Et ſane + quin plerumque hoc bonum per poteſtates publicas conſequamur, dubitandum non eſt; nemo enim ſibi male vult: + at imperantis felicitas in ſubditorum felicitate conſiſtit. [e] *Sint quibus imperes*, [25] ajebat ille. Proverbium eſt apud Hebræos: (ee) *Niſi poteſtas publica eſſet, alter alterum vivum deglutiret:* qui ſenſus & apud Chryſoſtomum: τῶν πόλεων τοὺς ἄρχοντας ἂν ἀνέλῃς, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον δάκνοντες ἀλλήλους καὶ κατεσθίοντες· *niſi rectores civitatum eſſent, feriorem feris viveremus vitam, non mordentes tantum,* [f] *ſed & vorantes alios alii.*

[a] *Hiſt.* IV. 74.
[b] *L.* τὸ γάρ, *6. D. de legibus, L.* III. *in fine. D. ſi pars, hered.*
[c] *Livius li.* XXXIV. *c.* 3.

3. Quod ſi quando [26] nimia formidine, aut [27] iracundia, aliisve affectibus transverſi agantur rectores, quo minus rectam ineant viam, quæ ad tranquillitatem ducit; + id [28] inter minus frequentia habendum eſt: & quæ, ut ait Tacitus [a], interventu meliorum penſantur. Leges autem ſatis habent id, [29] + quod plerumque accidit, reſpicere, + ut ajebat [b] Theophraſtus; quo & illud + Catonis pertinet: [c] *Nulla lex ſatis* [30] *commoda omni-*

GROTII.

d *Tranquillitas publica*] Bene *Chryſoſtomus*: συνεργὸς ἐγί σοι, συμπράττει σοι. Princeps, nimirum, euangelium prædicanti. Dedolat ille, quod tu deſcobinas.

e *Sint quibus imperes*] Dictum hoc Sullæ, ajunt *Plutarchus*, (in *Vit. Syll.* p. 472.) *Florus*, & alii: unde ſumſit *Auguſtinus* lib. III. cap. 28. de civitate Dei.

f *Sed & vorantes alios alii*] Eſt hoc de ſtatuis ſexto: (Tom. VI. pag. 502. *Edit. Savil.*) ſed & hoc: ἐὰν γὰρ τὰ δικαστήρια ἀνέλῃς, πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν εὐταξίαν. *Tolle tribunalia, & omnem de vita tranquillitatem abſtuleris.* Deinde: (In dicta Orat. hæc non exſtant.) μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴποις, εἴτις κακῶς τῷ πράγματι κέχρηκεν, ἀλλ' αὐτῆς βλέπε τῆς διατάξεως τὴν εὐκοσμίαν, καὶ τὴν πολλὴν ὄψει τοῦ ταῦτα ἐξ ἀρχῆς νομοθετήσαντος σοφίαν· *Nec mihi illos refer, qui male uſi ſunt honoribus: ſed ipſius inſtituti vide pulchritudinem; & ſapientiam ejus admiraberis, qui primus ejus auctor fuit.* Idem ad Romanos: (Cap. XIII. ℣. 5. pag. 191. Tom. III.) κἂν ἀνέλῃς αὐτὰς (τὰς ἀρχὰς) πάντα οἰχήσεται· καὶ ἡ πόλεις, καὶ ἡ χωρία, οὐκ οἰκία, οὐκ ἀγορά, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἔσται, ἀλλὰ πάντα ἀνατραπήσεται τῶν δυνατῶν τὰς ἀσθενεστέρας καταπινόντων· *Magiſtratus ſi abſtuleris, perierint omnia; non urbes ſtabunt, non agri, non forum, nec quicquam aliud: evertentur omnia, & fortioris eſca fiet quilibet infirmior.* Idem ſenſus apud eundem ad Epheſ. V. (*Tom.* III. *pag.* 862.)

GRONOVII.

24 *Quibus auctoritatem*] Quorum auctores nos fatemur quæ rata habemus.

25 *Adjebat ille*] Furfidius ad Sullam. *Florus* 3, 21.

26 *Nimia formidine*] Ut qui ob leves ſuſpiciones corripiunt, reoſque majeſtatis faciunt, exemplo Claudii. *Suet.* 37.

27 *Iracundia*] Ut Alexander, qui ubi exarſiſſet, nec dilatio ultionis, nec modus erat. *Juſtin.* 9, 8.

28 *Inter minus frequentia*] Ex rarius contingentibus.

29 *Quod plerumque*] *Ariſtot.* 3. Pol. 11. Δοκεῖ τὸ καθόλου μόνον οἱ νόμοι λέγειν, ἀλλ' ἐ πρὸς τὰ προσπίπτοντα ἐπιτάττειν.

30 *Commoda eſt*] Omnibus.

(ee) Legitur in *Pirke Aboth*, Cap. III. pag. 42. *Ed. Pagii* 1541. *J. B.*

GRO-

omnibus eſt : id modo quæritur, ſi majori parti, & in ſummam prodeſt. Quæ autem rarius contingunt, [31] + communibus tamen regulis conſtringenda ſunt ; quia [32] + etſi [33] ratio legis [34] in iſto ſpeciali facto ſpecialiter locum non habeat, + manet tamen [35] ratio in ſua generalitate, + cui ſpecialia ſubjici fas eſt. + Id enim ſatius, quam ſine norma vivere, aut normam cujuſque arbitrio permitti. + Seneca [a] appoſite ad hanc rem : *Satius erat a paucis etiam juſtam excuſationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.*

4. + Locum & hic habere debet illa nunquam ſatis memorata Periclis [g] + apud [b] Thucydidem ſententia : *Sic exiſtimo, etiam ſingulis hominibus plus eam prodeſſe civitatem, quæ tota recte ſe habeat, quam ſi qua privatis floreat utilitatibus, ipſa autem univerſim laboret ; qui enim domeſticas fortunas bene collocatas habet, patria tamen everſa, pereat & ipſe neceſſe eſt : Contra vero, etiam ſi quis in beata republica parum felix eſt, multo tamen facilius per illam incolumis ſervatur. Quare cum civitas quidem ſingulorum poſſit ſuſtentare calamitates, ſinguli autem publicas non item ; quid eſt, cur non univerſim ipſi conſulere, ipſamque tueri oporteat, nec id facere, quod vos facitis, dum quaſi attoniti jactura rei familiaris, ſalutem proditis reipublicæ ?* Quem ſenſum breviter ita explicat [c] Livius : *Respublica incolumis, & privatas res ſalvas facile præſtat : [36] publica prodendo, tua nequicquam ſerves.* Plato [d] dixerat legum IV. τὸ μὲν γὰρ κοινὸν συνδεῖ, τὸ δὲ ἴδιον διασπᾷ τὰς πόλεις· ἢ συμφέρει τῷ κοινῷ τε καὶ ἰδίῳ τοῖν ἀμφοῖν, ἥν τὸ κοινὸν τιθῆται καλῶς μᾶλλον ἢ τὸ ἴδιον· *quod commune eſt, connectit civitates : quod ſingulorum, diſſipat ; quare & publice, & privatim utilius eſt, ut publica magis, quam privata curentur.* Xenophon [e] vero : ὅστις ἐν πολέμῳ ὢν σασιάζει πρὸς τὸν ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτῷ σωτηρίαν σασιάζει· *qui in bello contra ducem ſeditioſe ſe gerit, facit hoc cum ſuæ ſalutis periculo.* Eodem & illa [f] Jamblichi pertinent : *Non disjuncta eſt privata utilitas a publica, imo in bono communi ſingulare etiam continetur : & ut in animalibus, cæteraque natura, ita in civitatibus in totius ſalute ſalus eſt partium.*

5. In publicis autem + præcipuum haud dubie eſt ordo ille, quem dixi, imperandi, parendique ; + is vero cum privata reſiſtendi licentia conſiſtere nequit. Explicare libet hoc ipſum [37] nobili Dionis [g] Caſſii loco : οὐ μέν τοι ἢ ἐγὼ ἔτ' ἄλλως καλὸν εἶναι νομίζω ἄρχοντά τινα [38] τῶν ἀρχομένων ἡττᾶσθαι, ἔτ' ἂν σωτήριόν τι γενέσθαι ποτὲ, εἰ [39] τὸ ταχθὲν ὑπηρετεῖν τινὶ, κρατεῖν αὐτοῦ ἐπιχειρήσειε· σκέψα-

a *Lib.* VII. *de benef.* c. 16.

b *Lib.* II. §. 60.

c *Liv.* XXVI. c. 36.

d *De Legg. L.* IX. *p.* 875. A. *Ed. Steph.*

e *De Exped. Cyr.* L. VI. c. 1. §. 19. *Ed. Oxon.*

f Apud *Stob.* Serm. 46. *De Magiſtr.*

g Lib. XLI. p. 189. *Ed. H. Steph.*

GROTII.

g *Apud Thucydidem ſententia*] Lib. II. quicum bene convenit illud *Ambroſii* libro III. de officiis : (*Cap.* 4.) *Eadem ſingulorum eſt utilitas, quæ univerſorum.* Et illud in jure : *Semper non quod privatim intereſt unius ex ſociis, ſervari ſolet, ſed quod ſocietati expedit.* L. actiones. §. Labeo. 65. §. 5. D. Pro Socio. Adde L. unicam. §. penul. C. de Caducis tollendis.

GRONOVII.

31 *Communibus tamen*] Iis neglectis, quæ rarius contingunt, de eo, quod ut plurimum accidit, aliquid conſtituendum.

32 *Etſi legis*] Quæ voluit civem magiſtratui parere.

33 *Ratio*] Ut cuique jus reddatur, ut juſtitia quiſque fruatur.

34 *In iſto ſpeciali*] Quoties contra jus, faſque, magiſtratus, aut rex lædit inferiorem.

35 *Ratio in ſua generalitate*] Tranquillitas, ſecuritaſque totius corporis, quæ tanti eſt, ut unus potius doleat, & id ferat, quam reſiſtat imperanti, & ordinem publicum turbet, ne pariatur injuriam.

36 *Publica prodendo*] Deſerendo, deſtituendo, non adjuvando.

37 *Nobili Dionis Caſſii loco*] Lib. 41. p. 168.

38 Τῶν ἀρχομένων ἡττᾶσθαι] Subjectis cedat, puta laſcivientibus, & improbis, atque inutilia flagitantibus.

39 Τὸ ταχθὲν ὑπηρετεῖν] Cujus ſors, & officium eſt parere.

GRO-

ἐμοὶ δὲ ποῖον μὲν κόσμου οἰκίας γένοιτο, ἂν οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ ὄντες τῶν πρεσβυτέρων καταφρονήσωσι· ποῖον δὲ τῶν διδασκαλείων, ἂν οἱ φοιτῶντες τῶν παιδευτῶν ἀμελήσωσι· τὶς ὑγίεια νοσοῦσιν, ἂν μὴ πάντα τοῖς ἰατροῖς οἱ κάμνοντες πειθαρχῶσι· τὶς δ' ἀσφάλεια ναυτιλλομένοις, ἂν οἱ ναῦται τῶν κυβερνητῶν ἀπειθῶσι· φύσει τε γὰρ ἀναγκαῖα τινά ἡ σωτηρία τῷ μὲν ἄρχειν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τῷ δὲ ἄρχεσθαι τέτακται· *Ego vero neque decorum exiſtimo, ut rector civitatis cedat, neque ſpem eſſe ad ſalutem, ſi quod parere poſitum eſt, velit imperare. Cogitate enim quis futurus ſit ordo in familia, ſi a junioribus ſenes ſpernantur: quis item in ſcholis, ſi a diſcipulis ſuſque deque habeantur præceptores: unde ſanitas ægrotantibus, ſi non per omnia medicis pareant: quid tuti navigantibus, ſi plebs nautica gubernantium juſſa contemnat. Natura quippe id neceſſarium, & hominibus ſalutare, ut alii quidem imperent, alii vero pareant.*

a 1. *Epiſt.* II, 17. 18.

6. Paulo comitem addamus Petrum, cujus [a] hæc ſunt verba: *Regem honorate. Servi, ſubditi eſtote cum omni timore dominis, non ſolum bonis, & æquis,* + *ſed etiam duris. Hoc enim cedit gratiæ, ſi quis* 40 + *propter conſcientiam Dei ſuffert moleſtiam injuſte afflictus. Quæ enim gloria eſt, ſi peccantes, & colaphis cæſi, ſubſiſtitis? ſed ſi bene agentes, & tamen male habiti ſubſiſtitis,* h + *hoc cedit vobis gratiæ apud Deum.* Confirmat mox hoc a Chriſti exemplo. Idemque ſenſus in Clementis conſtitutionibus [b] his verbis exprimitur:

b *Lib.* IV. *cap.* 12.

ὁ δοῦλος ἔννοιαν φερέτω πρὸς τὸν δεσπότην μετὰ φόβου Θεοῦ κἂν ἀτεβὴς, κἂν πονηρὸς ὑπάρχῃ· *Servus Deum timens ſimul bene hero ſuo velit, quamvis impio, quamvis injuſto.*

Notanda hic duo: quod dicitur ſubjectionem dominis deberi, etiam duris, (ff) + idem ad reges quoque referendum; nam quod ſequitur ei fundamento ſuperſtructum, + non minus ſubditorum, quam ſervorum officium reſpicit. Ac deinde, talem a nobis requiri ſubjectionem, + quæ injuriarum patientiam ſecum ferat; + ſicut de parentibus dici ſolet:

i + *Ames* [c] *parentem, ſi æquus eſt: ſi non, feras.*

c *Publ. Syr.* verſ. 23.

Et Eretrienſis quidam adoleſcens, (gg) qui Zenonis ſcholam diu frequentaverat, quid ibi didiciſſet, rogatus reſpondit, ὀργὴν πατρὸς φέρειν, + *iram patris ferre.* De Lyſimacho [d] Juſtinus: *Magno animo regis, velut parentis, contumeliam tulit.* Et apud [e] Livium eſt: *Ut parentum ſævitiam, ſic patriæ, patiendo, ac ferendo leniendam eſſe.* Apud Tacitum: + [f] *Ferenda regum ingenia*

d *Lib.* XV. c. 3.

e *Lib.* XXVII. c. 34.

f *Annal. Lib.* XII. c. 11.

GROTII.

h *Hoc cedit vobis gratiæ apud Deum*] *Tertullianus* de pœnitentia: *Timor hominis, Dei honor eſt.* (Cap. 7. Sed ibi de aliâ planè re agitur.)

i *Ames parentem, ſi æquus eſt: ſi non, feras*] *Terentius* Hecyra: (*Scen.* III. *Act.* I. ℣. 21.)

Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.

Cicero pro Cluentio: *Non modo reticere homines parentum injurias, ſed etiam æquo animo ferre oportet.* (Cap. 6.) Habet ad hoc præceptum pulchra *Chryſoſtomus* tum 11. ad *Timotheum*, tum libro V. adverſus Judæos. Pertinent huc & quæ *Epictetus* (Cap. 65.) & poſt eum *Simplicius* habent de duabus anſis.

GRONOVII.

40 *Propter conſcientiam Dei*] Διὰ συνείδησιν Θεοῦ· quia ſcil. & agnoſcit eſſe Deum juſtum, & juſtitiæ exactorem, qui neminem inſontem lædi ſinat impune, dixeritque: *Mihi vindictam, ego rependam.*

(ff) Præcepta illa generalia ſuas tamen habent exceptiones, ex naturâ ipſius rei petitas. Fatetur id Auctor ipſe de Servis, Lib. II. Cap. V. §. 22. *J. B.*

(gg) Refert id *Ælianus*, Var. Hiſt. IX, 33. *J. B.*

GRO-

genia; & alibi : + [a] *bonos Imperatores voto expetendos, qualescumque tolerandos.* Apud Persas laudante Claudiano : (*In Eutrop.* L. II. vers. 479.) [a] *Hist.* IV. 8.

——— *Quamvis crudelibus æque*
Paretur dominis. ———

+ V. 1. Nec ab hac lege Domini discedit [k] consuetudo veterum Christianorum, + optima legis interpres. Nam quamquam + pessimi sæpe homines imperium Romanum tenuerunt, nec defuerunt, qui + obtentu adjuvandæ reipublicæ iis se opponerent; + nunquam tamen eorum conatibus se adjunxerunt Christiani. In + Clementis constitutionibus est, βασιλέα δ' θεμιτὸν ἐπανίσασθαι, *regiæ potestati resistere nefas.* [41] Tertullianus [b] Apologetico : [42] *Unde Cassii, & Nigri, & Albini? unde qui* [43] *inter duas lauros obsident Cæsarem? unde* [44] *qui faucibus ejus exprimendis palæstricam exercent? unde qui armati palatium irrumpunt,* [45] *omnibus tot* [l] *Sigeriis* (sic diserte habet manuscriptus, qui est apud omni laude ornatissimos juvenes Puteanos) *ac Partheniis audaciores? De Romanis, ni fallor, id est, de non Christianis.* De palæstrica, quod ait, ad Commodi mortem pertinet, peractam imperio præfecti prætorio Ælii Læti, manu palæstritæ; + quo tamen Imperatore vix quisquam fuit sceleratior. Parthenius, cujus factum itidem detestatur Tertullianus, erat ille, qui pessimum Imperatorem + Domitianum oppresserat. His comparat Plautianum præfectum prætorio, qui Septimium Severum valde sanguinarium [b] Cap. 35.

GROTII.

k *Consuetudo veterum Christianorum*] Ad quam pertinet canon XVIII. concilii Calcedonensis, repetitus canone IV. concilii in Trullo concilium Toletanum quartum : capitulum II. Caroli Calvi in villa Colonia. Synodus Sueffionensis canone V.

l *Sigeriis*] *Xiphilinus* Domitiano : *Pag.* 237. B. *Ed. Steph.* ἐπέθεντο δὲ αὐτῷ καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν Παρθένιος ὁ προκοίτου αὐτὲ καὶ Σιγήριος (male Σίγηρος) ἐν τῇ προκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὤν. *Insidias autem ei, communicato inter se consilio, struxere Parthenius, præpositus cubiculariorum, & Sigerius, & ipse è cubiculariis.* Martialis libro IV : (*Epig.* 79.)

Sigerioſque meros, Partheniosque ſonas.

Corruptum id nomen non hic modo in *Tertulliano* fuerat : sed adhuc est in *Suetonio*, (*Domit.* c. 17.) ubi *Saturius*; & in Victore vulgari, ubi *Casperius* legitur : (*Epitom.* C. 12. *num.* 8.

GRONOVII.

41 *Tertullianus Apologetico*] c. 35.

42 *Unde Cassii*] i. Utrum ex vestris, ô multorum Deorum cultores, an ex Christianorum secta ?

43 *Inter duas lauros*] Pestilentiæ causa Commodus in loco lauris vestito apud Laurentum oppidum agebat, cum eum ob Cleandri necem exposcendam plebs circumsedit. *Herod.* I, 35. Sed quid inter duas lauros ? Sane *Aurelius Victor* in reg. XIII. meminit vicum laureti minoris, & vicum laureti majoris. Sed hæ partes urbis sunt in Aventino : Commodus autem obsessus Laurenti, minimum XVI. millibus passuum ab urbe. Forte *inter suas.* Lauri enim Impp. quasi propriæ, & illis dicatæ, quia Julius laureæ perpetuo gestandæ jus accepit. *Sueton.* Jul. 45. quod in successores prorogatum, ut ex statuis, nummis constat. Quin & laurus ἀλεξίκακόν τι credebatur. Proverbium : Δαφνίνην φορεῖ βακτηρίαν, quum tutum ab insidiis, & periculis significabant. *Plin.* 15, 30. *Suet.* Tib. 69. (Vir doctissimus, lapsu calami, heic *Aurelium Victorem* dixit, pro *Publico Victore*, qui libellum *de Regionibus Urbis Romæ* scripsit. J. B.]

44 *Qui faucibus*] Sic periit Commodus in exercitatione luctæ, validissimo palæstrita, specie exercendi, guttur ejus comprimente eo usque, donec exspiraret.

45 *Omnibus tot Sigeriis*] Forte : *omnibus & Sigeriis, & Partheniis.* De Parthenio *Sueton.* Domit. 16. & 17. Item *Aurelius Victor* Schotti, cui socius conjurationis videtur fuisse Sigerius : nam simul cum Parthenio illum nominat & *Martialis* 4, 79.

narium Imperatorem occidere in palatio voluerat. 46 In eundem Septimium Severum + arma, quasi pro reipublicæ caritate, sumserant in Syria Pescennius Niger, + in Gallia & Britannia Clodius Albinus. + Sed horum quodque factum Christianis displicuit; quod & ad Scapulam jactat Tertullianus: *Circa majestatem imperatoris infamamur: tamen nunquam Albiniani, vel Nigriani, vel Cassiani inveniri potuerunt Christiani.* Cassiani illi erant, qui secuti erant + Avidium Cassium, 47 virum egregium, qui in Syria sumtis armis causabatur, Rempublicam se ire restitutum, + quam 48 M. Antonini negligentia perderet.

2. + Ambrosius cum injuriam + non sibi tantum, sed & gregi suo, & Christo fieri crederet a Valentiniano Valentiniani filio; populi satis concitati motu ad resistendum uti non [a] voluit. [m] *Coactus*, inquit, *repugnare non novi: dolere potero, potero flere, potero gemere: adversus arma, milites, Gothos quoque, lacrymæ meæ arma sunt; talia enim sunt munimenta sacerdotum: aliter nec debeo, nec possum resistere.* Mox: [b] *Exigebatur a me, ut compescerem populum: referebam, in meo jure esse, ut non excitarem, in Dei manu, ut mitigaret.* Idem + Ambrosius 49 Maximi copiis adversus 50 Imperatorem, & Arianum, & Ecclesiæ gravem, [c] uti noluit. Sic Julianum defectorem, cum pessima consilia agitaret, lacrymis Christianorum repressum, ait Nazianzenus, [d] addens, τοῦτο μόνον ἐχόντων κατὰ δώκτυ φάρμακον, *quia solum hoc contra persequutorem erat remedium.* Atqui exercitus ejus ferme omnis ex Christianis constabat. Adde quod, ut observat idem Nazianzenus, [e] sævitia illa Juliani non tantum in Christianos erat injuria, sed & rempublicam in summum adduxerat periculum. Accedat his illud Augustini, ubi illa Apostoli ad Romanos dicta explicat: [f] *Necesse est propter hanc vitam nos subditos esse oportere, non resistentes si quid illi* (rectores) *auferre voluerint.*

+ VI. 1. Inventi sunt nostro sæculo viri eruditi quidem illi, sed temporibus, & locis nimium servientes, qui sibi primum, (ita enim credo) deinde aliis persuaderent, ea, quæ jam dicta sunt, locum habere in privatis, [n] non etiam in magistratibus inferioribus, quibus jus esse putant resistendi injuriis ejus, cujus summum est imperium: imo & peccare eos, ni id

a *Epist. lib. V. orat. in Auxent. Ep. 32.*
b *Epist. 33.*
c *Theodoret. hist. eccles. lib. V. c. 4.*
d *Orat. 1. in Julianum*: pag. 94. A.
e *Ibid.* pag. 80.
f Tom. IV. pag. 856. Propos. 74. *Ed. Benedict. Antverp.*

GROTII.

m *Coactus repugnare non novi*] Inserunt *Gratianus* causa XXIII. quæstione VIII. (*Can.* 21.) Idem *Ambrosius* epistola XXXIII. *Vultis in vincula rapere? voluntas est mihi: non ego me vallabo circumfusione populorum.* Imitatus est magnus *Gregorius* libro VII. epistola 1. *Si in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in summa confusione esset divisa.*

n *Non etiam in magistratibus inferioribus*] *Petrus Martyr* ad Judicum III. *Paræus* ad XIII. caput ad Romanos, *Junius Brutus*, *Danæus* libro VI. politicorum, & alii.

GRONOVII.

46 *In eundem Septimium*] Immo Severus in illos, eodem tempore a suis militibus, Impp. appellatos: sed quia Severus vicit, illi pro rebellibus habentur, ac tyrannis; nam civilis acies victum facit nocentem. Quod si Clodius vicisset, pro Albinianis: si Pescennius, pro Nigerianis, posuisset Septimianos.

47 *Virum egregium*] Militiæ, sed in hac causa palam sceleratum.

48 *M. Antonini negligentia*] Sic ille mentiebatur, ut colorem adderet rebellioni: cæterum nunquam imperium, aut respublica Romana fuit in meliore statu sub principe; quam sub hoc: neque aut pace quisquam, aut bello diligentior.

49 *Maximi copiis*] Clementis Maximi, qui sumsit in Britannia imperium contra Gratianum, Valentiani alterum filium, occupatisque Galliis, occiso Gratiano, Hispaniis quoque, & Africa potitus, per quinquennium regnavit, donec a Theodosio victus interficeretur.

50 *Imperatorem & Arianum*] Valentinianum juniorem, Gratiani fratrem.

GRO-

id faciant; quæ opinio admittenda non eſt. + Nam ſicut in dialecticis o 51 ſpecies intermedia, ſi genus reſpicias, eſt ſpecies: + ſi ſpeciem infra poſitam, genus; ita magiſtratus illi, inferiorum quidem ratione habita, + ſunt publicæ perſonæ: at ſuperiores ſi conſiderentur, 52 + privati ſunt. Nam omnis facultas gubernandi, quæ eſt in magiſtratibus, ſummæ poteſtati ita ſubjicitur, + ut quicquid contra voluntatem ſummi imperantis faciant, id defectum ſit ea facultate, ac proinde pro actu privato habendum. Locum enim hic quoque habet quod dicunt [a] Philoſophi, 53 + ordinem non dari, niſi cum relatione ad aliquid primum.

[a] *Aver. v. Metaph. com. 6.*

2. + Ac mihi videntur qui contra ſentiunt, talem ſtatum rerum inducere, qualem antiqui fabulabantur in cœlo fuiſſe, antequam majeſtas oriretur, quo tempore, ajunt, + minores Deos Jovi non conceſſiſſe. At is quem dixi p ordo, & ὑπαλληλισμὸς, non tantum ſenſu communi cognoſcitur; + unde illud: (*Senec.* Thyeſt. *verſ.* 612.)

Omne ſub regno graviore regnum eſt.

Et Papinii illud: (III. *Sylv.* 3. *verſ.* 49. 50.)

——— *vice cuncta reguntur:*
Alterniſque regunt. ———

Et q Auguſtini dictum [b] celebre: *Ipſos humanarum rerum gradus adverte: ſi aliquid juſſerit curator, faciendum; non tamen, ſi contra proconſul jubeat: aut ſi conſul aliquid jubeat, & aliud Imperator; non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire: nec hinc debet minor iraſci, ſi major prælatus eſt.* Et hoc ejuſdem [c] de Pilato: *Talem quippe Deus dederat illi poteſtatem, ut eſſet etiam ipſe ſub Cæſaris poteſtate.*

[b] *c. qui reſiſtit. 97. Cauſ. XI. qu. 3.*

[c] *Ad Joh. Tom. IX. pag. 369.*

3. Sed & divina probatur auctoritate. Nam [d] Apoſtolorum princeps ſubjectos nos eſſe vult aliter regi, aliter magiſtratibus: regi, 54 + ut ſupereminenti, id eſt, ſine ulla exceptione, + præter ea, quæ Deus directe imperat, qui injuriæ patientiam probat, non interdicit: magiſtratibus, + tanquam 55 miſſis a rege, id eſt poteſtatem ſuam a rege ducentibus. + Et cum Paulus [e] omnem animam ſupremis poteſtatibus eſſe ſubjectam vult, + etiam

[d] *1. Ep. Petr. II 13.*

[e] *Rom. XIII, 1.*

GROTII.

o *Species intermedia*] Genus ſpeciale *Senecæ* epiſtola LVIII.

p *Ordo, & ὑπαλληλισμὸς*] Sic in familia paterfamilias primus, inde materfamilias, inde filii, mox ordinarii ſervi, poſtremo ſervi vicarii. Vide *Chryſoſtomum* 1. ad Corinth. XIII, 3.

q *Auguſtini*] Habet prope eadem *Auguſtinus* ſermone VI. in verba Domini.

GRONOVII.

51 *Species intermedia*] Quæ differt a ſpecie infima, ut genus ſubalternum a genere generaliſſimo.

52 *Privati ſunt*] Sic Veſpaſiani privatas res *Tacitus*, quamvis exercitum, & provinciam regentis vivo Nerone, dicit 3. hiſtor. 65. & 5, 1.

53 *Ordinem non dari*] i. e. Quod in ſerie aliqua eſt, tamdium locum tueri, quamdiu dependet a primo: ita magiſtratus tamdiu eſſe magiſtratus, quamdiu agant ex auctoritate principis.

54 *Ut ſupereminenti*] Ὡς ὑπερέχοντι. Quæ verba non video, qui ſignificent ſine exceptione, quamvis res vera ſit. In notis ad N. T. explicat, tanquam ſupra omnes poſito. Ergo, tanquam ſummæ poteſtati.

55 *Miſſis a rege*] Δι' αὐτοῦ πεμπομένοις· præfectis ejus, vel legatis.

+ etiam magiſtratus inferiores incluſit. Neque in populo Hebræo, + ubi tot fuere reges, divini, humanique juris contemtores, unquam inferiores magiſtratus, + in quibus plurimi fuere viri pii, & fortes, + id ſibi juris ſumſerunt, ut regibus vim ullam opponerent, + niſi ſi qui à Deo, + cujus in reges ſummum jus eſt, mandatum ſpeciale acceperant; quin contra quod procerum officium ſit, oſtendit [a] Samuel, cum proceribus, & populo inſpectante, Saulem jam perverſe regnantem + ſolita veneratione eſt proſequutus.

a 1. *Samuelis* XV, 30.

4. Atque adeo + religionis quoque publicæ ſtatus nunquam non a regis, ac Synedrii arbitrio pependit. Quod enim poſt regem magiſtratus ſimul cum populo + Deo ſe fideles fore promiſerunt, id intelligi debet, + quatenus in cujuſque id futurum erat poteſtate. Ne ſimulacra quidem falſorum Deorum, quæ publice exſtabant, + dejecta unquam legimus, niſi juſſu, aut populi in libera republicâ, aut regum cum regnabantur. Quod + ſi quid aliquando factum eſt vi contra reges, narratur in teſtimonium divinæ providentiæ id permittentis, non in facti humani approbationem.

5. Solet a contrariæ ſententiæ auctoribus proferri dictum + Trajani, cum pugionem præfecto prætorio traderet: (hh) *Hoc pro me utere, ſi recte impero; ſi male, contra me.* Sed ſciendum eſt, Trajanum, ut ex Plinii Panegyrico apparet, id unice curaſſe, ne quid regium oſtentaret, ſed r + verum principem gereret, + qui proinde ſubeſſet ſenatus, populique judicio, quorum ſententias exſequi præfectus deberet etiam in ipſum principem. Simile eſt, quod de + M. Antonino legimus, [b] qui publicam pecuniam attingere noluit, niſi conſulto ſenatu.

b Xiphilin. *in ejus Vit.* pag. 281.

+ VII. 1. Gravior illa eſt quæſtio, an lex de non reſiſtendo nos obliget + in graviſſimo, & certiſſimo diſcrimine. Nam leges etiam Dei quædam, quamquam generaliter prolatæ, + tacitam habent exceptionem ſummæ neceſſitatis: + quod de lege ſabbathi (ii) 56 Haſamonæorum temporibus a ſapientibus definitum fuit: unde dictum celebre; 57 *periculum animæ impellit ſabbatum*: & Judæus apud Syneſium cauſam neglectæ legis de ſabbatho hanc reddit: [s] *σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν· in certiſſimum vitæ periculum adducti ſumus.* Quæ exceptio probata eſt ipſi 58 Chriſto: ut 59 + & in lege altera

GROTII.

r *Verum principem gereret*] Quod poſtea imitati *Pertinax*, & *Macrinus*: quorum orationes egregias apud *Herodianum* vide. (*Lib.* II. *Cap.* 3. *Lib.* IV. *Cap.* 14. Edit. Bœcler.)

s Σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν] Maccabæorum lib. I. c. 9. 10. 43. & 44. ᾗ ἦκεσε Βακχίδης μὲ ἦλθε τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἕως τῶν κρηπίδων τῦ Ἰορδάνυ ἐν δυνάμει πολλῇ· μὲ εἶπεν Ἰωναθὰν τοῖς παρ' αὐτῦ· ἀναςῶμεν νῦν πολεμήσωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· ὲ γὰρ ἐςι σήμερον ὡς ἐχθὲς μὲ τρίτην ἡμέραν· *Id cum audiſſet Bacchides, venit multo cum exercitu ad Jordanis ripas ipſo die ſabbati. Jonathan autem ſuis dixit: ſurgamus nunc, & pro vita pugnemus: neque enim noſtræ res ſe habent ut heri, & nudius tertius.*

GRONOVII.

56 *Haſamonæorum*] Ab Aſſamonæo Matthiæ proavo dicti, qui a Juda Maccabæo Matthiæ F. Maccabæi. *Joſeph.* 12, 8.

57 *Periculum animæ impellit*] Solvit neceſſitate ſervandi Sabbathi. *Caſaub.* Exercit. 1. ad Baron. 12, 17. p. 66. *Buxtorf.* Synag. cap. 16. p. 365. (Vide & Auctorem in *Matth.* XII, 11.)

58 *Chriſto*] Matth. XII, 4.

59 *Et in lege altera*] I. Sam. XXIII, 6.

(hh) Refertur à *Xiphilino*, pag. 248. D. *Ed. Steph.* Vide & *Plinii Junioris* Panegyric. c. 67. & *Caſſiodor.* Var. VIII, 13. J. B.

(ii) Vide JOSEPH. *Antiq. Jud.* Lib. XIV. Cap. IV. §. 2. *Ed. Hudſon.* & Clariſſ. CLERICUM, in *Marc.* III, 4. J. B.

GRO-

altera de non edendis panibus propoſitionis. Et Hebræorum magiſtri legibus de cibis vetitis, aliiſque nonnullis, ex veteri traditione + eandem addunt exceptionem, recte quidem: + non quod Deo jus non ſit ad certam mortem ſubeundam nos obſtringere, ſed quod leges quædam ejus ſint argumenti, + ut non credibile ſit datas ex tam rigida voluntate; + quod in legibus humanis magis etiam procedit.

2. + Non nego, + a lege etiam humana quoſdam virtutis actus poſſe præcipi, + ſub certo mortis periculo, ut t 60 + de ſtatione non deſerenda; + ſed nec temere ea voluntas legem condentis fuiſſe intelligitur: neque 61 videntur homines in ſe, & alios tantum 62 jus accepiſſe, + niſi quatenus ſumma neceſſitas id exigat. + Ferri enim leges ab hominibus ſolent, & debent, 63 cum ſenſu humanæ imbecillitatis. + Hæc autem lex, de qua agimus, + pendere videtur a voluntate eorum, qui ſe primum in ſocietatem civilem conſociant, + a quibus jus porro ad imperantes manat. + Hi vero ſi interrogarentur, + an velint omnibus hoc onus imponere, ut mori præoptent, quam ullo caſu vim ſuperiorum armis arcere; + neſcio an velle ſe ſint reſponſuri, niſi forte cum hoc additamento, + ſi reſiſti nequeat, niſi cum maxima reipublicæ perturbatione, aut exitio plurimorum innocentium. Quod enim + tali circumſtantia 64 + charitas commendaret, id + in legem quoque humanam deduci poſſe, non dubito.

3. Dicat aliquis, + rigidam illam obligationem, mortem potius ferendi, quam ullam unquam ſuperiorum injuriam repellendi, + non ex lege humana, ſed divina proficiſci. Sed notandum eſt, primo homines + non DEI præcepto, ſed ſponte adductos 65 + experimento infirmitatis familiarum ſegregum adverſus violentiam, in ſocietatem civilem coiiſſe; + unde ortum habet poteſtas civilis, quam ideo + humanam ordinationem Petrus [a] vocat: quanquam alibi & + divina ordinatio vocatur, + quia hominum ſalubre inſtitutum Deus probavit. + Deus autem humanam legem probans cenſetur probare 66 ut humanam, & humano modo.

4. Barclajus regii imperii aſſertor fortiſſimus huc tamen [b] deſcendit, + ut populo, & inſigni ejus parti jus concedat ſe tuendi adverſus immanem

[a] 1. *Pet.* II, 13.

[b] *Lib.* III. *adv. Monarch.* c. 8. *Lib.* VI. c. 23. & 24.

GROTII.

t *De ſtatione non deſerenda*] Vide *Joſephum*, ubi de cuſtodibus Saulis agit. (*Ant. Jud.* Lib. VI. Cap. 13. §. 9. *Ed. Hudſon.*) *Polybius*: παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόσιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν. (Habet è *Suida*, voce πρόσιμα: nam verba paullo aliter leguntur apud ipſum Hiſtoricum, *Lib.* 1. Cap. 17. *J. B.*

GRONOVII.

60 *De ſtatione*] Loco, ubi quis aut in præſidio, aut in acie locatus eſt ab Imperatore. *Liv.* XXIV, 37.

61 *Videntur homines*] Nam Dei paullo ante jus liberum agnovit, qui vitam, quam precario dedit, repoſcere poteſt, quandoque placet ejus ſanctæ providentiæ.

62 *Jus accepiſſe*] Ut poſſint eis injungere, quod requirat, ut deſerant omnem tutelam ſui, & certæ morti occurrant.

63 *Cum ſenſu*] Ut conſiderent, quid hæc fragilitas ferat, nec mandent quod homo natus præſtare nequeat.

64 *Charitas commendaret*] Ex officio fieret, atque humanitate; ita tamen, ut intermittere liceat, idem poſſe præcipi, ut intermittere non liceat.

65 *Experimento infirmitatis*] Quod viderent, diſperſos per familias, & nihil commune habentes, facile a violentis opprimi.

66 *Ut humanam, & humano*] Quatenus exigit, quantum homini poſtulare licet ab homine, quantumque homo (cui difficile eſt ejurare inſitum amorem ſui) potuit exſequi.

nem sævitiam ; + cum tamen ipse fateatur, totum populum regi subditum esse. Ego facile intelligo, + quo pluris est 67 id, quod conservatur, eo majorem esse 68 æquitatem, + quæ + adversus legis verba exceptionem porrigat : attamen indiscriminatim + damnare aut singulos, aut partem populi minorem, + quæ ultimo necessitatis præsidio sic utatur, ut interim 69 & communis boni respectum non deserat, vix ausim. Nam David, a + qui 70 extra pauca facta testimonium habet + vitæ secundum leges exactæ, armatos circum se primum quadringentos, deinde plures aliquanto habuit : + quo, nisi ad vim arcendam, si inferretur ? Sed simul illud notandum est, non factum id a Davide, + nisi postquam & Jonathanis indicio, & pluribus aliis certissimis argumentis compererat, Saulem vitæ suæ imminere. + Deinde vero nec urbes invadit, nec pugnandi captat occasiones : + sed latebras quærit, modo in locis deviis, + modo apud populos externos, + & 71 hac religione ut popularibus suis nunquam noceat.

a 1. Samuel. XXII, 2. & XXIII, 13.

5. + Simile videri potest + factum Maccabæorum ; + nam quod quidam hæc arma eo titulo defendunt, quasi Antiochus non rex, sed invasor fuerit, vanum puto : cum nusquam in omni historia Maccabæi, & qui eorum partes sequebantur, + Antiochum alio, quam regis nomine compellent ; & merito sane, cum jampridem + Macedonum imperia agnovissent Hebræi, + in quorum jus Antiochus successerat. Nam quod lex vetat, + alienigenam populo præfici, + de voluntaria electione intelligendum est, non de eo, quod temporum necessitate adductus populus facere cogebatur. Quod vero ajunt alii, + usos Maccabæos jure populi, 72 cui αὐτονομία. deberetur, ne id quidem firmum. Nam Judæi primum + a Nabuchodonosore devicti jure belli, + ex eodem jure successoribus Chaldæorum 73 Medis, & Persis paruerant : quorum u totum imperium ad Macedonas devenit. Hinc Judæi Tacito b vocantur, *Dum Assyrios penes, Medosque, & Persas oriens fuit, vilissima pars servientium.* Nec quicquam ab Alexandro, ejusque successoribus 74 stipulati sunt ; sed sine ulla conditione in eorum ditionem vene-

b *Hist.* l. v. c. 8.

GROTII.

u *Totum imperium ad Macedonas devenit*] *Justinus* libro XXXVI. *Primus Xerxes Rex Persarum Judæos domuit. postea cum ipsis Persis in ditionem Alexandri magni venere, diuque in potestate Macedonici imperii subjecti Syriæ regno fuere. A Demetrio cum desciviſſent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.* (Cap. 3.)

GRONOVII.

67 *Id. quod conservatur*] Quod scil. conservari non posset in stricta legis observatione.

68 *Æquitatem, quæ*] Per quam licet eam legem aliquando non observare.

69 *Et communis boni*] Ut non turbet ultro tranquillitatem publicam, & tantummodo sese tueatur ; non infestet, neque ad simul turbandum trahat alios.

70 *Extra pauca*] Quibus lapsus est, & graviter peccavit.

71 *Hac religione*] Perpetua, & vigili cura.

72 *Cui αὐτονομία*] Quem Deus liberum, & sui juris esse voluisset.

73 *Medis, & Persis*] Non potest excusari, quod *Tacitus*, & Auctor ajunt, Judæos Medis servisse, nisi de uno Dario Medo, cujus mentio apud Danielem, intelligatur. Nam Assyriis a Nino ad Sardanapalum, Medis ab Arbace ad Astyagen non paruerunt Judæi : sed destructo primo Assyriorum imperio, & contracto Medico, aliud Assyriorum, vel Chaldæorum imperium natum est per Nabuchodonosorem eodem tempore, quo in alia parte orientis regnabant Medi. Huic posteriori Assyriorum regno armis victi accessere Judæi ; inde ad Persas sub Cyro transiere.

74 *Nec quicquam stipulati*] Nihil exceperunt, quum ei se dederent.

GRO-

venerunt, + ſicut ante ſub ditione Darii fuerant. Quod ſi & Judæi interdum + ritus ſuos, & leges palam exercere permiſſi ſunt; id fuit ex regum beneficio jus precarium, non ex lege aliqua imperio addita. + Nihil ergo eſt quod Maccabæos tueatur, præter ſummum, certiſſimumque periculum: + quamdiu ſcilicet intra ſui defendendi terminos ita ſe continuerunt, ut in loca devia exemplo Davidis ſecederent, quærendæ ſecuritati; + nec arma expedirent, niſi ultro oppugnati.

6. Illa interim cautio tenenda eſt, + etiam in tali periculo perſonæ regis parcendum: quod qui factum a Davide putant, 75 non ex officii neceſſitate, + ſed ex ſublimiore propoſito, (kk) + falluntur. Ipſe enim David aperte dixit, [a] inſontem neminem eſſe poſſe, qui manus regi inferret. Nimirum, ſciebat + ſcriptum in lege: [b] *Diis*, id eſt, judicibus ſummis, *non maledices*, & [x] *principi in populo tuo non maledices.* In qua lege mentio facta ſpecialis eminentium poteſtatum, + oſtendit aliquid præcipi ſpeciale. Quare Optatus [c] Milevitanus de hoc Davidis facto loquens, [y] *Obſtabat*, ait, *plena divinorum memoria mandatorum.* Et verba Davidi hæc tribuuit: *Volebam hoſtem vincere, ſed prius eſt divina præcepta ſervare.*

[a] 1. *Samuel.* XXVI, 9. [b] *Exod.* XXII, 28. [c] *Lib.* II.

7. At + falſa maledicta ne in privatum quidem licet jacere: + in regem ergo veris quoque abſtinendum; quia, ut ait ſcriptor problematum, [d] quæ Ariſtotelis nomen præferunt: ὁ κακηγορῶν τὸν ἄρχοντα, εἰς τὴν πόλιν ὑβρίζει· *Qui rectori maledicit, [z] in civitatem eſt injurius.* Quod ſi voce lædendus non eſt, + manu certe multo minus: unde & pœnitentia tactum [e] Davidem legi-

[d] *Sect.* XXIX. *num.* 14. [e] 1. *Samuel.* XXIV, 6.

GROTII.

x *Principi in populo tuo non maledices*] Joabus Semeiæ apud *Joſephum*: ὃ τεθνήξῃ βλασφημήσας τὸν ὑπὸ τῷ Θεῷ καταξαθέντα βασιλεύειν; *An morereris, qui ei maledicere auſus es, quem Deus in regni ſede conſtituit?* (Ant. Jud. *Lib.* VII. *Cap.* 11. §. 2. Verum ibi qui loquitur, non eſt *Joabus*, ſed frater ejus *Abiſaïs*, *Tſerujæ* filius. J. B.)

y *Obſtabat plena divinorum memoria mandatorum*] *Joſephus* de Davide: μετανοήσας δ' εὐθὺς, ὃ δίκαιον εἶπε φονεύειν τὸν ἑαυτῷ δεσπότην· *Sed ſtatim pœnitudine ductus, injuſtum facinus eſſe dixit, dominum ſuum occidere.* (Lib. VI. C. 13. §. 4.) Et poſt: Τὸν ὑπὸ τῷ Θεῷ κεχειροτονημένον βασιλέα δεινὸν ἀποκτείναι κἂν ᾖ πονηρός· ἔξειν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ διδόντος τὴν δίκην· *Horrendum, regem quamvis malum interficere; pœnam enim id facienti imminere ab eo, qui regem dedit.* (Ibid. §. 9. *Edit. Hudſ.* In loco priore non omittere debuit Auctor hæc verba, ὃν τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀξιωθέντα, *eumque, qui à Deo Rex conſtitutus eſt.* In loco altero verſio ejus etiam malè omittit hæc, ὑπὸ τῷ Θεῷ κεχειροτονημένον, quæ idem ſignificant, obſtantque adeo, quominus de omnibus in univerſum Regibus locus intelligi queat. Quamvis & Doctiſſimus SALMASIUS, *Reſp. ad Milton.* pag. 163. in Verſione illius loci omittat illa verba: quæ tamen in Græco ponit; quaſi ſcilicet voce ſolâ *Regis* continerentur. Sed pejus eſt, quòd in fine, omiſſis quibuſdam, ſenſus planè corruptus ab Auctore noſtro, præ nimio fortè ſtudio cauſſæ ſuæ ſerviendi. Ita habent Græca: Ἥξειν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ δόντος τὴν ἀρχὴν σὺν χρόνῳ τὴν δίκην· *Venturam enim aliquando ipſi* (Regi ſcilicet) *pœnam, ab eo, qui dedit illi imperium.* J. B.

z *In civitatem eſt injurius*] Julianus Miſopogone: ᾗ γὰρ οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τὰς ἀρχοντας, ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὑβρίζει, ἐκ περισσοῦ τοὺς νόμους κατεπάτησεν. *Sunt enim leges ſeverae pro principibus: ita ut qui in principem injurioſus fuerit, is ex animi libidine conculcaverit leges.* (Pag. 342. B. *Edit. Spanh.*) [Non ſatis adcuratè vertitur hic locus. Id vult Imperator: *Metuuntur Leges propter Imperantes* (à quibus ſcilicet auctoritatem, & vim omnem habent) *Qui igitur in ipſum Imperantem injurius eſt, multo audaciùs Leges conculcabit.* Sic, ut cuivis patet, locus ad rem nihil facit. J. B.]

GRONOVII.

75 *Non ex officii neceſſitate*] Eximiæ alicujus innocentiæ ſtudio, ut abſtineret etiam illa vi, qua jure uti poterat, ut non modo ad legem juſtus eſſet, ſed & intra legem, ut *Seneca* loquitur 2. de ira 27.

(kk) Non ita falluntur. Dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. J. B.

GRO-

legimus, + quod veſtem ejus violaſſet : tantam intelligebat perſonæ iſtius eſſe ſanctitudinem ! nec immerito ; nam cum ſummum imperium [a] non poſſit non multorum odiis patere, + ſecuritas fungentis peculiariter fuit munienda. Quod Romani etiam + in Tribunis plebis conſtituerunt, ut ἱερούς, id eſt, inviolabiles eſſent. Inter Eſſenorum dicta erat, + reges ſanctos eſſe habendos : & inſigne illud apud [a] Homerum :

[a] *Iliad.* v. 566.

——— Περὶ γὰρ δὲ ποιμένι λαῶν,
——— ——— μή τι πάθοι·

——— [b] *Nam pro populi paſtore timebat,*
——— ——— *Ne quid ei accideret.*

Nec immerito, ut apud [b] + Curtium eſt, *regium nomen gentes, quæ ſub regibus ſunt, pro Deo colunt.* [c] Artabanus Perſa : ἡμὶν δὲ πολλῶν νόμων ἠ καλῶν ὄντων κάλλιστός ἐστι, τὸ τιμᾶν βασιλέα ἠ προσκυνεῖν, εἰκόνα Θεοῦ τὰ πάντα σώζοντος. *Nobis inter leges multas, eaſque bonas, hæc optima eſt, regem colendum, & adorandum, ut Dei cuncta ſoſpitantis effigiem.* Plutarchus Agide : [c] ὃ δημιτὸν οὐδὲ νενομισμένον βασιλέως σώματι τὰς χεῖρας προσφέρειν, *nec fas, nec licitum regis corpori manus inferre.*

[b] *Lib.* X. *c.* 3.

[c] *Pag.* 804.

8. 76 Illa quæſtio gravior, an quantum Davidi, an quantum Maccabæis

GROTII.

a *Non poſſit non multorum odiis patere*] *Quinctilianus* Declamatione CCCXLVIII. *Hanc eſſe conditionem omnium, qui adminiſtrationem reipublicæ aggrediuntur, ut ea, quæ maxime pertinent ad ſalutem communem, cum quadam ſui invidia efficere cogantur.* Vide ea de re Liviæ verba ad Auguſtum apud Xiphilinum ex *Dione.* (Pag. 85. 86. *Ed. H. Steph.*)

b *Nam pro populi paſtore timebat*] Bene *Chryſoſtomus*, 1. ad Tim. 1. *Si quis ovem jugulet, ab eo gregem imminui : at ſi quis paſtorem de medio ſuſtulerit, ab eo totum gregem diſſipari. Seneca* libro priore de clementia cap. III. *Somnum ejus nocturnis excubiis muniunt : latera objecti, circumfuſique defendunt : incurrentibus periculis ſe opponunt. Non hic eſt ſine ratione populis, urbibuſque conſenſus, ſic protegendi, amandique reges, & ſe ſuaque jactandi, quocumque deſideraverit imperantis ſalus. Nec hæc vilitas ſui eſt aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunquam ſenis, & invalidi. Quemadmodum totum corpus animo deſervit* (quod ipſum late ibi exſequitur) *ſic hæc immenſa multitudo unius animæ circumdata illius ſpiritu regitur, illius ratione flectitur, preſſura ſe, ac fractura viribus ſuis, niſi conſilio ſuſtineretur. Suam itaque incolumitatem amant, &c.* Adde quæ infra, lib. II. cap. 1. §. IX.

c *Artabanus Perſa*] Apud *Plutarchum* Themiſtocle. (Pag. 125. C.).

GRONOVII.

76 *Illa quæſtio &c.*] Auctor quæſtionem, an liceat Chriſtianis pro religione adverſus ſuperiores in ultimo diſcrimine bellare, ita tractat, ut negantem partem probare, atque ita tot heroum, querum armis a Deo proſperatis libertatem conſcientiæ in Belgio, Germania, Gallia debemus, cauſam damnare videatur.

Cui ſententiæ ſubſcribere non poſſumus : nec quæ pro ea proferuntur, tanti putamus, ut iis nos induci patiamur.

Crucem ſubire ſuos bis juſſit Chriſtus, prius Matth. X, 38. Quod tempus *Marcus* quoque VIII, 34. & *Lucas* IX, 23. reſpiciunt. Iterum *Matth.* XVI, 24. quod *Lucas* XIV, 27. id nihil aliud eſt, quam divinas caſtigationes patienter, & ſine murmure, cumque confeſſione peccatorum, & horrore juſtiſſimæ Dei adverſus peccata iræ excipere. Et tam dictum eſt ſuperiorum ſupremis, regibuſque regum, quam humillimo, & deſpicatiſſimo mortalium. Quemadmodum igitur hoc non impedit, quo minus reges, & magiſtratus reſiſtant malitiæ privatorum, & hoſtium, atque illos ſupplicio afficiant, hos bello proſequantur : ita neque impedit privatos, quominus illi ultimæ ſævitiæ malorum principum, & magiſtratuum repugnent.

Ob religionem autem ſi omnino in ſuperiores arma ſumere non licet, neque licebit ipſis ſuperioribus arma ſumere adverſus alios pariter ſuperiores ob religionis diverſitatem bellum moventes. Præbeamus igitur, ſi Diis placet, nos impune lacerandos, & ſubjugandos Turcis Mahometiſmum imperantibus. Et condemnemus Conſtantinum, quod defendendi a perſecutione Chriſtia-

bæis licuit, + liceat & Chriſtianis, quorum magiſter crucem ſubire toties jubens, + exactiorem patientiam videtur requirere. Certe ubi ſuperiores ob

Chriſtianiſmi gratia arma ſumſit in affinem ſuum, & collegam Imperatorem Licinium: quo nomine tota Eccleſia eum ſemper laudavit, & obnoxiam ſe illi profeſſa eſt. Nec poteſt hic dari ratio, quare magis liceat ſuperioribus in ſubjectos per religionis cauſam ſævire, quam per aliam quamcumque impotentiam. Immo per illam minus licet, quia ſolus Deus καρδιογνώστης eſt, & imperium in conſcientias habet. Porro qui religionem petit ſævitia, idem petit bona, petit vitam, petit conjugem, & liberos. Si ergo licet in graviſſimo, & certiſſimo diſcrimine reſiſtere ſuperioribus ob bona, conjugem, liberos, vitam defendendam, (ut conceſſit Auctor): quoniam eædem cauſæ cum cauſa religionis ſunt perpetuo conjunctæ; etiam in ultimo, & certiſſimo diſcrimine ob religionem, ſi non per religionem, certe per illas alteras cauſas reſiſtere licet ſuperiori intolerabili ſævitia prætextu religionis bona, & vitam involanti.

Chriſti, & Apoſtolorum, & primorum Chriſtianorum exempla nihil juvant, quia illa verſantur in eccleſia conſtituenda, nos in eccleſia conſtituta. Illam quum ſinguli, & humillimi homines (ita Deo placitum) in eam colligerentur, non oportet infamem fuiſſe rebellionibus: nunc poſtquam illud crimen eccleſia effugit diu patiendo, non oportet eam beneficium Dei incomparabile, præſertim ſi vires ad illud tutandum dedit, per ignaviam amittere.

Quod Chriſtus per humilitatem, per patientiam ſe, ac ſuos ad tempus præbendo tanquam oves ad lanienam, vicit poteſtates mundi, ac tenebrarum, miraculum eſt non minus, quam linguarum donum: quam ſanandi infirmos, excitandi mortuos, liberandi energumenos, & alia ſupra humanum modum. Ut ergo nunc in docenda, diſcendaque religione Chriſtiana non exſpectandum, donec eadem miracula Deus nobis repræſentet: ſed ordinariis ſtudiorum viis, & conſueta diſciplina utendum eſt: ita nec in defendenda veritate agnita, & libertate conſcientiæ manibus inſinuatis ſedendum illis, quibus Deus non modo pro focis, ſed etiam pro aris vires, & opes dedit; nec operienda miracula, quæ Deus ſic quoque dat, ſed illis, qui viis, & inſtrumentis, & labore, curaque cuivis rei propria utuntur. Hebræos ſub Pharaone cædes, & contumelias, & injuſta opera cum ſervilibus verberibus tolerare voluit Deus uſque in adventum Moſis. Noluit eoſdem pugna Ægyptium vincere: Rubrum mare mandata ſua peragere, & ultionem exſequi juſſit: ad idem eductis in terram promiſſam per arma adverſus religionis oppreſſores adfuit. Neque hoc infirmat martyria. Immo genus eſt martyrii in ſancto, & ſolo propoſito defendendi lucem euangelii conceſſam occumbere quamvis armatum. Quod ſi quando ab inermibus, & mera patientia, martyrium excipi vult; id non magis moratur alios, quin ſe, ut poſſunt, a vi tueantur: quam quod quoſdam naufragio, peſtilentia, alios morbo evocat, id non prohibet alios, quominus medicinis, & omni probata via ad ſalutem graſſentur: quod quoſdam ſub iniquo judice probos, & innocentes ſinit opprimi; id nihil vetat, ne alii ſuam innocentiam judicio defendant. Neque vero non intereſt privatus, paucive, an populus ob religionem infeſtetur: nam illi ſuo fato occidunt, populus etiam poſteritatis.

Præterea ſi Chriſti exemplum, & injuriarum patientiâ, non tollit jus belli gerendi omne in univerſum adverſus quoſvis aggreſſores; ne quidem tollit jus belli gerendi adverſus ſuperiores in ultimo diſcrimine ob religionem. Ratio eſt, quia Chriſtus non tantum injurias à ſuperioribus pertulit, ſed etiam a viliſſima fæce Judæorum: neque tantum ob religionem, ſed etiam ob illorum invidiam, & malitiam. Deinde non dicit: *Si ſuperior ob religionem tibi alapam in altera maxilla duxerit*; non dicit: *Qui tollet gladium adverſus ſuperiores religionis cauſa*; ſed ſimpliciter, & ſine exceptione: *Si quis duxerit: Qui tollet.* Quæ ergo reſponſio eſt ad hæc loca pro ſarto tecto ſervando jure belli cujuſcumque; eadem eſt & pro ſervando jure belli in ſuperiores, & intolerandam ſævitiam religionis ergo.

Chriſtus fugam concedit, inquit: agnoſco: ultra fugam nihil: hoc hic lego; apud Euangeliſtam neminem. II. Si præciſe nihil extra fugam, nequidem ut pecunia redimant libertatem religionis, & conſcientiæ, itaque rem illicitam fecere tot ſæculis, faciuntque hodie miſeri Græci, & aliæ nationes Chriſtianæ ſub Turcico imperio, qui tributo perſecutionem evadunt. Quod ſi hoc durum eſt adfirmare, fatendum eſt, illud temere pronuntiatum eſſe. III. Quin imo, quia fugam concedit, non requirit meram, & ſolam patientiam: ſed per ſynecdochen ſpeciei concedit honeſtas rationes ſubterfugiendi & hoc genus tyrannidis, quamdiu non planum, ac liquidum eſt, placuiſſe Deo, ut morte noſtra teſtimonium veritati demus. IV. Quia fugam conceſſit, oſtendit certe ſuum exemplum non vocare nos ad omnes omnino eventus patientiæ, quam ipſe præſtitit; noluit enim fugere. V. Fugam conceſſit illis, quibus nihil patebat præter fugam: quales erant primi ejus diſcipuli virium inopes. His igitur fugam concedendo non vetuit alios ſuo bono uti.

Quanto melius facerent tyrannidis patroni, ſi Chriſti exemplum proponerent perſecutoribus, & imperantibus religionem! noluit ille vi in formanda, & propaganda eccleſia uti: noluit ignes, & gladios adhibere, cum facile potuiſſet. Itaque exemplum Chriſti magis obligat principes ad non fæviendum ob religionem, quam ſubjectos ad imi-

ob religionem mortem intentant Chriſtianis, + Chriſtus [a] fugam concedit, his ſcilicet, + quos officii neceſſitudo nulli loco alligat : (ll) + ultra fugam nihil, [b] Petrus vero Chriſtum, ait, cum pateretur, nobis reliquiſſe exemplum, quod ſequamur ; qui cum peccato vacaret, & doli omnis immunis eſſet, convitia convitiis non repoſuit, neque inter patiendum minatus eſt, + ſed rem permiſit juſte judicanti. Idem gratias agendas Deo, ait, + & gaudendum Chriſtianis, ſi tanquam Chriſtiani pœnis ſubdantur. + Et hac maxime patientia invaluiſſe Chriſtianam religionem, legimus.

[a] *Matth.* X, 23.

[b] 1. Petr. II, 21. IV, 12. 13. 14. 15. 16.

9. Quare Chriſtianis veteribus, qui recentes ab Apoſtolorum, & apoſtolicorum virorum diſciplina, + eorum præſcripta & intelligebant melius, & perfectius implebant, + ſummam injuriam fieri puto ab iis, qui quo minus ipſi ſe defenderent in certiſſimo mortis periculo, vires putant illis, non animum defuiſſe. Imprudens certe, & impudens fuiſſet Tertullianus, [c] ſi apud Imperatores, qui ejus rei ignari eſſe non poterant, ita confidenter auſus eſſet mentiri : *Si enim hoſtes & apertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis* 77 *vis numerorum, & copiarum ? Plures nimirum Mauri, & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantæcunque unius tamen loci, & ſuorum finium gentes, quam totius orbis ? Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia,* 78 *conciliabula, caſtra ipſa, tribus,* 79 *decurias,* 80 *palatium, ſenatum, forum : ſola vobis reliquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus,* 81 *etiam copiis impares, qui*

[c] *Apolog. c.* 37.

tandum ejus patientiam omnem, quæ magna parte miraculoſa eſt.

Locus Petri tot verſibus ſolatia continet illis, quorum conſtantia, & martyrio, Deum velle amplificare gloriam ſuam, certo conſtat ; quia illis ſubducit omnem externam opem defendendæ vitæ, & eoſdem ad hanc ipſam patientiam præſenti numine, & S. Spiritus extraordinaria ope confirmat. Sunt autem viæ, quibus utitur Deus ad amplicandam gloriam ſuam, multæ. Nec ſcriptura, cum unam earum laudat, alias tollit. Idem Deus, qui modo monſtrat, quid poſſit in infirmis, magnum illis animum adverſus calamitates, & ſupplicia præſtando ; modo monſtrat, quid poſſit in fortibus, victoriam illis per arma juſta largiendo.

Ad exemplum illud primorum Chriſtianorum tam ſpecioſe propoſitum reſpondet *Miltonus*, eos non potuiſſe, quicquid imputent : ubi potuerint, feciſſe : denique qui non fecerint, non obligare nos ad imitandum. Et certe non potuerunt : Homines humiles, tenues, viles, ignobile vulgus, pauci etiam, cum multa millia eſſent, ſi cum cæteris comparentur, diſperſi, & disjecti, ſine corpore, & concilio, clandeſtinis, eoque non numeroſis cœtibus coëuntes, imbelles, & inermes, nullo capite, præter ſacerdotes ex eadem vilitate lectos : ad hæc nihil aliud cogitantes, quam pœnitentiam priſtinæ vitæ, ſpem, metumque futuræ, exſpectantes quiſque ſe viſurum noviſſimum diem, eaque de cauſa deferentes negotia, abhorrentes a conjugiis, a gerenda republica, a militia, abjicientes pecuniam, & rem familiarem, denique nihili facientes, quorum cauſa tyrannos odimus, & defenſionem noſtri paramus : interdum improvide, ac ſimpliciter, quæ Chriſtus non ſimpliciter contemni juſſerat, ſed comparate, ſi haberi non poſſent ſalva conſcientia, & ſi ea Deus repoſceret. Itaque non modo vires illis, ſed & animum reſiſtendi defuiſſe, facile concedo. Nec poterant, nec ſi potuiſſent, volebant ; non tam quia illicitum putabant, quam ob nimiam martyrii ambitionem. Sed aliter egerunt, poſtquam Imperatores facti ſunt Chriſtiani : & ipſi quoque publica munera adminiſtrando potentiam nacti ſunt.

77 *Vis numerorum*] Cohortium, *Tacitus* 1. hiſtor. 6. Agric. 18. & 32.

78 *Conciliabula*] Supra cap. 2. num. 10.

79 *Decurias*] Judicum, & equeſtrem ordinem.

80 *Palatium*] Domum auguſtam.

81 *Etiam copiis*] Apparatu, & inſtrumento belli.

(ll) Dictum *Chriſti* unicè pertinet ad Apoſtolos, ut patet ex ſequentibus. Auctor ipſe ſe refellit, quando in Adnotationibus ad hunc locum *Matth.* X, 23. verba illa ſolis Apoſtolis adcommodat, & inde fatetur, non poſſe argumentum duci ad definiendam quæſtionem : An ſponte fugere liceat, periculi tantum vitandi cauſſa ? J. B.

GRO-

qui tam libenter trucidamur, ſi non [82] *apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret, quam occidere?* Sequitur hic quoque [83] magiſtrum ſuum [a] Cyprianus, & aperte prædicat: *Inde eſt, quod nemo noſtrum, quando apprehenditur, reluctatur: nec ſe adverſus injuſtam violentiam veſtram,* [84] *quamvis nimius, & copioſus noſter ſit populus, ulciſcitur. Patientes facit* [85] *de ſecutura ultione ſecuritas.* [d] *Innocentes nocentibus cedunt.* Et [b] Lactantius: *Confidimus enim majeſtati ejus, qui tam contemtum ſui poſſit ulciſci, quam ſervorum ſuorum* [86] *labores, & injurias. Et ideo cum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur:* [+] *ſed Deo remittimus ultionem.* Nec aliud ſpectavit [c] Auguſtinus, cum dicit: *Nihil juſtus præcipue cogitet in his rebus, niſi ut bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt: non enim fas eſt omnibus.* Ejuſdem [d] eſt illud: *Quoties Imperatores* [87] *in errore ſunt, leges ad tuendum errorem contra veritatem condunt, per quas juſti examinantur, & coronantur.* Idem [e] alibi: *Ita a plebibus principes, & a ſervis domini ferendi ſunt, ut ſub exercitatione tolerantiæ ſuſtineantur temporalia, & ſperentur æterna.* Quod veterum Chriſtianorum exemplo alibi [f] ſic explicat: *Neque tunc civitas Chriſti, quamvis adhuc pegrinaretur in terris, & haberet tam magnorum agmina populorum adverſus impios perſecutores, pro temporali ſalute pugnavit; ſed potius, ut obtineret æternam, non repugnavit. Ligabantur, includebantur, cædebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabantur.* [88] *Non erat eis pro ſalute pugnare,* [89] *niſi* [90] *ſalutem* [91] *pro ſalute contemnere.*

10. Nec minus egregia ſunt, quæ in eandem ſententiam habet Cyrillus in locum Johannis de gladio Petri. [+] Thebæa legio, (mm) ut acta nos docent, militibus conſtabat ſexies mille ſexcentis ſexaginta ſex Chriſtianis omnibus: Qui, cum Maximianus Cæſar apud [92] Octodurum exercitum compel-

[a] *Ad Demetrianū*, p. 192. *Ed. Fell.*

[b] *Inſt. Div. Lib.* V. c. 20.

[c] *Lib. 6. Qu.* 10. *in Joſ.*

[d] *Epiſt.* 105 (vulg. 166.)

[e] In *Pſal.* 124. apud *Proſper. Sent.* 34.

[f] *De Civit. Dei lib.* XXII. c. 6.

GROTII.

d *Innocentes nocentibus cedunt*] Hæc ſunt in ſcripto ad Demetrianum. Ejuſdem hæc libri primi epiſtola 1. *Intellexit* (adverſarius) *Chriſti milites vigilare, jam ſobrios, & armatos ad prælium ſtare, vinci non poſſe, mori poſſe; & hoc ipſo invictos eſſe, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat: ſed promte & animas, & ſanguinem tradere.* (Ep. 60. *Ed. Fell.*)

GRONOVII.

82 *Apud iſtam diſciplinam*] Hanc ſectam Chriſtianorum. *Terent.* Eun. 2, 2. 32.

83 *Magiſtrum ſuum*] *Hieronymus* refert, notarium B. Cypriani dicere ſolitum, nunquam Cyprianum abſque Tertulliani lectione unum diem peregiſſe, ac ſibi crebro dixiſſe: *Da magiſtrum.*

84 *Quamvis nimius*] Numeroſus, multus admodum.

85 *De ſecutura*] Quia exploratum habemus, injuriarum, quæ nobis fiunt, Deum vindicem fore.

86 *Labores*] Ærummas, agonas, ut Herculis XII. labores dicuntur.

87 *In errore ſunt*] Ἑλληνισμῷ idolorum cultui dediti ſunt.

88 *Non erat eis*] Non ducebant operæ pretium, non faciebant tanti vitam, & bona ſua, ut eorum ergo arma ſumerent, ac reſiſterent; ſed ſpe, ac deſiderio ſalutis æternæ hanc fragilem vitam contemnebant. De illo, *Non erat*, Vide 4. Obſerv. 81. p. 115.

89 *Niſi*] Ἀντὶ τοῦ ſed.

90 *Salutem*] Hujus vitæ.

91 *Pro ſalute*] Æterna.

92 *Octodurum* Veragrorum vicum appellat *Cæſar* 2. bell. Gall. 1. *Martenach* hodie.

(mm) At vero mera eſt fabula, quæcunque de illâ Thebæa Legione dicuntur. Hiſtoria ipſa per ſe habet plurima indicia falſi: & libellus, in quo narratur, hoc titulo, *Paſſio Agaunenſium Martyrum*, non eſt EUCHERII, Lugdunenſis Epiſcopi, cui tribuitur; ut vel ex eo patet, quòd *Sigiſmundi*, *Burgundiæ* Regis, Auctor meminerit, qui Rex tamen ſat diu poſt mortem *Eucherii* regnavit. Hæc demonſtravit Clar. JOANNES DUBOURDIEU, Diſſertatione ſingulari, Anglicè primùm edita ann. 1696. poſtea Gallicè, ut erat nata, *Amſtel.* 1705. *J. B.*

compelleret sacra Diis falsis facere, primum [93] Agaunum iter arripuerunt, & cum eò misisset Imperator, qui eos ad sacrificandum venire juberet: ipsique se id facturos negassent, [94] Maximianus decimum quemque jussit interfici per apparitores, qui [+] nemine repugnante facile imperium sunt exsecuti.

11. [e] Mauritius ejus legionis [95] [+] primicerius, a quo Agaunum vicus Mauritii dictus est postea, narrante Eucherio Episcopo Lugdunensi, eo tempore commilitones sic allocutus legitur: *Quam timui, ne quisquam, quod armatis facile est specie defensionis, [96] beatissimis funeribus manus obviam afferre tentaret! jam mihi [97] ad hujus rei interdictum Christi nostri [98] parabatur exemplum, qui exemtum vagina apostoli gladium propriæ vocis jussione recondidit: docens, majorem armis omnibus Christianæ confidentiæ esse virtutem, [99] ne quisquam mortali operi mortalibus dexteris obsisteret, quin imo cœpti operis fidem perenni religione compleret.* Cum hoc supplicio peracto Imperator superstitibus eadem, quæ ante, præciperet, sic omnes respondent: *Milites quidem, Cæsar, tui sumus, & ad defensionem reipublicæ Romanæ arma suscepimus: nec unquam aut desertores bellorum, aut proditores militiæ fuimus, aut [1] ignavæ formidinis meruimus subire flagitium. Tuis etiam obtemperaremus præceptis, nisi instituti legibus Christianis, dæmonum cultus, & aras semper [2] pollutas sanguine vitaremus. Comperimus præcepisse te, ut aut sacrilegiis pollueres Christianos, aut [3] de denis interfectis nos velles terrere. Non inquiras longius latitantes: Nos omnes Christianos esse cognosce: habebis potestati tuæ subdita omnium corpora: auctorem vero suum respicientes Christum animas [4] non tenebis.*

12. Tum Exuperius legionis signifer sic eam allocutus ibidem narratur: *Tenere me, commilitones optimi, sæcularium quidem bellorum signa perspicitis; sed non ad hæc arma provoco, non ad hæc bella animos vestros, virtutemque compello. Aliud vobis genus eligendum est præliorum. Non per hos gladios*

GROTII.

e *Mauritius*] De hujus martyris honoribus apud Helvetios vide *Guillimannum.* (Lib. I. c. 15. & II. 8.) In veteri scripto de translatione sancti Justini in novam Corbejam: *Unde juxta fidem Chronicorum sub atrocissima, & incomparabili illa decima post Neronem persecutione passum eum, colligimus: quæ & prioribus persecutionibus immanior, dum venerabilem multitudinem martyrum cœlis mitteret, inter quos etiam præcipuum sancti Mauritii collegium, & innocentiæ speculum.* De Thebæis martyribus Brunsvicum translatis, vide *Crantzium* Saxonicorum VII, 16.

GRONOVII.

93 *Agaunum*] *Saint Maurice*, duodecim millibus p. ab Octoduro.

94 *Maximianus*] Collega Diocletiani A. Æ. C. 297.

95 *Primicerius*] Quia singula officia Palatina complures habebant personas, *primicerii, primiscrinii, proximi*, & *primates*, & *capita* [nam & sic vocabant] *officii* cujusque dicebantur, quod primum locum obtinerent, primique in laterculo, vel tabella incerata, cui numerus officii esset incisus, notarentur. Alii *tribunum* vocant.

96 *Beatissimis*] Felicissimum, & glorioſissimum mortis genus, martyrium interpellare vi, atque impedire.

97 *Ad hujus rei*] Ut probarem, hujusmodi defensionem illicitam esse.

98 *Parabatur exemplum*] Ovid. 9. Met. 507. *cur hæc exempla paravi? Tacitus* 15. ann. 13. *Si vis ingrueret, provisis exemplis Caudinæ, & Numantinæ cladis.*

99 *Ne quisquam mortali*] Leg. *immortali.*

1 *Ignavæ formidinis*] Per metum quidquam fecimus fortibus, & fidelibus militibus indignum. *Ignavus*, ut *ignavia*, *Sueton.* Tib. 66. Gal. 45. *Flagitium*, ut *Justinus* 22, 8.

2 *Pollutas sanguine*] Quæ non tam victimarum, quam Christianorum cruore coluntur, & inficiuntur.

3 *De denis*] Exemplo decimatorum.

4 *Non tenebis*] Coges manere in corpore, aut mortem refugere, ut idolis serviant.

GRO-

dios potestis ad regna cœlestia properare. Deinde Imperatori hæc nuntiari jubet: *Non nos adversum te, Imperator, armavit ipsa, quæ fortissima est in periculis, desperatio.* f *Tenemus ecce arma, & non resistimus, quia mori magis, quam vincere volumus: & innocentes interire, quam noxii vivere præoptamus.* Et postea: *Tela projicimus, exarmatas quidem dexteras satelles tuus, sed armatum fide catholica pectus inveniet.*

13. Sequitur post hæc laniena in non repugnantes, in cujus narratione hæc sunt Eucherii verba: 5 + *Ne justi punirentur, multitudo non obtinuit, cum inultum* (male editur *multorum*) *esse soleat, quod multitudo delinquit.* In veteri martyrologio res eadem sic narratur: *Cædebantur itaque passim gladiis non reclamantes; sed & depositis armis cervices persecutoribus, vel intectum corpus offerentes, non vel ipsa suorum multitudine, non armorum motione elati sunt, ut ferro conarentur asserere justitiæ causam: sed hoc solum reminiscentes, se illum confiteri, qui nec reclamando ad occisionem ductus est, & tanquam agnus non aperuit os suum, ipsi quoque tanquam grex Dominicarum ovium laniari se tanquam ab irruentibus lupis passi sunt.*

14. g Valens impie, & crudeliter sæviit in eos, qui secundum sacras literas, & Patrum traditionem 6 + τὸ ὁμοούσιον profitebantur, quorum quamvis maxima multitudo nunquam se armis tutata est.

15. Certe ubi patientia nobis præscribitur, sæpe adduci videmus, & a Thebæis militibus + adductum jam audivimus a Christi exemplum, ut nobis imitandum, cujus patientia ad mortem se extendit. Ac qui ita animam perdit, + is vere eam acquisiviisse a Christo pronuntiatur. + Diximus, summum imperium tenentibus resisti jure non posse. + Nunc quædam sunt, quæ lectorem monere debemus, ne putet in hanc legem delinquere eos, qui revera non delinquunt.

a 1. Petr. II, 21. *Matth.* X, 39. Luc. XVII, 33.

VIII. Primum ergo, qui principes sub populo sunt, + sive ab initio talem acceperunt potestatem, + sive postea ita convenit, h ut Lacedæmone, si

GROTII.

f *Tenemus ecce arma, & non resistimus*] Similia sunt illa Judæorum Alexandrinorum ad Flaccum (Immo ad *Petronium*, De Legat. ad Cajum, p. 1025.) ἄοπλοί ἐσμεν, ὡς ὁρᾷς· παραγενομένας δὲ αἰτιῶνταί τινες ὡς πολεμίους· ἃ δὲ ἡ φύσις ἑκάστῳ προσένειμεν ἀμυντήρια μέχρι χεῖρας, ἀπεστρόφαμεν, ἔνθα μηδὲν ἐργάσασθαι δύνανται, παρέχοντες αὐτῶν τὰ σώματα πρὸς εὐσκόπους τοῖς θέλουσιν ἀποκτεῖναι βολάς· & quæ sequuntur. *Inermes sumus, ut vides, & tamen sunt qui nos tanquam hostes publicos hic criminantur. Etiam eas, quas ad nostri tutelam partes dedit natura, retro vertimus, ubi nihil habent quod agant: corpora præbemus nuda, ac patientia ad impetum eorum, qui nos volent occidere.*

g *Valens*] Vide excerpta ex Johanne Antiocheno, ex manuscripto libro viri æterna memoria dignissimi *Nicolai Peirescii.* (Pag. 846.)

h *Ut Lacedæmone*] *Plutarchus* Lysandro: (Pag. 450.) οἱ Σπαρτιᾶται τῷ βασιλεῖ δίκην προστέγραψαν θανατικὴν, ἂν ἐκ' ὑποψίας ἐκεῖνος εἰς Τεγέαν ἔφυγε· *Spartiatæ regem ad capitis judicium vocarant, quod ille declinans fugit Tegeam.* Idem Sulla: (*Pag.* 476.) αὐτοὶ γέ τοι Σπαρτιᾶται βασιλεύοντας ἐνίους ἀφείλοντο τὴν ἀρχὴν, ὡς ὁ βασιλικὸς, ἀλλὰ φαύλους ᾗ τὸ μηδὲν ὄντας· *Quibusdam regibus Spartiatæ regnum ademerunt, ut ineptis regno, quippe abjectis, nihilique hominibus.* De Agide injuste, sed damnato tamen, vide eundem *Plutarchum.* *Mossyni* regem inedia puniebant. *Mela* lib. 1. (cap. 19.)

GRONOVII.

5 *Ne justi punirentur, multitudo*] Seneca 2. de ira 10. *In singulos severitas Imperatoris destringitur: ac necessaria venia est, ubi totus deseruit exercitus. Quid tollit iram sapientis? multitudo peccantium.*

6 Τὸ ὁμοούσιον] Qui essent orthodoxi, non Ariani. Fides apud Nicæam: Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, natum de patre, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, unius substantiæ cum patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον. Fragm. *B. Hilarii* è bibl. *Pithœi*, a *Nic. Fabro* editum, pag. 31.

si peccent in leges, ac rempublicam, + non tantum vi repelli possunt, sed, si opus sit, puniri morte: quod 7 Pausaniæ regi Lacedæmoniorum contigit. + Atque hujus generis cum fuerint vetustissima per Italiam regna, mirum non est, si + post narrata crudelissima Mezentii facinora subjungat Virgilius: (*Æn.* VIII, 495.)

Ergo omnis [1] [8] *furiis surrexit Etruria justis,*
Regem ad supplicium præsenti morte reposcunt.

IX. Secundo, si rex, + aut alius quis [9] imperium + abdicavit, aut manifeste habet [10] pro derelicto, + in eum post id tempus omnia licent, quæ in privatum. + Sed minime pro derelicto habere rem censendus est, qui eam + tractat negligentius.

[a] *Lib.* IV. c. 16. + X. Tertio, existimat Barclajus, [a] si rex regnum alienet, aut alii subjiciat, amitti ab eo regnum. Ego hic subsisto. Nam talis actus, si regnum [11] electione, aut successoria lege deferatur, [12] nullus est: quæ autem nulla sunt, + nullum habent juris effectum. Unde & de usufructuario, cui regem talem similem diximus, verior mihi videtur jurisconsultorum sententia, + si extraneo [b] jus suum cedat, (nn) nihil eum agere. Et quod [c] dicitur, ad dominum proprietatis reverti usumfructum, intelligendum + legitimo tempore. Si tamen rex reipsa etiam tradere regnum, aut subjicere moliatur, + quin ei resisti in hoc possit, non dubito. Aliud est enim, [15] ut diximus, imperium: aliud habendi modus, qui ne mutetur, obstare potest populus; + id enim sub imperio comprehensum non est. Quo non male aptes illud Senecæ in re non dissimili: [d] *Et si parendum in omnibus patri*, + *in eo non parendum, quo efficitur ne pater sit.*

[b] *Inst. de usufr.* §. 3. *finitur.*
[c] *L. Si ususfructus*, 66. *D. de jure dotium.*
[d] *Lib.* III. *Controv.* 9.

XI. Quarto, ait idem Barclajus, amitti regnum, [k] + si rex vere hostili

GROTII.

1 *Furiis surrexit Etruria justis*] Et aruspex Etruscus in Mezentium insurgentibus: (*Ibid.* vers. 500.)

Quos justus in hostem
Fert dolor.

k *Si rex vere hostili animo in totius populi exitium feratur*] Pari de causa tribunus plebis qui sit, ipso jure desinere esse talem, ingeniose defendit Gracchus, cujus verba digna lectu apud *Plutarchum*: (pag. 831. 832.) *Johannes Major* in librum IV. Sententiarum dicit, non posse populum a se abdicare potestatem destituendi Principis in casu, quo ad destructionem vergeret: quod commode explica ex his, quæ hoc loco dicuntur.

GRONOVII.

7 *Pausaniæ*] Non fuit rex, sed regis Plistarchi Leonida geniti tutor, & patruelis. *Agidi*, potuisset dicere, de quo *Plutarchus*. In exilium ejecti Demaratus, *Justin.* 2, 10. Pausanias alius, *Justin.* 6, 4.

8 *Furiis justis*] Rebellione excusanda.

9 *Imperium abdicavit*] Ex hoc capite accusatus Dionysius minor apud *Justin.* 21, 5. & apud *Quinctilianum* decl. 267. *Flens ad arcem depositor tyrannidis.*

10 *Pro derelicto*] Ut Henricus III. regnum Poloniæ, cum audita morte fratris Caroli IX. clam Cracovia se subduxisset a. C. 1574. Itaque Poloni sequenti anno alium regem crearunt. *Thuan.* 58. & 61.

11 *Electione, aut*] Ubi legibus, moribusve modus succedendi, vel per electionem, vel per nativitatem definitus, & introductus est.

12 *Nullus est*] Perinde habetur, & rem relinquit integram, ac si non intercessisset.

13 *Instit. de usufr.* §. *finitur*] 3.

14 *L. Si ususfructus*] 66.

15 *Ut diximus*] Cap. præcedent. §. 11.

(nn) Benè quidem Jure novo, quo traditio ad alienationem sufficiebat: sed non Jure veteri, quo *Cessio in jure*, extraneo facta, omnino usumfructum tollebat. Vide Celeberrimi NOODTII eximium tractatum *De Usufructu*, Lib. II. Cap. X. *J. B.*

GRO-

li animo in + totius populi exitium feratur; quod concedo: + consistere enim simul non possunt voluntas imperandi, & voluntas perdendi. + Quare qui se [16] hostem populi totius profitetur, + is eo ipso abdicat regnum; + sed vix videtur id accidere posse in rege mentis compote, qui uni populo imperet. Quod si pluribus populis imperet, + accidere potest, ut unius populi in gratiam alterum velit perditum, + ut colonias ibi faciat.

XII. + Quinto, [17] si regnum committatur, sive ex felonia in eum, cujus feudum est, + sive ex clausula posita in ipsa delatione imperii, ut, [l] si hoc, aut hoc rex faciat, subditi omni obedientiæ vinculo solvantur, + tunc quoque rex in privatam personam recidit.

XIII. Sexto, si rex [18] + partem habeat summi imperii, [m] partem alteram populus, aut senatus, regi in partem non suam involanti vis justa opponi poterit, quia eatenus imperium non habet. Quod locum habere censeo, [19] etiamsi dictum sit, belli potestatem penes regem fore; + id enim de bello externo intelligendum est: + cum alioqui quisquis imperii summi partem habeat, non possit non jus habere eam partem tuendi; + quod ubi fit, + potest rex etiam suam imperii partem belli jure amittere.

XIV. Septimo, + si in delatione imperii dictum sit, [n] ut certo eventu resisti regi possit, + etiamsi eo pacto pars imperii retenta censeri non possit, + certe retenta est aliqua libertas naturalis, & exemta regio imperio. + Potest autem [20] qui jus suum alienat, id jus pactis imminuere.

XV. 1. + Vidimus de eo, qui jus imperandi habet, + aut habuit. + Restat ut de invasore imperii videamus, + non [21] postquam longa possessione, + aut pacto jus nactus est, sed quamdiu durat injuste possidendi causa. + Et quidem dum possidet, actus imperii, quos exercet, vim habere possunt obligandi, [a] + non ex ipsius jure [22] quod nullum est, + sed ex eo, quod omnino probabile sit, eum [23] qui jus imperandi habet, + sive is est populus

a Vict. de potest. civ. n. 23. Suares de legi. lib. III. c. 10. n. 9. Less. de just. & jur. l. II. c. 29. dub. 5. n. 73.

GROTII.

1 *Si hoc, aut hoc rex faciat*] Vide de regno Arragoniæ *Marianam* libro VIII.

m *Partem alteram populus, aut senatus*] Exemplum habes in Genuate republica apud *Bizarum* libro XVIII. in Bohemia tempore Wenceslai (apud *Dubrav.*) historiæ libro X. Adde *Azorium* institutionum moralium libro X. cap. 8. & *Lambertum Schafnaburgensem* de Henrico IV.

n *Ut certo eventu resisti regi possit*] Exempla vide apud *Thuanum* historiarum CXXXI. in narratione anni MDCIV, & libro CXXXIII. in anno MDCV. utrumque de Hungaria: apud *Mejerum* narratione anni MCCCXXXIX. in Brabantia, & Flandria narratione anni MCCCCLXVIII. in fœdere inter regem Galliæ, & Carolum Burgundum. Adde de Polonia, quæ habet *Chytræus* Saxonicorum XXIV, & de Hungaria *Bonfinius* Decadis IV. libro IX.

GRONOVII.

16 *Hostem populi totius*] Ut Caligula, qui optabat, populum Romanum habere unam cervicem. *Sueton.* 30.

17 *Si regnum committatur*] Incidat in causam commissi, ut possit revocari a majore domino, qui possessori donaverat: vel existat casus, quo contingente assensus est rex se regno cessurum. Cap. præced. n. 16.

18 *Partem habeat*] Ubi divisum est imperium in partes potentiales, I. 3, 17.

19 *Etiamsi dictum sit*] Hic excusantur Barneveldio inter crimina objecti *Waardgelders. Grot.* Apol. c. 10.

20 *Qui jus suum alienat*] Ut populus regi.

21 *Postquam longa*] Tempore, ac pactis inter ipsum, & subjectos cum jurejurando intercedentibus, speciem jure imperantis sibi circumdedit, sed dum metu solo parentium se sustinet, atque obnoxios premit.

22 *Quod nullum est*] *Livius* 3, 39. de decemviris: *privatisque si vis abesset.* Cap. 41. *imaginarios fasces.*

23 *Qui jus imperandi habet*] Et eo in præsens spoliatus est.

GRO-

lus ipſe, + ſive rex, + ſive ſenatus, [24] id malle; interim rata eſſe quæ imperat, quam legibus, judiciiſque ſublatis ſummam induci confuſionem. Improbat [25] Cicero Syllanas leges, ut crudeles in proſcriptorum liberos, ne honores petere poſſent. + Servandas tamen cenſuit, affirmans (ut nos docet Quinctilianus [a]) + ita [26] his legibus contineri ſtatum civitatis, ut his ſolutis ipſa ſtare non poſſet. Florus de ejuſdem Sullæ actis: [b] + *Lepidus acta tanti viri reſcindere parabat, nec immerito, ſi tamen poſſet ſine magna clade reipublicæ.* Et mox: *Expediebat ægræ quaſi, ſauciæque reipublicæ, requieſcere quomodocumque, ne vulnera curatione ipsâ reſcinderentur.*

a *Lib.* II. cap. 1.
b *Lib.* III. cap. 23.

2. + In his tamen, quæ ita neceſſaria non ſunt, & pertinent ad raptorem in iniqua poſſeſſione firmandum, ſi ſine gravi periculo poteſt non pareri, parendum non eſt. + Sed an talem raptorem imperii vi dejicere, aut denique occidere liceat, quæritur.

XVI. Ac primum, + ſi bello injuſto, & cui juris gentium requiſitæ non adſint, imperium arripuerit, + neque pactio ulla ſequuta ſit, + aut fides illi data, + ſed ſola vi retineatur poſſeſſio: + videtur [27] manere belli jus, ac proinde + in eum licere quod in hoſtem licet, + qui a quolibet etiam privato jure poteſt interfici. + *In reos majeſtatis*, inquit [c] Tertullianus, + & *publicos hoſtes omnis homo miles eſt.* + Sic & adverſus militiæ deſertores [d] cunctis jus pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum eſt.

c *Apolog.* c. 2.
d *C. quando liceat unicuique l.* 2.

XVII. Idem cum Plutarcho, qui ita ſentit [e] libro de fato ad Piſonem ſtatuendum cenſeo, ſi ante invaſionem lex publica exſtiterit, quæ unicuique poteſtatem facit occidendi eum, + qui hoc, aut illud, [28] quod in aſpectum cadit, auſus fuerit; puta + qui privatus ſatellitium ſibi circumdederit, + arcem invaſerit: + qui civem indemnatum, aut non legitimo judicio necaverit: + qui magiſtratus ſine juſtis ſuffragiis creaverit. + Tales leges multæ exſtabant in Græciæ civitatibus, + ubi proinde juſta cenſenda fuit talium tyrannorum interfectio. Talis erat Athenis lex Solonis (oo) renovata [29] poſt reditum ex Pyræeo in eos, qui ſtatum popularem ſuſtuliſſent, aut eo ſublato honores geſſiſſent. Ut & Romæ [o] [30] lex Valeria, ſi quis injuſſu populi magiſtra-

e Pag. 570. C. D *Tom.* II. *Ed. Wech.*

24 *Id malle*] Tam favere, ac benevolum eſſe reipublicæ: adeoque ſtudere tranquillitati ſtatus amiſſi, ut malit in eo vel latroni obſequium præſtari, dum privati ſuum quiſque teneant, quam ἀναρχίαν eſſe, vimque, & injuſtitiam regnare.

25 *Cicero Syllanas leges*] 2. de lege agraria 2.

26 *His legibus contineri*] Si leges illæ tollantur, rurſus bellum civile ſubeundum. Sulla civilibus armis victor, quotquot inimicorum ejus tempeſtatem belli effugerant, eorum nomina proſcripta in grandi tabula publice propoſuit, uti noſcerentur: ingentem pecuniam pollicitus, ſi quis alicujus eorum ad ſe caput afferret. Tulit etiam legem, ne ſic proſcriptorum liberis aditus ad magiſtratus, & rempublicam gerendam Romæ daretur, ne ſcilicet hi rerum potentes omnia rurſus turbarent, dum quas parentibus ſuis factas injurias meminiſſent, in auctores, auctorumque fautores ultum eunt.

27 *Manere jus belli*] *Liv.* 3, 39. *Tanquam pop. Romano majus ullum bellum ſit, quam cum iis, qui privati faſces, & regium imperium habeant.*

28 *Quod in aſpectum cadit*] Quod non ex interpretatione malum, aut excuſandum eſt, ſed in oculos incurrit, ita ut quivis de eo judicare poſſit.

29 *Poſt reditum ex Pyræeo*] Ejectis XXX. tyrannis per Thraſybulum. *Leges Atticæ Petiti* tit. 4. pag. 10.

30 *Lex Valeria, & lex conſularis*] Prior eſt P. Valerii Publicolæ etiam conſulis: poſterior nepotis illius L. Valerii Potiti ſimul cum collega M. Horatio. *Dionyſ.* 5, 19. *Livius* 3, 55.

(oo) Reperitur lex illa apud ANDOCIDEM, Orat. I. pag. 219. 220. *Edit. Hanov. J. B.*

GROTII.

o *Lex Valeria*] *Plutarchus* Publicola: (*Pag.* 110.) ἄνευ κρίσεως κτείνειν τὸν βουλόμενον τυραννεῖν.

gistratum gereret : + & lex consularis post decemvirale imperium, ne quis magistratum sine provocatione crearet : qui creasset, eum jus, fasque esset occidi.

XVIII. Nec minus licebit invasorem imperii interficere, + si diserta auctoritas accedat ejus, qui jus verum imperandi habet, sive is rex est, sive senatus, sive populus. + His annumerandi & regum puerorum tutores, + qualis Joasο erat Jojada, [a] cum Athaliam regno depelleret.

XIX. 1. + Extra hæc + ut privato vi dejicere, aut interficere liceat summi imperii invasorem, probare non possum : quia fieri potest, ut is, qui jus habet imperii, + malit invasorem in possessione relinqui, quam periculosis, & cruentis motibus occasionem dari, qui plerumque sequi solent iis violatis, aut interfectis, qui validam habent factionem in populo, aut externos etiam amicos. + Certe an rem in id periculum adduci velit rex, aut senatus, aut populus, incertum est, quorum sine cognita voluntate vis justa esse non potest. Favonius (pp) dicebat : κεῖρον εἶναι μοναρχίας ἀνόμου πόλεμον ἐμφύλιον· + *pejus esse bellum civile dominatu illegitimo.* Et Cicero, [b] *Mihi pax omnis cum civibus bello civili utilior videtur.* Ajebat T. Quintius, [c] satius fuisse Lacedæmone P tyrannum Nabidem relinqui, cum aliter opprimi non posset, quam ruina gravissima civitatis, in ipsa vindicta libertatis perituræ. Nec alio spectat illud apud [d] + Aristophanem, leonem in civitate non alendum : si alitus sit, ferendum esse.

[a] 2. *Paral.* XXIII.

[b] *Philipp.* II. c. 15. [c] *Liv. lib.* XXXIV. c. 49. [d] *Ran.* v. 1478.

2. Profecto gravissima cum sit deliberatio, 31 libertas, 32 an pax placeat, ut Tacitus [e] loquitur : & difficillimum hoc σκέμμα πολιτικὸν [f] Ciceroni, εἰ τυραννουμένης τῆς πατρίδος παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πειρατέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύειν ; *An cum patria illegitimo imperio premitur, omnimodo danda sit opera ejus demendi, etiamsi civitas eam ob rem in summum discrimen adducenda sit ?* + non debent singuli, quod populi commune est, judicium ad se rapere. Illud vero plane iniquum :

[e] *Hist.* IV, 67. [f] *Lib.* IX, *ad Att. epist.* 4.

νεῖν. *Ut injudicatum occidere eum liceat, qui dominatum concupiscerat.* Mox addit : εἴτις ἐπιχειροίη τυραννεῖν, Σόλων μὲν ἀλόντι τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, ὁ δὲ Πιθικόλας πρὸ τῆς κρίσεως ἀνελεῖν δίδωσι· *Solon ei, qui dominatum invadit, deprehenso diem dici vult, ac Publicola etiam ante judicium talem permittit interfici.* (Pag. 103. B. C. Vide potius *Dion. Halicarnass.* Ant. Rom. Lib. V. c. 19.)

p *Tyrannum Nabidem relinqui*] Quod *Plutarchus* in T. Quintii vita sic explicat : ὡς ἑώρα σὺν κακῷ μεγάλῳ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ἀπολλύμενον τὸν τύραννον· *Cum videret, sine gravi aliorum Laconum malo non posse tyrannum destrui.* (*Pag.* 376. E.) Non alienum est ab hac re quod *Plutarchus* refert Lycurgo, Laconem quendam cum legisset :

Σθεννύντας ποτὲ τὰς δε τυραννίδα χάλκεος ἄρης
Εἷλε, Σελινῶντος δ' ἀμφὶ πύλας ἔπεσον.

Hos, dum Marte parant dominatum exstinguere, sævus
Ante Selinuntis mœnia Mars rapuit.

Respondisse, δικαίως τεθνήκοντι οἱ ἄνδρες· ἔδει γὰρ ἄφεμεν ὅλαν αὐτὰν κατακαῆμεν· *Merito viri illi periere ; exspectare enim debuerant, ut ipse per se dominatus conflagraret.* (Locus est *pag.* 52. E. Tom. I. *Ed. Wech.* Sed sensum responsionis, malè ab Interprete expressum, non melius, quamquam alio modo, noster heic reddidit. Vertendum fuerat : *Merito perierunt illi ; quia oportebat totam eam tyrannidem igne absumi permittere*, non autem exstinguere, & sic servare. Vide PALMERII *Exercit. in opt. Auct. Græcos*, pag. 186. Sic locus contrarium innuit ejus, quod Auctor putat. *J. B.*

GRONOVII.

31 *Libertas*] Repetenda multo sanguine.

32 *An pax*] Patientia tyranni, vel oppressoris.

(pp) *Favonius* ille erat amicus *Bruti*, & dictum istud refertur à PLUTARCHO, *Vit. M. Brut.* pag. 989. A. *J. B.*

q 33 *Detrahimus dominos urbi ſervire paratæ.*

Sicut 34 Sylla interrogatus, [a] quid ita armatus patriam peteret, reſpondit : ἐλευθερώσων ἀπὸ τῶν τυραννούντων, *ut eam a tyrannis liberem.*

3. + Melius Plato epiſtola ad Perdiccam ſuadet, cujus verba Latine ſic poſuit [b] Cicero : *Tantum contendere in republica, quantum probare tuis civibus poſſis : vim neque parenti, neque patriæ afferri oportere.* Qui ſenſus & apud + Salluſtium exſtat : [c] *Nam vi quidem regere patriam, aut parentes, quanquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt, cum præſertim omnes* 35 *rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hoſtilia portendant.* Unde non longe abit illud Stallii apud Plutarchum [d] in vita Bruti : τῷ σοφῷ τὸ νοῦν ἔχοντι διὰ φαύλους τὸ ἀνοήτους κινδυνεύειν τὸ ταράττεσθαι μὴ καθήκειν· *æquum non eſſe, ut vir prudens, ac ſapiens improborum, & deſipientium cauſa in pericula, & turbas ſe conjiciat.* Huc & [e] Ambroſii illud non male referas : *Adjuvat hoc quoque ad profectum bonæ exiſtimationis, ſi de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum ſine perturbatione fieri poteſt; ne videamur jactantiæ magis facere cauſa, quam miſericordiæ : & graviora inferre vulnera, dum levioribus mederi deſideramus.* Thomas [f] ſeditioſam eſſe, dicit, interdum, quamvis tyrannici regiminis deſtructionem.

4. Non debet movere nos in contrariam ſententiam + factum Aodis [g] in Eglonem regem Moabitarum ; nam aperte teſtatur ſacra auctoritas, hunc a Deo ipſo vindicem ſuſcitatum, mandato ſcilicet ſpeciali. + Neque vero conſtat, hunc Moabitarum regem nullum jus imperandi ex pactione habuiſſe. Nam & in alios reges Deus, per quos volebat miniſtros, ſua judicia exſequebatur, + ut per [b] Jehun in Joramum.

XX. Maxime autem + in re controverſa judicium ſibi privatus ſumere non debet, ſed 36 poſſeſſionem ſequi. Sic tributum ſolvi Cæſari [i] Chriſtus jubebat, [r] + quia ejus imaginem nummus præferebat, id eſt, + quia in poſſeſſione erat imperii.

[a] *App. civ.* I. p. 384. *Ed. Steph.*

[b] *Epiſt. fam. lib.* I. *Ep.* 9.

[c] *Bello Jug.* c. 3.

[d] Pag. 989. A.

[e] *De Offic.* II, c. 21.

[f] 2, 2. *q.* 42. *art.* 2.

[g] *Jud.* III. 15. *Neh.* IX, 27.

[b] 2. *Reg.* IX.

[i] *Matthæi* XXII, 20.

GROTII.

q *Detrahimus dominos urbi ſervire paratæ*] *Plutarchus* Catone Majore de Antiocho Magno : ἐποιήσατο αἰτίαν τὰς Ἕλληνας ἐλευθερῶν, μηδὲν δεομένους· *Bello prætextum ſumebat, liberare Græcos, libertatis non egentes.* (Pag. 342. F.)

r *Quia ejus imaginem nummus præferebat.*] Certiſſimum hoc indicium poſſeſſionis. Vide in hiſtoria Genuate *Bizarum* libro XVIII.

GRONOVII.

33 *Detrahimus*] *Lucan.* 1, 351.

34 *Sylla interrogatus*] *Plutarch.* de genio Socratis pag. 576.

35 *Rerum mutationes*] Formarum reipublicæ hujus in illam tranſitus, aut magiſtratuum, eorumve, qui ſunt cum imperio, abrogationes extra ordinem, & depulſiones. Sed & ſucceſſiones, morte interveniente. *Juſtin.* 40, 3. *Sueton.* Galb. 8. Domit. 16.

36 *Poſſeſſionem ſequi*] Eum agnoſcere juſtum dominum, qui rem tenet.

HEN-

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII

Lib. I. Cap. IV.

§. I.

AUCTOR hic tractat quæstionem, „ quale jus privati habeant resistendi Principi „ pi? In qua decidenda admodum variant „ Doctores: adeoque cum statum publicum „ concernat, caute pertractanda est.

1 *Bellum gerere possunt & privati in privatos*] „ Quoties scil. copia judicis non est; quo „ pertinet omnis necessaria defensio. *vid.* „ *supra L. 1. c. 1. §. 2. c. 2. §. 1. n. 1.* „ *& 2. L. 2. c. 1. §. 2. seq.*

Ut viator in latronem] „ Nam & tunc copia „ judicis non est: eoque necessaria de„ fensio.

Et summum imperium habentes, in eos, qui itidem id habent] „ Quod bellum Auctor „ publicum vocat. *Vid. supra l. 1. c. 3. §. 1.* „ *& c. 2. §. 1. seq.*

Ut David in Regem Ammonitarum] „ Et „ omnia bella, quæ inter duas summas po„ testates geruntur. *l. 29. ff. Capt. & postl.*

Et privati in eos, qui imperio summo utuntur] Si scil. necessaria defensio sit, & privatus ille a Principe extraneo læsus, aliter defendere jus suum non possit. Nam si tales necessariæ defensionis fines non adsunt, vindicare illam injuriam nulli privato licet; supra enim *c. 2. §. 1. & c. 3. §. 21. n. 4.* dictum est, privatum ab alio Principe læsum sui Principis officium implorare debere, ut ille jus læsi tueatur, prout natura tenetur: qui si Principem lædentem requisiverit ut satisfaciat, nec impetraverit, causa hæc inter duos Principes vertitur, nec nisi Martis arbitrium supereſt.

Additio.

„ Hinc alibi demonstravimus, male tale „ bellum mixtum vocari. *Diss. proœm. XI.* „ §. 166. *n. 6.*

At non in se] „ Nam suo Principi nun„ quam resistere licet, nec jure necessariæ „ defensionis.

Ut Abrahamus] „ Imo hic occupavit ter„ ras vacuas; quamdiu igitur ibi habitavit, „ nullius alterius potestati fuit subjectus, „ adeoque summæ potestatis jure bella gessit.

Additio.

„ Hinc Patriarchæ passim quoque Reges vo„ cantur; uti de Abrahamo exstat locus apud „ *Just. L. 36. c. 1;* idque ex Nicolao Da„ maseeno quoque probat *Grotius de verit.* „ *relig. Christ, L. 1. c. 16.* Sane, fœdera eum „ pepegisse, legimus *Gen. XIV. 13, &* „ *XXI. 22. Conf. Tesm. in not. b.*

In Regem Babyloniæ] „ Amraphel enim, „ cum quo bellum gerebatur, Rex Senaar „ dicitur *Gen. XIV. n. 1.;* quæ regia po„ stea Babylonia dicta fuit. *Gen. X 10. Dan.* „ *I. v. 2. Gron. b.*

Et vicinos] „ Nimirum Regem Ponti, Re„ gem Elamitarum, & Thadal Regem gen„ tium. *Gen. XIV. 1.*

Et qui summum imperium habent in privatos] Si scil. fiat intra fines necessariæ defensionis: alias ordinem procedendi hunc esse, antea diximus, ut Princeps læsus adeat magistratum subditi lædentis; qui si reparationem negat, tota jam quæstio est inter duos hos summos Principes, quæ non nisi belli jure decidi potest. *Vid. B. Par. prodr. jur. gent.. Ex. 2. §. 154.*

Aut sibi subditos] Imo hoc non est bellum, nec privatum; sed est effectus imperii, vi cujus Rex subditos rebelles etiam armis coërcere potest. *Vide supra c. 3. §. 1. & §. 5.*

Additio.

„ Late id explicavimus in *Diss. proœm. IX.* „ §. 67. *n. 2.*

Ut David in partem Isboſethi] „ Imo hic „ Isboſethus non fuit privatus, aut ſubditus, „ ſed legitimus Iſraëlitarum Rex, conſenſu „ populi, & hæreditario jure denominatus: „ David autem tantum erat Rex Judæ. 2. *Sam. II.* 8. *ſeq.* & *III.* 1. Unde verum hic erat, „ & publicum bellum, quod inter duas „ ſummas poteſtates gerebatur; atque hinc „ David ab interfectoribus Isboſethi (quem „ hominem juſtum vocat) pœnas ſumſit. 2. „ *Sam. IV.* 12. Sane, David eo demum mor- „ tuo Rex Iſraëlitarum factus eſt. 2. *Sam. V.* „ 1. *ſeq.*

Aut non ſubditos, ut Romani in Piratas] „ Aut Piratæ fuerunt populi ſumma poteſtate „ utentes, aut colluvies latronum: priori caſu „ jure belli cum ipſis actum eſt; poſteriori „ caſu jure neceſſariæ defenſionis. De bellis „ piraticis late egimus *ſupra c.* 2. §. 1. & „ *Diſſert. proœm. IX.* §. 166. *n.* 7.

2 *Tantum illud quæritur, an aut privatis*] „ I. e. an ſubditus contra Principem, vel ma- „ giſtratum ſibi præpoſitum arma ſumere poſ- „ ſit?

Aut publicis perſonis] „ I. e. an magiſtra- „ tibus minoribus jus vi reſiſtendi Principi „ competat.

Sive minori] „ I. e. alii magiſtratui, & „ poteſtati inferiori.

Arma ſumi poſſe in inferiores] „ Sive pri- „ vatos, ſive magiſtratus.

Ab iis, qui ſummæ poteſtatis auctoritate armantur] Qui non ſuo jure vim inferunt, ſed juſſu ſuperioris.

Qualis fuit Nehemias] „ Vicini enim, „ Perſarum imperio ſubjecti, quovis modo „ reparationem civitatis impediebant. Cyrus „ edicto ſuo Nehemiæ conceſſit facultatem his „ reſiſtendi: adeoque ille juſſu ſuperioris vim „ repellebat. Simile exemplum eſt in edicto, „ quo Ahasverus Judæis facultatem conceſſit „ ſeſe defendendi contra vim inimicorum; „ at neutro caſu jure belli facultas reſiſtendi „ competiit.

Sic metatores] Imo hi non expellebantur jure belli, ſed ex lege Imperatoris: adeo- que dominus prædii hic nudus fuit executor legum; nihil enim intereſt an Princeps ipſe, an per alios leges ſuas exſequatur.

Additio.

„ Metatores ſunt qui eligendi, & præpa- „ randi hoſpitii cauſa præcurrunt. *Goth. ad* „ *rubr. C. de metatis.* Licentia autem hos „ metatores expellendi illis demum dominis „ competebat, qui ab hoſpitiis liberi erant. „ *Goth. add. rubr.* & *ad L.* 5. *C. eod.* & „ *paſſim tot. tit.*

Verum adverſus ſummam poteſtatem quid liceat, quæritur] „ I. e. quæritur an aut „ privatus, aut minor magiſtratus in ſum- „ mam poteſtatem arma ſumere poſſit?

Aut inferiores, ſed agentes quod agunt ſummæ poteſtatis auctoritate] „ I. e. an pri- „ vatus Magiſtratui, Principis voluntatem „ exequenti, vim inferre poſſit?

Illud quidem apud omnes &c.] Duo hic 3 quærit Auctor 1. An ſubditus Principi aliquid juri naturæ contrarium præcipienti parere teneatur? 2. An injuriam inferenti privatus reſiſtere poſſit, ſaltem ſi certiſſimum diſcri- men adſit? Utrumque negat Auctor, & merito. Nam quod ad *primam quæſtionem* attinet, certum eſt, objecta imperii per na- turam alia eſſe non poſſe, quam quæ noſtræ facultatis, & arbitrii ſunt; quæ enim actio- nes noſtræ ne quidem in noſtra poteſtate ſunt, qui in alterius hominis eſſe poſſunt? Natu- ra igitur facultates noſtras aliis ſubjeciſſe vide- ri non poteſt, quæ ne quidem in nobis ſunt; nec nos obligare voluit ad faciendum id, quod in poteſtate noſtra non eſt, & de quo diſponere non poſſumus.

Talia ſunt 1. quæ jure naturæ vetita ſunt, quæ nec ſuperior ipſe facere, nedum alios ad faciendum cogere poteſt. 2. Quicquid vir- tuti contrarium eſt; etſi enim homines non præciſe teneantur ad virtutis officia, tamen cum natura nos doceat, divinæ perfectioni repugnare quosdam actus, Princeps quoque talia ut faciamus injungere non poteſt. 3. Quic- quid non eſt actus voluntatis noſtræ, ſed judicii, & intellectus. Etſi enim arbitrii no- ſtri ſit, quamdiu adhuc aliquid dubii eſſe putamus in re, cohibere conſenſum: quin ne conſentire tum quidem tanquam in re in- certa poſſimus, certum tamen eſt, ſi vel nihil in re dubii ſit, vel nihil eſſe ſtatuamus, impoſſibile eſſe, ut conſenſum cohibere poſſi- mus; non magis, quam in hoc: *Bis duo eſſe quatuor.* Atque huc pertinent res fidei. 4. Quicquid alias impoſſibile eſt; nam ibi de- ficit facultas naturalis agendi. Hæc itaque imperando Princeps excedit terminos imperii: adeoque cum imperium in his rebus nullum ſit. etiam nulla ex imperio obligatio eſſe po- teſt. Certum igitur eſt, ex tali imperio nos non teneri: atque hinc recte Apoſtoli imperio Superiorum, *ne docerent Chriſtum*, oppo- ſuere, *Deo magis parendum, quam homini*; quia quicquid Dei mandato contrarium eſt,

extra

extra terminos est imperii humani. *De altera quæstione* §. seq. agetur.

Non esse faciendum quod jubent] „ *Conf.* „ *prol.* §. 41. quo pertinet exemplum obste„ tricum Ægyptiorum, *Exod.* 1. *v.* 15. *seq.* „ idque opponebat Basilius præfecto Valenti, „ qui jubebat ut idola coleret, apud *Tesm in* „ *not. b.* His adde exemplum Christianorum „ militum sub Juliano. *Vid. supra L.* 1. *c.* 2. „ §. 10. *n.* 11.

Nam Apostoli] „ *Act. IV.* 19. *& V.* 24.

Ad certissimam provocarunt regulam] „ Nam ratio naturalis dictat, facienda non „ esse ea, quæ mandato Dei, a quo omnem „ facultatem nostram agendi habemus, repu„ gnant.

Platonem] „ *In Apologia Socratis*: Add. „ *Sophocl. in Antig. v.* 453.

Ex tali causa] „ Quæ mandatis divinis re„ pugnat.

Aut alioqui] „ Uti si Princeps jus mihi „ etiam ex jure civili quæsitum injuria aufert.

Ea toleranda est potius, quam vi resistendum] „ Quæstio hæc in §. *seq.* tractabitur.

Ad §. II.

Auctor quæstionem maximi momenti hoc, & *seq.* §§. explicat, an, & quatenus Principi notorie injuriam facienti resistere liceat? in qua decidenda eo cautius procedendum, quia illa non nisi per civile bellum agitari potest, & solet.

Res ita se habet. Summi imperii præcipue duo sunt capita: Tueri 1. Jus, seu Justitiam, 2. Bonum civitatis, seu publicum. Neutrum fieri potest, nisi, quid tale sit, primum constet, aut si quid in ambiguo hæreat, definiatur. Sequitur ergo, dato summo imperio, seu summa potestate tuendi justum, & bonum civitatis, ei conjunctum esse judicium, seu arbitrium statuendi in re dubitabili, quid sit æquum, & bonum: atque adeo quid tuendum, *per pos.* 4. *n.* 4. Et cum ideo summum in terris imperium natura constitutum sit, ut esset potestas, quæ gentem humanam vice divini Numinis regeret, ejusque bonum, ac felicitatem, quæ prædictis duobus capitibus constat, recte temperaret, *per pos.* 4. *n.* 3: adeo ut quicquid ad hanc *eudæmoniam* tum tuendam, ornandam, perficiendam, tum maxime explicandam, & definiendam pertinet, id omne summa imperii potestate, sollicitudine, & moderatione, quin sub ejus quasi forma, & natura comprehensum sit: *per pos.* 4. *n.* 2.

Judicium, seu arbitrium non est, nisi rei dubiæ, & qualitercunque disceptabilis, ita ut deliberandum videatur quid magis eligendum sit. Si enim appareat quid æquum, aut factu optimum sit, jam non judicio, seu arbitrio res cognoscenda, sed cognita, & certa erit, & vel justum, bonumque vel contrarium. Etenim cum omnis publica Magistratus potestas imperii, quo tuenda justitia, & Respublica continetur, finibus circumscripta sit, certum est, quod eos excedit, privatum esse.

Hinc dicimus, non esse bellum subditorum in superiores; ne quidem jure defensionis necessariæ. Etsi enim illa omnibus animantibus, nedum omnibus hominibus communis sit; tamen respectu superiorum non esset illa defensio contra injuriam, sed rebellio adversus imperium, quod est superioris, & cui parendum est, non resistendum.

Neque causari possunt subditi, se lædi, injuriasque pati; quia id non ipsorum, maxime in sua causa, sed superiorum est judicium, quod non sibi sumere, sed ei stare subditos oportet. Nec ipsorum est prætexere, Rempublicam vastari, vel ei non recte consuli, vel atrocia fieri; quia hoc omne judicium, & arbitrium cum summo imperio in Magistratum translatum est; & subditi nec de jure statuere, nec de bono Reipublicæ arbitrari possunt. Utrumque (tum justum ne, an injustum? tum, expediat Reipublicæ, nec ne?) est facultas magistratus, & summi imperii propria; neutrum subditorum.

Quare manifestum est, inter Magistratum, & subditos statum belli per naturam intelligi non posse; sed omnia, etiam armis, ex capite imperii agi ad compescendos subditos contumaces, & subigendos rebelles, uti ex capite belli ad debellandum hostem, & tuendam Rempublicam, si cum extraneo, seu hoste res sit.

Cæterum id ancipitis maxime quæstionis est: si Magistratus quid committat, ut jure naturæ desinat esse Magistratus, & vel privatus, vel hostis fiat suæ Reipublicæ, ut Athenis 30. olim tyranni; quid dicendum? Et duplex ea visio est: 1. An committi ita possit officium Magistratus publicum? 2. Quæ natura sint hujusmodi commissi effecta, & consequentia?

Prioris quæstionis perpetua norma est, ut quoadusque dubitari possit, justum, an in-

juſtum, bonum, an adverſum ſit; omne judicium, & arbitrium ſit Magiſtratus: neque ullæ ſubditorum partes, niſi parendi. Si vero certa, ac indubia ſit actus injuria, vel Reipublicæ noxia, atque adeo ceſſet judicium; Magiſtratus, quatenus notorie, ut loquuntur, æqui, ſeu boni publici limites perrumpit, vel excedit, non ut Magiſtratus agit, ſed ut privatus: atque ideo tum hactenus privatorum jure utitur.

In altera quæſtione diſtinguendi ſunt exceſſus: qui vel privati ſunt, vel publici. Prius de privatis. Tales ſunt, cum Magiſtratus vel adverſus privatos committit, ut Achab contra Naboth, *I. Reg. XXI;* vel in rebus, ac cauſis ſuis privatis, non in officio: ut Caligula, & Nero ſtupris, inceſtibus, & adulteriis infames fuere; qualia & Henrico IV. Cæſari objecta ſunt. Et ex his cauſis non deſinit eſſe Magiſtratus, in quem nihil commiſit: ſed quoad exceſſum indubitatum habetur pro privato.

Unde conſtat, actum hunc Magiſtratus, quippe manifeſte injuſtum, omni jure nullum eſſe: & nec jus, nec obligationem inde naſci. Verum id maxime certatur, an talis privatus uti poſſit jure naturali neceſſariæ defenſionis in extremo periculo, quo ſe, aut res ſuas, aliter tueri non poteſt? Equidem cum natura id brutis quoque datum ſit, non poteſt negari in homine: modo vere res poſita ſit in ſtatu inculpatæ tutelæ, ſcil. ut & injuria ſit indubitata, nec alia eandem evadendi via. Verum tamen cum ita comparati ſunt homines, ut fere judicium ſecundum ſe ferant, nec injurias ſuas viles habeant, facillimeque adeo ſibi perſuaſuri eſſent, ſe eſſe in ſtatu *einer rechten Nothwehre*, cum non ſint; nihil intutius, & aleæ, ac periculi plenius foret, quam ejus rei arbitrium permitti ſubdito contra Magiſtratum.

Unde concludo, jus tale, ut privato licita ſit die *Nothwehre* contra Magiſtratum, aſſerendum non eſſe; non quod natura intra juſtos terminos ei id negaverit: ſed quia hoc ipſum, num res ſit in terminis neceſſariæ, & inculpatæ defenſionis, ſubditi judicio, cum illud potius Magiſtratus ſit contra Magiſtratum permiſſum videri non poteſt. Quod ſi vero ſubditus eo tamen jure utatur. & poſtea cauſa cognita appareat, terminis inculpatæ tutelæ ubique obſervatis ipſum ſe, vitamque ſuam defendiſſe, abſolvendus erit. Equidem, cum Saül Davidis vitæ jam immineret, nec appareret effugiendi locus, David tamen cum Regem in manibus haberet, ipſi pepercisſet, 1. *Reg. XXIV;* ipſe Saul agnovit illud pro beneficio, & fatetur, fuiſſe penes Davidem jus *einer rechten Nothwehre*, cum *d. c.* 24. *v.* 20. ait: *Quis cum invenerit inimicum ſuum, dimittit eum?* Secus eſt ſi privatus alium aggreditur, vel lædit; id enim factum ſua natura illicitum eſt, & adverſus illud defendendi ſui licentia natura cuique permiſſa eſt: & ſi fines inculpatæ tutelæ is exceſſerit, exceſſus ille punitur.

Atque ita ſummus Magiſtratus ob vitia privata non excidit ſummo imperio, ſeu magiſtratu, in quo nihil commiſſum eſt. Et licet forte manifeſta eſſent vitia, non tamen in terris poteſtas naturæ conſtituta eſt, quæ ea vindicet; cum ſumma penes ipſum ſit poteſtas, quæ alium ſuperiorem, vel judicem non agnoſcit, niſi Deum. Neque de jure neceſſariæ defenſionis quæri poteſt, cujus caſus eſt, cum quis alium invadit, ſpoliat, lædit; non cum alias infamibus vitiis ſe polluit. Supereſt ergo, horum vindictam ſoli Deo, ipſiusque tremendo judicio reſervari. Unde intelligitur cauſa, quæ duos hiſtoricorum Principes, Livium *Lib.* 24. *c.* 4. & 7, & Polybium *Excerpt. Legat. lib* 7. colliſit in hiſtoria Hieronymi Siciliæ Tyranni, qui propter infamiſſima crimina occiſus eſt. Hunc enim Livius jure, Polybius injuria cæſum, ait *dd. loc.* non tam juris, quam facti diſſidio: quia Polybius teſtabatur, privata ſaltem crimina fuiſſe. *d. lib.* 7. Atque hæc de privatis. Videamus jam de publicis exceſſibus.

Hi in officio committuntur, & vel adverſus ipſam Rempublicam, vel in populum promiſcue. Et hæc quoque cauſa pariter certiſſimam regulam, & decidendi Legem accipit *ex ſupra dictis.* Quousque enim dubitari poteſt, num facto hoc adverſus Rempublicam, vel populum, vel ultra notiſſimos ſummi imperii fines molitus quid fuerit; ipſius judicium, omnemque ſummum Magiſtratum ipſi integrum, ejusque arbitrio ſtandum, nec ullam populo cauſam querendi eſſe, qui judicium cum ſummo imperio in ipſum tranſtulit, ibi oſtenſum eſt.

Hoc & præclariſſime Samuel, 1. *Sam.* 8. *v.* 11, in concione populi Regem ſibi poſcentis; & hæc regula, ac ratio, divini Vatis ſententiam docet. Ille quippe jura futuri Regis recenſet, fines, ſeu limites cujusque juris non addit. Tueri ſcilicet oportet populum, ſeu Rempublicam, & regiam una dignitatem, ſine qua nec reſpublica poteſt, com-

communibus civium viribus, operis, ac præsidiis; idque naturali ratione, quia ipsorum res est, & ideo in civitatem coiverunt. Hæc igitur ut ipsi conducere videtur, exigere Regis est. Quæ vero alia jurium genera nominat Samuël, quam jura illa regalia exigendi a subditis operas, angarias &c., eosque adigendi ad munera, & officia publica, atque ad ministeria aulica utriusque sexus, *d. c.* 8. *v.* 11. 12. 13. 16, & constituendi ærarium publicum, ad ministeria, & officia publica, aliaque onera Reipublicæ sustentanda; sive collatis fundis, sive redituum portionibus, decimis &c. *v.* 14. 15. 17. Non quod in infinitum alia onera imponere possit, cum tantum possit ad necessitates, & utilitates publicas; sed quia Regis judicium est, quid sit è Republica? Unde etsi ipse duriora imperet, cum certus, & status à natura modus præscriptus non sit, nullus subditis querulandi, aut repugnandi locus relinquitur, *d. cap.* 8. *v.* 18. Expositi itaque jussu Dei Samuel populo, quæ lege naturæ, & gentium sint jura Regis; & inprimis, de horum finibus non populum, sed Regem solum statuere posse, ipsiusque ut summi moderatoris, quin vice Dei, judicium esse, &c.

Atque hæc ita de casu, quo res quodammodo adhuc dubia est. Dispiciendum jam de altero, quo excessus manifestus, & plane certus est. Et eadem hic regula tenet: nec hoc casu committi summum imperium Magistratus, sed quoad excessum manifestum pro privato haberi, ut *supra* diximus. Uti si leges imperet juri naturæ, vel divino morali contrarias; vel quid statuat Reipublicæ noxium, idque manifestum sit. Plane enim certum est, id irritum, & nullum esse, & nec jus, nec obligationem parere; quia id extra fines summi imperii est, à quo solo omnis publica ejus potestas unice pendet, & extra ejus limites nulla est, sed ipse privatus, qui nihil de Republica statuere potest: adeoque quæ ita statuit, neminem obligant, sed abolenda sunt. At non definit esse summus Magistratus, etsi in officio committat; quia naturali ratione ex eo, quod quis in officio quoque committit, oritur saltem obligatio ad reparandum, & tollendum excessum, *per pos.* 7: non autem regulariter privatio officii.

Videndum ergo, quibus excessibus summum imperium commissum, Magistratusque amissus jure naturali intelligatur? Et dubitari plane nequit, si summus Magistratus tendat ad evertendum Rempublicam, ejusve statum aut grassetur in perniciem populi; idque manifestum sit, quin ipse hostem induat, eoque desinat ipso jure esse Magistratus. Hæc enim per naturam simul stare non possunt, esse summum Magistratum, qui tuendæ Reipublicæ, ac servando populo constitutus est, & tendere ad evertendum Reipublicæ statum, vel populum: quod hostium, & hostile est. Fit igitur ille ex Magistratu hostis, & perduellis: ex cive, & civitatis capite, peregrinus. Et cum civitas, seu populus in corpus coierit status sui tuendi causa; non potest amplius videri corporis illius membrum, qui adeo ab illo se separat, ut ejus incolumitati insidietur: quæ pugnant cum affectu civis, & animi, odiique hostilis sunt: ut fuere Athenis 30. tyranni, *Just. V.* 6. 10. Romæ Decemviri, *Liv. lib. III. c.* 48. 49. Et tales Cajus, ac Nero visi, & hostes judicati sunt. *Suet. in Neron. c.* 49. *D. Cass. lib.* 63. *in fin.*

Everti autem Reipublicæ status intelligitur, etiam cum pars status præsentis, secularis, vel ecclesiastici, evertitur: cum per partes totus ita perverti posset.

In perniciem populi, quem tueri oportuit, grassari intelligitur, qui etsi non pariter in omnes sæviat, ita tamen promiscue, ut periculum, terror, exemplum, ad omnes pertineat, *Liv. lib.* 3. *c.* 36. Quod Claudianus *de Bell. Gild.* ita pulchre expressit.

Instat terribilis vivis, morientibus hæres,
Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter:
Divitibusque dies, & nox metuenda maritis.

Tale quoque est cum Magistratus leges communi sensu pro tutela status præsentis latas pervellit: vel cum non tantum leges adversus jus naturæ fert, sed & vi in invitos exequi, & conscientias, in quas imperii nulla vis est, cogere putat, ut in historia Assamonæorum. *Machab. lib.* 1. & 2. Quo facto, etsi forte errantes, multo deteriores, hypocritas scil., & simulatores Deo mentientes, faciunt (Conf. *Matth. XXIII. v.* 13.) quæ scelera in cogentium, quippe auctorum, capita omnino redundant.

His casibus, & excessibus igitur, quibus desinit summum imperium, seu Magistratus, redire illud ad populum, vel eum, cujus summa tum in Republica est potestas, necesse est: & huic adeo tum suæ Reipublicæ, ejusque status præsentis, legumque, ac civium custodia, ac defensio incumbit. Quæ-

proin-

proinde tum non peragitur ex causa belli juris Gentium, quod non est, nisi inter duos liberos populos, sed ex causa imperii specialiter dicti. De quo jam plus satis.

Additio.

„ Subditus nec naturæ jure vim inferre Principi potest, etsi gravius ejus sit imperium, „ immo etsi forte in subditos quosdam sæviat. „ Nam 1. omnes, & singuli arbitrio Principis se submiserunt: adeoque huic soli „ competit judicium in singulos subditos, non „ singulis subditis in Principem. 2. Injuriæ „ sæpius videntur privatis, quæ ut admittantur, necessitas, vel utilitas Reipublicæ „ exigit; & tunc obtinet quod Tacitus ait: „ *Injurias privatas utilitate publica compensari.* „ 3. Negari nequit, Principi in singulos idem „ jus competere, quod populus ante delationem imperii in singulos habuit: Certum „ autem est, populo in statu Democratico „ litem de injuria singulis illata moveri non „ potuisse. 4. Qui Principi vim infert, hoc „ ipso lædit jus totius populi; tollit enim „ eum, cui populus tutelam civitatis communi consensu commisit: nemo autem jus „ tertii, nedum totius populi, prætextu necessariæ defensionis, violare potest *Conf.* „ *l.* 2. *c.* 3. §. 4. *ibique not.* Sane, misera „ foret conditio imperantium, si actus ejusmodi privati judicio singulorum subjecti „ essent: vel si rationem actionum suarum „ singulis reddere tenerentur. Alias rationes „ allegat Auctor *b.* & §. 6. §. 7.

2 *Et naturaliter quidem omnes ad arcendam a se injuriam jus habent*] „ Quod verum omnino est, quia natura, ejusque Auctor, „ dum jura quædam singulis propria esse voluit, simul facultatem concessit jura illa „ defendendi, nisi superior, & judex adsit.

Supra] „ *L.* 1. *c.* 1. §. 10. & 14. *c.* 2. „ §. 1. 5. 6. & 8. *c.* 3. §. 1. §. 17. §. 21. „ *n.* 5.

Sed civili societate ad tuendam tranquillitatem instituta] „ Quod plenius Auctor explicat „ *L.* 1. *c.* 3. §. 1. *n.* 2. §. 2. *n.* 1. *L.* 2. „ *c.* 21. §. 3. *c.* 20. §. 8. *n.* 4. §. 9. *n.* 4. „ §. 40. *n.* 1. *L.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* 5. *c.* 1. „ §. 10. *n.* 7.

Statim civitati jus quoddam majus in nos, & nostra, nascitur] „ Quod dominium „ eminens vocare solet, *L.* 1. *c.* 1. §. 6. *c.* 3. „ §. 6. *l.* 3. *c.* 20. §. 7. *l.* 2. *c.* 14. §. 13. „ & 7. *l.* 3. *c.* 1. §. 15. *l.* 2. *c.* 5. §. 24. „ *n.* 2; at revera pars est imperii, *dd. ll.*

Quatenus ad finem illum id necessarium est] „ Civitas enim dominium eminens saltem habet in cives, & res civium, *ad usum publicum*, *L.* 1. *c.* 3. §. 6. *n.* 2, & boni „ communis causa. *L.* 1. *c.* 1. §. 6, *ibique notat.*

Potest igitur civitas jus illud resistendi promiscuum &c. prohibere] „ Imo singuli hoc „ ipso dum in civitatem coeunt, adeoque se, „ suasque actiones civitatis arbitrio subjiciunt, juri suo vi privata agendi renunciant.

Et quin voluerit, dubitandum non est] „ Non demum id voluerunt ex prohibitione „ quadam, sed ex pacto dum in civitatem „ coeunt.

Cum non aliter possit finem suum consequi] „ Quia subsistere tranquillitas publica non „ posset; quæ tamen finis est civitatis.

Non jam civitas erit, sed dissociata multitudo] „ Status naturalis maneret, & nullus „ civitatis esset effectus.

Qualis illa Cyclopum] „ Verba Euripidis „ hæc sunt.

Non fora ibi, nec jura valent, nec legibus æquis
Vivitur; sed montesque colunt, imisque latebris
Speluncarum quisque dat libera jura
Natisque, uxorique: aliena haud respicit ullus.

„ Nos alibi probavimus, imperia patrumfamilias a natura statuta esse: adeoque in „ primævo rerum statu verè fuisse dissociatam „ multitudinem. *Conf. Diss. Procem. XII.* „ §. 612. *seq.*

Et Aborigin um] „ Aliarumque gentium, „ quæ in civitatem nondum coiverunt, sed „ per familias reguntur. Uti igitur nunc lites, „ quæ inter plures civitates oriuntur, non „ nisi bello decidi possunt; ita olim controversiæ inter familias ortæ non nisi Martem arbitrum habuerunt. *Vid. L.* 1. *c.* 1. „ §. 1. *n.* 1.

Et apud eundem] „ *Jugurth. c.* 18. Alia „ exempla ejusmodi gentium, quæ in civitates non coiverunt, attulimus in *not. ad dict.* „ *c.* 1. §. 1. *n.* 1.

Ita, ut dixi, habent mores omnium civitatum] „ Nimirum civitati, & civitatum rectoribus solis jus competere vi agendi, non „ privatis; & privatos non posse resistere „ jussibus civitatis. 2

Generale pactum est societatis humanæ, Regibus obedire] „ Verum 1. non est dari aliquam societatem humanam. *Vid. L.* 1. *c.* 1. „ §. 10. Verum quoque 2. non est, societatem humanam unquam tale aliquid pepigisse.

Augusti-

Auguſtinus] „ *L. 3. confeſſ. c. 2.*, quod re-
„ latum eſt in *diſt. 8. c. 2.*

Sophocles] „ *in Ajace v. 678.* Similia *vide*
„ *v. 1096.* & in *Antigone v. 676.* & *v. 989.*
„ item in *Philoctete v. 921. Vid. Teſm. h.*

Seneca] „ Verba ſunt Creontis, quibus al-
„ loquitur, & ſolatur Medeam euntem in
„ exilium. *Sen. in Medea. v. 195. vid. Teſm.*
„ *h. l.*

Qui dixerat] „ Verba hæc ſunt: *Quem*
„ *urbs præfecit, hic audiendus eſt de parvis,*
„ *juſtis, & injuſtis.*

Impune quidvis facere, i. e. regem eſſe] „
„ Alias auctoritates cumulavit *Teſmarus in*
„ *not. h. ex Platone, Seneca, Plinio, Thua-*
„ *no: item Ammiano Marcellino, Cicerone.*
„ *&c.*

3 *Hinc ubique majeſtas tot legibus, tot pœ-*
nis defenditur] „ Hinc inter crimina primum
„ occupat locum læſa Majeſtas: & conjun-
„ gitur pœna læſæ Majeſtatis humanæ cum
„ pœna læſæ Majeſtatis divinæ.

Sive populi, ſive unius] „ Nam eadem
„ eſt Majeſtas, ſive ab uno, ſive a pluribus
„ teneatur.

Quæ conſtare non poteſt, ſi maneat reſiſten-
di licentia] „ Vera ratio eſt, quod familiæ
„ in civitatem coeuntes, ac jus ſummi im-
„ perii in civitatem tranſcribentes, ſuo juri
„ vi agendi renuncient, ac ſe, ſuaque judi-
„ cio civitatis ſubmittant. *ſupra ad n. 1. v.*
„ *poteſt igitur &c.*

Miles, qui caſtigare volenti ſe centurioni
reſtiterit] „ Rigor hic eſt ex diſciplina mi-
„ litari, ſine quo difficile eſſet tot millia ho-
„ minum male moratorum in ordinem redi-
„ gere, *Conf. L. 3. c. 18. §. 1. n. 2.*

Capite punitur] „ Quia ſuperiori reſiſtit:
„ quod in militia ſpeciem rebellionis infert.

Ad §. III.

In *lege Hebræa mortis ſupplicio damna-*
tur] „ Auctor ex legibus Hebræorum pro-
„ bat, Magiſtratui etiam iniqua decernenti
„ reſiſti non poſſe: idque de judice eccle-
„ ſiaſtico ſtatutum eſt *Deut. XVII. v. 12.*
„ *Vid. Teſm. & Cunæum de Rep. Hebr. L.*
„ *1. c. 12. & 13.*

Aut ei, qui extra ordinem rector populi a
Deo eſt conſtitutus] „ Loquitur de Joſua,
„ qui non electus a populo, ſed immediate
„ a Deo judex conſtitutus fuit, cujus dictis
„ obedire tenebatur populus ſub pœna mor-
„ tis. *Joſu. cap. I. per tot. & §. fin.*

Quod vero apud Samuelem eſt de jure re-
gis] Auctor ut probet, nullo caſu Principi
reſiſti poſſe, allegat jus regium, quod Sa-
muel populo propoſuit: & concludit, Deum
ea propoſitione indigitare voluiſſe, Regem im-
pune injurias inferre ſubditis poſſe. *Vid. pr.*
§. 2. in not.

Nec de jure vero intelligendum] „ Varie
„ hunc locum interpretantur Doctores. *Alii*
„ jus regium hic pro vitioſa aliqua conſue-
„ tudine Regum ſumunt: indeque ajunt, ex-
„ plicari hic nudum factum Regis, quid fa-
„ cturus ſit, non quid facere deberet. *Alii*
„ cum Auctore contendunt, ſignificari per
„ hoc jus regium impunitatem: i. e. Regem
„ impune hæc facere poſſe, quia reſiſtere
„ ſubditi injuriam facienti non poſſunt. *B.*
„ *Parens* verum jus regium hic deſcribi, ait,
„ ſed cujus fines a Regis arbitrio depende-
„ rent. *Vid. Prodr. Jur. gent. Ex. 2. §. 147.*
„ Verba ejus relata ſunt initio §. *præced.*

„ Nos exiſtimamus, non *in genere jus re-*
„ *gium* ibi proponi, neque jus, quod ex
„ natura imperii ſequitur, ibi explicari. Nam
„ juſto imperio omnino repugnat, *conſtituere*
„ *pro lubitu ſubditos aratores agrorum, &*
„ *meſſores ſegetum, fabros armorum, filias*
„ *unguentarias, & ponere ſervos ſubditorum*
„ *in opere ſuo, auferre NB. agros, vineas,*
„ *& oliveta poſſeſſoribus, ac decimare popu-*
„ *lum &c.* Sed proponitur ibi mos *Regum*
„ *Orientis. Vid. ſup. L. 1. c. 3. §. 20. n. 1.*
„ Expetebant nimirum Iſraëlitæ Regem ad
„ exemplum vicinarum gentium. Deus ipſis
„ explicavit morem, quo vicini Reges ute-
„ rentur; eorumque arbitrio reliquit, num
„ talem ſibi conſtitui vellent. Illi conſen-
„ tiebant in has leges, & Samueli, actio-
„ nes Regum præmiſſas explicanti, eosque
„ dehortanti, reſpondebant: *Nequaquam;*
„ *Rex enim erit ſuper nos, & erimus nos*
„ *quoque ſicut omnes gentes, & judicabit nos*
„ *Rex noſter &c.* Hoc ergo jus erat intuitu
„ Iſraëlitarum ex conſenſu, quia de operis:
„ & de bonis ſuis pro lubitu diſponere, ea-
„ que arbitrio Regis ſubmittere potuerunt,
„ atque hinc declarat ſupremum Numen, *ſe*
„ *clamorem populi non auditurum, quia ta-*
„ *lem Regem petiiſſent.*

Longe enim alia vivendi ratio præſcribitur
in ea parte legis, quæ eſt de officio regis]
„ Verum jus regium deſcribitur in *Deut.*
„ *XVII. v. 14. ſeq.*, quod toto cœlo differt
„ a jure Regis, quod Samuel explicavit, &
„ quod jus fuit Iſraëlitis ex conſenſu.

Neque nudum factum indicari] „ Quaſi „ ſcil. Samuel id propoſuerit, ut populo con„ ſtet quid Rex facturus eſt, non quid fa„ cere deberet. Nam expreſſis verbis *jus re„ gium* (quo ſcilicet vicini utebantur) vo„ cavit, quod proinde nudum factum non „ indicat.

Sed factum, quod effectum aliquem juris habet] „ i. e. impunitatem. Nam hunc effe„ ctum juris gentium eſſe, ait, ut effectum „ aliquando pariat externum ad inſtar illius „ primitivi juris, *prol.* §. 41.; ubi ſpeciatim „ hoc exemplum affert, ne magiſtratui vi „ reſiſtere liceat, cum ex hypotheſi Aucto„ ris jure naturæ id fieri poſſit. *Vid. ſupra* „ §. 1. & 2. At diximus, verum jus Regum „ Orientis ibi exponi; talem autem Regem „ ſibi optabant Iſraëlitæ.

Ideo additur] „ Imo non ideo additur, „ quaſi jure gentium demum impunitas hæc „ regibus ſit conceſſa; ſed ideo Deus eos „ non exaudit, quia regem cum tali pote„ ſtate, qua vicini utebantur, petiere.

Sic ergo jus hoc vocatur, quomodo prætor jus reddere dicitur, etiam cum inique decernit] „ Sane, ſubditi de injuria queri non „ potuerunt, quia in facta Regis compro„ miſerunt. Cæterum in eo differunt Rex, „ & judex, quod ille conveniri non poſſit „ a ſubditis propter injurias privatas, hic „ poſſit.

Ad §. IV.

In *novo fœdere*] Auctor *h.* §. ex novo co- 1
dice probat, Chriſtum, & Apoſtolos commendaſſe hominibus ne reſiſtant magiſtratibus injuſta jubentibus.

Intelligi voluit a ſuæ diſciplinæ ſectatoribus non minorem, ſi non majorem obedientiam &c. deberi] „ Servator non reſpondet ad „ quæſtionem: *an Principi injuriam facienti „ reſiſtere liceat?* ſed *an Cæſari tributa de„ beantur*? Cum igitur ait, *Cæſari danda „ ſunt, quæ Cæſaris ſunt*, id de tributis ſal„ tem intelligendum eſt, quæ Cæſar jure a „ ſubditis exigere potuit. Argumentum igi„ tur hoc ad priorem quæſtionem plane non „ concludit.

„ Cæterum ſuppoſitum Auctoris, quaſi lex „ Evangelii majorem obedientiam erga Prin„ cipem inculcet, examinavimus in *Diſſert. „ proœm. III.* §. 44. *n.* 5., & §. 46. *n.* 2.

Officia ſubditorum late deſcribens] „ Hæc „ officia fluunt ex ipſo jure naturæ; neque „ hactenus aliquid addit Apoſtolus, præter „ unicum illud, quod perfectionis, & virtu„ tis eſt, ut ſcil. non tantum metu pœnæ, „ ſed & propter conſcientiam parere Magi„ ſtratui debeant.

Non reſiſtendi neceſſitatem] „ Imo ex his „ verbis id non ſequitur. Potius ex ratione, „ quam Apoſtolus allegat, (quod poteſtate „ fungatur *tuo bono*,) concludi poſſet, ceſ„ ſare illam obedientiæ, & patientiæ ratio„ nem, ſi non *tuo* bono fungatur, ſed *ſuo* „ bono.

Sed quæ ex ipſo ſenſu officii noſtri manat] „ i. e. ex conſcientia, & animi puritate.

Neque hominibus tantum] „ I. e. Regibus, „ in quos omne jus ſuum imperii, & judi„ cium tranſcripſere.

Sed & Deo nos obligat] „ Quia Deus pa„ cta vult ſervari, ea præcipue, quæ juris „ executionem reſpiciunt.

Quod Deus ordinem illum imperandi, & parendi approbavit] „ Rectius, quia Paren„ tes ideo imperantes eligunt, ut hi legem „ Dei exequantur.

Quare poteſtates publicæ eo loco nobis habendæ ſunt, quaſi ab ipſo Deo ſint conſtitutæ] „ Quia leges naturæ, ejusque Auctoris exe„ quuntur.

Noſtra enim facimus, quibus auctoritatem noſtram impertimur] „ Quod faciendi quis „ alii jus dat, ejus ipſe auctor cenſetur. „ *Vid. ſupra* §. 5. *n.* 2.

Quod hic ordo bono noſtro inſerviat] „ Tendit enim ad defenſionem juris noſtri, „ quæ fit auxilio totius civitatis.

Atqui dicat aliquis, injurias pati utile non eſt] „ Reſpondet Auctor, utile eſſe quoad 2
„ finem imperii univerſalem, qui eſt tran„ quillitas publica, ſub qua etiam compre„ henditur privata: neque finem illum uni„ verſalem tolli, etſi in hunc, vel illum „ privatum injurii ſint imperantes. Ratio ra„ tionis hæc eſt, quia privatorum non eſt „ judicium, quid ad finem univerſalem per„ tineat; intuitu ſubditorum enim ſemper „ bonum eſt quicquid Rectori placet, mo„ do civitatem non evertat. Omne enim ar„ bitrium ejus eſt; ſubditis autem nil niſi „ obſequii gloria eſt relicta.

Vere magis, quam ad ſenſum Apoſtoli &c. appoſite] „ Imo ad ſenſum Apoſtoli quoque „ appoſitè hæc dicuntur; is enim non tan„ tum de jure loquitur, nec de ſola obliga„ tione non reſiſtendi; ſed & virtutis, & „ perfectionum regulas inculcat, & merce-

dem

„ dem promittit iis, qui patientiam exercent, „ & privatas injurias, nedum publicas, pa„ tienter ferunt. Utilitas igitur in eo con„ ſiſtit, quod iſta patientia non ſit ſua ca„ ritura mercede; quod evidentiſſime appa„ ret ex collatione cum effato Petri. *Vide in„ fra n.* 6.

Qui eſt tranquillitas publica] „ De hoc fine „ univerſali civitatis late egit *B. Parens in „ tr. de Auton. jur. gent. c.* 6. *&* 7.

In qua & ſingulorum comprehenditur] „ Nam publica tranquillitas ſubſiſtere non „ poteſt, niſi ſingulis quoque bene ſit.

Quin plerumque hoc bonum per poteſtates publicas conſequamur] „ Jus enim privata vi „ agendi plurima incommoda habet; nam 1. „ læſus, uti in bello apparet, paria cum „ lædente pericula ſubit: 2. ob rem mini„ mam, ſi alter reſiſtit, utriusque vita in „ diſcrimine poſita eſt. 3. Lædentes multum „ iræ, & vindictæ, utpote judices quaſi in „ propria cauſa, tribuere ſolent &c.

At imperantis felicitas in ſubditorum felicitate conſiſtit] „ Dum ergo horum felicitatem „ curat Imperans, ſuam procurat.

3 *Inter minus frequentia*] „ Adeoque quæ „ finem illum univerſalem, i. e. tranquilli„ tatem publicam non tollunt.

Quod plerumque accidit, reſpicere] „ Lex „ enim eſt regula; regula autem ſtatuitur „ juxta id, quod plerumque accidit.

Ut ajebat Theophraſtus] „ Cujus ſenten„ tiam refert Pomponius *in L.* 3. *de leg.*, & „ Paulus in *L.* 6. *ff. de Leg. Add. L.* 4. *l.* „ 5. *l.* 10. *l.* 12. *eod. Ariſt.* 3. *pol. II. Quin„ ctil. D.* 252. *&* 274.

Catonis] „ In diſputatione illa de abrogan„ da lege Oppia, apud *Liv.* 34. *c.* 3. „ *Teſm. h.*

Communibus tamen regulis conſtringenda ſunt] „ Regula enim generalis manet, etſi „ aliquando patiatur exceptionem.

Etſi ratio legis] „ Quæ voluit proſpicere „ non tantum ſecuritati ſingulorum, ſed pu„ blicæ magis.

Manet tamen ratio in ſua generalitate] „ „ Quæ ideo poteſtates conſtitutas ſupponit, „ ut civibus in genere bene ſit.

Cui ſpecialia ſubjici fas eſt] Etſi igitur quorundam privatorum utilitates turbentur, manet tamen utilitatis publicæ ratio.

Id enim ſatius, quam ſine norma vivere] „ Adeoque tota ratio Auctoris eo redit, ma„ jus malum eſſe ſine ſumma poteſtate vi„ vere, quam vivere ſub poteſtate utut inju„ ſta: adeoque utilius eſſe huic quoque pa„ rere, quam nulli. Nos modo diximus, po„ teſtates introductas eſſe boni publici cau„ ſa; quid vero publice bonum ſit, arbi„ trium eſſe imperantis non ſingulorum. Sa„ ne, finis univerſalis illius ordinis in Prin„ cipe ſupereſt, etſi poteſtate ſua in quibus„ dam actibus privatis abutatur.

Seneca appoſite ad hanc rem] „ Mihi vide„ tur minus appoſite locus ille ad hanc rem „ allegari, ut ex inſpectione ipſa apparet.

Locum & hic habere debet &c.] „ Auctor 4 „ confirmat ſuam ſententiam auctoritatibus, „ & ex Thucydide, Livio, Platone, Xeno„ phonte &c. refert, tranquillitatem publi„ cam præferendam eſſe ſaluti privatorum.

Apud Thucydidem ſententia] Thucydides *de bell. Pelop. l.* 2 *p. m.* 114. *Adde Sen. L.* 1. *de Clem.* 4. *Vellej. Paterc.* 2. 3. *Cic. lib.* 4. *ad Heren.* 44. *Plin.* 7. *c.* 18. *Cic.* 1. *offic. c.* 25. *& l.* 1. *de fin. c.* 7. *Arrian.* 6. §. 436. *Teſm. in not. h.*

Præcipuum haud dubie eſt ordo ille] „ Cu- 5 „ jus finis univerſalis eſt tranquillitas publi„ ca.

Is vero cum privata reſiſtendi licentia conſiſtere non poteſt] „ Imo hoc argumentum „ non concludit. Nam 1. verum non eſt, re„ ſiſtendi licentiam conſiſtere non poſſe cum „ illo ordine imperandi, & parendi; ipſe „ enim Auctor ait, reſiſtere Principi licere „ ſi ea lege delatum eſt imperium, *vid.* §. „ 14.: vel ſi in diſcrimine vitæ ponatur pri„ vatus, *vid.* §. 7. Poteſt ergo conſiſtere or„ do ille cum licentia reſiſtendi. Vera ratio, „ cur reſiſtere Principi non liceat 2. hæc „ eſt, quia ſinguli omne arbitrium in Prin„ cipem tranſtulerunt, adeoque judicare de „ ejus actibus non poſſunt.

Sed etiam duris] „ Quia arbitrium, an 6 „ duri ſint, an non, penes ſubditos non eſt.

Propter conſcientiam] „ Quia patientia ſua „ non eſt caritura mercede. *Vid. ſupra n.* „ 2. *pr.*

Hoc cedit vobis gratia apud Deum] „ Adeoque ex hoc loco apparet, Apoſtolos „ loqui de virtute, & de perfectionis regu„ lis, & præmiis; commendant illi patien„ tiam, & in vicem hujus perfectionis mer„ cedem promittunt: adeoque de jure non „ reſiſtendi plane non loquuntur. *Vid. ſupr.* „ *n.* 2.

Idem ad reges quoque referendum] „ Imo „ mala hæc eſt comparatio. *Servus* parere „ tenetur Domino, quia hic jus vitæ, &

„ necis in ſervum habet; *Populus* autem pa-
„ ret ex ſua voluntate, & diſpoſitione. *Ille*
„ reſiſtere non poteſt, quia Dominus jure
„ ſuo utitur vitam ipſi auferendo; *hic* reſi-
„ ſtere ex alia ratione non poteſt, quia ar-
„ bitrium ſuum in Principem tranſtulit.

Non minus ſubditorum, quam ſervorum officium reſpicit] „ Utrumque verum eſt; ſed „ ex diverſis principiis, uti modo vidimus.

Quæ injuriarum patientiam ſecum ferat] „ Imo hæc patientia ſequitur ex ſubjectio-„ ne. Dum enim populus jus ſuum, ſuum-„ que arbitrium in Principem confert, ejus „ non eſt de injuria queri.

Sicut de parentibus] „ Comparatio hæc „ nihil probat. Parentibus reſiſtere non licet, „ ſi forte durius caſtigant liberos. At ſi vitæ „ periculum imminet liberis, vel membro-„ rum mutilatio, omnino reſiſtere parenti-„ bus poſſunt; ad parentes enim ſaltem per-„ tinet educandi jus, & facultas de actioni-„ bus liberorum diſponendi: in vitam au-„ tem, & membra eorum nullum jus ha-„ bent. Secus ac in Principe.

Ames parentem, ſi æquus eſt: ſi non, feras] „ Similia vide apud *Demoſthen. ep.* 3. „ *in f.* de toleranda injuria parentum. *Vid.* „ *Teſm. in not. h. lit.* μ. *v.*

Iram patris ferre] „ Hiſtoriam narrat *Æ-*„ *lianus* 5. *Var.* 33. *Teſm. h.*

Ferenda regum ingenia] „ Obſequio miti-„ gari imperia, ait Alexander apud *Curt.* 8. „ 8., & *Seneca de ira c.* 8. *Difficilis quo-*„ *que, & indomita natura blandientem fe-*„ *ret.*

Et alibi] „ *Hiſt. L.* 4. *c.* 8. Adde *his Cambd.* „ *in vita Eliſabethæ L.* 1. *& Hortled. L.* „ 1. *c.* 6.

Ad §. V.

Auctor porro probat obligationem non reſiſtendi ex Martyrum conſtantia; verum hæc exempla non jus probant, ſed illud, ſi probatur, confirmant. Obligationem de non reſiſtendo probavimus ex eo, quod populus omne ſuum jus, adeoque & judicium de modo imperandi in Principem tranſtulerit: idque verum eſſe, Martyrum exempla teſtantur.

1 *Optima legis interpres*] „ Intelligit legem „ Novi fœderis. Nam mores veterum Chri-„ ſtianorum non exiguum momentum habere „ debent ad interpretandum ea, quæ ob-„ ſcura ſunt in ſacris literis. *Vid. prol.* §. 51. „ Cæterum ſæpius dictum eſt, in novo fœ-„ dere non de jure hominum inter ſe, nec „ de legibus agi: ſed de perfectione.

Peſſimi ſæpe homines] „ Ut Tiberius, Ne-„ ro, Caligula &c.

Obtentu adjuvandæ reipublicæ] „ Ut eam „ a tyrannide liberarent.

Numquam tamen eorum conatibus] „ Quia „ juxta virtutum regulas perfectius eſſe cre-„ diderunt, injurias quaslibet ferre, quam „ eas vindicare.

Clementis Conſtitutionibus] „ De quibus „ *vid. L.* 1. *c.* 2. §. 10. *n.* 1.

Unde qui faucibus ejus exprimendis palæſtricam exercent] „ Notat enim Gronovius „ *h.* Commodum in exercitatione luctæ pe-„ riiſſe, validiſſimo palæſtrita, ſpecie exer-„ cendi, guttur ejus comprimente eousque, „ donec expiraret. Vide tamen *Herodian.* „ 1. *c. f.*

Quo tamen Imperatore vix quisquam fuit ſceleratior] „ Et tamen Tertullianus com-„ mendat Chriſtianos, quod his liberatoribus „ civitatis ſe non adjunxerint.

Domitianum oppreſſerat] „ *Sueton. in Do-*„ *mit. c.* 16.

Plautianum præfectum prætorio] „ Cui filii „ ſui Baſſiani filiam deſponſaverat. *Guthberl.* „ *Chronol. in Septim. Sever. p. m.* 136.

Arma ſumſerat in Syria Peſcennius Niger] „ Qui in Syriaco exercitu Imperator „ fuit proclamatus, & quem Severus tribus „ magnis præliis vicit: is Antiochiæ, quo „ fugerat, interfectus eſt. *Guthberlet. d. l.* „ *Dio Caſſ.*

In Gallia, & Britannia Clodius Albinus] „ Britanniæ præfectus, quem antea ſibi jun-„ xerat collegam: & cui poſtea & Cæſaream „ dignitatem, & titulum Auguſti denegavit; „ unde bellum ortum, ubi periit Albinus. „ *Dio Caſſ. vid. Calviſ. ad ann. mund.* 1147.

Sed horum quoque factum Chriſtianis diſplicuit] „ Adeo illicitum eſſe Principi re-„ ſiſtere, putabant.

Avidium Caſſium] „ Præſidem Aſiæ, qui „ a Fauſtina conjuge inductus, cum putaret „ Imperatorem a Quadis occiſum eſſe, im-„ perium arripuit; ſed poſt tres menſes, & „ dies ſex, interfectus fuit *Dio Caſſ. vid.* „ *Calviſ. ad ann. mund.* 4124.

Quam M. Antonini negligentia perderet] „ Cum tamen nullus Imperatorum ſapientia, „ juſtitia, modeſtia, beneficentia, & doctri-„ narum ſtudio eum æquaverit. *Guthberl.*

in

„ *in M. Anton. p.* 231. Exemplum benigni-
„ tatis insigne est, quod literas apud Cas-
„ sium inventas abolere jusserit, ne cogere-
„ tur invitus aliquem odisse. *Dion. Cass. vid.*
„ *Calvis. d. l.*

2 *Ambrosius*] „ Qui missus erat a præfecto
„ prætorio Mediolanum cum insignibus Con-
„ sularibus ad regendam Insubriam, Ligu-
„ riam, & Æmiliam. *Calvis. ad ann. m.* 4318.
„ Mortuo Auxentio, Mediolanensi Episcopo,
„ ipse ad sedandam emotionem accurrens
„ ab omnibus eligitur Episcopus. *Calvis. ad*
„ *an. mund.* 4325.

Non sibi tantum, sed & gregi suo] „
„ Nam ad instinctum matris Justinæ, hæresi
„ Arriana infectæ, Mediolani catholicos,
„ quos potuit, sedibus suis ejecit. *Calvis.*
„ *ad a. m.* 4325.

Ambrosius Maximi copiis adversus Imperatorem & Arrianum, & Ecclesiæ gravem, uti noluit] „ Valentinianus junior Arrianos
„ sedibus suis restituit, capitali supplicio con-
„ stituto si quis id impedire vellet. Auxen-
„ tius Mediolanum venit recepturus Eccle-
„ siam; Ambrosius resistebat defensus a po-
„ pulo, & Imperator coactus Ambrosio Ec-
„ clesiam habere permisit, audito inprimis
„ nuntio de morte Gratiani: postea varias
„ Ambrosio insidias struxit, sed frustra, Ma-
„ ximus Præfectus Britanniæ, victo Eugenio
„ Scotorum Rege, imperium interim sibi
„ sumsit, Gratianum vincit, & interficit,
„ minabaturque se in Italiam cum exercitu
„ venturum; Ambrosius ablegatus ad pa-
„ cem conciliandam, re infecta redit; Ma-
„ ximus Italiam occupat, at a Theodosio,
„ cujus auxilium Valentinianus imploravе-
„ rat, vincitur, & interficitur. *Calvis. ad*
„ *a. m.* 4332. 36. & 37.

Ad §. VI.

Arguit hic Auctor Scriptores, qui jus resistendi Principi injusta jubenti *privatis* negant: at *magistratibus inferioribus* concedunt; inter quos sunt Hottomannus, Petrus Martyr, Danæus, Paræus, Junius Brutus &c. *vid. Grot. & Obrecht. in not. h.* Sed nihil ineptius est hac sententia. Nam *magistratus inferiores* æque sunt privati: & imperium, quod exercent, non proprio jure, sed tanquam officiales Principis habent: nec plus agere possunt, quam ipsis concessum est &c.; non autem iis est concessum, ut contra eum insurgant, a quo causam habent.

Nam sicut in dialecticis] „ Vera ratio est, 1
„ quod magistratus extra fines officii ipsis de-
„ lati meri privati sint: adeoque nec majo-
„ rem resistendi facultatem habeant, quam
„ ipsi privati. Tesmarus egregium hanc in
„ rem allegat locum Advocati cujusdam apud
„ Hortlederum, *L.* 1. *c.* 9. *Und liegt nicht*
„ *daran, dasz meine Herren auch eine Obrig-*
„ *keit seyn; denn ihre Obrigkeit als eine*
„ *Unter-Gewalt, höret auf durch Gebot ih-*
„ *res Obristen Hauptes. Zudeme dasz meiner*
„ *Herren ihnen von GOtt durch Mittel Kay-*
„ *serl. Majestät als eine Regul dem Kayser zu*
„ *gehorchen, gegeben ist. Aber Kayserl. Ma-*
„ *jest. Gewalt ist ohne Mittel von GOtt;*
„ *und wie des Kaysers Gewalt ohne Mittel*
„ *von GOtt ist, so soll demselben niemand*
„ *ohn GOtt allein eigengewaltiglich wieder-*
„ *stehen, so lange derselbige nicht durch die-*
„ *jenige so ihn erwehlet, abgesetzet ist.*

Si speciem infra positam, genus] „ Adeo-
„ que & datur genus subalternum, & gene-
„ ralissimum.

Sunt publicæ personæ] „ Quia officium ju-
„ ris dicendi ipsis a Principe concessum est.

Privati sunt] „ Extra scil. officii fines,
„ qui in jure dicundo subditis, non in fa-
„ cultate resistendi imperanti, & tali impe-
„ ranti, a quo omne jus suum habent,
„ consistunt.

Ut quicquid contra voluntatem imperantis faciant] „ Non enim sunt publicæ personæ
„ nisi intra fines ab imperante ipsis præscri-
„ ptos; in reliquis privati sunt. Unde JCti
„ Romani optime statuerunt, nec subditos
„ parere debere magistratui, qui supra ju-
„ risdictionem suam jus dicere velit, *l. f. ff.*
„ *de jurisd.* quia hactenus privatus est.

Ordinem non dari, nisi cum relatione ad aliquid primum] „ Bene hoc expiicat *Gron.*
„ quem vid. *h.*

Ac mihi videntur] „ Auctor hic, & in 2
„ sequentibus late probat id, de quo nemo
„ dubitat: scilicet, magistratum inferiorem
„ causam a rege habere, ejusque imperio
„ parere, adeoque hactenus eum privatum
„ esse.

Minores Deos Jovi non concessisse] „ Vide
„ Theogoniam Hesiodi, ubi recenset, quem-
„ admodum Dii illi minores conjuraverint
„ in Jovem, cui gigantes Briareus, Cottus,
„ & Gyges adstiterunt.

Unde illud] „ Apud *Sen. Thyest. v.* 612.
„ At hoc effatum non pertinet ad illum or-
„ dinem, de quo Auctori sermo est; sed

„ voluit eo indigitare Tragicus, omne reg-
„ num Deo ſubjectum eſſe.

3 *Ut ſupereminenti, i. e. ſine ulla exceptione*] „ Quia omne jus ſuum, & arbitrium, „ in eum contulerunt.

Præter ea, quæ Deus directe imperat] „ Nam his aliquid contrarium facere nos nul- „ la ratione poſſe, vidimus *ſupra* §. 1. *n.* 2.

Tanquam miſſis a rege] „ Tanquam offi- „ cialibus, qui omne jus ex conceſſione im- „ perantis habent: adeoque ſaltem intra fi- „ nes ipſis præſcriptos.

Et cum Paulus omnem animam] „ *Ad Rom.* „ *XIII. v.* 1. *& ſeq.* 1. *Tit. III.* 1.

Etiam magiſtratus inferiores incluſit] „ Nul- „ lam enim animam excepit.

Ubi tot fuere reges, divini, humanique juris contemtores] „ Adeoque qui injurias in- „ juriis quotidie cumulabant.

In quibus plurimi fuere pii, & fortes] „ Adeoque qui Regum delicta deteſtaban- „ tur.

Id ſibi juris ſumſerunt] „ Ut ſibi ſumturi „ fuiſſent, ſi licitum id eſſe putaſſent.

Niſi ſi qui a Deo &c. mandatum ſpeciale acceperant] „ Huc pertinet exemplum Ao- „ dis, qui interfecit Eglonem Regem Moa- „ bitarum. *Vid. Grot. infr.* §. 19. *n.* 4.

Cujus in reges ſummum jus eſt] „ Omne „ ſub regno graviore regnum eſſe, paulo „ ante dixit *n.* 2.

Solita veneratione eſt proſequutus] „ Et re- „ verſus eſt cum Saule in Galgala, ubi Saul „ adoravit 1. *Sam. XV.* 30.

4 *Religionis quoque publicæ ſtatus nunquam non a regis &c. arbitrio pependit*] „ Poſte- „ rioribus ſcilicet temporibus, præprimis ſub „ Herode.

Deo ſe fideles promiſerunt] „ Adeoque videa- „ tur plus parendum Deo, quam hominibus.

Quatenus in cujusque poteſtate id futurum erat] Senſus argumenti admodum obſcuri hic „ eſſe videtur, Magiſtratum Hebræorum non „ reſtitiſſe regi, & Synedrio de ſtatu reli- „ gionis publico pro arbitrio diſponentibus: „ neque allegari poſſe, *Magiſtratum Deo ſe* „ *fidelem fore promiſiſſe*, adeoque jus ei fuiſ- „ ſe regem vi hujus promiſſi impediendi; „ promiſſionem enim hanc tantum valere „ quatenus res eſt in ejus poteſtate: non „ autem in ejus poteſtate fuiſſe, *reſiſtere* „ *Regi.*

Dejecta, unquam legimus] „ Nam jus „ de religione ſtatuendi eſt pars imperii: ſi „ igitur ſimulacra falſorum deorum publica „ auctoritate recepta ſunt, privati ea deji- „ cere non poſſunt.

Si quid aliquando factum eſt vi contra reges] „ Adeoque jus non ex exemplis defi- „ niendum eſt: inprimis cum ea exempla „ ultoribus vix caruerint. Ita Darius apud „ *Juſtin. II.* 15. *Quod ad ultionem pertinet,* „ *jam non ſuam, ſed exempli, communem-* „ *que omnium Regum eſſe cauſam, quam* „ *negligere illi & indecorum, & periculoſum* „ *eſſe*; & Tacitus *hiſt.* 1. 44. de Vitellio pu- „ niente Galbæ interfectores, *non honore* „ *Galbæ id factum, ſed tradito principibus* „ *more, munimentum in præſens, ultionem* „ *in poſterum.* Baſilius Porphyrogennetus mi- „ ſit ad Chosroen poſtulatum ut dederetur „ ſibi Bardas Sclerus, qui domino contraria „ cepiſſet arma, *ne in ſemet ipſum pernicio-* „ *ſum exemplum ſtatueret. Zonar. in Bas.* „ *Porphyr.*

Trajani] „ Apud Joh. *Zonar. in vit. Traj.* 5 „ *ann.* 2. Atque hoc dictum allegarunt lega- „ ti Scotorum contra Mariam Reginam Sco- „ tiæ apud *Buchan. rer. Scot. L.* 20. *p. m.* „ 729. *Teſm. h.*

Sed verum principem gereret] „ Nam ſta- „ tus revera fuit popularis, & Cæſares ad- „ miniſtrabant ſaltem rempublicam: unde le- „ gibus ſubjecti contra leges reipublicæ age- „ re non potuerunt. *Vid. ſupra c.* 3. §. 8. *n.* „ 10. Adeoque exemplum hoc ad reges, „ qui proprio jure imperium tenent, non „ pertinet.

Qui proinde ſubeſſet ſenatus, populique judicio] „ Quia nuda adminiſtratio ei conceſſa „ fuit. Nam poſterioribus demum tempori- „ bus Principes verum imperium regium u- „ ſurpare, & populum omne jus ſuum in ſe „ contuliſſe, aſſerere cœperunt. *Vid. d. c.* „ 3. §. 8. *n.* 10.

M. Antonino] „ Eadem hic ratio eſt, quæ „ in Trajano. Nam & hic Imperator cave- „ bat, ne quid regium oſtentaret. *Vid. ſup.* „ §. 5. *n.* 1. *in f.* Idem tamen Antoninus „ ſolum Deum Principis judicem eſſe, dixit. „ *Vid. ſup. c.* 3. §. 8. *n.* 10.

A D. §. VII.

AUCTOR poſtquam ſuppoſuit facultatem „ reſiſtendi Superiori jure gentium eſſe ſub- „ latam, excipit vitæ periculum. Idque 1. „ quia Dei leges caſum neceſſitatis excipiunt. „ 2. Quia primi in ſocietatem coeuntes, qui

hanc

„ hanc legem ſtatuerunt ne reſiſteretur, non „ videntur ſibi onus hoc imponere voluiſſe, „ mori potius, quam ullo caſu reſiſtere imperanti. *n.* 2. Etſi vero 3. Deus probaverit legem illam gentium de non reſiſtendo, probaſſe eam tamen videri ut humanam, & humano modo. *n.* 3. Addit 4. pluribus id permitti a regii imperii aſſertoribus; unde quærit, cur non & ſingulis in extremo diſcrimine conſtitutis. *n.* 4. Idque probat 5. exemplo Davidis, & Maccabæorum, *n.* 4. & 5. Monet tamen 6. parcendum eſſe perſonæ Regis. *n.* 6. & 7. Denique & 7. concludit, per legem Evangelii omne jus reſiſtendi ſublatum eſſe: & Chriſtianis, præter fugam, nullum aliud defenſionis remedium relictum eſſe. *n.* 8. „ *uſque ad finem.*

„ Multa hic monenda occurrunt. Nam ſupra jam demonſtravimus, jus neceſſariæ „ defenſionis nunquam competere ſubditis, „ ſive ſingulis, ſive pluribus, ſi injuriæ ſunt „ privatæ. Sane, leges naturæ, aut divinæ, „ nullibi caſum neceſſitatis excipiunt. Ex inani autem, & vaga illa conjectura, quid „ primi coëuntes in ſocietatem quæſiti de „ hoc caſu reſponſuri eſſent, nullum jus oriri poteſt. Davidis exemplum contrarium „ probat; Antiochus autem ipſum ſtatum populi evertit: indeque juſta in hunc fuere „ arma. *Vid. infr. n.* 5.

„ Sed & verum non eſt, ſingulos in civitates coëuntes hunc caſum neceſſariæ defenſionis excepiſſe; quia omne judicium, „ adeoque & judicium de juſtitia hujus injuriæ, in Principem tranſtulerunt. Porro „ verum non eſt, Deum poteſtates civiles, „ adeoque & legem de non reſiſtendo, approbaſſe humano modo, i. e. excepto caſu „ extremæ neceſſitatis. Denique verum non „ eſt, Evangelium aliquid præcipere per modum legis, quæ homines inter ſe obliget; „ ſed & verum non eſt, lege demum Evangelii jus reſiſtendi in caſu neceſſitatis ſublatum eſſe: quæ omnia nunc plenius examinabimus.

1 *In gravissimo, & certissimo discrimine*] „ Si ſc. „ Princeps injuria ad necem rapit ſingulos.

Tacitam habent exceptionem summæ necessitatis] „ Imo neceſſitas nunquam jus dat „ contra leges naturæ, etſi aliquando in foro ſoli excuſet; de quo plenius *L.* 2. *c.* „ 2. §. 6. *ſeq.* & *L.* 3. *c.* 17. §. 1. Nunquam autem excuſat privatum Regi vi reſiſtentem.

Quod de lege Sabbathi] „ Imo lex divina „ nunquam prohibuit ne quis ſe defendat die „ Sabbathi: indeque ex mala interpretatione „ Judæorum abſtinuerunt Hasamonæi, *vid.* „ 1. *Maccab. II. v.* 36. *Joſeph. antiq.* 12. 1. „ & ideo pœnam imbecillitatis dedere. vid. „ *B. Parens in diſp. de juſt. præl. exitu Sect.* „ 3. §. 7.

Ut & in lege altera] „ *I. Sam. XXI. v.* 6. „ At bene notandum eſt, prohibitum non „ fuiſſe de ſancto comedere pane, ſi comedens mundus erat. *ibid.*

Eandem addunt exceptionem] „ Nimirum „ neceſſitatis.

Non quod Dei jus non sit] „ Deus enim „ abſolutum jus in vitam hominis habet, illamque quo vult modo auferre poteſt. *Vid.* „ *ſup. prol.* §. 48. & *L.* 1. *c.* 21. §. 14.

Ut non credibile sit, datas ex tam rigida voluntate] „ Ut v. g. mortem potius ferre, „ quam injuriam a Superiore illatam repellere debeat.

Quod in legibus humanis magis etiam procedit] „ Ut in legibus ante allegatis de non „ edendis panibus propoſitionis, de cibis ve„ titis &c.

Non nego &c.] „ Senſus hujus loci hic 2 „ eſt: poſſe Legislatores in actibus virtutis „ ſub pœna capitis neceſſitatem agendi, vel „ non agendi imponere: adeoque potuiſſe „ quoque eis, qui in civilem ſocietatem co„ eunt, talem legem dicere, ne reſiſtatur „ Principi etiam in præſentiſſimo vitæ periculo &c.; at eam gentium voluntatem „ non fuiſſe, quia ſi primi coeuntes in civitatem de hac re interrogarentur, reſponſuri ſine dubio eſſent, ſe in tali diſcrimine jus reſiſtendi non voluiſſe auferre niſi „ reſiſtentia illa Rempublicam turbatura eſſet: quam ſententiam ſtatim explicabimus.

A lege etiam humana quosdam virtutis actus posse præcipi] „ Nam actus virtutis aliquando occaſionem dare juri ſtricto, indeque verum jus oriri, paſſim Auctor docet. *Vid. L.* 3. *c.* 20. §. 2. *n.* 1. & *L.* 2. „ *c.* 13. §. 17.

Sub certo mortis periculo] „ i. e. ut actus ille perficiatur, etſi vitæ periculum immineat.

De statione non deserenda] „ Hæc lex non „ ab hominibus lata, ſed naturalis eſt; ſubditi enim patriam contra hoſtes defendere „ debent, etiam cum diſcrimine vitæ.

Sed nec temere ea voluntas legem condentis „ fuisse intelligitur] „ i. e. non præſumendum eſſe,

„ esse, lege humana quæ præcepta sunt, fie-
„ ri debere si vitæ periculum immineat.

Neque videntur homines in se, & alios tantum jus accepisse] „ Ut scil. possint eis in-
„ jungere ut deserant omnem tutelam sui, &
„ certæ morti occurrant. *vid. Gron. h.* At si de
„ utilitate reipublicæ agitur, omnino id in-
„ jungere possunt.

Nisi quatenus summa necessitas id exigat]
„ I. e. nisi resistentia illa conjuncta sit cum
„ maxima reipublicæ perturbatione. &c. de
„ quo mox.

Ferri enim leges debent, & solent cum sensu imbecillitatis humanæ] „ I. e. accomodari
„ debent ad statum hominum corruptum,
„ vel ut Auctor alibi ait, ad modum huma-
„ num: *vid. L.* 3. *c.* 23. §. 5. *n.* 3; unde
„ ait, Deum humanam legem probantem,
„ eam probare ut humanam, & humano
„ modo. *L.* 2. *c.* 2. §. 6. *n.* 4. *& h.* §. *n.* 3.

Hæc autem lex, de qua agimus] „ Scil.
„ lex de non resistendo Principi.

Pendere videtur a voluntate eorum, qui se primum in societatem civilem consociant]
„ Cum enim Principes nullum jus habeant ni-
„ si ex voluntate populi omnino videndum,
„ quale jus in Principem delatum voluerit.

A quibus jus porro ad imperantes manat]
„ Quia civitas omne jus suum in Principem
„ transfert, qui proinde eodem jure utitur,
„ quo antea civitas.

Hi vero si interrogarentur] „ An ex vana,
„ & vaga hac conjectura jus resistendi Princi-
„ pi deduci possit, cordatus lector judicet.

An velint omnibus hoc onus imponere] „ I.
„ e. anne potius a lege de non resistendo Prin-
„ cipi, excipere voluerint casum, si vitæ
„ discrimen immineat.

Nescio an velle se sint responsuri] „ Frustra
„ quæritur, quid primi illi constituentes ci-
„ vitatem responsuri essent.

Si resisti nequeat, nisi cum maxima reipublicæ perturbatione] „ Hoc enim casu gentes
„ responsuros fuisse, fingit, mortem potius
„ ferendam esse.

Tali circumstantia] „ Si scil. resisti ne-
„ queat, nisi cum reipublicæ perturbatione,
„ aut exitio plurium innocentium.

Charitas commendaret] „ Adeoque hanc
„ obligationem, mortem potius ferendi,
„ non ex jure naturæ sociali, sed laxiori, i.
„ e. ex charitate deducit.

In legem quoque humanam deduci posse &c.]
„ I. e. lege præcipi posse, ut mortem potius
„ ferat, etsi jure naturæ, & gentium resi-
„ stere liceat.

Rigidam illam obligationem mortem potius ferendi] „ Quam ex lege humana deduxit. 3

Non ex lege humana, sed divina] „ Quod
„ omnino verum est; quia lex naturæ est,
„ pacta servare: populus autem omne jus
„ suum, & arbitrium in Principem consen-
„ su suo transtulit.

Non Dei præcepto, sed sponte adductos]
„ Civitates, earumque imperium; ex con-
„ sensu plurium familiarum originem cepis-
„ se, alibi probavimus.

Experimento infirmitatis] „ Causas, quæ
„ homines in civitatem coëgerint, *vide in*
„ *prol.* §. 19. *ibique not.*

Unde ortum habet potestas civilis] „ De
„ origine civilis potestatis *vide Diss. proœm.*
„ *XII.* §. 106. *Conf. sup. l.* 1. *c.* 1. *n.* 2.

Humanam ordinationem] „ Quod verum
„ est de civitatibus, & rebus publicis con-
„ sensu constitutis; ex pacto enim unus,
„ vel plures imperant: adeoque hactenus
„ imperium est ordinatio humana.

Divina ordinatio] „ Divina ordinatio est,
„ tum quia patribusfam. imperium à Deo ab
„ initio concessum est: tum intuitu officii ip-
„ sius, quod constitit in suum cuique tribuen-
„ do, adeoque in exequenda voluntate divi-
„ na. Sed & speciatim divina ordinatio apud
„ Judæos vocatur, quia speciali Dei jussu ju-
„ dicia constituta sunt.

Quia hominum salubre institutum Deus probavit] „ Publica judicia non esse à natura,
„ sed à facto humano, Auctor docuit supra
„ *c.* 3. §. 1. *n.* 2. At Deum hoc institutum
„ approbasse, indeque judicia vocari ordina-
„ tionem divinam *h. n.* ait. Nos plane alio sen-
„ su judicia ordinationem divinam diximus.

Deus autem humanam legem probans, censetur probare ut humanam, & humano modo] „ *Vid. L.* 2. *c.* 2. §. 6. *& n. præced.*
„ Auctor respondet objectioni, quod cum
„ Deus approbaverit potestatem civilem,
„ adeoque & legem de non resistendo Prin-
„ cipi, sequi videatur, legem illam non esse
„ humanam, sed divinam. Respondet, in-
„ quam, per hanc approbationem leges hu-
„ manas non mutare naturam, nec fieri divi-
„ nas; sed manere humanas, quia Deus eas
„ approbat ut humanas, & humano modo.
„ Quæ omnia gratis dicuntur. Lex enim *de*
„ *ferenda potius morte*, postquam populus con-
„ sensu suo omne jus suum imperii in potesta-
„ tem civilem transscripsit, ex ipsa naturæ ra-
„ tione sequitur, eoque divina est: Lex enim
„ naturæ est, pacta esse servanda.

Ut populo, & insigni ejus parti jus concedat 4

se tuendi] „ Qui enim promiscue sævit in „ totum populum, tyrannus fit, & desinit „ esse Princeps. *vid. §. II.* Idem quoque di- „ cendum de eo, qui in partem majorem sæ- „ vit; totum enim inde læditur.

Cum tamen ipse fateatur, totum populum Regi subditum esse] „ Indeque videatur, po- „ pulo nil nisi obsequii gloriam relictam esse. „ Hæc enim subditio non impedit quo minus „ totus populus resistere Principi possit, si „ vel in totum populum, vel in ejus partem „ promiscue sævit, eoque populum non „ tuetur, sed destruit. Aliud autem est si sin- „ gulis privatas injurias infert.

Quod pluris est id, quod conservatur, eo majorem esse dignitatem] „ Adeoque jus re- „ sistendi eo magis æquitati conveniens esse, „ ait, si agitur de conservatione vel totius „ populi, vel insignis ejus partis.

Quæ] „ Æquitas scilicet.

Adversus legis verba exceptionem porrigat] „ Sensus est, quod etsi lex humana præcipiat „ mortem potius ferre, quam ullam injuriam „ superioris vi repellere; eam tamen excep- „ tionem pati, si per illam resistentiam totus „ populus, vel major ejus pars conservatur.

Damnare aut singulos, aut partem populi minorem] „ Adeoque singulos quoque, & „ minorem populi partem jus resistendi habere „ putat, non obstante lege illa humana: ra- „ tionem dedit *n. præced.* quod scil. illi, qui „ in civitatem coëunt quæsiti, num mori „ præoptent, quam ullo casu vim superio- „ rum armis arcere, negative responsuri fuis- „ sent. At satis hoc refutatum est in præceden- „ tibus. Diximus, jus resistendi nunquam „ competere nec singulis, nec paucis: id- „ que ipso jure naturæ statutum esse.

Quæ ultimo necessitatis præsidio] „ Adeoque „ ubi agebatur de conservanda vita, vel sin- „ gulorum, vel paucorum.

Ut interim & communis boni respectum non desereret] „ Si scilicet resistentia illa fit citra „ reipublicæ perturbationem, aut absque „ exitio plurimorum innocentium.

Qui extra pauca facta] „ Quæ ad invidiam „ usque recenset, & exaggerat Bayle in „ Diction. voce *David.*

Vitæ secundum leges exactæ] „ Vid. *Eccles.* „ *c.* 47.

Quo nisi ad vim arcendam si inferretur] „ Imo 1. David usus est his armatis non ad „ vim inferendam, sed ut sociis fortunæ: „ 1. *Sam. XXII. v.* 2. Nam 2. ipse fate- „ batur, nefas esse personam Regis violare, „ 1. *Sam. XXII. v.* 7. Hinc 3. legimus, „ eum nunquam vi Regi restitisse, sed fuga „ sibi consuluisse. Sane 4. nec intra fines „ Judææ morabatur, sed apud Regem Moa- „ bitarum, 1. *Sam. XXII. v.* 4; neque re- „ diit in Judæam, nisi jussu divino, *ibid.* „ *v.* 4. Quin 5. tantum abfuit ut Saulem, „ & Hebræos pro hostibus habuerit, ut po- „ tius defensionem urbis Ceilæ susceperit, 1. „ *Sam. XXIII. v.* 1. *seq. & v.* 12.

Nisi postquam & Jonathanis] „ *Vid.* 1. „ *Sam. XX. per tot.* Imo nec ex eo tempore „ animum resistendi Principi habuit, quod „ actu testatus est.

Et pluribus aliis argumentis] „ Quod in- „ terfecerit sacerdotes Domini, qui panes, „ & gladium Davidi dederunt. 1. *Sam. XXII.* „ *per tot.* quod armata manu eum persecutus „ fuerit. *ibid. c. XXIII. & XXIV.*

Deinde vero] „ Certissimo indicio, Da- „ videm armatos illos penes se habuisse non „ animo resistendi.

Sed latebras quærit modo in locis deviis] „ Fugit enim in Speluncam Adollam 1. *Sam.* „ *XXII. v.* 1, & in saltum Hareth, *ibid.* „ *v.* 5; latitabat in monte solitudinis Ziph. „ *d. l. c. XXIII. v.* 14, in colle Hachila, „ 1. *Sam. XXIII. v.* 19. *& c. XXVI. v.* „ 1, in deserto Maon, *ibid. v.* 24, & in „ deserto Engeddi, *ibid. c. XXIV. v.* 2.

Modo apud populos exteros] „ Primo enim „ fugit ad Achim Regem Geth, 1. *Samuel.* „ *XXI. v.* 19; deinde ad Regem Moab, „ 1. *Samuel. XXII. v.* 3. *seq;* postea iterum „ ad Regem Achis, *c. XXVII. per tot.*

Et hac religione, ut popularibus suis nunquam noceat] „ Etsi contrarium persuaserit „ Achi Philistæorum Regi, 1. *Sam. c.* 27. „ *per tot.* Equidem David cum ab Achi, „ contra Saulem bellum gerente, reverti „ jussus fuerit, quod suspectus esset Satrapis, „ de eo quæstus est, *quod pugnare ei contra* „ *hostes Regis non liceret*; 1. *Sam.* 29. *per tot.* „ Verum simulasse videtur David ne privare- „ tur tanto protectore; sane, hostili animo „ in Judæam non fuisse Davidem, vel exinde „ patet, quia durante hoc bello prædæ ab „ Amalecitis captæ seniores Judæorum parti- „ cipes fecit. 1. *Sam. XXXI. per tot.*

Simile] „ Ubi ultimo necessitatis præsidio „ usi Judæi Principi vim inferenti restiterunt. „ At dissimilitudinem statim demonstrabimus.

Factum Maccabæorum] „ 1. *Maccab. II.* „ *v.* 84. *seq. & per totum librum.*

Nam quod quidam hæc arma eo titulo de-

fendunt, quasi Antiochus non Rex, sed invasor fuerit, vanum puto] „ Verum omnino est, „ Antiochum verum Judææ Regem fuisse. „ Nam Judæi cum ipsis Persis in ditionem „ Alexandri Magni venerunt, diuque in po„ testate regni Macedonici manserunt, tan„ dem vero Syriæ pars facti: *Justin. l.* 36. „ *c.* 3. *Cunæ. de Republ. Hebræor. c.* 16. *Jor„ nand. de regn. succeff. c.* 7. *Selden. de Jur.* „ *nat. l.* 7. *c.* 8. Adeoque in eo dissimilitu„ do cum exemplo Davidis non consistit: sed „ in eo, quod injuria Davidi illata privata „ fuerit, ea autem, quæ Maccabæis infere„ batur publica. Legibus enim alienis subji„ ciebantur, Religio evertebatur, promi„ scue in populum sæviebat Antiochus, 1. „ *Maccab. c. I. & c. II;* quin destruere po„ pulum animus ei erat, *c. III. v.* 39. 42. „ & 43: Unde Mathathias moriens filiis „ suis commendat, *ut vindicarent vindictam* „ *populi. d. c. II. v.* 67. *c. III.* §. 42. & 43.

Antiochum alio, quam Regis nomine compellent] „ *Conf.* 1. *Maccab. c. I. v.* 43, & „ *seq.* Sane, pace facta Regem eum agnove„ runt, eumque qua talem intra muros Sion, „ receperunt. *c.* 6. §. 58. *seq.* Judæi terram „ eam regiones regis vocant, *c.* 7. *v.* 7. „ Demetrius Rex Jonathani dedit potestatem „ congregandi exercitum, & fabricandi ar„ ma, *c.* 10. *v* 6. & 8, remittit ipsi præ„ stationes, *v.* 28. *seq.* Alexander, qui de „ regno cum Demetrio decertabat, eum con„ stituit summum pontificem, quem hono„ rem quoque acceptavit, *v.* 20. & 21. De„ metrius eundem honorem confirmavit, plu„ rimaque Jonathani privilegia dedit, *c.* 11. „ *v.* 27. *seq.* &c.

Macedonum imperia agnovissent Hebræi] „ Macedones enim imperium Persarum occu„ parunt; cui subfuerunt Judæi. De quo mox.

In quorum jus succesferat Antiochus], Hi„ storiam acquisitionis vide 1. *Maccab. I.*

Alienigenam populo præfici] „ *Deut. XVII.* „ *v.* 15.

De voluntaria electione intelligendum est] „ Non de alienigenis, qui vi, vel fraude „ imperium obtinuerunt.

Usos Maccabæos jure populi, cui αὐτονομία deberetur] „ Si αὐτονομια sumitur pro civi„ tate mediata, seu tali, cui legibus suis vi„ vendi facultas concessa est, etsi alteri ci„ vitati bello subjecta sit, omnino verum „ est, αὐτονομιαν Judæos habuisse. *B. Pa„ rens in Auton. jur. gent. c.* 15. §. 2. *seq.* „ Quam cum Antiochus evertere, ac leges „ suas tam in sacris, quam profanis obtrude„ re vellet; merito ei restiterunt, tanquam „ tyranno, qui statum civitatis evertere co„ nabatur.

„ Egregie hanc Autonomiam Judæorum „ explicavit *B. Parens in tract. de Auton. jur.* „ *gent c.* 17. verba ejus hæc sunt.

Inprimis autem magni momenti hoc beneficium legibus suis vivendi inter Judæos, tantoque majoris fuit, quo magis illi ab omnium hominum juribus recederent; unde in aliorum potestatem bello redacti, & libertate, seu jure suo privati, in sævissimas calamitatum, & miseriarum Charibdes ex eo demersi, & tantum non submersi sunt; quod in peregrinarum legum observationem sub Antiocho, & deinde sub Romanis adigerentur: quod omnium ipsis tristissimum fuit. A captivitate Babylonica Cyrus iis non nisi reditum in terram sacram, & natalem suam. cum potestate ædificandi templum decrevit Esdr. I. v. 2 & seq. *Quo proinde edicto constat, nondum ipsis indultam fuisse Autonomiam, seu jus liberæ civitatis. Nec plus indulsit Darius* Esdr. VI. v. 3. & seq. *nec ex prædictionibus vatum, Aggæi, & Zachariæ, promissum plus fuit.* Esdr. V. v. 2. *Primus omnium vero Artaxerxes Autonomiam, & suis legibus, ac judiciis utendi copiam iis concessit.* Esdr. cap. VII. v. 25, & 26. *Nec aliud extat edictum ullum de restituenda civitate Hierosolymitana, cujus forma non consistit in lapidibus, sed legibus, & judiciis,* supra c. 15. §. 15. &. pass. jus publ. c. 17. *Inde ergo certum initium civitatis, & reparatæ reipublicæ Judaicæ, ac vaticinii Danielis repetendum est: Jus muniendi deinde Nehemiæ precibus accessit.* Nehem *I. Quibus rebus quam omnia mirifice conveniant, alii loco reservamus. Hac ratione itaque Judæi ex immediato servitutis statu in libertatem, seu mediatam civitatem, & Rempublicam Autonomiâ restituti sunt.*

Judæa deinde una cum Persis devictis in potestatem Macedonum immediatam rursus redacta, Alexander M. singulari gratia denuo Judæis Autonomiam, & legibus suis utendi licentiam reddidit, teste Josepho lib. II Antiq. cap. 8, *qui latius recenset, ut permittente Pontifici Rege petere quod lubuerit, Autonomiam, seu legibus suis vivendi libertatem petierit. Cui cum Rex annuisset, Pontificem, pergit, ulterius rogasse, ut Judæis in Babylonia, & Media quoque eodem jure uti liceret: & id ipsum quoque Regem indulsisse. una cum immunitate septimi anni; quod itidem*

Ju-

Judæi petebant legis ſuæ ſervandæ cauſa. Levit. XXV. v. 3. & ſeq.

Hoc jus ab ipſo victore Judæis conceſſum, & exinde optimo maximo jure gentium quæſitum, cum ejus in Syriam Succeſſor Antiochus, per ſummam injuriam, ac tyrannidis ſævitiam, eripere ipſis vellet; bellum inde natum eſt, quod Judæis initio quidem ſanctiſſimo Numinis conſilio, luctuoſum: at eventu lætum, & hoſtibus exitiale fuit. Ejus enim belli, quod Ducibus Aſſamonæis, ſeu Macchabæis geſtum eſt cum Antiocho, & ſucceſſoribus ejus, unica cauſa fuit edictum Antiochi, ut omnis populus eisdem legibus viveret, & ſuas quisque relinqueret; quod exſtat 1. Macchab. I. v. 43. *Quod & agnovit Dux ipſius Lyſias,* 1. Macchab. c. VI. v. 58. 59. *cum Regem, ac Principes ita alloquitur:* Faciamus pacem cum hoc populo, eique permittamus legem ſuam ſervare, ſicut & ante; non enim alia de cauſa in nos excandeſcunt, & nobiscum dimicant, quam quia legem ipſorum abolere ediximus. *Hoc ergo edictum cum crudeliter exequerentur Rex, & Miniſtri ejus,* d. c. 1. v. 46. & ſeq., *& plurimi Judæorum metu parerent,* Macchab. II. v. 15. ſeq. *unus primariorum ſacerdotum Matthathias cum ſuis ſe oppoſuit; quos plurimi ſecuti, vi armata animadverterunt in violatores legum,* d. cap. II. §. 41. & ſeq. *atque ita dicuntur obtinuiſſe legem de manibus gentium, & de manibus Regum.* d. c. 2. v. 48.

Quæ animi conſtantia, profligatis Antiochi ducibus, & Rege mortuo, filii ipſius Antiochi Eupatoris expugnavit animum, ut auctore Lyſia conſentiret in Judæorum Autonomiam, legibusque ſuis uti ipſis permitteret. Macchab. lib. I. c. 6. v. 58. ſeq., & lib. 2. c. 11. v. 14., & ſeq. v. 22. v. 25. v. 27. & omnino v. 31. *Ubi Rex literis firmavit poteſtatem legibus ſuis utendi, ſicut & prius. Sed cum Demetrius occiſo Antiocho Syriam occupaſſet, recruduit bellum ſcelere eorum, qui ad hoſtes deſciverant; & cum caſo Judæorum duce Juda in ejus locum frater Jonathan Dux electus eſſet, ille denuo fugato hoſte, pacem Demetrio extorſit, qua juri ſuo Judæi reddi-ti ſunt.* Macchab. I. c. 9. in fin. Joſeph. lib. 13. Antiq. c. 2. Sulpit. Sev. hiſt. ſacr. lib. 2. pag. 129. *Tum vero, quando jam ipſi hoſtes inter ſe bello contenderent, utraque pars certatim Jonathæ non ſaltem Autonomiam obtulit, ſed & jus armorum, purpuræ, aliaque beneficia, & inſignia prope regia: adeo ut quisque veluti licitando amicitiam Judæorum, pretio non minus, quam armis ſuperare hoſtem contenderet, ut pluribus refertur* 1. Macchab. X. & XI. *Jonathane mortuo, frater ejus Simon non modo Dux belli, ſed & Princeps terræ, & ſummus ſacerdos a populo conſtituitur, & a Rege firmatur; de cujus felicitate* vid. Macch. 1. c. 13. & ſeq., *quæ ita continuavit, ut tandem diſſolutis Regum Syriæ viribus, Aſſamonæi, poſt annos* 481. *a reditu, denuo Judæorum populo regnum, & ſibi regiam dignitatem vindicaverint.* Joſeph. Ant. lib. 13. c. 19.

Tandem vero ceſſere in poteſtatem Romanorum, ſalvis non tantum legibus ſuis, ſed & ſalva ſumma, ac regia poteſtate: more Romanorum, qui Regibus devictis regna ſua reſtituere ſolebant, ea formula ut majeſtatem P. R. comiter conſervarent; de quo in l. 8. §. 1. ff. de Capt. & poſtl. & apud Ciceronem Orat. pro Balb. circa med. *Igitur pro amicis, & ſociis, ſeu confœderatis Reges iſti habiti ſunt. Quod vel ex reſponſo Auguſti patet, qui cum Herodes apud ipſum graviſſimorum criminum reus poſtularetur, minatus ei eſt, ſe hactenus eo uſum ut amico, poſt hæc habiturum pro ſubjecto.* Joſeph. l. 16. Antiq. c. 15.

Herode vero mortuo, Archelaus filius quidem non ſucceſſit in ſceptrum Judæ, ut expoſitum eſt ſupra c. 11. §. 3; *ſuis tamen adhuc legibus vixerunt Judæi ſub Tetrarchis ſuis, Herodis filiis.* d. c. 11. §. 5. Tacit. Hiſt. lib. 5. c. 9. *Quanquam filiis iſtis Tetrarchis vel mortuis, vel relegatis, Judæa in provinciæ formam rejecta, & Syriæ adjuncta, quin & jus gladii ademtum ei eſſet; nondum tamen apparet, Autonomiam ipſis pariter ereptam fuiſſe. Nam & Pilatus ipſe provocat ad legem Judæorum, atque ad illam eos remittit.* Joh. XVIII. v. 31. *Quin adeo rebus eorum ſavit Claudius Imp., ut omnibus Judæis ſub imperio Romano degentibus poteſtatem legibus ſuis vivendi, ad preces Regum Agrippæ, & Herodis indulſerit, quæ extant apud* Joſeph. lib. 19. Antiq. c. 4.

Verum qui ſucceſſere Procuratores Judææ, & Præſides Syriæ, cum præfecturam ſuam nimis avare, ſuperbe, & crudeliter in Judæos geſſerunt: tum legibus ſuis eos vivere paſſi non ſunt; quæ res cauſam denique dedit funeſtiſſimo iſti bello, quo à Romanis Reſpublica Judæorum cum Metropoli, & Templo funditus deleta fuit. Ejus enim belli cauſam unice fuiſſe, quod jure ſuo libere uti Judæis permiſſum à Præfectis Romanis non fuerit,

ipse Rex Agrippa docet, qui oratione sua ad Judæos ita loquitur: Una siquidem nunc vobis intentio est, ne quid de patriis institutis solvatur &c. Joseph. Lib. 2. de Bell. Jud. c. 16. circa finem.

Neque vero ideo credi oportet injustum belli exitum fuisse, cum victoria à partibus Populi Romani, atque adeo ab injusta belli causa steterit. Etsi enim Præfecti Romani injuria in Judæos sævirent, eosque jure suo, ac legibus, quas jure defendebant, spoliarent, tamen Judæi jure ita puniti; & licet à Romanis injusto bello peterentur, tamen justo Dei judicio in pœnam execrandorum facinorum eversi sunt: ut pluribus demonstratum in disp. de Just. præl. exit. sect. 5.

Ex quibus omnibus perspicuum est, Judæos, amisso licet morte Herodis regno proprio, & sceptro regio; autonomia tamen, & suis legibus usque ad novissimum bellum usos, eoque Romanis mediate subjectos fuisse: & regnum adeo, seu sceptrum Judææ, Herodis obitu: autonomiam subsecuto bello Romano: omnem civitatis speciem, occupata, & destructa Hierosolyma quasi inducto aratro, expirasse.

A Nabuchodonosore] „ *Tac. Hist. L. 5.* „ *p. m. 619.* ibi: *Dum Assyrios penes, Medosque, & Persas oriens fuit, despectissima pars servientium.* Unde merito notatur „ Justinus *L. 36. c. 3*, qui primum Xerxem Regum Persarum Judæos domuisse, „ ait.

Ex eodem jure successoribus Chaldæorum Medis, & Persis] „ Nam occiso Balthazare „ Chaldæo, regnum ad Darium Medum pervenit. *Daniel. c. V. v. 30. & 31. junct.* „ *v. 28.*

Nec quicquam ab Alexandro, ejusque successoribus stipulati sunt] „ Imo id speciatim stipulati sunt, *ut autonomia, seu* „ *legibus suis vivendi libertas ipsis permitteretur*, uti ex Josepho probatum dedimus.

Sicut ante sub ditione Darii fuerant] „ Verum est, omnem Autonomiam Judæorum „ tum cessasse; sed sub Artaxerxe eam restitutam, & ab Alexandro Magno confirmatam fuisse, probavimus.

Ritus, & leges palam exercere permissi sunt, id fuit ex regum beneficio jus precarium] „ Imo id non fuit precarium, i. e. revocabile, sed jus ex concessione quæsitum: „ adeoque vera autonomia, quæ absque injuria a successoribus concedentium iis auferri non potuit.

Nihil ergo est, quod Maccabæos tueatur, præter summum, certissimumque periculum] „ Dixi jam, Injuriam hic fuisse publicam; „ status & religionis, & reipublicæ evertebatur, quia delere populum intendebat Antiochus. Hic igitur de injuria privata, de „ qua Auctor quæstionem proposuit, plane „ non agitur.

Quamdiu scil. intra sui defendendi terminos ita se continuerunt] „ Imò in loca devia secedere opus non erat; in ejusmodi eversores status omnia licent; desinunt esse Principes: adeoque omnia media ad defensionem status necessaria subditi adhibere possunt.

Nec arma expedirent, nisi ultro oppugnati] „ Imo nec oppugnationem exspectare tenebantur; sufficiebat enim, Regem statum „ evertere voluisse.

Etiam in tali periculo personæ regis parcendum] „ Dixi jam, jus resistendi nunquam „ privatis, etiam in periculo vitæ constitutis „ competere, exemplo ipsius Davidis: nedum „ igitur personam Regis violare fas est. Excipe, si desinit esse Princeps. 6

Sed ex sublimiori proposito] „ I. e. ex mera „ generositate, citra obligationem.

Falluntur] „ Nam ipse David contrarium „ agnoscebat, & nefas dicebat violare personam unctı, 1. *Sam. XXIV. v.* 19. & „ 20. & *c. XXVI. v.* 21. Equidem Saul id „ generositati Davidis tribuit, dum ait: „ *quis est, qui hostem suum inveniat, &* „ *non occidat?* At exinde non infertur, jure „ id fieri potuisse; sed ideo laudatur, quod „ id, quod officii est, ultro, & amore virtutis egerit: & quod spreta vindictæ cupidine vitæ ejus pepercerit, quam auferre „ potuisset. Cæterum lex illa *de non resistendo* non tantum vera est in persona Regis, „ sed & in iis, qui ejus nomine injuriam faciunt, eamque exequuntur: quia qui his „ resistunt, ipsi Regi resistunt, cujus instrumentum sunt.

Scriptum in lege] „ *Exod. XXII.* 28. „ *Act. XXVIII.* 5.

Ostendit, aliquid præcipi speciale] „ Immo „ nihil est speciale ratione personæ; sed lex „ hæc officium respicit, quod sanctissimum „ est: adeoque ei, qui illud gerit, maledicere nemo debet; nedum resistere ejus jussibus, sive ipse præcepta exequatur, sive „ per alios.

Falsa maledicta ne in privatum quidem licet 7

cet facere] „Imo nec vera ; unde regula : con-
„ vitii veritatem non excusare.

In Regem ergo veris quoque] „ Dixi, in
„ privatis quoque id verum esse ; in Regibus
„ autem eo magis, quia omne judicium pri-
„ vatorum in Regem cessat.

Manu certe multo minus] „ Utriusque au-
„ tem ratio est, quod judicium populi, &
„ singulorum, nullum sit in Regem.

Quod vestem ejus violasset] „ David surrexit
„ animo interficiendi Saulem, ad quod socii
„ fortunæ eum hortabantur, 1. *Sam.* 24.
„ *v.* 5. & 8. Mutavit autem consilium ad
„ conspectum Regis ; ita enim ipse ait *v.* 11.
„ *Cogitavi, ut occiderem te ; sed pepercit tibi*
„ *oculus meus : Dixi enim, non extendam*
„ *manum in dominum meum, quia unctus*
„ *Domini est.* Hujus igitur intentionis eum
„ pœnituit ; non vero quod vestem violasset.
„ Cæterum Alexander M. nautam, qui re-
„ gium diadema vento abreptum repetiit, &
„ ne natans madefaceret, capiti imposuit,
„ capite plecti jussit, idque monentibus Chal-
„ dæis, qui opinabantur, *caput illud, quod*
„ *regium diadema gestasset, salvum relinqui,*
„ *negligique non debere, Tesm. h.*

Securitas fungentis peculiariter fuit munienda] „ Hinc Regum persona sancta dicitur,
„ quia speciali sanctione injuriis hominum est
„ exemta. *Conf. supra* §. 2. *n.* 3.

In tribunis plebis] „ Jura enim plebis
„ contra patricios defendebant, adeoque
„ contra violentiam nobilitatis Romanæ tuti
„ esse debebant. De his tribunis, eorumque
„ jure, egimus *supra c.* 3. §. 20. *n.* 6.

Reges sanctos esse habendos] „ Ob officium
„ divinum, quod gerunt.

Curtium] „ *L.* 10. *c.* 3. *Conf. supra c.* 3.
„ §. 8. *n. pen. ibique not.*

8 *Liceat & Christianis*] „ Auctor existimat,
„ facultatem illam resistendi magistratui vim
„ inferenti legibus Servatoris prohiberi ; at
„ sæpius dictum est, Servatorem nullas leges
„ dedisse, seu statuisse, adeoque nec legem
„ de non resistendo. Sed & porro asserimus,
„ Christianis idem licere, quod Maccabæis
„ licuit : adeoque per Evangelium nihil hacte-
„ nus mutatum esse. Diximus autem, Davi-
„ di nihil licitum fuisse, eumque arma, quæ
„ habuit, nunquam in Regem vertisse ;
„ Maccabæos autem contra eum, qui statum
„ publicum evertit, arma licite sumsisse :
„ quod & Christianis licere, ipse Auctor fa-
„ tetur, *vid.* § 11.

Exactiorem patientiam videtur requirere]
„ Eam enim legis Evangelii esse obligatio-
„ nem, passim docet. *Vid. dissert. proœm.* 5.

Christus fugam concedit] „ *Matth. XXIV.*
„ 16. *seq.* Gronovius circa hoc assertum ne-
„ tat, videri Grotium tot heroum, quorum
„ armis a Deo prosperatis libertatem conscien-
„ tiæ in Belgio &c. debemus, causam dam-
„ nare ; at citra rationem : nam Grotius quo-
„ que excipit casum, ubi status evertitur.
„ *Vid.* §. 11. Quod fit, si populus suis uti
„ legibus, & juribus, prohibetur.

Quos officii necessitudo nulli certo loco alligat]
„ Adeoque nefas putat fugere iis, qui certo
„ loco alligantur ex officii necessitudine ; quod
„ non admittimus.

Ultra fugam nihil] „ Sed nec jure naturæ
„ præterea aliquid conceditur.

Sed rem permisit juste judicanti] „ Hoc
„ exemplo probatur, non resistendum esse
„ superiori, mortem inferenti ei, qui culpa
„ vacat ; sed judicium Deo esse relinquen-
„ dum.

Et gaudendum Christianis] „ Christiani,
„ qui pœnis injuria subduntur, non tantum
„ juri convenienter faciunt non resistendo :
„ sed præterea insignem laudem, & gloriam
„ merentur, si amore religionis patiuntur in-
„ jurias superiorum.

Et hac maxime patientia invaluisse] „ Atque
„ hoc inprimis argumento utitur Auctor ad
„ probandam veritatem Religionis Christianæ
„ in tractatu *de verit. relig. christ. L.* 2. *c.* 19.

Eorum præscripta & intelligebant melius 9
&c.] „ Vide ea, quæ scripsit Auctor *in*
„ *Prolegom.* §. 51.

Summam injuriam fieri puto &c.] „ Milto-
„ nii ea fuit sententia *in defens. pro pop. Angl.*
„ *c.* 4. *p. m.* 101. *Ostendam*, ait, *primo, non*
„ *potuisse ; deinde quoties poterant, movisse :*
„ *postremo, etiamsi cum possent non movis-*
„ *sent, non esse tamen cæteroqui dignos, quo-*
„ *rum ex vita, & moribus tantis in rebus*
„ *exemplum sumas.*

Sed Deo remittimus ultionem] „ De re-
„ mittenda his casibus Deo ultione, vide *La-*
„ *ctant. L.* 6. *c.* 18. *Sophocl. Electr. v.* 173.
„ *Just.* 39. 3. *Sen. Thyest. in fin. &* Octav.
„ *v.* 255. *Tesm. h.*

Thebæa legio] „ de *qua vide supra c.* 2. 10
„ §. 10. *n.* 11.

Nemine repugnante] „ Quia jus resistendi
„ sibi non competere sciebant.

Primicerius] „ Dicitur is, qui in aliquo 11
„ ordine primum habet locum. *Vid. tot. tit.*
„ *C. de primiceriis, ibique commentatores. Conf.*
„ *Tesm. h.*

13 *Ne justi punirentur, multitudo non obtinuit*] „ Venia universis dari, ubi universitas „ peccavit, & a quibusdam saltem vindicta „ sumi solet: *Sen. 2. de ira c. 10. Polyb.* „ *L. 6. c. 36. Liv. 2. 59. Appian. Parth.* „ 160. *Dio L. 49. Tacit. ann. 3. 21. Conf.* „ *L. 3. c. 11. §. 17.*

14 Τὸ ὁμοούσιον] „ Adeoque qui orthodoxi „ erant, non Arriani. *Vid. Gron. h.*, i. e. „ qui credebant, Patrem, Filium, & Spi„ ritum sanctum unam, eandemque sub„ stantiam, licet tres sint personæ. *Vid.* „ *Tesm. h.*

15 *Adductum jam audivimus Christi exemplum*] „ Christus non tantum officii necessitate non „ resistebat, quia scilicet cognitum ipsi erat, „ jure naturæ id non licere; sed præterea „ ex sublimiori proposito id faciebat, ut tan„ quam virtutum doctor patientiæ exemplum „ aliis præberet.

Is vere eam acquisivisse, a Christo pronunciatur] „ Implendo & legem naturæ, & re„ gulas perfectionis.

Diximus] „ *Supra* §. 1. *n.* 3.

Nunc quædam sunt, quæ lectorem monere debemus] „ Hactenus Auctor tradidit regu„ lam: *Superiori jure naturæ a privatis resisti* „ *non posse, etsi in gravissimo, & certissimo* „ *discrimine sint constituti.* Jam sequuntur ex„ ceptiones illius regulæ.

Ad §. VIII.

Sive *ab initio talem acceperunt potestatem*] „ Hi enim tantum sunt officiales, & ministri „ populi, in quos ipsum jus imperii, ejus„ que arbitrium translatum non est; de qui„ bus *vid. c. 3. §. 7. n. 1. seq. §. 10, & 11.*

Sive postea ita convenit] „ Ita enim Lace„ dæmoniorum Regum potestas, constitutis „ postea Ephoris, limitata fuit; sed hos quo„ que Reges nudos fuisse officiales, vidimus „ *supra c. 3. §. 10 n. 7. & §. 8. n. 5.*

Non tantum vi repelli possunt, sed si opus sit, puniri morte] „ Exempla vide apud „ *Thucyd. L. 1. p. 52. & 72. Conf. Nepos* „ *in Paus. c. 3. Plato L. 8. Leg. p. 712* „ *Amm. Marcel. l. 28. c. 30. De Regibus* „ *Scotis antiquis vide Buchan. L. 20. &* „ *Thuan. L. 50. p. m. 1044. Camd. p. 2.* „ *p. 232 Vid. Tesm. h.*

Atque hujus generis cum fuerint vetustissima per Italiam regna] „ Imo hæc regna non „ fuere nomina officii, sed jure proprio con„ stituta; Turnus enim, & Æneas ipsum jus „ regni habuerunt.

Post narrata Mezentii crudelissima facinora] „ Adeoque Mezentius non ideo a populo „ ad supplicium raptus est, quod officialis „ saltem populi fuerit; sed quia in tyrannum „ degeneravit, promiscue in populum sæviit, „ adeoque ipso jure Princeps esse desiit: no„ va suppliciorum genera invenit, vivorum „ corpora mortuorum corporibus junxit, & „ longa sic morte necavit, unde tot sæva de„ disse funera, & civibus viduasse urbem, „ dicitur. *Virgil. Æneid. L. 8. p. m. 305.* „ *& 307.*

Ad §. IX.

Aut *alius quis*] „ Qui summam potesta„ tem habet.

Abdicavit] „ Exempla eorum, qui imperium „ abdicaverunt, exstant in Artaxerxe. *Just.* „ *L. 10. c. 1*, Ptolemæo, *Just. L. 16. c. 2*, „ Seleuco, *Appian. de bell. Syr. n. 126*, „ Alfonso, *Thuan. L. 1. pr.* Cosmo Medico, „ *Thuan. L. 36. p. 733*, aliisque, quos or„ dine recenset *Thuanus L. 16. sub fin.* No„ ta sunt recentiora exempla in Carolo V, „ Casimiro, Catharina Regina Sueciæ, Phi„ lippo &c. Hi desinunt esse reges. Atque ex „ hoc capite accusatus fuit Dionysius minor. „ *Just. 21. 5.*

In eum post id tempus omnia licent] „ Jus „ enim imperii, eique junctum arbitrium „ cessat, quia id sua voluntate in alium tran„ stulit, cui proinde jam ut alius privatus „ parere debet.

Sed minime pro derelicto habere rem censendus est] „ Nam animus derelinquendi non „ præsumitur; sed de eo certe constare de„ bet, & tali facto, unde notorie volun„ tas agentis apparet. *Vid. L. 2. c. 4.* „ *§. 3. seq.*

Tractat negligentius] „ Uti Sardanapalus, „ *Just. 1. c. 3.*

Ad §. X.

Quæritur: *An Rex, qui regnum* „ *alienat illud amittat?* Juxta Auctoris „ principia distinguendum est, an regnum „ sit patrimoniale, an usufructuarium. Priori „ casu & valere alienationem, & populum „ resistere non posse alienanti, asserit. Poste-

„ ſteriori caſu, ait, alienationem nullam eſſe, „ & effectu carere, nihilque agi: imo popu- „ lum, ſi re ipſa tradere regnum velit, re- „ ſiſtere quoque regi poſſe.

„ Equidem cum Auctor per regna patrimo- „ nialia intelligat ea, quæ jure belli ſunt „ quæſita, verum omnino eſt, illa pro lu- „ bitu alienari poſſe, non a Rege, ſed a „ populo victore, etiam inconſulta civitate „ victa; quia in arbitrio victoris eſt, an im- „ perium ſervare, an vero deſtruere velit. „ Si igitur deſtruere poteſt, nedum in alium „ alienare poterit. At in regnis ex voluntate po- „ puli delatis certum eſt, alienationem citra „ conſenſum populi factam nullam eſſe; nam „ ea lege conceſſum eſt imperium, ut familiæ „ cohæreat: extra igitur hanc legem ceſſat „ translatio imperii, eoque agendi facultas. „ Si proinde Rex aliæ familiæ regnum dare „ velit, ſtatum evertit: indeque merito ei „ reſiſtere ſubditi poſſunt, ſi actu tradere „ velit. *Vid. ſupr. c. 8. & Diſſ. proœm. 12. §. 632. ſeq.*

Nullum habent effectum juris] „ Adeoque „ ob nudam alienationem, quæ pacto fit, „ & quam non ſequitur traditio, ex hypo- „ theſi Auctoris non amittitur regnum, ſed „ negotium ipſo jure nullum eſt. At verius eſt, „ hoc ipſum pactum ſatis indigitare animum „ evertendi ſtatum: adeoque vere definit eſſe „ Princeps.

Si extraneo jus ſuum cedat, nihil eum agere] „ Imo ceſſione finitur ipſum jus uſusfru- „ ctus. *Per text. expr. in l. 66. ff. Jur. dot.* „ Ibi: *ſed ad dominum proprietatis reverſu- „ rum uſumfructum.*

Legitimo tempore] „ Hæc explicatio, ra- „ tioni uſusfructus, & verbis textus, & ra- „ tioni juris civilis repugnat, uti late demon- „ ſtravi *in jure meo contr. l. 7. t. 1. q. 3.*

Quin ei reſiſti in hoc poſſit, non dubito] „ Jam enim leges fundamentales regni ever- „ tit: contra leges primæ delationis in aliam „ familiam jus imperii transfert. Hactenus „ igitur deficit jus agendi, atque adeo inci- „ pit eſſe privatus. Hac ratione, licet minus „ appoſite, utitur Hermolaus apud *Curt. 8.* „ *7.* ubi Alexandrum, qui Macedones victo- „ res ad mores Perſarum victorum compone- „ re voluit, ita alloquitur: *Quæ omnia tole- „ rare potuimus antequam nos barbaris de- „ deres, & non more victoris ſub jugum „ mitteres. Perſarum te veſtis, & diſciplina „ delectat, patrios mores exoſus es. Perſarum „ ergo, non Macedonum regem occidere vo- „ luimus: & te transfugam belli jure perſequi- „ mur.*

Qui ne mutetur, obſtare poteſt populus] „ Hic enim modus habendi, mutuo con- „ ſenſu populi, & Principis, ſtatutus, ea- „ que conditione imperium delatum eſt: ſi „ proinde alienat imperium, deficit illa con- „ ditio, eoque definit eſſe Princeps.

Id enim ſub imperio comprehenſum non eſt] „ Quid? ut ſcilicet mutare poſſit modum „ habendi. Qui enim modum habendi mutat „ contra leges delati imperii, non jus po- „ puli tuetur, ſed alienando perdit.

In eo non parendum, quo efficitur ne pater fit] „ Adeoque etſi Principi in omnibus ſit „ parendum; in eo tamen non eſt parendum, „ quo efficitur ne Princeps ſit: uti efficere- „ tur, ſi jus imperii contra delationis leges „ in aliam familiam transferret.

Ad §. XI.

Si Rex vere hoſtili animo in totius populi exitium feratur, &c. quod concedo] „ Ha- „ ctenus regulam propoſuimus: *Principi pro- „ pter privatas injurias nec a privato quoquam, „ nec ab inferiori magiſtratu, nec a toto popu- „ lo reſiſti poſſe.* Ampliavimus id, & verum „ eſſe diximus, licet quidam ſubditi in ſum- „ mo ſint conſtituti diſcrimine: adeo ut nec „ tunc, cum conſcientiæ unius, vel alterius „ civis vis infertur, jus reſiſtendi locum habeat.

„ Merito autem Auctor excipit caſum, ſi „ tyrannus eſſe incipiat, i. e. hoſtili animo „ in exitium totius populi, vel etiam partis „ feratur. Nam tunc finis delati imperii, qui „ in tuendo populo conſiſtit, ceſſat; non „ enim adminiſtrat jura populi, qui perdere, „ & delere populum vult.

Totius populi] „ Imo etiam partis, quia „ alias totum hoc modo everti poſſet. *Vid.* „ *§. 7. n. 4.*

Conſiſtere enim ſimul non poſſunt voluntas imperandi, & voluntas perdendi] „ Quia „ natura, & eſſentia imperii conſiſtit in tuen- „ do jure populi, cui repugnat voluntas eum „ perdendi.

Quare qui ſe hoſtem populi totius profitetur] „ Uti Caligula, qui optabat populum Roma- „ num habere unam cervicem. *Suet. in Cal.* „ *c. 30.*

Is eo ipſo abdicat regnum] „ Improprie „ abdicare dicitur; abdicatio enim ſupponit „ volun-

„ voluntatem abdicandi, quæ ceſſat in Prin-
„ cipe ſæviente. Rectius igitur dicendum,
„ eum deſinere eſſe Principem etiam invitum,
„ quia ultra facultatem a populo ſibi conceſ-
„ ſam nihil agere poteſt, ſed privatus eſt.

Sed vix videtur id accidere poſſe in rege mentis compote] „ Plurima exſtant exempla
„ Imperatorum, qui promiſcue in populum
„ ſævierunt. De Caligula, & de Nerone
„ conſtat, eis nihil ſacrum, atque ideo ho-
„ ſtes Senatus fuiſſe declaratos. *Suet. in Ner.*
„ *c.* 49. De Antiocho vide quæ diximus *ſupra*
„ §. 95. Seneca *in Herc. furente v.* 1220.
„ tyrannum exhibet ita loquentem.

Aut omne Pindi Thracis exſcindam nemus,
Bacchique lucos, & Citharonis juga
Mecum cremabo: tota cum domibus ſuis,
Dominisque tecta, cum deis templa omnibus
Thebana ſupra corpus excipiam meum,
Atque urbe verſa condar.

Accidere poteſt ut unius populi in gratiam, alterum velit perditum] „ Sic Philippus con-
„ filia de bello Romano ſecum volutans, om-
„ nes fere familias ex civitatibus maritimis in
„ Emathiam traduxit, Thracibusque, &
„ aliis barbaris civitates dedit habitandas,
„ fidiora hæc genera fore ratus in bello Ro-
„ mano. *Liv. Libr.* 40. *c.* 3. *ſeq.* ubi addit,
„ ingentem eam rem fremitum in tota Ma-
„ cedonia feciſſe.

Ut colonias ibi faciat] „ Inque eum finem
„ priſtinum populum ſedibus ſuis ejiciat; hoc
„ enim non eſt tueri jura populi, ſed ever-
„ tere.

Ad §. XII.

Quinto *ſi regnum committatur*] „ Auctor aliam hic a regula, *de non reſi-*
„ *ſtendo Principi*, refert exceptionem: ſi
„ ſcilicet imperium ſub certa lege delatum,
„ & clauſula addita ſit commiſſoria. Nam
„ tunc principi delatum eſt imperium ſub
„ conditione reſolutiva, qua exiſtente de-
„ ſinit eſſe princeps, & incipit eſſe pri-
„ vatus.

Sive ex felonia in eum, cujus feudum eſt] „ Si ſcilicet Rex, qui feudi jure regnum ab
„ alio Rege tenet, contra fidelitatem pro-
„ miſſam aliquid agit; tunc enim perdit re-
„ gnum ex conventione. De regno tali feu-
„ dali egimus *ſupra L.* 3. *c.* 23: & agemus
„ infra *L.* 2. *c.* 6. §. 8. Cæterum felonia di-
„ citur a Germ. *fehlen*, (non ab Italica
„ voce, *fello*, *vid. B. Par. jur. feud. tit.* 11.
„ §. 4.); unde hodieque is, qui feloniam
„ committit, Germanis dicitur: *einen Lehen-*
„ *fehler begehen.*

Sive ex clauſula poſita in ipſa delatione imperii] „ Cujus rei exempla Auctor retulit
„ *ſupra* §. 8; exceptio enim ibi propoſita
„ eadem eſt cum ea, quæ in hoc §. pro-
„ ponitur.

Tunc quoque Rex in privatam perſonam recidit] „ Nunquam enim in illum caſum
„ imperium habuit, & ultra fines delati im-
„ perii nunquam rex fuit.

„ At bene notandum, judicium de hac
„ re, ſi dubia res ſit, neutri competere,
„ nec domino directo, nec Vaſallo: ſed
„ armis res decidi debet.

Ad §. XIII.

Partem *habeat ſummi imperii*] „ Auctor ſupponit ſtatum mixtum, vel ubi
„ diviſum eſt imperium, ſive per partes,
„ quas vocant potentiales, ſive per partes
„ ſubjectivas: *Vide L.* 1. *c.* 3. §. 17. *n.* 1.
„ ubi notavimus non dari ſtatum mixtum.

Regi in partem non ſuam involanti, vis juſta opponi poterit] „ Hoc verum eſſet ſi ſta-
„ tus mixtus daretur: quia alter quoad par-
„ tem populo, vel Senatui reſervatam, pri-
„ vatus eſſet.

Id enim de bello externo] „ Belli enim po-
„ teſtas Regi data eſt ad tuenda civium jura
„ contra extraneos: non vero contra alte-
„ ram populi, vel Senatus partem.

Cum alioqui quisquis imperii ſummi partem habeat, non poſſit non jus habere eam partem tuendi &c.] „ Senſus eſt, quod ſi lis oria-
„ tur inter ejusdem imperii partes, cuique
„ parti jus competat partem ſuam tuendi,
„ etiam contra regem, cui altera imperii
„ pars commiſſa eſt, etſi is ſolus jus belli
„ contra extraneos obtinuerit.

Quod ubi fit] „ I. e. Si altera pars jus
„ ſuum armis tuetur.

Poteſt rex etiam ſuam imperii partem belli jure amittere] „ Nam altera pars, ex hypo-
„ theſi Auctoris, æque ſummam poteſtatem
„ habet: adeoque jure belli contra adverſa-
„ rium agit. At gratis hæc dicuntur, quia
„ negamus, talia imperia diviſa dari.

Ad

Ad §. XIV.

Si *in delatione imperii dictum sit, ut certo eventu resisti regi possit*] Hoc enim casu populus, & rex, in eum eventum consentiunt: ut proinde ex ipsa regis voluntate arma in eum sumi possint.

Additio.

„ Tertia vice Auctor hic eandem repetit „ exceptionem. Nam 1. *supra* §. 8. primam „ exceptionem hanc posuit, resisti posse „ Principi, *si ita convenit, sive ab initio, sive „ post.* 2. Idem quoque in quinta exceptio„ ne statuit *supra* §. 12, *Subditos omni obe„ dientiæ vinculo liberari, si talis clausula „ in ipsa delatione imperii posita sit.* Atque „ id 3. hic denuo repetit, ut resistere liceat, „ *si in delatione imperii id dictum sit.* Res „ ipsa vera est, & ratio notoria; quia prin„ cipi imperium ex proprio ejus consensu „ non nisi intra certos fines delatum est. „ Quicquid igitur extra fines delati imperii „ agit, id tanquam privatus agit: adeoque „ qua talis coram populo (ad quem reso„ luta conditione delationis redit imperium) „ reus fieri potest. Ubi vero perpetuo no„ tandum, non singulos Principem ex hac „ causa reum facere posse, sed totum po„ pulum, cum quo id pactum est.

Etiamsi eo pacto pars imperii retenta censeri non possit], Recte: omne jus imperii „ in Regem translatum est sub conditione „ resolutiva, qua pendente omne jus impe„ rii, ac arbitrium de eo statuendi est penes „ regem; ea autem existente redit totum „ jus populi, & Princeps incipit esse priva„ tus.

Certe retenta est aliqua libertas naturalis, & exemta regio imperio] „ Imo omnis li„ bertas publica translata est in principem, „ pendente, & stante conditione, i. e. quam„ diu intra fines delati imperii imperat; at „ eo momento, quo existit conditio resolu„ tiva, i. e. quo excedit illos fines, illudque „ notorium est, omne jus ex dispositione „ contrahentium redit ad populum, illud„ que, quod Princeps habuit, exstinguitur.

Potest autem, qui jus suum alienat, & jus pactis imminuere] „ Sensus est, quod „ populus, qui jus imperii alienat, & in „ regem transfert, id jus pactis quoque im„ minuere possit; nam potest plane non „ transferre, adeoque qua vult lege trans„ ferre. Unde Rex, qui sub tali lege im„ perium acceptat, illud ex consensu suo „ amittit, si leges delationis violat.

Ad §. XV.

Vidimus *de eo, qui jus imperandi habet*] „ Quatenus scilicet ei resistere liceat; „ *vide supra* §. 7. *n.* 15. 1

Aut habuit] „ Intelligendum hoc est de „ rege, qui abdicavit regnum, aut dereli„ quit, *vid.* §. 9. aut alienavit, *vid.* §. 10.

Restat, ut de invasore imperii videamus] „ Qui scilicet tyrannus est vel occupatione, „ vel administratione. Principia vera expo„ suit *B. Parens in Exerc. II. ad Grot. quæ „ exstat in Vol. II. disp. fol.* 1435. Verba ejus „ hæc sunt.

Ex iis, quæ de legitimo magistratu in hostem mutato diximus, patet, quid statuendum de eo, qui summum imperium de facto invadit (quorum ille Tyrannus in exercitio, hic in occupatione, vulgo dicitur); hic enim nullum jus belli, aut victoriæ (quo principatus jure gentium obtinentur) habet: adeoque invasione sua non magis acquirit principatum, vel summum imperium, quam prædo, aut fur rei surreptæ dominium.

Utrique ergo commune est, quod medii temporis acta non valent, sed ipso jure nulla sint, per pos. 7. *Sed cum id conjunctum fere sit cum summo reipublicæ periculo, aliorumque insolitum, quorum causa res gestæ sunt, præjudicio, ultro a populo, vel successore confirmari illa, prout e re visum fuerit, sæpe necesse est: unde generale jus factum in specie*, l. fin. off. de præt.

Ita Claudius omnia Caligulæ acta rescidit. Suet. in Calig. c. 11. *At cum Lepidus pariter acta Syllæ rescindere pararet, fas quidem id visum fuit: sed obstitit utilitas, & præjudicium Reipublicæ, sine cujus magna clade id fieri non potuisse, testatur* Flor. L. 3. cap. ult. *Cæterum, in hac quæstione notandum, discrimen inter jus, & possessionem, a jure naturæ esse: atque ex eo a JCtis Romanis accurate evolutum, ut suo loco demonstrabitur. Hujus vero possessionis (quæ est facultas naturalis rem tenendi) etsi ipsa nec sit species juris, nec jus inferat: sed interim saltem, donec de jure decidatur, instar juris tuenda sit; incredibile tamen est, quam insignes jure gentium quoque ejus sint effectus: de quibus suo loco. Hic de invasore regni.*

Unde primum sequitur, durante hac vi, & possessione, cives, vel subditos non teneri parere jussibus, & legibus Regis etsi legitimi; non quod jure ei obligati non sint, sed quia non possunt: cum non sint in sua potestate, sed invasoris. Natura autem nemo tenetur facere quod facere non potest: verumque adeo est, impossibilium nullam esse obligationem (conf. l. 185. ff. de R. I.) *Deinde reliqui populi non subditi, sed medii, vulgo neutrales, non possunt salva pace nisi possessionem sequi. Enimvero cum de regno inter Regem, & invasorem, actu armis decertetur: consequens est, si in hac armorum lite populus aliquis uni parti præ altera faveat, & vel facto alteri assentiat, hoc ipso desinere eum esse medium, & fieri alterius partis hostem. Sunt enim omnes hostes, qui hostile judicium quomodocunque sequuntur, de quo* add. Grot. Lib. 3. c. 17. *Necesse igitur est, ut populi medii neutrius partis causæ se immisceant, aut ullo judicio alteram præ altera probent; sed factum pro jure habeant, id est, ut qualitercunque eventus armorum, & in quamcunque partem volvetur, eum utrinque sequantur. Quæ & causa est, cur usu gentium, & populi, & Principes medii cum tali invasore jura pacis, belli, fœderum, legationum, & cætera juris gentium negotia, ac commercia perinde, ac cum legitimo Rege observent, & exerceant. Neque impedit, quod ille, ut posuimus, invasor, adeoque privatus sit: quia tamen est in possessione regni, & regiæ potestatis, quam solam populi medii respiciunt, & respicere oportet; quia eam deferendo, aut improbando, desinunt esse medii, & hostis personam induunt.*

Præterea & illud inde sequitur, etsi lis illa armata cum invasore quam diutissime suspensa maneat, & possessio hæc violenta duret; tamen jus nulla re immutari. Unde si forte inter reliquos populos, vel principes medios sint, quibus cum eodem regno, vel Rege controversia intercedat, vel alias ipsorum interfit; nullum ipsis præjudicium affert, quod possessorem tanto tempore passi, & secuti fuerint: quia id non ab ipsorum arbitrio pendet, sed est a potestate juris. Non enim patiuntur possessorem, quod eum agnoscant Regem legitimum: sed quia ipsi in ea causa, & armorum lite, judices non sunt; adeoque si illud sibi arrogent, ex mediis hostes fiunt, & hostile judicium sequuntur. Nihil igitur præjudicii ex hac patientia inferunt causæ suæ, quæ ipsis integra est cum populo, quisquis huic interim præfuerit, Rex, an invasor, prout ea ante paucos annos in notissima causa regia late deduxi. Cum igitur talis violenta invasio, & possessio, nemini jus suum auferat, per pos. 7.: *adeoque eo non obstante jus regni integrum sit & Regi, & populo; licitum utrisque semper est, si suis, vel amicorum opibus instructi, possint invasorem expellere, Rege excepto: etsi subditi fidem jam dederint, quia id vitio factum. Sive enim coacti dederint; vitium est a vi: si sponte, a perfidia; quia jus Regis extinguere illi non possunt.*

Quod si vero qui regnum invadit liber populus, vel Princeps sit, qui jus in illud sibi esse contendit; obtinent jura bellorum, & victoriæ: & jure gentium cedit illud victori (conf. Disp. de jure vict.)

„ Hucusque B. Parens: at cum olim speciali dissertatione hanc materiam illustraverim, operæ pretium erit, eam hoc loco inserere.

DISSERTATIO.

De jure regis ejecti, & de administratione usurpatoris regni, ac utriusque effectu.

§. I.

„ Distinctionem inter *imperium*, & ejus „ *administrationem*, impugnat Limnæus Scri„ niorum publicorum compilator in *J. publ.* „ *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 23. idque auctoritate cu„ jusdam Itali, Fabii Albergati, qui in dis„ cursibus politicis Bodino oppositis, *L.* 2. „ *c.* 10. asserit, administrationem ad essen„ tiam imperii pertinere. Saniores juris pu„ blici scriptores differentiam agnoscunt. *Vid.* „ *Bodin. de rep. L.* 1. *c.* 2. §. 7. & *L.* 6. „ *c.* 6. *Reinking. de regim Sec. & eccl. L.* „ 1. *class.* 2. *c.* 2. *n.* 104. & 236. *ibique al*„ *leg. Kulpis. Colleg. Grot. Exerc.* 2. §. 13. „ *ibique alleg. Hobbes. de cive c.* 13. *n.* 1. „ Grotius passim quoque hanc differentiam „ inculcat. Ita enim *L.* 1. *c.* 3. §. 19 notat „ Polybium, qui Romanam rempublicam ad „ mixtum genus reipublicæ refert: causam„ que erroris affert, *quod magis externam* „ *speciem, & quotidianam administrationem,* „ *quam jus ipsum summi imperii spectaverit.* „ Unde & alibi distinguit inter *summitatem* „ *imperii*, & *habendi plenitudinem*: *d. c.* 3. „ §. 14. Et *l.* 2. *c.* 16. §. 17. de ejecto „ Rege differens, inquit: *jus regni penes*

eum

„ *eum manet, utcunque poſſeſſionem amiſerit:* „ & *d. c.* 16. §. 18. ait: *Invaſorem jus non* „ *habere, etſi poſſeſſionem habeat.*

„ Neque nova hæc eſt diſtinctio, ut Bo„ dinus autumat, ſed ex ipſo jure naturæ „ originem ducit, atque JCtis Romanis co„ gnita fuit. *Vid. Diſſ. proœm. XII.* §. 591. „ *ſeq.*

„ Rationes a Fabio allegatæ adeo obſcuræ „ ſunt, ut vix intelligi queant: atque iis „ ſufficienter reſpondet *Bæclerus ad Hyppol.* „ *a Lapide p.* 18. Quis, quæſo, negabit, „ Regi infanti, furioſo, captivo, &c. *jus* „ *imperii* competere? ſed quis ſanus iisdem „ *adminiſtrationem* concedet? Michael Ho„ ſpitalius Galliæ Cancellarius jura Galliæ in „ Caletum vindicaturus, ita diſſerit: *Quam„ vis Angli Caletum* 230. *plus minus annos* „ *poſſederint, jus tamen penes Galliæ reges* „ *fuiſſe non minus, quam Ducatuum Aqui„ taniæ, & Normanniæ, quos Angli diu ar„ mis detinuerant. Cambd. in vit. Eliſab. p.* „ 1. *ad a.* 1567. *fol.* 119.

„ §. *II.* Inſignem hæc diſtinctio uſum ha„ bet in *Rege ejecto*, qui absque omni du„ bio *jus imperii* retinet, etſi omnis *admi„ niſtratio* ſit penes *Uſurpatorem.*

„ §. *III.* Equidem *Jus imperii* Regi ejecto „ integrum manere, vel ex eo apparet, quia „ jus illud ex diſpoſitione populi ei quæſi„ tum eſt, quod uſurpator ei auferre ne„ quit: hoc igitur jus ubique Regem etiam „ exulem ſequitur, adeo ut poſtea reſtitu„ tus non ex nova diſpoſitione populi jus „ acquirat, ſed priſtinum continuet; quod „ egregie declaraverunt proceres Angliæ, „ cum Carolum II. ſolenni edicto revocarent? „ *Quanquam*, ajunt, *nulli dubium ſit, quin* „ *poſt luctuoſum parentis Caroli obitum, cer„ tum, & abſolutum eſſet regiæ hodie Maje„ ſtatis in regnis ſuis, & coronis jus, &* „ *dominium, ſine ulla edicti ſolemnitate, aut* „ *pompa; quoniam autem his vicibus pro„ mulgatos eſſe reges in more poſitum fuerit,* „ *ut inde boni omnes ſubditi officium ſuum,* „ *& obſequium teſtarentur: Nos itaque utri„ usque ordinis proceres &c. in regem agno„ ſcimus, & pronunciamus, & ab ipſo nu„ peri domini Regis obitu imperialem Angliæ* „ *coronam primogenia ſorte, & ſucceſſione* „ *indubitata Carolo Secundo, regii ſanguinis* „ *proximo ceſſiſſe &c.* apud *Bateum in motib.* „ *Angl. tom.* 5. *p. m.* 65.

„ Hactenus igitur uſurpator eſt prædo, „ qui omnia, quæ agit, injuria agit: unde „ neceſſario ſequitur, omnes ejus actiones, „ quatenus ad jus imperii pertinent, ipſo „ jure nullas eſſe. Grot. *L.* 2. *c.* 14. §. 14.

„ §. *IV.* Effectus hujus *juris imperii* varii „ ſunt, *tum* ratione ipſius Regis ejecti, *tum* „ ratione ſubditorum, *tum* ratione vicino„ rum.

„ §. *V. Rex ejectus* omnia agere poteſt, „ quæ ad ipſum adminiſtrationis actum non „ pertinent. Unde 1. titulum regium reti„ net, nec non 2. ordinem, & dignitatem. „ 3. Legatos mittit. Sane Carolus II. regno „ exutus ad Imperatorem, Turcam, Mo„ ſcoviæ ducem, Polonum, Danum, Suecos, „ Venetos, Belgas, Hiſpanos, ſplendidas „ miſit legationes. *Vid. Bateus de motib.* „ *Angl. part.* 2. *f.* 191. Legatus Mariæ Stu„ artæ ait, ſe eſſe legatum Reginæ abſolu„ tæ, & injuſte abdicatæ, apud *Cambden.* „ *in vit. Eliſab. part.* 2. *fol.* 209. Nec mo„ vere debet, quod legatus Caroli II. a „ Turcis Cromwellio deditus fuerit, *Bateus* „ *de mot. Angl. p.* 2. *f.* 129.; exemplum „ enim barbaræ gentis ad imitandum allegari „ nequit. Equidem P. Æmilium legatos Per„ ſei devicti retinuiſſe, legimus apud *Grot.* „ *L.* 2. *c.* 17. §. 2. *n.* 2. Verum hoc inde „ eſt, quia a ſumma poteſtate victus jus ip„ ſum imperii per ultimam victoriam ami„ ſit. *Grot. d. l.* 4. Fœderum jus retinet, „ illudque cum vicinis exercet. 5. Contra „ uſurpatorem, ſi ſubditus eſt, non jure „ belli, ſed vi imperii agit. 6. Ordines eque„ ſtres confert. 7. Juri ejus nunquam præ„ ſcribitur, ſed tempore augetur injuria „ uſurpatoris; unde regi, & populo ſemper „ licitum eſt, ſuis, vel amicorum opibus „ invaſorem expellere. Idque verum eſt, „ etſi ſubditi fidem uſurpatori dederint, quia „ id vitio factum; ſi enim coacti dederunt „ fidem, vitium eſt a vi: ſi ſponte, a per„ fidia, quia jus Regis extinguere non poſ„ ſunt. *Vid. B. Parens in Prodrom. jur. gent.* „ *Ex.* 2. §. 171.

§. *VI. Ratione ſubditorum* effectus inſi„ gnis hic eſt, ut non liberentur ab ho„ magio vero regi præſtito, etſi uſurpatori „ fidem dederint, uti jam vidimus: ſed ef„ fectus illius homagii ſuſpenditur, quia „ exercitium imperii penes regem non eſt, „ de quo *infra* plenius.

„ Quæritur: *an ſubditi regi ejecto alimenta* „ *ſubminiſtrare, vel commercium cum eo ha„ bere poſſint*? Equidem jure utrumque lici„ tum eſt: ſed is ſubditus uſurpatoris vindi-

„ctam metuere debet; si vero fidem usur-
„patori dedit, neutrum licitum est quam-
„diu usurpator imperium possidet.

„Porro quæritur: *an quilibet subditus ta-*
„*lem usurpatorem occidere possit?* Recte id
„negat Grotius *L.* 1. *c.* 4. §. 15. *in fin. &*
„*seq.* quia is tantum injuriam vindicare po-
„test, qui eam passus est, adeoque solus
„rex ejectus, vel tota respublica. Vid.
„*Grot. L.* 1. *c.* 3. §. 5. Unde Brutus, &
„Cassius, qui Julium Cæsarem tanquam
„usurpatorem interfecere, a populo rei fa-
„cti, & damnati sunt. *Cic. L.* 3. *off.* Et
„Dio Cassius ait, eos eodem, quo ipsi usi
„sunt, gladio periisse. *L.* 59. *hist. in fin.*

„Excipe casum, ubi rex, vel populus
„consentit. Grotius *l.* 1. *c.* 4. §. 15. *seq.*
„*&* *L.* 1. *c.* 3. §. 5. Neque tunc saltem
„impunitatem habet occisor, uti existimat
„Grotius *L.* 2. *c.* 20. §. 17.; sed jure id fa-
„cit, quia non suo nomine, sed tanquam
„instrumentum populi, vel Principis, usur-
„patorem occidit: qui cum aliter jus suum
„contra invasorem defendere non possint,
„injuria non agunt si per alienas manus
„pœnam meritam ei infligunt.

§. *VII.* Bene autem distinguendum est inter
„invasorem privatum, & eum, qui ipse
„summam potestatem habet; nam ea, quæ
„hactenus dicta sunt, saltem de usurpato-
„re rebelle, vel prædone intelligenda sunt:
„cum usurpatore rege autem obtinent jura
„bellorum. Rex ergo invasor jure gentium
„acquirit imperium; nam cum inter duas
„summas potestates hic lis sit, sola belli
„alea judex est, & ultima victoria instar
„sententiæ. Talis igitur usurpator jure gen-
„tium acquirit imperium, quamdiu illud
„actu tenet: cessante autem possessione re-
„dit imperium ad pristinum possessorem,
„cujus possessio nunc prævalet: idque jus
„postliminii dicitur, cujus effectus est, ut
„omnes actus intermedii pro nullis habean-
„tur; de quo alibi plenius egimus.

§. *VIII.* Ratione *vicinorum* varii sunt hu-
„jus rei effectus. Nam 1. fœdere juncti
„tenentur assistere regi contra ejusmodi in-
„vasorem, sive subditum, sive prædonem
„extraneum. *Vid. l.* 2. *c.* 16. §. 18. At non
„*tenentur* si lis sit inter regem, & subdi-
„tos. Hernici, cum Romani ejectis regibus
„auxilia vi fœderis ab ipsis peterent, ne-
„gabant esse sibi fœdus cum Romanis eje-
„cto rege. *Dion. Halic. l.* 3. *c.* 37.

„Equidem Pufendorfius distinguit, an Re-
„gi auxilia promissa sint, an regno? *Pri-*
„*ri* casu fœderatum regi promissa auxilia
„mittere debere, ait, non posteriori casu:
„*de jur. nat. l.* 8. *c.* 8. §. 9. Ego nec priori
„casu fœderatum ad auxilia mittenda obli-
„gari, puto; quia ea promissa sunt regi
„qua regi, adeoque qua capiti regni. Si
„proinde rex, & regnum inter se dissen-
„tiant, neutri auxilia debentur; nam ju-
„dicium circa talem litem fœderato non
„competit, qui utrique junctim auxilia
„promisit, non uni præ altero.

„2. Vicini fœderati tenentur auxilia præsta-
„re *invasori*, si ab hoste extraneo regnum
„bello petitur; quia fœderatus sequitur pos-
„sessionem, regnique administrationem.

„3. Si vicinus fœderatus cum tali *inva-*
„*sore* societatem bellicam contrahit, adeo-
„que cum eo tanquam cum rege legitimo
„agit; nihilominus finita societate causam
„justi regis ejecti defendere, ac tyrannum
„bello petere potest. *Grot. l.* 2. *c.* 16. §.
„18. Fœdus enim cum eo contractum est
„qua *possessore*: quo ipso juri legitimi regis
„non derogatur; quod plenius explicabi-
„mus *d.* §. 18. Conferantur ea, quæ ex B.
„Parentis doctrina proponemus infra §. 14.
„Exemplum occurrit in Nabide Lacedæmo-
„niorum tyranno, quem Romani in fœde-
„re cum Epirotis comprehenderunt. *Liv. l.*
„29. *c.* 12. Imo iidem Romani fœdus, &
„amicitiam cum eo contra Philippum ini-
„verunt. *Liv. l.* 32. *c.* 39. Neque tamen id
„obstabat quo minus postea cum Græciæ
„populis arma jungerent, ut Lacedæmones
„pristinæ libertati restituerent, & Nabidem
„Tyrannum expellerent. *Liv. l.* 34. *c.* 22.
„*seq.* Equidem Nabis Titio Quintio Roma-
„ni exercitus Imperatori, bellum tyranno
„inferenti oppositi, *de nomine hoc respon-*
„*dere possum, me, qualiscunque sum, eun-*
„*dem esse qui fui, cum Tu ipse mecum so-*
„*cietatem pepigisti; Tum me regem a vobis*
„*appellari memini, nunc tyrannum vocari*
„*video.* At recte regesserunt Romani: *ami-*
„*citia, & societas nulla nobis tecum, sed*
„*cum Pelope justo, ac legitimo Rege* (qui in
„Romanorum castris degebat *Liv. l.* 34. *c.*
„36.) *facta est.*

„4. Quæritur: Si subditi de tyrannide sui
„regis, qui fœdere nobis junctus est, que-
„runtur, an contra fœderatum auxilia sub-
„ditis ejus mittere liceat? Negatur: quia
„judicium nobis inter regem, ejusque sub-
„ditos non competit. Male igitur Carolus

„ II. Galliarum rex Piſanos Florentinorum „ in ſe crudelitate expoſita orantes, ut in „ avitam aſſererentur libertatem, liberos eſſe „ juſſit, *immemor* (ut Bellarius *Rer. Gall.* „ *lib.* 5. & Commin. *L.* 7. *c.* 7. addunt) *pa-* „ *ctorum cum Florentinis initorum.*

„ 5. Reges vicini, ſi invaſores ad eos con- „ fugiunt, dedere tyrannos juſto regi dedi- „ tionem expetenti, aut punire eos tenentur „ *Vid. Grot. l.* 2. *c.* 21. §. 4. *n.* 3. *l.* 3. *c.* 20. „ §. 41. *n.* 2. Baſilius Porphyrogennetus mi- „ ſit ad Chosroem Perſarum regem, poſtu- „ latum ut dederetur ſibi regni affectator „ (Bardus Sclerus) qui domino contraria „ cepiſſet arma, neve in ſemetipſum per- „ nitioſum exemplum ſtatueret. *Zonaras in* „ *Baſil. Porphyr. p. m.* 120. *coll.* 1. At Chos- „ roes & legatos, & Sclerum carceri tra- „ didit, quia legati clandeſtine cum Sclero „ tractaverunt. *Zon. d. l.*

„ At ſi 6. invaſor regni dedi ſibi regem „ ejectum petit, vicini petitis annuere non „ tenentur. Sane, nec Galli, nec Belgæ Ca- „ rolum II. Cromwellio dedere voluerunt. „ Si tamen uſurpatoris potentia metuatur, „ rex juberi poteſt exire e territorio. Ita „ Galliæ rex ad rogationem Cromwelli eun- „ dem Carolum regno ſuo exire juſſit. *Bæ-* „ *teus de motib. Angl. p.* 2. *f.* 308. *Wikefort* „ L'Ambaſſadeur *L.* 1. *Sect.* 3.

„ §. *IX.* Uti ergo jus imperii pleniſſime „ eſt penes regem ejectum, ita *exercitium* „ ejus, ſeu *adminiſtratio* omnis eſt penes „ uſurpatorem: idque ex ratione juris gen- „ tium nunc probandum erit. Nam 1. ad- „ miniſtrandi facultas ſequitur ex natura „ poſſeſſionis, utpote quæ conſiſtit in facul- „ tate rem tenendi, adeoque in mero facto. „ Hinc etiam prædo poſſidere dicitur; & „ JCtus *in l.* 2. *ff. uti poſſid.* bene ait, *qua-* „ *lemcunque poſſeſſorem hoc ipſo, quod poſ-* „ *ſeſſor eſt, plus juris habere, i. e. plus poſſe,* „ *quam qui non poſſidet.* Certum igitur eſt, „ regnum non in regis, ſed uſurpatoris po- „ teſtate naturali eſſe. Hoc poſito, neceſſa- „ rio 2. ſequitur quædam cura, & admini- „ ſtratio intuitu uſurpatoris; quia respubli- „ ca per ſe, & ſuapte virtute ſubſiſtere ne- „ quit: omnia igitur uſurpator agit, ſine „ quibus imperium ſalvum, & tectum eſſe „ non poteſt. Nam 3. hactenus regi ejecto „ præjudicium non fit: imo potius ejus in- „ tereſt conſervari rempublicam, quod ſine „ adminiſtratione fieri nequit. 4. Uſurpator „ non tantum facultatem habet adminiſtran- „ di, ſed & tenetur adminiſtrare; neque „ enim mala fides efficit ut minus, ſed ut „ magis quoque ad cuſtodiam rei teneatur. „ Idque eleganter JCtus exemplo geſtoris „ negotiorum, qui malâ fide agit, explicat: „ *Sed & ſi quis negotia mea geſſit non mei* „ *contemplatione, ſed ſui lucri cauſa; Labeo* „ *ſcripſit, ſuum eum potius, quam meum* „ *negotium geſſiſſe. Qui enim deprædandi cau-* „ *ſa accedit, ſuo lucro, non meo commodo ſtu-* „ *det. Sed nihilominus, imo magis, & is* „ *tenebitur negotiorum geſtorum actione. L.* „ 6. §. 3. *ff. Neg. geſt.* Unde fures, & præ- „ dones etiam naturali ratione ad exactiſſi- „ mam diligentiam obligantur. Sane 5. uſur- „ pator non melioris eſſe debet conditionis, „ quam legitimus adminiſtrator, qui impe- „ rium ſartum, atque tectum conſervare te- „ netur.

„ Minus ergo accurate 6. Grotius *L.* 1. *c.* „ 4. §. 13. tali injuſto poſſeſſori vim obligan- „ di tribuit ex eo, *quod omnino probabile* „ *ſit, populum, vel Senatum malle interim* „ *rata eſſe quæ imperat, quam legibus, judi-* „ *ciisque ſublatis ſummam induci confuſio-* „ *nem.* Nam 1°. conjectura illa voluntatis „ nullibi probatur: neque 2°. ea ulla ratio- „ ne vim obligandi dare poteſt. Sane 3°. ra- „ ta interim ſunt acta uſurpatoris, etſi de „ contraria voluntate tum regis, tum populi „ conſtet. Idque 4°. ex natura poſſeſſionis, „ quæ adminiſtrandi facultatem ſupponit, „ ſequitur. Sed & 5°. hac fictione poſita, „ uſurpator vi taciti mandati, adeoque ju- „ ſte ageret, utpote conſentiente eo, qui „ jus prohibendi habet.

„ §. *X.* Effectus hujus *adminiſtrationis* „ itidem varii ſunt, *tum* ratione uſurpato- „ ris, *tum* ratione ſubditorum, *tum* ratio- „ ne vicinorum.

„ §. *XI. Uſurpator* 1°. titulis regiis utitur, „ ſeque Dei gratia ordinatum aſſerere po- „ teſt: eoque titulo uſus eſt Cromwellius. „ *Vid. Greg. Leti de vita Oliverii Cromwelli* „ *p.* 2. *l.* 5. *p. m.* 316. quia adminiſtrat im- „ perium, rem ſacram, atque divinam. 2°. „ Bella tam offenſiva, quam defenſiva con- „ tra vicinos gerit, quoties ad defenſionem „ reipublicæ neceſſaria ſunt, quia ſunt pars „ adminiſtrationis. Unde 3°. omnes ſolenni- „ tates belli cum eo obſervari debent. Præ- „ ſidium Nabidis ex pacto dimiſſum eſſe, „ ait *Livius L.* 34. *c.* 29. Capti tali bello „ fiunt ſervi, & poſtliminii jure utuntur. „ &c. Hinc 4°. fœdera contrahere, & pacem

„ facere, adeoque etiam legatos mittere poteſt; „ cujus rei exempla affert *Wikefort l' Ambaſ.* „ *L.* 1. *Sect.* 3. In hiſtoria Angliæ ſplendidæ „ exſtant legationes Cromwelli in Luſitaniam, „ Poloniam, Sueciam, ad Belgas, in Hi„ ſpaniam, Galliam, aulam Turcicam &c. „ *Bateus de mot. Angl. p.* 2. *f.* 281. 302. „ 199. 189. 195. 192. Quin mediator fuit „ inter Danum, & Suecum, *ibid. p.* 325. „ Sed & viciſſim ab iisdem regibus legati, de „ nova republica gratulabundi miſſi ſunt: „ uti Don Alfonſo Marchio de Cardenas ab „ Hiſpano, *Leti in Oliver. Cromw. p.* 2. *l.* 3. „ *f.* 165, Comes a Langerfeld nomine Sue„ ciæ, *ibid. fol.* 168, alius a Belgis, *ibid.* „ *f.* 170. 5°. Ejusmodi legati ab uſurpatore „ miſſi ſancti ſunt. Hinc cum Aſcharius „ Cromwelli legatus confoderetur, ideo om„ nis ei ſatisfactio promiſſa fuit apud Bateum, „ *d. p.* 2. *f.* 169. Occiſo Dorislao ſæpius peti„ ta, ſed tandem comperendinando fruſtra„ ta eſt vindicta. *Bateus d. p.* 2. *fol.* 138. „ *Leti p.* 2. *L.* 3. *p.* 171. Equidem ſunt „ qui rejecere hujusmodi legatos; nam de „ Moſcovitis refert Leti: *proteſtarono, di non* „ *voler mai correſpondenza alcuna con i parri„ cidi del loro Re; e a queſto fine publicaro„ no, che ſotto pena della vita niſſuno ardiſſe* „ *piu corriſpondere, trafficare, ore negotiare* „ *con Ingleſi.* Sed hæc res meri arbitrii eſt, „ uti mox videbimus.

„ 6°. Uſurpator leges condit circa ſacra, & „ profana, vi adminiſtrationis. Unde Crom„ wellius laudatur a Gregorio Leti, *p.* 2. *L.* „ 5. quod fuerit *infallibile ne regolare il ſagro,* „ *e profano.* Et idem ingenioſe ab eodem Au„ ctore deſcribitur *Tiranno ſenza vizi, e* „ *Principe ſenza virtu.*

„ §. *XII.* RATIONE SUBDITORUM „ effectus hujus *adminiſtrationis* hic eſt, ut „ 1. non teneantur parere juſſibus, & legibus „ Regis ejecti, ſed uſurpatoris: non quod „ jure ei obligati non ſint, ſed quia non in „ ejus poteſtate, ſed in poteſtate uſurpatoris „ conſtituti ſunt. *B. Par. in prodr. jur. gent.* „ *Ex.* 2. §. 196. Neque ipſis aliquid hactenus „ imputari poteſt; nam ea lege ſe regi ſubje„ cere, ut illos contra vim injuſtam defen„ dat. Si proinde in regis poteſtate non eſt „ defendere rempublicam, defectus non eſt „ in ipſis, ſed in ipſo rege: & uti princeps „ ipſe vi cedere cogitur, ita ſubditi injuria „ non agunt, ſi ex neceſſitate faciunt quæ „ libere facturi non fuiſſent; inque eo con„ ſentiunt omnes. Vid. *Grot. L.* 2. *c.* 4. §. 15, „ ibique Commentatores. Add. *Kulpiſ. Exerc.* „ *ad Grot. L.* 1. *c.* 4. §. *f. Urſil. ad Mat„ thæum de Afflict. dec.* 77. *n.* 4.

„ Hinc 2. ſubditi ejusmodi invaſorem in „ bello ſequi tenentur; nam eſt pars admi„ niſtrationis, & agitur de defenſione reipu„ blicæ.

„ An vero contra ipſum regem ejectum ſe„ qui tenentur? Equidem non peccant ſub„ diti, ſi in eorum arbitrio non eſt non ſe„ qui: & cum totum adminiſtrationis nego„ tium arbitrio uſurpatoris relictum ſit, ha„ ctenus judicium populi ceſſat. Sane, eadem „ ratione, qua ſubditi legitimum regem „ etiam in injuſto bello ſequi tenentur (*vid.* „ *Grot. L.* 2. *c.* 26. §. 4. *ſeq*), eadem „ ratione etiam populus uſurpatorem ſequi te„ netur; in neutro enim caſu arbitrium po„ puli eſt. Hinc Athenienſes excuſat Vellejus „ Paterculus *Lib.* 2. quod in bello Mithrida„ tico arma ſumſerint contra Romanos. *Si* „ *quis hoc rebellandi tempus*, ait, *quo Athe„ næ oppugnatæ a Sulla ſunt, imputat Athe„ nienſibus, nimium veri, vetuſtatisque igna„ rus eſt; adeo enim certa Athenienſium in* „ *Romanos fides fuit, ut ſemper, & in omni* „ *re, quidquid ſincera fide gereretur, id Ro„ mani Attica fieri prædicarent. Cæterum* „ *tum oppreſſi Mithridatis armis homines mi„ ſerrimæ conditionis, cum ab inimicis tene„ rentur, oppugnabantur ab amicis, &* „ *animos extra mœnia: corpora, neceſſitati* „ *ſervientes, intra muros habebant.* Hinc „ Thraſybulus patriam liberaturus vetuit oc„ cidere cives ſub auſpiciis 30. tyrannorum „ pugnantes. *Nep. in Thraſybul. c.* 2. Aliud „ igitur dicendum ſi ultro arma in principem „ movent; tunc enim tota illa ratio neceſſi„ tatis ceſſat. *Grot. L.* 1. *c.* 4. §. 14.

„ 3. Uſurpator collectas quoque qua poſ„ ſeſſor, & onera publica a civibus exigere „ poteſt; quia ſine illis ſubſidiis adminiſtra„ tio perfici nequit. Servator Romanis, qui „ occupaverunt Judæam, tributum ſolvere „ juſſit, quia Cæſaris imaginem nummus „ præferebat, i. e. quia in poſſeſſione erat im„ perii. *Grot. L.* 1. *c.* 4. § 20. Et in Tal„ mud Hieroſolymitano Abigail, cui David „ exprobrabat quod maritus Saulem ſecutus „ fuerit, reſpondet, numiſmata Saulis adhuc „ obtinere, i. e. eum adhuc in poſſeſſione „ regni eſſe. *tit. Sanhedrin fol.* 20.

„ At 4. jam dixi, ſubditos talem tyrannum „ privato jure occidere non poſſe. *Grot. L.* „ 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 2.

„ §. *XIII.*

„ §. *XIII.* RATIONE VICINORUM „ insignis effectus administrationis 1. hic est, „ ut illi non possint salva pace nisi possesso„ rem sequi; quod ita probat *B. Parens in* „ *prodr. jur. gent. Ex.* 2. §. 170. & 171. „ *Enimvero cum de regno inter regem, &* „ *invasorem actu armis decertetur, consequens* „ *est, si in hac armorum lite populus aliquis* „ *uni parti præ altera faveat, aut vel facto* „ *alteri assentiat, hoc ipso desinere eum esse* „ *medium, & fieri alterius partis hostem.* „ *Sunt enim omnes hostes qui hostile judicium* „ *quomodocunque sequuntur. Necesse igitur* „ *est, ut populi medii neutrius partis causæ se* „ *immisceant, aut ullo indicio alteram præ* „ *altera probent; sed utriusque factum pro* „ *jure habeant, i. e. ut qualitercunque even*„ *tus armorum, & in quamcunque partem* „ *volvatur, eam utrinque sequantur. Quæ* „ *& causa est, cur usu gentium populi, &* „ *principes medii, cum tali invasore jura pa*„ *cis, belli, fœderum, legationum, & cætera* „ *juris gentium negotia, ac commercia proin*„ *de, ac cum legitimo rege observent, &* „ *exerceant. Neque impedit quod ille invasor,* „ *prædo, privatus &c. sit; quia tamen est* „ *in possessione regni, & regiæ potestatis,* „ *quam solam populi medii respiciunt, &* „ *respicere oportet: quia eum deserendo, aut* „ *facta ejus improbando, desinunt esse me*„ *dii, & hostis personam induunt.* Hactenus „ B. Parens.

„ Accedit quod medii illi non sint judices „ causæ alienæ: uti ergo inter privatos illi, „ ad quos lis non pertinet, tuto sequuntur „ possessionem; ita medii quoque, quorum „ judicium inter invasorem, & Regem ejec„ tum cessat, præsentem possessionem sequi „ jure possunt.

„ Porro & 2. vicini legatos usurpatoris „ recipere, aliosque ad eos mittere possunt. „ Wikefort *L.* 1. *Sect.* 3. rationem hanc „ addit: *Les Princes à qui on envoye les Mi*„ *nistres, n'ont pas accoutumé d'examiner les* „ *titres de ceux qui les employent, & se con*„ *tentent d'en considerer la puissance & la* „ *possession. Conf. supra.* §. 10.

„ Sed &3. cum tali usurpatore justum bellum „ esse, solennitates bellorum obtinere, post„ liminio locum esse &c, dixi *supra* §. 10 *n.* 3.

„ §. *XIV.* Hinc jam apparet decisio casus „ singulariſſimi, de quo nostris temporibus „ controversia mota fuit. Stanislaus regnum „ Poloniæ occupaverat, ejecto Rege Augu„ sto. Rex Borussiæ possessionem secutus, „ amicitiam cum novo Rege coluit. Durante „ hoc regno Stanislaus reditus quosdam do„ maniales, dolo administratoris ablatos, & „ Regiomontum translatos vindicavit, atque „ in contradictorio cum aliis creditoribus eo„ rum restitutionem per sententiam obtinuit. „ Antequam executioni mandata esset senten„ tia, Augustus recuperavit regnum, redi„ tusque illos domaniales, tanquam redi„ tus coronæ, sibi tradi petiit. Rex Borussiæ, „ qui hujus litis arbiter non fuit, & ex ratio„ ne juris gentium possessionem sequebatur, „ decrevit, Augusto, ejusque cessionario „ hanc pecuniam tradendam esse.

„ §. *XV.* Neque vicini reges dum sequun„ tur possessorem, suo juri, si forte aliquod „ in re usurpata habeant, præjudicium fa„ ciunt. Atque hinc cum in causa Lingen„ opponeretur juribus Borussicis, *Principes* „ *Arausionenses non posse usurpatores illius* „ *Comitatus appellari, quia Brandenburgica* „ *domus per seculum, & ultra, titulos il*„ *lius familiæ agnovit;* merito responsum „ fuit, medios suis juribus non præjudicium „ facere sequendo possessionem, quia id non „ ab ipsorum arbitrio pendet, sed a potesta„ te juris. Non enim eos pati possessorem, „ quod eum agnoscant regem legitimum; sed „ quia ipsi in ea causa, & armorum lite, „ judices non sunt: adeoque si illud sibi ar„ rogent, ex mediis hostes fierent, & ho„ stile judicium sequerentur. Nihil igitur „ præjudicii ex hac patientia inferri causæ „ suæ, quæ ipsis integra est cum populo, „ quisquis huic interim præfuerit, rex, an „ invasor. Quæ sunt verba *B. Parentis in* „ *prodr. jur. gent. Ex.* 2. §. 136.

„ §. *XVI.* Superest ut disquiramus quid „ juris sit ejecto usurpatore circa gesta medii „ temporis? *Alii* indistincte ajunt, omnia, „ quæ ab usurpatore, vel ejus nomine acta „ sunt, ipso jure nulla esse. *Matth. de Afflict.* „ *Dec.* 70. *n.* 1. & *Dec.* 77. *n.* 2. *seq. ibique* „ *Doctores. Johan. de Ana. in c.* 1. *in* 1. & „ & 2. *coll. de schismaticis per l.* 66. *C. de* „ *SS. Eccl. Alii* in privatis quoque actibus „ distinguunt, an in favorem usurpatoris, & „ in odium alterius gesta sint, an non. *Ursill.* „ *ad Matth. de Afflict. Dec.* 77. *n.* 1. *Alii;* „ an ab officialibus fiant regi fidelibus, an „ ab infidelibus, *dict. Dec.* 77. *n.* 4. & 5. „ *Alii*, an officiales suo nomine agant, an „ nomine usurpatoris. *Ursill. ad d. Dec.* 77. „ *n.* 4. & 5.

„ §. *XVII.* Nos in genere dicimus, om„ nia

„ nia acta usurpatoris, adeoque & ejus le-
„ ges, rescripta, decreta, ipso jure nulla
„ esse, etiamsi justitiæ conveniant. Exc. 1.
„ si speciatim a vero rege confirmantur; tunc
„ enim non subsistunt vi sua, sed ex ra-
„ tihabitione justi regis. *Vid. infra* §. 18. *pr.*
„ Sic Aratus nec potuit, nec voluit possesso-
„ ribus auferre quæ post 50. annorum possess-
„ sionem sine injuria tenebant. *Cic. 2. off.*
„ 23: & Bodinus ait, acta tyrannorum
„ non tantum utilia, sed & iniqua sæpius
„ rata esse oportere, si salvam rempublicam
„ esse velimus: indeque Thrasybulum Athe-
„ niensibus, Aratum Sicyoniis, Tullium Ro-
„ manis suasisse, ut acta usurpatorum valida
„ pronunciarent. *De republ. l. 2. c. 5. p. 281.*
„ Sane, Lepidus si Syllæ acta rescidisset,
„ bello civili causam daturus fuisset. *Flor.*
„ *l. 3. c. 23.* Theodosius, & Arcadius, cæ-
„ so Maximo usurpatore, lege publica præ-
„ cepere, ut ea, quæ Maximus contra jus
„ rescripsit, non valeant: ea autem, quæ
„ legitime rescripsit, non impugnentur, apud
„ *Bodin. de republ. L. 2. c. 5. p. m.* 281.
„ Ita Constantinus Magnus, quæ Licinius
„ tyrannus inique decreverat, & edixerat,
„ una lege abrogavit: cætera confirmanda
„ putavit, *ibid.* Alia vide apud *Bodin. d.*
„ *l.* & infra §. 18.

„ Ex his sponte sequitur, privilegia, be-
„ neficia, largitiones, etiam bene de repu-
„ blica meritis concessas, nullam vim habere
„ ejecto usurpatore; quin & magistratus,
„ honores, officia &c. dignis quoque collata
„ non subsistere, nisi ex confirmatione legi-
„ timi Principis, & possessoris præsentis.
„ Unde Theodosius, & Arcadius, *tametsi*
„ *largitiones Maximi, & ea, quæ in flagitio-*
„ *sos, & nihil de republica merentes effudis-*
„ *set, revocarent, magistratus, imperia,*
„ *curationes indignis adimerent, decreta quo-*
„ *que, & judicia convellerent; ea tamen,*
„ *quæ sine fraude, ac reipublicæ detrimento*
„ *acta fuerant, infirmari noluerunt. Bodin.*
„ *c. 5. p. 281.* Et in præcedentibus dixerat
„ idem Bodinus: *His consentanea est JCto-*
„ *rum disciplina, quæ successorem tyrannorum*
„ *ad ea, quæ juste promiserint, fecerint, obli-*
„ *gari voluit: cætera rescindi.*

„ Denique, quidquid interim ab officiali-
„ bus pro administranda justitia actum, atque
„ inter partes litigantes statutum est, ipso
„ jure non subsistit. Hoc autem verum saltem
„ esse de actibus judicum puto, qui a tyran-
„ no constituti sunt; cum enim jus non ha-
„ beat judices creandi, quidquid ab his per-
„ agitur nullum est. Secus si judices a vero
„ possessore jam constituti fuere, vel justa
„ sui magistratus electione justitiam admini-
„ strant; his enim juris dicundi potestas
„ competit: idque uno ore omnes testan-
„ tur. *Baron. de tyrannide q. 7. Andreas de*
„ *Isernia in c. 1. quid sit invest.* ubi ait: *fa-*
„ *cta a tyranno debere revocari; non autem*
„ *facta a judicibus tyranno subditis, qui non*
„ *peccaverunt, quia necessitas non habet le-*
„ *gem. Capyc. dec. Neap. 179. ibique late Dd.*
„ Modo hi judices juxta leges populi judi-
„ cent; Si enim vel dolo quid agunt, vel
„ contra leges pronunciant, etiam legitimo-
„ rum judicum actus irriti sunt.

„ Exc. 2. Si Rex ejectus locupletior factus
„ est ex facto usurpatoris. *Grot. l. 2. c. 14.*
„ §. 14. Rex enim plus suo haberet, quod
„ sine injuria retinere nequit. Unde etiam
„ jure Romano statutum est, ut malæ fidei
„ possessori impensæ utiles, & necessariæ re-
„ stitui debeant. Equidem hæc in thesi vera
„ sunt; sed in hypothesi vix usus est hujus
„ quæstionis: usurpator enim tot calamita-
„ tum Auctor, & tot criminum reus est,
„ ut id, quod versum est in utilitatem re-
„ gni, pensare damnum datum, & repara-
„ re injuriam nunquam possit.

„ §. *XVIII.* Sed quid de actibus interme-
„ diis ratione vicinorum dicendum? Equi-
„ dem 1°. rex restitutus obligatur vicinis
„ quoque ex facto usurpatoris, si locuple-
„ tior exinde factus est; at 2°. ex omnibus
„ reliquis actibus cum vicinis gestis rex eje-
„ ctus non obligatur. Nam cum actus illi sub-
„ sistant ex sola ratione, quia possessor fuit,
„ & quia vicini possessionem sequuntur; ne-
„ cessario sequitur, cessante possessione,
„ cessare omnem rationem validitatis. Hinc
„ pacta, & fœdera, cum usurpatore ini-
„ ta, tacitam habent conditionem, quam-
„ diu in possessione fuerit: ejecto igitur in-
„ vasore alius est possessor, indeque nova
„ cum hoc ineunda sunt pacta.

„ Atque hinc 1. contractus cum hujusmo-
„ di invasoribus initos nullos esse, ait *Gro-*
„ *tius L. 2. c. 14. §. 4. Ursill. ad Matth.*
„ *de Afflict. dec. 77. n. 6. Ruin. Cons. 105.*
„ 2. Ex guarantia ab usurpatore promissa
„ legitimus Rex non tenetur, *Vid. B. Pa-*
„ *rens in disp. de guarantia sub fin.* §. 15.
„ 3. Dejotarus Rex, occiso Cæsare, ea,
„ quæ ablata ab hoc injuria fuere, suo marte
„ vindicavit: neque id improbat Cicero,

sed

„ ſed approbat potius, ajens: *Sciebat homo „ ſapiens, jus ſemper hoc fuiſſe, ut quæ tyran- „ ni eripuiſſent, ea tyrannis interfectis ii, qui- „ bus erepta eſſent, recuperarent. Philip. 2. „ p. m.* 851.

Non poſtquam longa poſſeſſione] „ Imo ſola „ longa poſſeſſio nunquam jus dat invaſori: „ ſed auget potius injuriam.

Aut pacto jus nactus eſt] „ Populus enim, „ & rex, de ſuo jure diſponere, ac impe- „ rium invaſori conferre poſſunt.

Sed quamdiu durat injuſte poſſidendi cauſa] „ Adeoque quamdiu invaſor eſt.

Et quidem dum poſſidet, actus imperii, quos exercet, vim obligandi habere poſſunt] Ex natura poſſeſſionis, quæ facultatem, imo neceſſitatem adminiſtrandi infert. Subditi autem, qui in poteſtate invaſoris ſunt, ſequuntur poſſeſſionem.

Non ex ipſius jure, quod nullum eſt] „ Quic- „ quid enim agit, in re aliena agit, adeo- „ que injuria.

Sed ex eo, quod omnino probabile ſit, enm, qui jus imperandi habet &c. malle in- terim ratam eſſe] „ Hæc conjectura volun- „ tatis nimis vaga eſt, neque inde jus aliquod „ inferri poteſt, utpote quod acquiritur de- „ mum ex diſpoſitione certa. Vera ratio eſt, „ quod adminiſtratio ſequatur ex natura poſ- „ ſeſſionis; rex autem ejectus adminiſtrare per „ rei naturam nequit, quia regnum non eſt „ in ejus facultate naturali: adeoque valent „ actus adminiſtrationis, etſi conſtet, re- „ gem eos valere nolle. *Conf. Diſſert. præ- „ miſſa* §. 8.

Sive is eſt populus ipſe] Ut in ſtatu popu- lari.

Sive Rex] In ſtatu ſcilicet Monarchico.

Sive Senatus] In ſtatu nimirum Ariſtocra- tico.

Servandas tamen cenſuit] „ Hæ leges igi- „ tur non valebant ex ratione juris, quia „ quicquid Sylla egit, injuria egit: neque „ valebant ex poſſeſſione, quia ea jam deſiit, „ & agebatur de actibus tyranni reſcinden- „ dis; ſed vim habebant ex conſenſu expreſ- „ ſo, & ratihabitione eorum, ad quos im- „ perium pertinebat, qui leges illas ob me- „ tum novorum motuum tollere noluerunt.

Ita his legibus contineri ſtatum civitatis, aut his ſolutis ipſa ſtare non poſſit] „ Sylla „ enim legem tulit, ne proſcriptorum libe- „ ris aditus ad magiſtratus daretur. Hæc lex „ ſine magna clade reipublicæ reſcindi non „ potuit; ſi enim proſcriptorum liberi ad- „ miſſi fuiſſent ad honores, ulturi fuiſſent „ injurias parentibus illatas in auctoribus, „ auctorumque fautoribus. *Gron. h.*

Lepidus acta tanti viri reſcindere para- bat] „ Adeoque poterant reſcindi, quia in- „ juria omnia geſta fuere; at ob utilitatem „ publicam confirmata fuerunt. Exemplum „ habemus in *l. Barbar. ff. de off. præt.*, ubi „ acta uſurpatoris ideo confirmabantur, quia „ alias plures reſuscitaturæ fuiſſent lites. Un- „ de totus titulus exſtat in Codice Theodoſia- „ no, de *confirmatione actuum tyranni.* „ Exemplum eſt in Richardo III, qui filii „ majoris Eduardi V. liberos excluſit; eje- „ cto enim poſtea uſurpatore ab Henrico VII. „ hic acta ſalva eſſe voluit, quia Eduardus „ bene geſſit imperium. Equidem Bodinus „ in genere ait, iniquum eſſe benefacta re- „ ſcindere: *de republ. L. 2. c. 5. in fin.* „ Verum negamus eſſe bene facta intuitu cau- „ ſæ; quia uſurpator non habet jus in re „ aliena aliquid agendi, etſi bene egerit.

In his tamen, quæ ita neceſſaria non ſunt &c. parendum non eſt] „ Imo ſimpliciter „ parendum eſt juſſis uſurpatoris; poſſeſſio „ enim totius imperii penes eum eſt. Neque „ ſubditis imputari aliquid poteſt, cum rex „ ejectus eos defendere non poſſit, prout „ ejus officii eſt. *Vid. Diſſ. modo præmiſ- „ ſam* §. 11.

Sed an talem raptorem imperii vi dejicere, aut denique occidere liceat, quæritur] „ Au- „ ctor ait, quemlibet privatum occidere in- „ vaſorem regni poſſe 1°. in bello minus ſo- „ lenni; hoc enim caſu manere jus belli, „ putat. §. 17. 2°. Si talis lex exſtat, ut „ cuique privato liceat tyrannum occidere. „ §. 17. 3°. Si populus, aut Rex conſen- „ tiant. §. 18. Quæ ſingula nunc exami- „ nabimus.

Ad §. XVI.

Si bello injuſto, & cui juris gentium re- quiſita non adſunt] „ Alibi diximus, non „ dari bellum juſtum, quod ſolennitates ſuas „ non ab ipſo naturæ jure habeat. Auctor „ hic intelligit bellum *publicum minus ſolen- „ ne*, de quo vid. *l. 1. c. 3. §. 1. & §. 4:* „ illudque opponit *publico ſolenni*, quod „ etſi natura forte injuſtum ſit, jure gentium „ tamen, accedentibus certis ſolennitati- „ bus, pro juſto habetur; ad effectum ſcil.

„ dominii externi, & impunitatis. *Vid.* „ *Diſſ. proœm. IX.* §. 63. *ſeq.* §. 70. *ſeq.* „ In *priori*, ſtatuit, cuique privato jus eſſe „ uſurpatorem occidendi, non in *poſteriori.* „ At 1°. alibi probavi, diſtinctionem inter „ bellum publicum jure gentium ſolenne, & „ minus ſolenne, mere cerebrinam eſſe. „ *dict. diſſ. IX.* §. 168. 2°. Verum non eſſe, „ privatis jus occidendi uſurpatorem conceſ- „ ſum eſſe in bellis minus ſolennibus, (i. e. „ quæ privati cum principe gerunt, qui im- „ perium vi occupavit); quod exemplo Cæ- „ ſaris probatur, cujus cædem ipſe Sena- „ tus improbavit.

Neque pactio ulla ſecuta ſit] „ *Vid.* §. „ *præced. n.* 1.

Aut fides illi data &c.] „ Fides enim „ etiam uſurpatori, & perfido data, ſer- „ vanda eſt, quia qua tali datur. *Vid. infra* „ *l.* 3. *c.* 19. §. 2. *n.* 1. & 2. & *c.* 23. „ §. 2. Conf. *indicem* voce *fides.*

Sed ſola vi retineatur poſſeſſio] „ Sine juris „ titulo.

Videtur manere jus belli] „ Imo nunquam „ cum uſurpatore privato bellum geritur; „ ſed ſi ſubditus eſt, imperans jure imperii „ eum coercet: ſi extraneus, jure neceſſa- „ riæ defenſionis. *Vid. Diſſ. proœm. IX.* „ §. 168.

In eum licere quod in hoſtem licet &c.] „ Jure naturæ autem hoſtem a quolibet oc- „ cidi poſſe, exiſtimat, *Vid. l.* 3. *c.* 18. „ §. 1. *n.* 3, inprimis ſi magiſtratus eſt. *L.* „ 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 2. At dixi, privatum, „ qui imperium uſurpavit, nunquam hoſtis „ loco haberi poſſe: ſed pro ſubdito rebelle, „ vel prædone. Sed & admitti nequit, quod „ Auctor aſſerit, cuique privato jus eſſe oc- „ cidendi hoſtem. *Vid. not. ad d. cap.* 18. „ §. 1.

Qui a quolibet, etiam privato, jure po- teſt interfici] „ Auctor rationem addit infra „ *l.* 3. *c.* 18. §. 1, quia hoſtis jure gentium „ externo res nullius eſt; quod refutavi- „ mus *ibidem.*

In reos Majeſtatis] „ Tunc id fit lege „ permittente.

Et publicos hoſtes omnis homo miles eſt] „ Hoc admitti non poteſt absque imperantis „ conſenſu. *Vid. d. c.* 18. §. 1.

Sic adverſus militiæ deſertores] „ Si id lege „ conceſſum eſt, alias non.

Ad §. XVII.

Idem *&c. ſtatuendum cenſeo, ſi ante invaſionem lex publica exſtiterit*] „ Quia con- „ ſenſu imperantis invaſor privatus interfi- „ citur.

Qui hoc, aut illud, quod in conſpectum cadit, auſus fuerit] „ Omnibus enim his „ caſibus invaſor legis auctoritate occidi „ poteſt.

Qui privatus ſatellitium ſibi circumdederit] „ Nam ſolius Principis eſt, corporis cuſto- „ des ſibi comparare; cum ſubditi ſatis tuti „ ſint ſub tutela Principis.

Arcem invaſerit] „ Vim enim exercere in „ territorio, ubi judicis copia eſt, rebel- „ lionem ſapit.

Qui civem indemnatum, aut non legitimo modo, necaverit] „ Officiales enim juxta „ leges præſcriptas judicare debent; ſi proin- „ de ſpretis legibus in ſubditos ſæviunt, lege „ facultas occidendi eos concedi poteſt.

Qui Magiſtratus ſine juſtis ſuffragiis creave- rit] „ Uti exemplum Auctor mox affert in „ lege Valeria.

Tales leges multæ exſtabant in Græciæ civi- tatibus] „ Nam cum plerique Reges Græciæ „ nudo officii jure imperium tenuerint (*vid.* „ *Grot. ſup. c.* 3. §. 10.), populus certis „ legibus eorum imperium circumſcribere „ ſolebat.

Ubi proinde juſta cenſenda fuit talium ty- rannorum interfectio] „ Nam ſingulis facul- „ tatem occidendi eum, qui legibus contra- „ ria fecerit, concedere ſolebant. De cæde „ tyranni *vide Sen.* 7. *de benef.* 19. & 30. „ *Sen. Herc. fur. v.* 920. *Quinctil. decl.* 274. „ & 322. *Arrian.* 4. 263. *Curt.* 8. 7. *Ne- „ pos Timol.* 1. *Thuan. L.* 34. *p. m.* 691. „ & *l.* 50. *p. m.* 1044. *Cic. ad Brut. ep.* 16. „ *Plut. Publicola*, & *Pufend. d. J. N.* & „ *G. L.* 7. *c.* 8. §. 6. *Conf. Teſm. h.*

Et lex conſularis] „ Quæ eſt nepotis illius „ L. Valerii, potiti ſimul conſulatum cum Col- „ lega M. Horatio. *Dion.* 5. 19. *Livius* 3. 55.

Ad §. XVIII.

Si *diſerta auctoritas accedat ejus, qui jus* „ *verum imperandi habet*] „ Is enim, qui „ auctoritate legitimi magiſtratus invaſorem „ occidit, non ſuo jure, nec ſuo nomine oc- „ cidit:

„ cidit; sed tanquam instrumentum superioris, „ qui jus occidendi tyrannum habet. Sed hoc „ verum est de invasore privato; non vero de „ invasore rege, qui jure belli alienum re„ gnum occupat, & ubi de justitia causæ ne„ mo est, qui judicare possit.

His annumerandi & regum puerorum tutores] „ Si Rex, cujus imperium alius usur„ pat, minor est, tutoribus auctoritatem „ interponere licet. Si proinde auctoritate „ tutorum tyrannus occiditur, jure occidi„ tur.

Qualis Joasi erat Jojada, cum Athaliam regno depelleret] „ Ahasia mortuo, mater „ ejus omnem prolem Regum Judæ exstirpa„ vit, præter Joasum, quem soror Ahasiæ „ furori Athaliæ eripuit. Sexennio elapso Jo„ jada, qui & agnatus, & Sacerdos sum„ mus, & tutor Joasi fuit, Athaliam regno „ jure depellit, eamque occidit. 2. *Chron.* „ *XXII. & XXIII;* quod factum etiam „ approbat *Hobbesius in Leviath. c.* 44. & „ *Pusend. L.* 7. *c.* 8. *in f.*

Ad §. XIX.

1 Extra *hæc*] „ I. e. extra casus re„ censitos.

Ut privato vi dejicere, aut interficere liceat &c. invasorem, probare non possum] „ Ra„ tio ex præmissis notoria est. Injuria enim „ publico illata est: ejus igitur est vel puni„ re, vel dissimulare; singulis autem pri„ vatis judicium non competit. Hinc merito „ factum Bruti Cæsarem occidentis im„ probatum fuit.

Malit invasorem in possessione relinqui] „ Vaga nimis est hæc conjectura, unde nul„ lum jus infertur. Vera ratio est, quia in„ juria publica a privatis vindicari non potest „ inconsulto populo; & hactenus admitti po„ test, quod Auctor *n.* 2. ait, non debere „ singulos, quod populi commune est judi„ cium ad se rapere.

Certe an rem in id periculum adduci velit, incertum est] „ Ratio, cur id singulis non „ liceat, certa est.

Pejus esse bellum civile dominatu illegitimo] „ Ob periculum motibus civilibus conjun„ ctum.

Aristophanem] „ In comœdia, quæ in„ scribitur *ranæ*, *Act.* 5. *Scen.* 4.

2 *Non debent singuli, quod populi commune est, judicium ad se rapere*] „ In jus ergo „ alienum involarent, si invasorem morte „ dignum judicarent.

Detrahimus dominos urbi servire paratæ] „ Hæc sunt verba Cæsaris apud Lucanum 1. „ 351. Idque merito improbat Auctor, quia „ si voluit servire Roma, urbs libera, nulla „ causa poterat esse Cæsari, ut invitam illam „ assereret in libertatem. *Vide Tesm. h.*

Melius Plato] „ *Plat. ep.* 5. 3

Sallustium] „ *Jugurth. c.* 3. Seneca *de* „ *otio Sapientis* ait, permanendum in malo „ jam familiari; & Thucydides *L.* 1. *p.* 38. „ civitati tranquillæ optimum, non mutari „ instituta. *Vide Tesm. h.*

Thomas seditiosam interdum dicit] „ Si „ Scilicet cum periculo totius reipublicæ, „ adeoque tam nocentium, quam innocen„ tium, destructio illa conjuncta est.

Factum Aodis in Eglonem Regem Moabi- 4
tarum] „ Is non tanquam privatus, sed jussu „ divino instructus tyrannum necavit; nam „ Deum hunc liberatorem suscitasse dicitur. „ *Judic.* 3. *v.* 15.

Neque vero constat, hunc Moabitarum regem nullum jus imperandi ex pactione habuisse] „ Auctor supra §. 16. asseruit, jure „ belli invasorem a quolibet privato occidi „ posse, *nisi pactio secuta sit.* Cum ergo „ Eglon ab Aode occisus fuerit, Auctor sup„ ponit, populum *vel* non dedisse fidem, „ *nec* pactionem cum Eglone de parendo ini„ tam esse: *vel* si secuta est, id ad ea refert „ exempla, ubi Deus judicia sua per quos „ volebat ministros executus est.

Ut per Jehun in Joramum] „ Hunc enim „ Deus unxit, ut deleret domum Achab, cu„ jus filius erat Joram. 2. *Chron. XXII. v.* 7.

Ad §. XX.

In *re controversa privatus sibi judicium sumere non debet, sed possessionem sequi*] Privatus sibi judicium sumere in usurpatorem non debet, quia ejus non est injuria, sed publica, quæ publice quoque vindicari debet. Merito autem quæritur, cum duo concurrant, jus Regis, & possessio invasoris, quodnam interim sequi privati teneantur? Recte Auctor ait, possessionem sequendam esse; cum enim Rex ejectus facultatem naturalem non habeat imperium tenendi, nec exercere illud possit, subditi legibus ejus parere non tenentur, cum executio legum deficiat, & Rex eos defendere contra injuriam invasoris non possit.

Eadem quoque ratio est in vicinis. Nam & hi quoque sequuntur possessionem, fœdera cum invasore contrahunt &c; quia id pars administrationis, & possessionis est. Conf. *Dissertatio supra* §. 15. *inserta*, *ibique* §. 7.

Quia ejus imaginem nummus præferebat] „ Imperium Romanorum in Judæam belli ju„ re nititur, qui titulus justus est: adeoque „ Romani non possunt invasores dici. *Vid.* „ *supra* §. 7. *n.* 5.

Quia in possessione erant imperii] „ Nam „ jus cudendi monetam est pars imperii, nec „ ab alio, quam eo qui imperium tenet, „ exerceri potest. *Maimonides in Gezelach.* „ *c.* 5. Hinc fingitur in Targum Hierosoly„ mitano *tit. Sanhedr. f.* 20, Abigaelem Da„ vidi quærenti, *numne Rex sit ipse?* Re„ spondisse: *Numisma Domini nostri Sauli* „ *adhuc obtinet.*

CAPUT V.

Qui bellum licite gerant.

I. *Belli causas effectrices alias esse principales in sua re:*
II. *Aut adjuvantes in aliena:*
III. *Alias instrumentales, ut servos, & subditos.*
IV. *Naturæ jure neminem a bello prohiberi.*

+ I. UT in aliis rebus, + ita & in [1] voluntatis actionibus + tria esse solent efficientium genera, principales, adjuvantes, & instrumenta. Causa effectrix principalis in bello + plerumque est is, cujus res agitur: + in privato privatus: in publico potestas publica, + maxime summa. + An & pro aliis nihil moventibus bellum moveri ab alio possit, + alibi videbimus. Illud interim tenebimus, + naturaliter quemque sui juris esse vindicem; + ideo manus nobis datæ.

a L. 7. D. de serv. export. DD. ad l. 7. D. de furt. l. 5. C. de jure fisci.

II. 1. + Sed & alteri prodesse [a] qua possimus non licitum modo, sed & honestum est. Recte qui de officiis scripserunt, [b] ajunt, + nihil esse homini utilius homine altero. + Sunt autem diversa hominum inter se vincula, quæ ad mutuam opem invitant: nam & cognati ad opem ferendam coëunt, & vicini inclamantur, & qui ejusdem civitatis sunt participes; unde illud: [2] + *Porro Quirites*, *& quiritari.* [c] Aristoteles dixit, oportere quemque aut pro se arma sumere si injuriam acceperit, aut pro cognatis, aut pro benefactoribus, aut sociis injuria affectis auxilia ferre. Et [a] Solon docue-

b Cic. II. De Offic. c. 3.

c Rhet. ad Alex. c. 3.

GROTII.

a *Solon*] Verba hæc *Plutarchus* refert: (*Vit. Solon.* p. 88. D.) Τῶν πόλεων καλλίστα οἰκεῖται ἐκείνη ἐν ᾗ τῶν ἀδικημένων ὁμοίως ἧττον οἱ μὴ ἀδικούμενοι προβάλλονται καὶ κολάζουσι τοὺς ἀδικοῦντας· *Civitatum illa felicissime colitur, in qua qui injuriam non sensere, ei non minus, quàm qui sensere, se opponunt, & injuriam cœptantes puniunt.* Huc & illud pertinet Rudente Plauti: *Prætorquete injuriæ prius collum, quàm ad vos perveniat.* (Act. III. Scen. II. *vers.* 12.)

GRONOVII.

1 *Voluntatis actionibus*] Quæ fiunt ἐκ προαιρέσεως, & sunt materia subjecta virtuti morali, in quibus versatur bonum, & malum: honestum, & inhonestum; nam sunt aliæ actiones intellectus, naturæ, manuum.

2 *Porro Quirites*] Formula, qua utebantur in subita vi, hominum, quicumque obvii essent, aut exaudirent, auxilium invocantes. Qualis *Plauto* Rud. 3, 2. 1. *Porro Cyrenenses populares*,

cuerat, beatas fore respublicas, in quibus alienas injurias quisque suas existimaret.

2. + Sed ut cætera desint vincula, sufficit humanæ naturæ communio. [a] + Ab homine enim nihil humani alienum est. Menandri dictum est: (Apud *Stob.* Tit. XLIII.)

Injuriarum si improbis auctoribus
Reponeremus ultionem singuli,
Nobis putantes fieri quod fit alteri,
Inter nos junctis conspiratis viribus,
Non prævaleret innocentiæ impetus
Audax malorum; qui custoditi undique,
Justique pœnas, quas merentur, pendere,
Aut nulli penitus essent, aut pauci admodum.

Democriti: vero hoc: (aa) Ἀδικημένοισι τιμωρεῖν κατὰ δύναμιν χρὴ καὶ μὴ παριέναι· τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτο δίκαιον καὶ ἀγαθόν· *Injuria oppressos defendere pro viribus oportet, & non negligere; illud enim justum, bonumque est.* Quod sic explicat [b] + Lactantius: *Deus, qui cæteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incursu, & periculo tutiora generavit. Hominem vero quia nudum, fragilemque formavit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foveat, contraque omnia pericula, & accipiat, & præstet auxilium.*

III. Instrumenta cum dicimus, + non arma hic intelligimus, + & si quæ sunt his similia; + sed eos, qui ita agunt sua voluntate, ut ea voluntas ab altera pendeat. + Tale [3] instrumentum est patri filius, + pars [c] quippe ejus naturaliter: + tale & servus, [d] + quasi pars ex lege; (bb) + nam

a Bart. in l. Ut vim. D. de justit. & jure. n. 7. 8. Jas. ibid. n. 29. Cast. ad. l. 1. §. 4. eodem. Bart. ad l. hostes. D. de capt. n. 9. Innoc. ad c. sicut, de jurejur. & in c. olim. de rest. spol. n. 16. Panorm. n. 18. Sylvest. in verbo bellum q. 8.

b Lib. VI. Cap. 10.

c L. 22. C. de agricolis, lib. XI. & L. 4. C. ad l. Jul. de adult.

d Aristot. Eth. Nicom. L. V. c. 10. Sen. 1. controv. 4.

lares, vestram ego imploro fidem. Agricolæ, accolæ, propinqui, qui estis his regionibus, ferte opem. Laberius apud *Macrob.* 2. Sat. 7. *Porro Quirites, libertatem perdimus.* Priapej. 25. *Porro (nam quis erit modus) Quirites. Appul.* 8. Met. 215. *Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus, Porro Quirites, proclamare gestivi.*

3 *Instrumentum*] *Aristoteles* 1. polit. 3. Τῶν δ' ὀργάνων τὰ μὲν ἄψυχα, τὰ δὲ ἔμψυχα· οἷον τῷ κυβερνήτῃ ὁ μὲν οἴαξ ἄψυχον, ὁ δὲ πρωρεὺς, ἔμψυχον· ὁ γὰρ ὑπηρέτης ἐν ὀργάνου εἴδει ταῖς τέχναις ἐστίν. *Varro* lib. 1. de re rust. 17. *instrumentum rusticum* dividit in *vocale*, in quo sunt *servi*; *semivocale*, in quo sunt *boves*; *mutum*, in quo sunt *plaustra. In instrumento fundi ea esse, quæ fructus quærendi, cogendi, conservandi gratia parata sunt, Subinus in libris ad Vitellium evidenter enumerat*: Quærendi veluti homines, qui agrum colunt, & qui eos exercent, præpositive sunt his, quorum in numero sunt villici, & monitores. Præterea boves domiti, & pecora stercorandi gratia &c. l. 8. D. de instr. vel instr. leg. *Plutarch.* præcept. gerend. reip. p. 807. Ὄργανα γὰρ οἱ φίλοι ζῶντα καὶ φρονοῦντα τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν εἰσι. *Cicero* lib. II. fam. 14. *Plane jam, Brute, frigeo*: ὄργανον enim erat *meum senatus: id jam est dissolutum.*

(aa) Est etiam hoc apud STOBÆUM, *Serm.* XLVI. *J. B.*

(bb) Ratio illa è veteris Philosophiæ placitis popularibus petita, & subtili præterea argumentatione fulta, parum hodie satisfaciet. Dicendum simpliciter, Filium, aut Servum haberi pro Instrumentis, quum ita agunt, aut agere creduntur, jussu Parentis, aut Domini, ut absque eo non acturi fuissent ipsi sponte suâ. Videri possunt, quæ de triplici genere Caussarum ad actum alienum concurrentium scripsimus in Notis ad ultimas Editiones Versionis nostræ Gallicæ libelli Pufendorfiani *De Officio Hom. & Civis*, Lib. I. Cap. 1. §. 27. seu ultimo. *J. B.*

+ nam 4 ſicut pars non tantum pars eſt totius eadem relatione, qua totum eſt totum, partis, ſed hoc ipſum quod eſt, totius eſt: ita poſſeſſio eſt aliquid ipſius poſſidentis. Democritus: (cc) οἰκέτησιν ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος· χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο· *Famulis tanquam partibus corporis aliis ad aliud utere.* Quale autem in familia eſt ſervus, + tale in republica eſt ſubditus, ac proinde inſtrumentum imperantis.

IV. Nec dubium + quin naturaliter omnes ſubditi bello adhiberi poſſint, [a] + ſed quoſdam ſpecialis lex arcet, ut olim [b] Romæ 5 ſervos, nunc paſſim [c] + clericos: quæ tamen lex, ut omnes ejus generis, + cum ſummæ neceſſitatis exceptione intelligenda eſt. Et hæc quidem generaliter de adjutoribus, & ſubditis dicta ſunto: + nam quæ ſpecialia ſunt, ſuis locis tractabuntur.

a *Thom.* 2, 2. 40. *art.* 2. *Sylveſt. de Bell.* p. 3.

GROTII.

b *Romæ ſervos*] *Servius* ad IX. Æneidos. (*Verſ.* 547.)

c *Clericos*] Ac Levitæ olim extra belli munia, ut notatum *Joſepho*: (*Ant. Jud.* Lib. III. Cap. 12. §. 4. *Edit. Hudſon.*) De clericis vide *Nicetam Choniaten* libro VI. *Caroli Calvi* Capitulum in Sparnaco XXXVII. in Gratiano c. clericum diſt. L. & cauſa XXIII. quæſtione VIII. Et canones quidem ſic habent: ſed quanto illi ſervati a Græcis, quam a Latinis diligentius, vide *Annam Comnenam.* (Lib. X. Cap. 8. §. 7.)

GRONOVII.

4 *Sicut pars non tantum*] Senſus, Totum dici Dialecticis non modo Totum per ſe, cum aut ipſum eſſentiale eſt partibus, aut cum partes Toti, in quo apparet relatio Totius ad partem, & nullius alius argumenti vel loci topici: ſed etiam Totum per accidens, ubi contra nec totum eſt de eſſentia partium, nec partes de eſſentia totius; in quo non apparet illa relatio: ſed vel cauſæ reſpectu diverſorum effectuum, vel ſubjecti reſpectu diverſorum adjunctorum, & vicißim: ſic rem poſſeſſam eſſe partem poſſidentis. Vide *Jul. Scaligerum* de cauſ. Lat. ling. lib. 6. cap. 130. p. 350.

5 *Servos*] Et capite cenſos. De ſervis *l.* 11. *D. de re milit. Ab omni militia ſervi prohibentur: alioquin capite puniuntur. Plin.* 10. ep. 38. *Sempronius Cælianus repertos inter tirones duos ſervos miſit ad me, quorum ſupplicium diſtuli, ut te conſulerem de modo pœnæ.* De capite cenſis *Gell.* 16, 10.

(cc) Apud STOBÆUM, *Serm.* LXII. *J. B.*

HENRICI DE COCCEII

COMMENTARIUS

IN

HUGONIS GROTII

Lib. I. Cap. V.

RECTE Auctor ait, licitè bellum geri poſſe 1. ab ipſa parte læſa pro defenſione juris ſui neceſſaria. 2. Adjutorium quoque bellum non tantum licitum, ſed & laudabile eſſe poſſe: imo opem ferre alii, qui injuriam patitur, maximæ perfectionis eſſe. 3. In bello etiam aliquem intervenire poſſe tanquam inſtrumentum alterius: quo refert milites; hos enim ſuo jure nihil facere poſſe, ait, ſed tanquam inſtrumentum alterius agentis poſſe.

Ad-

Additio.

„ Contenta hujus tituli expoſuit B. Parens „ in Prodr. jur. gent. *Exerc.* 2. §. 176. *ſeq.* „ his verbis.

Alii ſunt qui bellum gerunt, ille ſcil. cujus cauſa eſt, ac bello agitur: qui & dicitur Herr des Krieges (Conf. Rec. Imp. 1541. §. 54.) *Alii, qui gerentibus aſſiſtunt. Alii, per quos gerunt bellum.*

Alteri aſſiſtere adverſus injurias, bonum opus eſt: perinde ut alteri benefacere; idque adeo & licitum eſt natura, & laudabile, ac virtutis. Verum cum in bellis utraque pars jus ſibi aſſerat, & uterque injuriam ab altero ſibi fieri contendat; is, qui alterius parti aſſiſtit, eandem cum ipſo belli fortunam ſuſcipit, & fit hoſtis alterius; quia eorum, qui hoſtes ipſi ſunt, judicium, & partes ſequitur. Igitur adjutor aſſerit quidem, ſe jus ſuæ partis adverſus injurias alterius tueri; at hic, e contrario, ſibi ab utroque injuriam fieri, ac jus denegari. Et hæc ergo quæſtio quoque cum judicem non habeat, ab exitu armorum pendet.

Itaque poteſt hoſtis in adjutorem perinde, ut in hoſtem ipſum, & ſive copias ſaltem miſerit, in has perinde, ut in exercitum hoſtilem, cujus pars ſunt, non modo ſine ullo novo facto hoſtium more agere: ſed & ex hac opis hoſti præſtitæ cauſa novum bellum ei denunciare; ſi autem ipſe adjutor militet, etiam ſine denunciatione jus belli in ipſum exercere, de quo agemus Lib. 3. c. 3.

Cæterum non poteſt adjutor bellum gerere ſi principalis nolit, vel ſuo juri renunciet; quia is injuriam remittere, vel ſaltem ſuspendere adhuc, & deliberare poteſt: atque ita adjutor neque ſuo jure vim facere poteſt, quod nullum habet; neque nomine principalis, qui ſuo jure non utitur.

Omnia bello capta cedunt ei ſoli, qui bellum gerit, ſeu cujus eſt cauſa; cujus & onera ſunt, quia ejus eſt negotium, res, actio, & ejus nomine univerſum bellum geritur, per poſ. 5. n. 1. 2: *de quo alibi.*

Bellum Princeps gerit per cives, i. e. ſubditos ſuos, qui ad patriam ſuam, & rempublicam, ejusque jura defendenda, natura adſtricti ſunt, & ideo in civitatem coiverunt. Illi igitur vel ipſi militare, vel conducto milite ſtipendia ſolvere tenentur, prout principi viſum fuerit. Quæ ipſa huc non pertinent.

A D. §. I.

UT *in aliis rebus*] „ Corporalibus ſcil. „ Sic enim malleus, quo faber ferrarius uti„ tur, non eſt cauſa actionis: ſed ipſe faber, „ qui malleo utitur.

Ita & in voluntatis actionibus] „ Adeo„ que aliæ ſunt actiones intellectus, aliæ „ corporis, ut manuum.

Tria ſolent eſſe efficientium genera] „ Ita „ ut quis vel nomine proprio, vel nomine „ alieno, vel tanquam ſocius agere poſſit.

Plerumque eſt is, cujus res agitur] „ A„ deoque cujus cauſa bellum geritur. *Vid.* „ *R. J.* 1541. §. 54.

In privato privatus] „ De bello privato „ vide *ſupra c.* 3. §. 1. & §. 4.

Maxime ſumma] „ Imo ſola ſumma, „ quia quoties ſuperior adeſt, jus belli ceſ„ ſat.

An & pro aliis nihil moventibus bellum ab alio moveri poſſit] „ Merito id negamus, „ quia ei injuria facta non eſt.: adeoque „ ceſſante injuria, fruſtra ageret ad ejus re„ parationem. Idque adeo verum eſt, ut nec „ propter prætenſa delicta juris gentium, „ v. g. ob Atheiſmi notam, ob commeſſa„ tionem carnis humanæ, ob uſum armorum „ illicitorum &c. bella gerere liceat: de „ quibus late *L.* 2. *c.* 20. §. 40. & *ſeq.* age„ mus.

Alibi videbimus] Auctor ſtatuit, unum„ quemque privatum non tantum eſſe ſuæ, „ ſed etiam *alienæ* injuriæ vindicem; quod „ paſſim refutavimus. *Vid. Diſſert. proœm.* „ *I.* §. 80. *Diſſert. VIII.* §. 17. & *Diſſ.* „ *VII.* §. 85.

Naturaliter quemque ſui juris eſſe vindicem] „ Quod verum tantum eſt, ſi judicis „ copia deficit; cum enim natura ſingulis „ jura quædam propria eſſe voluerit, omnia „ ea conceſſit, ac permiſit, ſine quibus jus „ illud defendere non poſſumus. *Vid. indi„ cem* voce *judicia.*

Ideo manus nobis datæ] „ Ex hoc facto „ creationis apparet, facultatem nobis con„ ceſſam eſſe, jura noſtra manu defendendi.

AD §. II.

SED *& alteri prodeſſe non licitum modo*, 1
„ *ſed & honeſtum eſt*] „ Imo, poſita ſocie-

tate

„ tate humana, ejusque custodia, id neces-
„ sarium est, & salva justitia omitti non pot-
„ est. *Vid. prol.* §. 7. *ibique not.*

Qui de officiis scripsere] „ Ut Ambrosius,
„ Seneca, Cicero &c.

Nihil esse homini utilius homine altero] „
„ Vid. *Cicero L.* 1. *off. c.* 4. 7. 9. *&* *L.* 2.
„ *c.* 3. *c.* 4. *c.* 5. *c.* 11. *L.* 3. *c.* 5. *&* 6. *Sene-*
„ *ca de ira L.* 1. *c.* 5. *&* *de off. L.* 1. *c.* 3.
„ *L.* 4. *c.* 18. Item *de Clem. L.* 1. *c.* 1. *de*
„ *vit. beat. c.* 24. *de otio sap. c.* 30.

Sunt autem diversa inter se hominum vin-
„ *cula quæ ad mutuam opem invitant*] „
„ Quæ partim ex instinctu naturæ sequun-
„ tur, ut assistere liberis, uxori, parenti-
„ bus, cognatis; partim ex pacto, ut assi-
„ stere sociis, concivibus, Principi.

Porro quirites, & quiritari] „ *Vid. Gron.*
„ *b.* Adde *Brisson. de form. L.* 8. *p.* 718.

Aristoteles] „ *L.* 1. *pol.* 1.

2 *Sed ut cætera desint vincula, sufficit natu-*
„ *ræ humanæ communio*] „ Si per eam com-
„ munionem intelligitur motus ad societa-
„ tem universalem, ejusque conservationem;
„ nego talem communionem existere. Si
„ vero intelligitur communio rationis, quæ
„ nos docet, jura quædam cuique hominum
„ a Deo concessa esse: & virtuosum, ac
„ perfectioni conveniens esse jura illa de-
„ fendere, ac opem ferre indigenti, qui
„ auxilium nostrum implorat; verum est,
„ omni cessante vinculo satis ex ipsa ratio-
„ ne constare, pietati convenire ut homo
„ hominem tueatur.

Ab homine enim nihil humani alienum
est] „ Cras enim id nobis accidere potest,
„ quod hodie sit alteri: adeoque in nostri
„ quoque securitatem Menander monet, ut
„ conjunctis viribus injuriam aliis illatam re-
„ pellamus.

Lactantius] „ *Instit. L.* 6. *c.* 10. Add. *id.*
„ *de vero cultu c.* 10.

Ad §. III.

Non *arma hic intelligimus*] „ Nam Au-
„ ctor supra §. 1. *pr.* dixit, alias esse actio-
„ nes corporis, alias voluntatis: & in utris-
„ que aliud esse causam agentem, aliud in-
„ strumentum, per quod agitur. Hic de a-
„ ctionibus voluntatis quæstio est.

Et si quæ his sunt similia] „ Quæ scilicet
„ ad usum armorum, & belli pertinent.

Sed eos, qui ita agunt sua voluntate, ut
ea voluntas ab altera pendeat] „ De quo
„ plenissime agetur infra *L.* 2. *c.* 11. §. 12.

Tale instrumentum est patri filius] Auctor
id hausit ex Jure Romano, ubi filius est
instrumentum patris. At id ex fictione juris
civilis oritur, ubi pater, & filius pro una
habentur persona. Jure naturæ igitur filius,
& pater pro una persona non habentur:
idque ipse fatetur Auctor *L.* 2. *c.* 5. §. 2, 3.
& 4, & inprimis §. 7.

Additio.

„ Quod filius sit instrumentum patris, id
„ a natura esse videtur, cujus rei rationem
„ explicavimus in *dissert. proœm.* XII. §. 149.
„ Add. *infr. l.* 2. *c.* 5. §. 2. *seq.*

Pars quippe ejus naturaliter] „ Vera ratio
„ est, quia pars est familiæ, cui filius na-
„ turaliter omnia acquirit, *d. c.* 5.

Tale & servus] „ Cum enim jure belli jus
„ perpetuum in ejus res, & operas acqui-
„ ratur; verum omnino est, servum natu-
„ rali jure esse instrumentum domini, quia
„ quicquid acquirit, non sibi acquirit, sed
„ domino: adeoque causa actionis est domi-
„ nus, ille nudum est instrumentum. *Vid.*
„ *Dissert. proœm. XII.* §. 133.

Quasi pars ex lege] „ Imo servus non est
„ pars domini, neque id ulla lege statutum
„ est. Adeoque hæc non est ratio cur domi-
„ nus per servum acquirat; sed quod do-
„ minus jure belli jus perpetuum in res, &
„ operas servi acquisiverit. *dict. diss. XII.*
„ §. 130.

Nam sic ut pars non tantum pars est &c.]
„ Rationem hanc, obscuram admodum ita
„ explicat *Gron. b.* Totum dici dialecticis,
„ non tantum totum per se, cum aut ipsum
„ essentiale est partibus, aut cum partes to-
„ ti, in quo apparet relatio totius ad par-
„ tem, & nullius alius argumenti, vel lo-
„ ci topici; sed etiam totum per accidens,
„ ubi contra nec totum est de essentia par-
„ tium, nec partes de essentia totius. In
„ quo non apparet illa relatio, sed vel cau-
„ sæ respectu, diversorum effectuum, vel
„ subjecti diversorum adjunctorum, & vi-
„ cissim; sic rem possessam esse partem pos-
„ sidentis. *Scalig. de caus. lat. ling. L.* 6.
„ *c.* 130.

„ Obscurum per æque obscurum. Vera
„ ratio naturæ est, quod *filius* sit vera por-
„ tio corporis paterni, & in domo patris
„ natus, adeoque imperio ejus subditus:
„ cujus proinde actiones a patris voluntate
„ dependent, *Servus*, qui hostis, eoque cri-

minis

„ minis reus, atque ideo in dominio victo-
„ ris conſtitutus eſt, naturali quoque ratio-
„ ne nihil ſuo, ſed omnia nutu domini agit.
„ His igitur caſibus utilitas actionis non per-
„ tinet ad agentem, ſed ad eum, cujus no-
„ mine agit. Hic cauſa eſt actionis, agens
„ inſtrumentum; ita enim voluit, ita diſ-
„ poſuit. Non magis ergo actio hic inſtru-
„ mento tribui poteſt, quam actio fabri po-
„ teſt tribui malleo; quod uberius explicat
„ *B. Parens, in diſp. de jure tert.* §. 4. &
„ 5. ibi.

Aliquando tamen totus homo, adeoque & voluntas ipſius, inſtrumentum alterius eſt, ſcil. ejus in cujus poteſtate eſt, uti magiſtratus, patrisfamilias, ac domini: qui proinde ipſius miniſterio omnia agere poſſunt. Magiſtratus vero inſuper, ſeu lex conſtituere quoque poteſt, ut alter alterius inſtrumentum eſſe queat, cum omnes in ejus poteſtate ſint; adeoque tertio actio dabitur, quoties jure id ſtatutum eſt, cujus repræſentatione hæres quoque eadem perſona cum defuncto habetur. Notum porro eſt, quod ſublato toto aliquo jure, tollantur 1. *omnes ejus partes,* 2. *actiones,* & 3. *quicquid ex jure illo fluit, itaque derivatur, ut ab eo penitus dependeat: cum toto principali, ſeu fundamento ſublato, reliqua quoque omnia tollantur.*

Tale in republica eſt ſubditus] „ Scilicet,
„ pars ex lege. At vidimus, nec ſervum,
„ nec ſubditum eſſe partem ſive domini, ſi-
„ ve magiſtratus; uterque tamen eſt inſtru-
„ mentum, ſed ex diverſa ratione. *Servus*
„ inſtrumentum familiæ eſt invitus, jure
„ belli in eum ſtatum redactus, ex quo jus
„ plenum, & perpetuum in res ſervi domi-
„ no acquiritur: *ſubditus* vero inſtrumen-
„ tum reipublicæ eſt ex ſua voluntate; cum
„ enim ſe legibus reipublicæ, ejusque arbi-
„ trio ſubmittit, diſponit ſimul, quod eam
„ operis, & bonis ſuis defendere velit:
„ quoties igitur tale aliquid agit, non in
„ ſuam utilitatem, nec ſuo nomine id agit,
„ ſed nomine civitatis, cujus inſtrumen-
„ tum eſt.

Ad §. IV.

Quin *naturaliter omnes ſubditi bello adhiberi poſſint*] „ Atque hoc eſt ipſum jus
„ ſequelæ, de quo integra B. Parentis exſtat
„ diſputatio, ubi §. 7., & 8, ex juris na-
„ turæ rationibus illud deducit; verba hæc
„ ſunt.

Poſita itaque, & conceſſa, quæ omnino concedi debet, hac principis poteſtate, qua velut cœlum ſuis fulminibus, armatus princeps obſequium ſuis imperat: & neceſſitate ita flagitante, atque expoſtulante reverentiam extorquet populorum; inde tanquam fonte, & origine, alii rivuli, aliæ venæ ſcaturiunt, & derivantur: ſcil. fruſtra arma jactare regem ſine armatis: fruſtra ſuorum injuriam ſine ſuorum auxilio perſequi Principem, niſi cives, niſi ſubditi ad hoc obſtricti, & commune periculum communibus viribus avertere tenerentur. Hinc civem quemque non tam ſuum, quam civitatis, quam reipublicæ eſſe debere, præſertim difficili tempore, cenſet Ariſt. 5. pol. 8. referente Knipſch. c. 2. L. 6. n. 11. de jure & privil. civ. *Ad utramque ergo poteſtatem defendendam, tum ad omnem vim externam propulſandam, & debellandam, tum ad civium refractariorum contumaciam coercendam (quam vim coactivam quoque in civitate neceſſariam eſſe, docet* Hobbeſ. cap. 6. §. 4.) *ſubditos teneri principis ſui arbitrio coire, cum omnibus mandatis ſuperiorum parere, & coram iis omnino comparere debeant, teſte Innocentio in* cap. olim de reſt. ſpoliat. *nec decreta eorum, niſi palam ſint improba, improbanda, firmiter ſtatuimus. Atque inde duplex jus ſequelæ, a ſequendo ita dictæ, in univerſum naſcitur: alterum, quod ad legum, judiciorumque executionem* die Zent oder Gerichts-Folge: *alterum, quod ad bellum (quam ſequelam ſuperiorem, uti ante dictam inferiorem Dd. vocitant) pertinet,* die Heers-Folge, hohe und Landes-Folge, *quod Angli vocabulo* preſſe *efferre ſolent. Scimus equidem, principi adhuc alia diverſa jura vigore regalium competere.* Baurmeiſt. Knipſch. &c. d. tr. & l. *ac plerosque eorum exercere ſequelam ſubditorum, indeque plures ſequelæ ſpecies formari poſſe: uti inprimis ſpecies eſt, qua ad venationem ruſtici, & ſubditi citantur,* zu der Jagd-Folge. *Sic præſentem Turcarum Imperatorem innumerabili hominum multitudine ſtipatum, venatum procedere, Regis Galliæ Legatum literis inde datis ſcripſiſſe, accepi: ut vix aſſerere auſim, quot hominum millia quotannis circiter in venationibus iſtis perire ſoleant, adeo id fidem ſuperat. Item* zur Amts-Folge, Geleits-Folge, *ad exigenda tributa, collectas,* (*de quibus vide* Wehn. obſerv. pract. verbo Folge,) *ſequela, & opera civium opus eſſe; unde*

& passim in Constit. Imp. executio ordinatur contra morosos in contribuendo status: uti in Rec. Imp. d. A. 1564. §. 48. Rec. Imp. 1566. §. 15. item R. Imp. 1576. §. 16. &c. *Verum hæc, & similia jura continentur sub imperio, quo Principes jura non tantum communia, sed & sua exequuntur in subditos; quod cum ad executionem judicialem pertineat, & judicioſam formam, & conſtitutionem ſequatur, quorum tractatus diffuſior, nec paginæ noſtræ angustia capi, nec inſtituto convenire videatur: ideo eo relicto ad ſpeciem noſtram,* SEQUELAM *ſc.* BELLICAM, *ſtatim progredimur, quam proinde quoque ita deſcribimus:* Quod ſit jus regale, quo Princeps talem in ſubditos ſuos habet poteſtatem, ut ad arma induenda vocati comparere, eumque cum iisdem ſequi teneantur. *Cum quibus conſentit, noſtroque ſuum calculum addit Generoſus Dominus a Seckendorff*, im teutſchen Fürſten-Staat part. 2. c. 10. n. 8. daſz die Heers-Folge oder Reiſe, ein ſolches fürſtliches, oder obrigkeitliches Recht ſey, daſz auf dero Erfordern, die Unterthanen ſchuldig ſeyn mit ihrem Leib und Perſohn in der Rüſtung, wie es bräuchlich und die Nothdurfft erfordert, zu erſcheinen, und Gegenwehr, oder Angriff zu thun. *Diſpeſcunt eam Dd.* (Vid. Wehn. d. l.) *in univerſalem, qua ſubditi univerſaliter dominum ſequuntur: & particularem, ſeu pactitiam, qua ſub certis pactis, vel uſu, vel præſcriptione immemoriali innixi ſubditi, ad certum tantum locum, & tempus ſequelam præſtare obligantur*, daſz ſie des Nachts wieder daheim ſeyn mœgen. *De qua, utpote irregulari, nec nobis hic erit tractandi locus; ſed univerſalem, & illimitatam illam, quæ regulariter dominis vi ſuperioritatis, & ſupremæ præeminentiæ competit, legentes legumlatorum noſtrorum veſtigia, qui jura ſua conſtituunt, & aptant ad ea, quæ frequenter, & ut plurimum accidere ſolent, non quæ perraro* l. 3. 4. 5. & 6. ff. de LL. *inveſtigabimus: paucisque illius juris jura conſiderabimus, omnem, quoad fieri licet, prolixitatem ſtudioſe declinantes.*

Hoc ergo præcipuum Jus Regale, cui omnis Principum majeſtas, omnisque ſceptrorum magnitudo innititur, & ſtatuminatur, ut ulterius ordine ſuo perſequamur; perſpicuum jam ſatis, ut credo, erit, hoc jus ſequelæ non minus eſſe ex jure naturali, ac eſt ipſa Principis poteſtas. Huic enim neceſſario jus illud cohæret, & tanquam pediſſequa eam ſequitur; quippe ſine quo poteſtas illa nullatenus ſubſiſtere, aut exerceri, nedum defendi poteſt: quemadmodum ex ſupra dictis manifeſtiſſimum videtur. Sequendos itaque minime eos cenſeo, qui hujus ſequelæ noſtræ natales ad Græcos, vel Romanos referunt: & belli ducem quærunt, qui hoc introduxit; cum eandem cum ipſis regnis originem trahere, perſuaſi ſimus. Et ut altius ejus infantiam ab ipſis imperiorum, & rerumpublicarum crepundiis repetamus, poſtquam regna cœpere, & pervenere dominationes, hiſce ſuorum auxiliis ſtatim uſos, innixos, invictosque ſtetiſſe Principes, legimus; & ex vetuſtiſſima, veriſſimaque patet Moſis hiſtoria, primum eorum, qui principatus imperium humanis cervicibus impoſuit; Nimrodum, a quo originem ſuam omnes reges repetunt, teſte Scriptura Gen. X. v. 9, *fuiſſe: quod quoque gentibus incognitum non manſit. Ab ipſis enim Saturnus dictus eſt, utpote qua Saturni appellatione apud eas venire ſolent primi regnorum parentes, & fundatores: uti eorum primogeniti Joves vocantur, teſte Xenophonte* lib. X. de Æquiv. *Dixere eum quoque Babylonium; nam & Nimrodo a Babylone initium regni extitiſſe, ipſa ſacra refert pagina* Gen. X. v. 10. *Saturnum ſuum hunc Heſiodus ὁπλότατον, id eſt natu minimum inter fratres fuiſſe. in* Theogonia *canit; quod idem de Nimrode narrat antiquitatum Judaicarum Scriptor Joſephus* dict. lib. 1. c. 7. *Denique etiam ſi plures exſtiterint Saturni, antiquiores quoque; hic tamen Deorum, qui regnum aliquod geſſiſſe finguntur, antiquiſſimus fuit, uti canit Princeps Poëtarum* Virgil. Æneid. 8. v. 319.

> Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo
> Arma Jovis fugiens &c.

Id quod ſæpius fit, uti idem Poeta de Æneæ Lib. 1. Æneid.

> - - - Trojæ qui primus ab oris
> Italiam, fato profugus, Lavinaque venit
> Littora.

Etſi Antenor ante eum, & prior venerat; ſed non prior Princeps, ac fundator regni, ut hoc optime obſervat, & Poëtam more ſuo, primum eum, non ante quem nemo, ſed primum Principem vocantem, defendit Aurel Victor. de orig. gent. Rom. in Princ. *Hoc ipſum autem, quod primus regum fuerit Nimrodus Babylonius, ex ſacris, & Joſepho conſtat. Atque hunc ſtatim uſum fuiſſe jure quodam ſequelæ, certum eſt; quid enim eſt potens illa coram Deo venatio, niſi qua homi-*

nes

nes in libertate sua, quasi natura sine legibus, & sedibus certis, vagantes, in cœtus justos collegerit, legibusque circumscripserit: ut venator feras palantes persequitur, ne pergant vagari, & sive hominibus, sive animalibus cicuribus damna inferre? Hac venatione hominum, quos in recens conditas urbes, quasi in custodiam suam compulit, adeo oppletæ fuere civitates illæ, ut Ninus, filius Beli, seu Assuris Ninives conditoris, vers. 11, *ex Semi posteris genitus*, eod. cap. 10. v. 22, *uti Nimrod ex Semi filiis editus*, vers. 8. vid. Joseph. antiquit. Judaic. cap. 5. & Joh. Cluv. hist. univers. lib. 2, *extenderit hos fines: & non venando tantum homines intra fines, sed & finitimis bella inferendo, rudes adhuc ad resistendum populos perdomuerit, pomœriaque imperii ad terminos usque Lybiæ protulerit; annotante* Just. Lib. 1. c. 1; *tanto jam subjectorum numero ipsum sequente, ut si fides Diodoro Siculo*, 1700 *millia peditum, & 200 millia equitum exercitum secum duxerit. Cujus uxor Semiramis quantis copiis, exercitibusque instructa res ingentes gesserit, passim in historiis obvium est: & nemo ignorare potest, nisi in eis penitus exstat hospes. Hinc jam & post Nimrodi fere tempora, & ante Ninum quoque, per universum orbem, apud alios reges idem juris sequelæ usus invaluit: & Vexorem Ægypti, & Tanaum Scythiæ Reges, (quos vetustiores & antiquiores paulo Nino faciunt quidam; quamvis & antiquis parum de antiquissimis illius temporis regnis constet, monente hoc eodem* Joan. Cluv. lib. de hist. univers. in primord. Reg. Assyr.) *alterum in Pontum, alterum in Ægyptum subditos secutos, refert* Just. lib. 1. cap. 1; *& in continua quasi serie, per omnia annalium monumenta, tot hujus sequelæ, quot bellorum invenimus vestigia.*

Sed quosdam specialis lex arcet] „Quos „recenset B. Parens *in d. disp.* 79. Verba hæc „sunt.

Cessat hoc jus in quibusdam personis, quæ vel publica lege, aut moribus, ab hoc sequelæ jure sunt immunes. Sic I. immunitatem habent Clerici, & Personæ Ecclesiasticæ, quia nihil ipsis commune est cum secularibus actionibus, & tantum cœli signa sequi, sollicitis precibus, ac piis meditationibus vacare debent. Vidimus tamen superiori Germaniæ bello intestino, multos clericales, & monastici ordinis viros in acie stetisse, ac pro religione pontificia contra hostes pugnasse; sed hos non jurisdictio Magistratus, sed Religionis zelus armaverat. II. *Exemti etiam censentur ab hoc onere Professores omnes, legum, & medicinæ Doctores, Magistri; Ecclesiæ enim, & Scholæ individuo nexu invicem conjunguntur: & hoc est propter favorem liberalium artium, & curam juventutis.* add. l. medicos 6. Cod. de prof. & med. *Idem de Consiliariis Principis, aulæque Ministris, qui pro salute Principis vigilant, constitutum*, l. non minus 11. Cod. de Adsess. III. *Excluduntur regulariter a sequela minores* 17, *& majores* 70. *annis.* l. 2. §. 1. de vacat. & excus. *ob imbecillitatem utriusque ætatis, quæ ferociam laborum militarium perferre, & sustinere nequit.* IV. *Fœminæ, idque propter sexus verecundiam*, l. 2. de R. J. *Ubi Ulpianus eas ab omnibus officiis civilibus, & publicis removet; quanquam reperiamus, (uti de Persis, & Hungaris* thes. 29. *monuimus,) fœminas nonnunquam ipsis viris succenturiatas. Taceo virtutem bellicam Semiramidis, Tamyris, Johannæ puellæ Lotharingicæ, per quam Gallia ab Anglis recepta: Amazonum, quas mulieres fuisse, tot Auctorum unanimis nos docet consensus. Licet Palæphatus* de incredibilibus, *relatus ab* Ursin. in Acerra Philolog. lib. 3. quæst. 138, *contra omnem historiæ fidem, viros fuisse contendat, qui tunicas talares ad morem Thressarum gestare, comam mitris redimere barbasque radere solebant: hinc hostium ludibrio mulieres hi viri appellati.* V. *Muti, & surdi, qui natura etiam militiæ sunt incapaces, adeo ut etiam mitti soleant, si tale vitium cœpta militia obtigerit*, l. 4. ff. de test. mil. *Nam nec imperium, aut signum datum audire, nec sacramentum præstare possunt. Denique, qui & alio corporis vitio ad militiam inhabiles sunt.* l. 4 §. 12, ff. de re milit. l. 6. Cod. eod. *Vasalli tamen si tali laborent vitio, per alium militare, vel adhibeam præstare obligantur, cum his eorum vitiis domino jus suum interverti nequeat, per ea, quæ sæpius jam sunt tractata.* VI. *De Spadonibus autem quæritur, an habiles sint militiæ? Quod affirmandum videtur, quia nullibi ab ea prohibentur, licet aliquando pro morbosis habeantur*, l. 7. ff. ædil. edict. *Non enim quivis morbus a militia prohibet: sed is qui impedit facultatem obeundi munia militaria* arg. l. 4. §. 12. verb. ut inhabilis sit militiæ ff. de Re mil. *Inter Spadones autem strenuos sæpius viros, ac milites esse posse, vel exemplo Narsetis,*

insignis Imperatoris Justiniani belli Ducis, Gothos tota Italia expellentis vid. Procop. l. 3. de bello Goth. Paul. Diac. lib. 18, *obvium est. Nec movet, quod illi tantum admittantur, qui cum uno saltem testiculo nati sunt, exemplo Cottæ, & Syllæ* Leg. 4. ff. princ. de Re mil. *nam non ideo excluduntur spadones, exemplo non multum absimili dicti Narsetis; quinimmo illi, qui cum uno testiculo nascuntur, spadonibus aliquando comparari solent, uti in* l. 6. §. ult. ff. Ædil. edict. *Porro in servis* VII. *cessat quoque jus sequelæ, utpote in quos, cum cives non sint, jus territorii, quo continetur sequela, immediate, & directe non competit; sed tantum quatenus sunt in potestate domini, & qui nullius juris capaces sunt, militari jure comprehendi nequeunt,* l. 6. l. 7. Cod. qui milit. poss. lib. 12: *adeo ut capitis pœnam subeant si militiam sectentur,* l. 11. ff. Re mil. *indeque factum, ut Lacedæmonii, cum supplendus esset servis exercitus, eos manumittendos esse statuerint.* Just. l. 3. c. 5. *Sic post cæsum Romæ exercitum apud Cannas cum deesset juventus, in sacramentum militiæ liberata sunt servitia. Hucusque tot mala compulerunt. Sed libertate donatos fecerant de servitute Romanos.* Flor. lib. 1. de bell. Pun. 2. *Parthorum tamen mos specialis fuit, ut servi quoque militiæ adscriberentur,* Just. lib. 41. c. 2; *ubi id contra morem aliarum gentium dicitur. Verum cum hodie apud nos talium servorum usus nullus sit, plenius hoc jus non exequimur.* VIII. *Sed & in rusticis Saltuensibus, & agricolis, non exercebatur jure Romano jus sequelæ,* l. 3. C. qui milit. poss. lib. 12. l. ult. C. de municip. & col. lib. 11. l. 1. C. fugit. lib. 11, *ne agrorum cultura tempore belli deseratur.* arg. l. 13. princ. ff. de re milit. *Sed & hodie parcius rustici ad bellum vocari solent, & delectus saltem instituitur,* der Ausschusz, *de quo mentionem fecimus* thes. 39; *nisi talis sit necessitas, ut singulatim omnes,* Mann vor Mann, *cum armis convocentur. Eandem ob causam etiam negotiatores a jure sequelæ immunes erant, ne commercia, & negotiationes interim intermitterentur.* tot. tit. Cod. Neg. ne milit. Lib. 12. *Accedit & alia causa, quod apud Romanos tantæ dignitatis habita fuerit armata militia, ut rusticos, & negotiatores, qui soli quæstui intenti sunt, indignos ea æstimaverint. Unde ex eadem ratione ad militiam non vocatæ fuere viles, & infames personæ.* l. 8. l. 3. ff. his qui not. l. 4. §. 1. & seq. pass. de re mil. *quod, quantum ad personas notorie infames, hodieque obtinere putamus. Cæterum vilitatem non obstare, sed vilissimos quoque hodiernis moribus in militiam recipi, experientia sat notoria docet, & testatur post alios* Perez. ad tit. C. negot. ne milit. n. 10. IX. *Prohibitum quoque invenitur, ne quis in fraudem civilium munerum, aut privati creditoris, cui ea ratione durior adversarius objicitur, militiam expetat.* l. 1. §. 1. l. 2. Cod. qui milit. poss. lib. 12. *uti & criminis postulati, nomen militiæ dare prohibentur.* l. ult. Cod. Eod. *Verum non ideo jus sequelæ in iis cessat; nam ultro saltem in fraudem alterius militiam affectare iis non licet: vocati autem detractare munia militaria nequeunt. Princeps enim suo jure, scil. jure sequelæ utitur: nec ideo in eo impediri potest quod alteri forte incommodum inde navatur.* arg. l. 53. l. 155. §. 1. R. J. *Ipse vero debitor non potest facto suo, & ultro in militiam abeundo id, quod ipse alteri debet, ei intervertere, & conditionem ejus deteriorem facere.* l. 40. ff. adm. tut. arg. rubr. ff. de alien. jud. mut. *Unde & tunc demum a militia prohibetur, si eo animo illam petierit, ut duriorem adversarii conditionem faceret,* l. 4. §. 8. ff. de Re mil. *quæ causa in Principe plane cessat.*

Clericos] „ Clerici arcentur ideo a militia, „ ne avocentur a sacris, negligantque com- „ missam sibi curam animarum. *Vid. Grot. l.* „ *1. c. 2. §. 10. n. 9. & 10. L. 2. c. 1. §. 14. n. 2.*

Cum summa necessitatis exceptione] „ Si „ aliter defendi respublica non potest, hinc „ ordines armati sacri originem traxerunt.

Nam quæ specialia sunt, suis locis tractabuntur] „ Ita enim infra de SUBDITIS „ quæstio occurret, an sequi teneantur si „ bellum sit injustum, *l. 2. c. 26. §. 5*; an „ præda eorum sit, *l. 3. c. 6. §. 14. seq. &* „ *§. 24*; an alii quoque militare possint &c. „ *l. 3. c. 20. §. 31.* De SOCIIS BELLI „ quoque variæ infra tractabuntur quæstio- „ nes: quis sit socius, *l. 3. c. 9. §. 2. & c.* „ *6. §. 2*; an de damno bello dato teneantur, *l. 4. c. 1. §. 3*; an in partem prædæ „ admitti debeant, *l. 3. c. 6. §. 24*; an de- „ fendi debeant contra alium fœderatum, „ *L. 2. c. 25. §. 4*; an jus cogendi habeant „ socium, ut stet fœderis legibus, *L. 1. c.* „ *3. §. 21. 5. & 6.*

FINIS TOMI PRIMI



HUGO GROTIUS

DE JURE

BELLI AC PACIS

1

A
5176